A
35-101

55



Nº 3
23-100

GRANADA
A
35
101

DISPVTATIONES THEOLOGICÆ IN SECVNDVM LIBRVM SENTENTIARVM:

AVTHORE MAGISTRO MICHAELE de Palatio Granatensi, Philosopho, atque Theologo clarissimo, Ecclesiæ Ciuitatensis à sacris concionibus, & Philosophiæ, atque Theologiæ in Salmanticensi Academia olim professore.

SALMANTICÆ.
Ex officina Ildefonsi à Neyla.
M. D. LXXVII.
Cum priuilegio.

i19116640

CENSVRA
huius operis.

LEgi hunc librum ex commissione supremi Senatus Regij, quem omni commendatione dignissimum inueni. Etenim in proponẽdis quæstionibus, atq; prosequendis, vincitur à nemine: siue acumen ingenij, siue eruditionem inspexeris. In censuris autem ferẽ dis de singulis, quæ quęstionem dogmatis habere possunt, cęteros omnes ab ipso superatos esse nõ dubito. Nãque diligẽtissimus est hac in re, simul & modestissimus. Hanc enim partem, quæ propria est consummati Theologi, hic vnus haud prætetijt. Vbi verò eam apposuit maturè admodũ adhibuit. Non est enim facilis, neq; rigidus in censuris: sed moderatissimus, atq; prudentissimus. Qua ex re fit vt iudicem librum hunc digniſſimum, qui in lucem exeat. Matriti in Collegio Societatis Iesu. 13. die Iulij anno Dñi. 1574.

A. de Sandoual Theologus D.

EL REY.

POr quanto por parte de vos el Maestro Palacios Canonigo en la yglesia de Ciudad Rodrigo nos fue fecha relacion diziendo, que vos auiades compuesto vn libro intitulado: Disputationes Theologicæ in Secundum librum Sententiarum: el qual era muy vtil y prouechoso para la religion Christiana, y en ello hauiades pasado mucho trauajo supplicandonos vos mandassemos dar licencia para lo imprimir, y priuilegio por diez años, o como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nuestro consejo, y como en el dicho libro se hizo la diligencia q̃ la pregmatica agora nueuamente fecha dispone, fue acordado q̃ deuiamos mandar dar esta nuestra cedula enla dicha razõ: E nos tuuimos lo por bien, por lo qual vos damos licencia y facultad para q̃ vos el dicho Maestro Palacios, o la persona q̃ vuestro poder especial para ello tuuiere, y no otra alguna pueda imprimir y vender el dicho libro q̃ de suso se haze mencion, en estos nuestros Reynos, por tiẽpo y espacio de diez años primeros siguientes q̃ se cuenten des del dia de la fecha desta nuestra cedula en adelante: so pena q̃ qualquiera persona o personas que sin tener para ello vuestro poder lo imprimieren o vendieren o hizieren imprimir o vender pierdan toda la impression q̃ hizieren o vendieren, y los moldes y aparejos della, y mas incurran en pena de cinquenta mil mrs por cada vez q̃ lo contrario hizierẽ, la qual dicha pena sea la tercia parte para el Iuez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la persona q̃ lo acusare, y la otra tercia parte para nuestra camara y fisco, con tanto q̃ todas las vezes que lo vuieredes de hazer imprimir durãte el dicho tiempo de los dichos diez años, lo traygays al nuestro cõsejo juntamente con el original que enel sue visto, que van rubricadas todas las hojas, y firmado al fin del de Iuã Fernãdez de Herrera nuestro secretario de camara de los que residen en el nuestro cõsejo, para que se vea si la dicha impresion està conforme a el: y se os de licencia para q̃ le podays vender, tassando enel nuestro cõsejo el precio a q̃ se vuiere de vender cada volumen. So pena de caer, è incurrir en las penas contenidas en la dicha pragmatica y leyes de nuestros Reynos, mandamos a los del nuestro consejo, y a otras qualesquier justicias destos nuestros Reynos y señorios, guarden, cumplan, y executen, y hagan guardar, cumplir y executar esta nuestra cedula, y lo en ella contenido. Dada en Madrid à xiij. dias del mes de Nouiẽbre, de mil y quinientos y setenta y quatro años.

YO EL REY.

Por mandado de su Mageſtad.

Antonio de Eraſſo.

ARGVMENTVM huius libri.

POstquàm, Christo auspice, Disputationes nostras in Lib. primum Sententiarum absoluimus, alias in Secundum librum elaborauimus: quibus enarrandis, qui appulerit animum, non minimum habebit negocium, modò disertè id prẹstare curauerit. Nã liber hic creationẽ vniuersarum rerũ manifestat, quæ alioquin acerrimis illis Philosophis fuit quàmabditissima. Ideòque veraci hic liber fide ridet Aristotelem exordia mundi ignorantem: & Platonẽ, mundum ex rudi, indigestaq; mole componentem. Hic rursum liber ad angelicã se rapit contẽplandã naturã, & sanctorũ angelorũ statum colit in bono: & præuaricatorũ angelorũ lapsum ex bono cõsiderans, tremit. Et in illorũ statu fẹlici, & horũ miserabili ruina, Deũ optimum, maximumq; commẽdat conditorẽ, qui ex inscrutabili suo iudicio, angelos ita discreuit, vt per gratiã suã bonos Diuinitatis suæ ẹternò fecerit cõsortes: & malos, ex libramine suæ absolutissimæ iustitiæ deserto cælesti domicilio, æternis rudentib⁹ tradiderit sub sempiterna caligine cruciãdos. Ad hæc liber hic Protoplastorũ lamentatur excidiũ hominum, simulque dolet totius posteritatis humanę, cum ipsis Protoplastis collapsæ vicem infælicem. Prẹter hæc disserit cautissimè de gratia Dei, & libero arbitrio, fumum diffugiens, & vndã. Honorem autem ita impendit Dei gratiæ, vt suus locus etiam relinquatur, & honos libero arbitrio. Mores denique humanos generatim explicans, in suum se deducit vmbilicum. Primus igitur Sententiarum liber rerum conditorem docet, quis, & qualis sit: hic verò, quæ & quales sint creaturæ ab ipso summo conditore emanantes exponere studet, vt ex pulcherrimo opificio, pulcherrimus opifex summoperè colatur à nobis. Quamobrem liber hic pari studio versandus est, atque primus, & non dispari officio obseruandus.

DISPVTATIONVM THEOLOGICARVM IN LIbrum secundum Sententiarum M. Michaelis de Palatio Philosophi atque Theologi Liber Secundus.

DISTINCTIONIS PRIMÆ SEcundi libri Sententiarum disputatio prima: Num sublata fide, creatio rerum euidenti argumento patere possit.

ET primũ fortasis alicui videbitur, creationẽ rerũ esse demõstrabilem. Etenim demonstrationẽ habet, Deũ esse primum, & vniuersalissimum omniũ rerũ principiũ, à quo, vt à primo, cætera vniuersa suũ esse deriuãt. Ergo materia prima, quæ est principiũ omniũ, quæ generationi, & interitui subduntur, à Deo in suo esse potentiali pendens est. Aliâs si non penderet à Deo, materia esset principium inde pendens, & demum Deus esset, id quod omnis philosophia repudiat. Iam ergo si est dependens à Deo materia prima, quæramus, vt dependet? Vtique quia à Deo esse sortitur. At rursum scisciari oportet, qualiter hoc esse sortitur à Deo? Num per generationem? non sanè. Qualiter ergo? vtique per creationem: ergo creatio est demõstrabilis. Quòd verò non sortiatur esse materia prima per generationem, non est multi negocij ostendere: quia iam ante materiam, esset alia materia. Quia quod generatur, ex materia generatur. Quod si admiseris, progressio erit in materijs ad infinitum: reclamante philosophorum omnium voce.

1. Argumẽtum.

¶ Secundo idem colligit Augustinianum testimonium libro de ciuitate Dei capitulo. 14. Inibi enim docet, creaturas esse coæternas Deo, non solum ex fide esse damnãdum, quin etiam ex sana ratione. Ergo si sana ratio, quæ est ratio philosophorum rectè sapientium, damnet coæternitatẽ creaturæ cum Deo, igitur sana hæc ratio docet ex tempore cœpisse mundum per creationem.

2. Argum.

¶ Tertio idem conficitur ex illo loco vulgato Aristotelis. 2. de generatione animalium, qui locus indicat, intellectum humanum de foris venire nobis. At verò quid est de foris venire? Et non patet sanè aliud esse istam extrariam accessionem, nisi mentis humanæ à Deo creationem. Nam si generaretur, vt cętera, non tradidisset Aristoteles de foris accedere id, quod tanquã insigne humanæ mentis priuilegium, super cætera, quæ sub Lunæ globo aguntur, protulit Aristoteles.

3. Argumẽ.

¶ In diuersum verò est celebre apud philosophos prouerbium, Ex nihilo nihil fit: & exterruit philosophantes omnes ex nihilo aliquid fieri. 1. Physic. tex. cõm. 34. &. 11. Meta. cap. 5. Priusquã decidendæ quæstioni accedamus, obseruabis, Magistri ordinẽ rectum fuisse scriptitantis in primo libro sententiarum de diuina natura secundum se egerat. Namq; in superiori libro de Vnitate Dei, de Simplicitate, de Trinitate, deque diuinitatis attributis. Et quanquam de præscientia, prædestinatione, & reprobatione multa disseruit, quæ creaturas spectant, at hæc coæterna sunt Deo. Ideò in primo libro de Deo, & sibi coæternis, lucu lenter (vt sua ætas ferebat) disputauit: & legitimo gradu ad disserẽdum de creaturis, deque ijs, quæ Deo ex tempore tribuuntur in hoc secundo libro progreditur. Quãobrem, primum de creationis voce discernere oportebit. Namque Latini, Græci, & Theologi non prorsus sibi consentiunt in vocis huius significantia. Neq; plenè apud hos constat quid sit creare. Et quidẽ Græcis κτίζω, Latinis est, creo: vnde κτίσμα Græcis, Latinis est creatura. At creare Augustinus dixit in libro de fide & symbolo, Latinis esse idem, quod, generare. Neque ab re hoc censuit. Nam Ciceroni in libro de finibus, creare, idẽ est, atq;, producere: Omniũ,

In diuersũ argumentum.

Quęstionis decisio.

Rectus Magistri ordo.

ait, rerum quas & creat natura, & tuetur. Neque ab idiomate Hispano hoc abhorret. Nā apud nos, creare, est, producere, aut educare. Est enim familiare nobis [cria la tierra frutas y la mar pesces.] Itēq; [es biē, o mal criado.] Hoc est malè aut bene educatus. At vero Hieronymus. lib. 1. cōm. ad Epistolā Pauli ad Galatas. cap. 4. nō perinde vsurpari Græcis, atq; Latinis verbum, creo, tradidit. Namq; Græcis, creare, est, facere, aut, condere, & creare, & condere, magnis copulantur: vt mundus cōditus, vrbs condita: domus verò non condita, aut creata, sed ædificata dicitur. Latinis verò, creare, est, generare: & creatio, est natiuitas, vel, generatio. Et rursum commemorat, cōm. lib. 2. cap. 2. creare, id dicitur, quod nō erat, priusquàm fieret: aut, si erat, de eo, quod erat, & in aliud transfertur: docente Paulo: Creati in operibus bonis. Et in lib. 2. cōm. ad cap. 1. aliud est, facere, aliud, plasmare: quia plasma, originem de limo terræ trahit: facere, verò ex eo, quod fit ad imaginem & similitudinē, vnde illud extat Pauli. Ipsius cīm factura sumus, creati in operib⁹ bonis. Sumus porrò factura Dei ex Paulo, quia ad illius imaginē, & similitudinē cōditi sumus. Et indicat verba psalmi illa: Man⁹ tuę fecerūt me, & plasmauerunt me. Fecerūt sanè, quantum ad animam rationalem, quæ imago est diuinitatis: plasmauerūt autem, quantum ad corpus, quod ex terræ limo compactum est. Porrò Basilius in Homilia ad Psalmum. 32. versans verba psalmi. Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt: creare, ait, regenerationis est, at facere primæ est institutionis. Itaque hoc ad naturam, illud ad gratiam refertur. Id quod suadere videntur Pauli verba ad Galatas. 5. In domino, ait, Iesu, circuncisio nihil valet, neque prępu tium, sed noua creatura. Et ad Ephesios. cap. 3. Induite, ait, nouum hominem, qui secundum Deum creatus est: vbi cernis, per creationem secundū Deum, aut per nouam creaturam regenerationem baptismalem, Paulum intellexisse, aut sanctificationem, ex gratia Dei. Et quanquam hoc, quod Basilius commonefecit, nonnūquam ita vsurpetur, vt ipse testatur, non tamen est inuiolabile. Porrò Diuus Augustinus in lib. contra aduersarium legis & prophetarū, cap. 23. non longè est à Basilij commemorato decreto. Putat enim, facere, esse ex nihilo rem producere: at creare, ex eo quod iam est, aliud ordinare. Et placitum hoc Augustinianum aduersari videtur doctorum Theologorū vulgatæ doctrinæ, quam etiam Magister tradidit in litera. Quibus omnibus confessus est, creare, esse ex nihilo aliquid facere. Cæterum Augustinus suam deduxit sentētiam, testimonio Esaiæ motus: Ego dominus, ait, faciens bona, & creans mala: facit namque bona, quia vniuersas rerum naturas ex nulla extante materia produxit: at creat mala, quia instituit vlcisci de peccatis nostris. Supplicia igitur, & tormenta creat Deus, vt de peccatis nostris exigat pœnas. Porrò autem Augustinus lib. 12. de ciuitate Dei cap. 25. creare, definiuit esse, ex nihilo aliquid facere, iuxta consuetā Theologorum doctrinam. Quare tradidit, agricolas non esse creatores, neque parentes suę prolis: solum autem Deum esse creatorem. At verò si Hebræos consulueris, discès, Hebræis, bara, esse verbum quod creauit, significat, aut finxit, &, Borit holam, illis est mūdi creatio. Et in scripturis sanctis hæc promiscua sunt, facere, & creare. Etenim Acto. cap. 17. leginus: Deus, qui fecit cælum & terram. Et ad Coloss. cap. 1. In ipso creata sunt omnia, visibilia, & inuisibilia. Et ad Roma. cap. 1. Paulus obiurgās idololatras ait: Seruierunt potius creaturę, quā creatori.

Sanctorum placita de significātia huius verbi, creo.

¶ At verò, vt paucis rem istā perstringā, creare, ad duo significanda vsurpatur Latinis, primum vt significet productionem substantialem: quo ritu sermonis Cicero dixit pridem, naturam creare: dein verò etiam denotat transmutationem, secundum optimam qualitatem, hoc est excellētem quādā trāsmutationē: quomodo creātur episcopi, Cardinales, magistratus: qui eatenus dicuntur creari, quatenus ad optimos quosq; instituuntur status gerendos. Namque cum sit productio substantialis, excellens quædam naturæ transmutatio, huius instar excellētes quoque in statibus mutationes, creationes appellamus. Quæ omnia Theologi obseruantes, rerum ex nihilo productionem etiam vocauerūt creationem: & iure quidem optimo. Nam si Latinus sermo non horret dicere, naturā creare plantas, atque virgulta, quia hæc producit, quid si Theologicus amet dicere primam rerum ex nihilo productionem, esse creationem? Si quidem excellētior est hęc ex nihilo in aliquid mutatio, quam substā

Auctoris calculus. Creatio a Latinis ad duo se porrigit.

tialis

tialis productio, quę ex materia est. Porrò etiam Theologi creationē ad mutationem illā grandē, & eminentē, ex qua peccator fit iustus corā Deo, extenderūt, vt ex Paulo satis est demonstratū, vocāte creaturā nouā hominem regeneratum, aut renouatū per gratiam sancti Spiritus, quāquam apud sacros autores est familiarior hæc acceptio. Et licet Hieronymus Græcis, creare, esse idē atq; condere, admoneat, at verò si consulis Iustinū martyrē in admonitorio cōtra gentes, ille te docebit, apud Platonem nō idem esse, creatorē, atq; opificē. Etenim creator ex nihilo rē producit: at opifex ex subacta materia rem operatur. Vbi, si expēdere nosti, promptum tibi erit quod apud Græcos Philosophos etiam, creare, id denotabat, ꝙ apud Theologos.

Creatio à Theologis ad duo extenditur.

Plato notādus.

¶Istis quoq; iūge, ne offendaris in disputationis huius progressu, cū audis, creationē esse ex nihilo: præpositio namq;, ex, secundum Peripatetica documenta iā significat materiam, iam verò ordinē. vt. 5. Metaphy. tex. 29. Quamobrem in propositione hac, Creatio est ex nihilo: non denotatur, nihil esse materiam rei creādæ. Nihil enim in materiam se exhibere nō potest rei faciendæ: at verò ordinē significat. Est porrò duplex ordo, & affirmatiuus, inter effectum, & causam: & negatiuus, inter affirmationem, & negationem. Vnde inter nihil, & aliquid, affirmatiuum ordinem ne quæras: sed solū negatiuū. Namq; prius apprehendimus rē non fuisse, q esse, quando à Deo creata est. Vnde creari ex nihilo, idē est, atq; si dixeris, res post quā nihil erat, accepit esse: seu id ꝙ prius nihil erat, iā est. Tāetsi nō poteris intelligere ipsū nihil, nisi apprehenderis esse. Cæterū creationē nemo intelliget, nisi successionē entis ad nihil intellexerit. Ideo est ordo qdā negatiuus inter nihil, & esse. Quē ordinē ꝺ notat sermo hic, ex nihilo fit aliqd.

Præpositio ex, quid denotat.

Auctoris calculus. Creatio à Latinis ad duo se porrigit.

Creatio nō est propriè actio, neq; mutatio.

¶Et rursum aduerte, creationē nō esse propriè actionē, neq; creare, est, exactè si loquaris, agere. Etenim vt tradidit scitè Gilbertꝰ Porretanus, q autor fuit libri sex principiorum, actio est circa subiectum. Namque agens, agit circa aliquid sibi subiectū: creatio verò nō est circa subiectum, vt patuit, quare actio ꝓpriè nō est. Adhæc oīs actio relationē habet ad passionem: & agens ad patiens, at verò Deus quando creat nō habet patiens, nam nihil patitur nihil. Ad quā doctrinam cōsequiū est aliud, creationem non esse mutationem, vt rectè commemoret Algazelus disputationibus suis. Nāq; qdqd mutat, necessariò aliquo se habet modo, quo nō se habebat: at verò ꝙ creat non se habet alio modo, quo nō se habebat. Etēm nihil priꝰ erat. Et rursum si mutatio est creatio, ergo ꝙ creat mutat. At verò ꝙ creatur nō mutat, quia ante q̄ crearet, nihil erat, ꝙ mutationē reciperet. Et demum ne per multa vagemur, neq; est generatio, neq; alteratio neq; localis mutatio, &c. Igit creatio nō est mutatio. Nō sanè est generatio, qa generatio est transmutatio huius totius in totū hoc, nullo sensibili manēte eodē: at verò in creatione nō est trāsmutatio totius in totū, quippe ex nihilo est. De reliquis autem mutationibus notior est res q̄ quæ ꝓbatione egeat. Rectè igitur cēsuit Algazelus loco suprà notato, creationem nō esse mutationem instar naturaliū, sed esse alterius rationis ab omnibꝰ, quas natura habet mutationes. Vtcūq; tamē mutationē esse creationē dicere valebis, quatenus opatio quædā noua est ꝓ quā nihil trāsit in aliqd. Et ad eundē modū poteris eā vocare actionem. Porrò autem obuiā habemus Vvicleph Bohemū hæresiarcā qui creationē docuit, nō esse ex purè nihilo. Namq; creatus fuit mūdus iuxta huius hæretici deliriū ex esse creaturæ intelligibili, & ideali. Indicat vsaniā istā proprius hæreseō Vviclephicarū mastix Thomas Vvaldensis tomo. 1. ar. 1. c. 17. At verò hæreticus iste sub meridiana luce parietē palpat, qa cæcus fuit, & dux cæcorū. Nusq̄ enim reperias apud philosophos, ideā esse materiā ex qua aliquid fiat. Idea namq; neq; est materia neq; causa efficiens, sed est principiū exēplare, ad ꝙ artifex aspiciēs operat, vt nos abūdè tradidimus in. 1. Sētent. lib. quando de ideis sermo vertebatur. Scotus etiam esse quoddā finxit mediū inter ens, & nihil, quod est illi ideale esse. Id quod non simpliciter esse reale habet, sed secūdum quid, at verò quāquam hoc placitum, vt suo loco ostendimus à veritate abhorret, cæterum non tantopere desipit, quantopere Vvicleph desipuit. Nam Scotus ex illo ideali esse nunquam tradidit res creatas esse à Deo tanquam ex materia. Et debuisset aduertere Vviclephus ideas ex sanctorum sententia esse ipsas diuinam essentiam. At verò si ex ideis diuinis, tāquam ex materia creantur, dubio procul diuinitas substernitur tan-

Creatio est mutatio impropriè.

Vviclephi delirium taxatur.

quam materia Deo in creandis rebus, & creaturas concedet esse de substantia diuinitatis: id quod fides damnat catholica cõtra Manichæos. Et quis non videt si artifex quispiam non ex materia subiecta faceret domum, ex nihilo faceret domum, quãuis ideam domus apud se habeat? Ad quem propè modum Deus omnium rerum beatissimus artifex etiam ideas habeat apud se rerum creandarum, nihilominus creator est omnium, quia ex nihilo fecit vniuersa. Vnde Augu. lib. de fide contra Manichęos docet, Deum vniuersa condidisse, non de substantia sua, neq; de aliena, sed de nihilo. Lege finẽ libri. Et in hbro vltimo de verbis Domini tradidit, Deũ omnia creasse prorsus ex nihilo, quia omnipotens est, & rectè docet. Etenim agentia creata si non creãt, causa sane est, quia sunt impotentia, & sunt causæ non vniuersales, quia etsi totum producant effectum, non tamẽ quamlibet partem effectus. Namque ignis producens ignem, non materiam producti ignis producit, sed formam nouã in materia antiqua. Deus autem potens est & totum effectum, & quamlibet effectus producere partem: ideo ipse solum creator est. Quippe qui à nullo pendet in sua actione: imò vniuersa agentia ab ipso pendulam habẽt suã operationem. Et vt commemorat August. de Genesi contra Manichæos lib. 1. cap. 7. tomo decimo, Deus non est in operandis rebus instar artificum, qui sunt apud nos: qui quidem nisi aliunde iuuentur, efficient nihil. Nanque faber lignarius ab extrinseco, hoc est à ligno iuuatur, vt opera suæ artis excutiat, & faber argentarius ab argento, & in cæteris simili modo. Deus autem in cunctis est sibi sufficiens, extero non egens: id quod Hebræum nomen, sadai, subindicat. Est enim, sadai, sibi sufficiens: id quod & hymnidicus ille canora resonabat voce dicens: Dixi, Deus meus es tu, quia bonorum meorum non eges.

Quæstionis decisio. Alberti placitum & aliorum.

¶Iam verò istis præiactis fundamentis, legitimis gradibus ad decisionem quæstionis veniendũ erit. De quæstione igitur fuit Albertus Magnus in libro suo de quatuor coæquæuis. q. 1. cui probatum fuit, creationẽ esse demonstrabilẽ ex ratione naturali: probat ijsdẽ fere argumentis quibus vsi sumus in disputationis huius exordio. Ideo illò te mittimus, indidem hauries. Suffragatur illi Thomas de Argentina dist. 1. huius secundi, colligẽs illud. Etenim Deus est causa prima, & hoc est euidens in philosophia, à quo cuncta habent esse, igitur materia prima habet esse dependens à Deo. At difficile est intellectu quomodo materia prima habeat esse à Deo nisi per creationem. Iuit in horũ placitũ Augustinus Niphus lib. de animæ immortalitate cap. 49. cõuictus loco paulò antè indicato. Intellectus de foris venit, vt suprà iam argumento nostro differebatur. Et alter Augustinus cognomento Eugubinus libro suo de perẽni philosophia cap. 7. & 8. & sequentibus ausus est proferre sententiam, omnibus philosophis confessam fuisse creationem mundi à Deo, vno excepto Aristotele. Coaceruat pleraq; testimonia Poëtarum & Philosophorum, quæ suũ placitum persuadeant, vt Orphei, Hesiodi, Mercurij Trismegisti. Vnde Orpheus, Extitit, ait, ante chaos, post hæc latissima tellus. Rursum Platonem indicat in Timęo, & Ouidium in Metamorphosi, canẽtem mũdi exordia, rerumq; creationem. Veruntamen audacem puto huius viri assertionẽ, & non legitimis fulcris innixam. Lego namq; Augustinum Doctorem magnũ in lib. 10. de ciuit. Dei, cap. 31. tradentem, Platonicis mundum fuisse æternum, & Deo coæternum, vt vestigium pedis esset pedi coæternum, si pes esset æternus: & lux Soli coæterna, si Sol æternus fuisset. Tametsi in. 12. de ciuitate Dei, cap. 12. Platonem putat mundo dedisse creationis initia. Cæterũ Platonici quidam mundũ Deo coæternũ crediderunt, hac suasi ratione, Quod non habet finem, neq; habet initium, at mũdus est perpetuus, ergo initio caruit. Quæ obseruans Cicero lib. de legibus in principio dicit iuxta Platonem, mundũ esse æternũ diuinitatis simulacrũ: quòd si æternum, initio caret mundus. Quibus etiã astipulatur Boëthius lib. de cõsolatione vltimo. Quib⁹ adde Simpliciũ, egregiũ Peripateticum, tradidisse. 8. Physi. cap. 1. Platonem putasse mundũ esse æternũ. Et distinguit significantiam huius vocis genitum. Est enim genitum quod non verè est, sed dependenter ab alio, & est genitũ quod aliquando non fuit, & cœpit esse. Iuxta primam obseruationem, mũdus genitus est, quippe pendens est à Deo: iuxta secundam verò est ingenitus Platoni mũdus. Et Simplicius trahit ad suum vsum Platonica verba in Timæo. Commemorat namq; inibi tẽpus esse sempiternam æternitatis

De mundi exordio ad Plato.

Genitũ dupliciter capitur.

Quid tẽpus Platoni.

nitatis imaginem in numero consistens. Quòd si tempus est sempiterna æternitatis imago,tempus non cœpit esse secundũ Platonicam mentem.Et demum nolo ampliori sermone rẽ istã onerare. Scio enim hanc rem controuersam apud Platonicos, nũ mũdus cœperit, an fuerit sempiternus: & Platonicos fuisse diuersos. Marsilius Ficinus in scholijs ad Timæum Platonis lib. 32. varias Platonicorum denarrat sententias, quibusdam asseuerantibus mundum cœpisse secundum Platonem,alijs vero de sensantibus mundi æternitatem. Neq; tamen qui defendunt ęternitatem mundi,negant mundũ esse genitum secundum Platonem:imò fatentur & esse ęternũ, & esse genitum.Quippe perpetuò est à Deo accipiẽs esse,& à Deo pendens. Et Plato in Timæo lib.32. generationem mundi ait fuisse ex coitu mẽtis,& necessitatis.Et rursum tradidit mũdum sortiri mortalia & immortalia,atq; inde completum fuisse.Deniq́ue factus est visibilis,& intelligibilis, cælũ deniq; esse vnigenitũ à Deo. Quæ omnia in eum sensum trahuntur ab istis,quòd mũdus sempiternò habet esse à Deo: & ob hoc vocant mundũ genitum.Porrò autem demus hoc Augustino Eugubino mũdum cœpisse in tempore, nunquid probè colligit,igitur cœpit ex creatione? non vtiq́ue. Etenim materiam coæternam Plato cẽsuit Deo fuisse,quidquid de mundo censuerit. vt Ambrosius est autor primo lib. Hexamerõ cap. 3. ex qua materia inordinata & inculta fabricatus est mundus secundum eos,qui Platonem putant mundo temporis dedisse initia. Quòd si ex materia Deus mundum fabrefecit, non creauit Deus mũdum,sed potius generauit. Adde etiã istis Aristotelem.8.Physi.cap.1.commemorãtem Empedoclem, & Democritum tradentes tempus fuisse æternum: & nũquam cœpisse, ergo non solum Aristoteles docuit, mundum fuisse æternum. Imò diuersum crediderim, nullum philosophorũ cognouisse mundi creationem.Neq; Aristot.neq́ue alij clarissimi quiq; philosophorum, & poëtarum.Et obseruabis Anaxagoram Socratis magistrum dixisse æterno fuisse rerum vastam congeriem, confusaneam, & inordinatam rerum molem, at diuinam mentem hæc miscellanea rerum perturbata distinxisse. 8.Physic. text. 28. Et Orpheus, & Hesiodus itidem tradiderunt mundum ex Chao à Deo conditum. Qua propter nihil antiquius crediderunt,quàm chaos. Concesserunt enim chaos præcessisse antiquitate & Deos, & Deas: namq; censuerunt esse Deo coæternum, ideo dixerunt chaos esse ἀρχαῖον. Non est ergo creatus mundus (vt putat Eugubinus) si genitus est à Deo mundus,secundum placita philosophorum & poëtarum. Quandoquidem ex chao tanquam ex materia Deo coæua mundum fabrefactum esse tradiderunt:ergo non ex nihilo est conditus: id, quod creatio in suam exigit rationem. ¶ Porrò autem Aristoteles aliam viam est ingressus. Probat namq́ue. 8.Physi. mundum esse Deo coæternum, ideoq́ue neq́ue genitus est,ex dogmate Peripatetico mundus, neq́ue factus: quippe qui Deo est coæternus. Nisi genitum sumas iuxta Simplicium, id esse quod ab altero dependet. Nam hac ratione mundus genitus est, iuxta hanc viam philosophandi. Namq́ue mũdus secundum Aristotelem à Deo pendet in suo esse & gubernatione, vt in primo Sententiarum libro ex multis commone fecimus. Et profectò mallem philosophari cum Aristot. quàm cum cæteris philosophis Chaos concedentibus. Nam si chaos coæternum est Deo, satius est fateri mundum coæternum Deo.Namq́ue chaos cõfusaneam rerum molem denotat: ecquid si confusio est Deo coæterna, perfectio & distinctio quid ni? Succingam tamen argumenta Aristot. quibus contendit suum firmare placitum. Primo inquit, si motus localis cæli nõ est coæternus, sed incœpit esse,aut cœpit esse,simul cũ cælo, aut cælũ præcesit motum localẽ cælestem. Quòd si simul cœpit esse,ante motũ localem erit motus alter. Namq́ue cælum cœpit esse per generationem,& ita generatio erit ante motum cæli circularem. Hoc autem est impossibile, nam motus circularis est ante omnem motum. Quòd si cælum præcessit motum suum localem, & prius fuit cælum, & dein motus localis: iam idem colligit, ante motum primum cæli, fuisse motum. Namq́ue cælum cur prius non mouebatur, & modo mouetur, vtiq́ue aliqua mutatio facta est aut in mouente, aut in mobili, vel ex amotione impedimenti, vel ex approximatione mobilis ad mouens,vel ex noua voluntate mouentis. Aut finge quod malueris. Igitur quod mo

Varia placita Platonicorum.

Carpitur Augst. Eugubinus.

De mundi exordio ad Plato.

Genitũ dupliciter capitur.

Quid tẽpus Platoni.

Chaos ἀρχαῖον. Id est vetustum.

Aristt. argumenta quibus mũdũ æternũ esse probat.

dò mouetur cælum, non habet motum primum circularem, quia ante hunc motum præcesit motus alter. Secundò colligit, sit A. instans quando incœpit motus cæli, igitur in hoc instanti mouetur & prius non mouebatur: at vbi est prius, & posterius, est tempus, igitur ante hoc instans fuit tempus, & ita ante primum tempus, fuit tempus: quod inuoluit contradictionem.

¶ Tertio, Quodlibet instans temporis, est initium posterioris, & finis prioris (quia tempus est continuum) igitur non datur A. instans quod sit primum instans temporis, ante quod nullum fuit tempus.

Auerroistica argumenta mundi æternitatē suadētia.

Commentator quoque Auerroes iuuat suum antistitem Aristotelem. A voluntate, ait, antiqua non procedit opus nouum, sine eius mutatione: ergo à diuina voluntate, quæ æterna est, non potest nouus prodire mundus, nisi Deus mutetur, quod est impossibile. Adhæc, quandò agens est vndecunque perfectum, statim in suum prosilit opus: at Deus est perfectissimus ab æterno, igitur ab æterno produxit mundum.

¶ Et rursum, cur Deus æternus, mundū ab æterno non produxit? Num quia inuidus? num quia impotens? non inuidus, quippe Deus creaturæ non habet cur sit inuidus. Neque quia impotens, quia est abæterno omnipotens.

¶ Quibus accedat, Deum optimum, velle optima, at mundi creatio optima est, ergo hoc ab æterno amabat Deus mundum facere, igitur fecit ab æterno mundum, vt bonitatem suam creaturis suis semper largiretur. Lege disputationes Auerroisticas contra Algazelum disput. 1. Eodem accedet, quid rationis afferetur, cur potius mūdus creandus esset in vno tempore, quàm alio? igitur æternò creatus est, quia nulla videtur potior ratio, cur tēpore quo Deus mundum fecit, fecisset potius quàm ante illud instans, quàm conditus fuit. Et lege Aug. in lib. de Genesi, contra Manichæos, denarrantem lib. 1. c. 3. & 2. argumēta Manichæorum contra mundi creationem & eadem soluentem. Cæterum quanuis Aristotelis deprompsimus argumēta quibus æternitas mundi suadebatur, reperias etiā in eodem Aristotele quædam, quæ sibi ipsi videtur obuia in disputatione ista. Nam proferam tibi loca ex libris Polit. Libro enim. 1. cap. 2. Primus, ait, homo, qui ciuitates instituit, fuit causa maximorum bonorū. Et cap. 6. lib. 2. Primi homines, qui fuerunt siue ex corruptione seruati, siue ex terra progeniti, rudes fuerunt. Et lib. 4. cap. 13. Prima, ait, respublica fuit regia, quia in principio pauci homines erant: quare conditores Vrbium Reges erant. Et 1. Meteororum, Ægyptios credidit esse antiquissimos omnium hominum. Et. 3. de Generatione animalium reuocat hoc ipsum, quod versamus, in dubium, si hominum, scilicet, genus cœperit aliquando. Et rursum ait, Primus, qui fabulā cōmētus est, Venerē & Martē, primos fuisse coniuges, scitè fabulatus est. Nā viri bellicosi, Venerei sunt. Et ad hunc scopū tendentia pleraque alia sunt, quæ attenta Aristot. lectio suppeditabit. At verò, hæc, quæ protulimus etsi ex cortice sermonis videantur præse ferre, mundum & homines habuisse originem, cæterum fortassis expedite solues illa, si dixeris, Aristotelem dixisse, primos, non eos qui primū creati fuerūt: quia hoc negat: sed primos eos vocat, quos hominum memoria primos protulit, & in annalib⁹ primi referūtur. Nec me latet quē piam Doctorum motū Aristo. testimonijs Aristotelē forte retractasse sentētiā quam in lib. Physi. scripserat. Cæterū neutiquam retractauit. Etenim ex professo rē agens de mūdi æternitate, mundum esse æternū fatetur. Et in lib. de cælo & mundo multis agit cælū esse æternū, & ingenerabile, & incorruptibile: quòd si cælū est æternum, mundus etiā æternus est. Porrò Philoponus credidit rationes Arist. quas præmisimus esse falsigraphos, & non demonstrantes mūdi æternitatem. Quamquā Simplicius contrà docet esse demonstratorias. Vtrumq; lege. 8. Physi. Ego verò subscribo Philopono. Puto enim non esse demonstratorias. Namq; secundum principia fidei facilè soluentur. Quamquam fortassis iuxta Arist. principia sunt magis conuincentes: & iuxta hāc rationem rectè Simplicius docuit. At verò Catholicus soluet rationem primam, dicens mobile primum simul cœpisse cum motu locali, neque tamen ante motum cæli, fuit generatio cæli, sed creatio. Et ita ante motum cæli localem, non fuit alter motus, aut mutatio. Quia diximus suprà, creationem non esse motum, neque mutationem, propriè obseruādo vocabuli significantiam.

Testimonia Arist. collidentia cum Aristotele.

Soluuntur argumenta Arist.

¶ Secundo

¶ Secundo dicito, quando cælum cœpit per creationem. A instans, in quo cõditum est, fuit primum instans sui motus: & immediatè ante hoc instans non mouebatur: & nunc mouetur. Non tamen subinde firma est collectio, prius non mouebatur, & modò mouetur, igitur tempus fuit ante hoc instans. Siquidem propositio hæc, prius non mouebatur, non capienda est in sensu quem facit, at in sensu in quo fit. Hoc est, non immediatè ante hoc mouebatur. Vt sensus sit negatiuus, & non affirmatiuus. Secundum igitur rationem deluditur argumentum. Scio, Ioannem Grãmaticum cognomento Philoponum, aliter soluisse hoc argumentum. Negat enim esse certam propositionem Aristotelis, vbi prius & posterius est, ibi est tẽporis intercapedo. Quippe angelica cognitio habet prius & posterius, cæterum sine tempore. At solutio nostra magis euacuat argumentum Peripateticum. Et alia argumenta Arist. citra negocium solues. Et quantum assequor, vehemẽtiora sunt argumẽta cõtra Aristotelem quã Aristotelica. Namque. 2. Metaphysic. didicimus vbi est primum, est vltimum: & diuerso, vbi vltimum, ibi est primum. At verò signa motum hodiernum primi mobilis, iste est vltimus omnium motuum, qui præcesserunt antehac, ergo dandus est primus motus: quomodo ergo ęternus est motus? Neque euasio Auerroistica admodum iuuat, veram dicens esse regulam Metaphysicam, cuius mentionem fecimus, in essentialiter ordinatis: non in accidentali ordine. Etenim impertinens est ad rationẽ primi & vltimi, quòd essentialiter, aut accidentaliter ordinẽtur. Et profectò mens non facilè capit vltimum motum, nisi per correlationem ad primum. At forsitã hoc argumẽtum soluendũ est aliter: hunc motũ, hodiernũ scilicet, nõ esse vltimũ simpliciter, quia post hunc alij succedent: ita quoq; nõ habet correspondentẽ primũ simpliciter, sed primũ secũdũ quid. Et habet pleroſq; hoc modo primos: scilicet omnes qui prẽcesserunt. Iuuabis autẽ argumentũ si nouũ illi socianeris. Natura enim fugit infinitũ, & cõis actio, & operatio naturæ finem habet, quo adepto cessat operatio: quomodo ergo fuerunt & erunt infiniti homines? At, ais, non fuerunt simul, ideo est infinitas potẽtialis, & nõ actualis. Sed quid? animæ infinitorũ hominũ, qui prẽcesserũt, actu sunt, igitur cogitur Arist. cõcedere actu infinitũ. Hoc argumentũ euadet Pythagoras. Cõcedẽs eñ metãpsychosim, dicet, animas finitas trãsmigrare de corpore in corpus. At Aristot. Pythagoreã metãpsychosim non admittit, ideoq; premit hoc argumentũ Aristotelicũ dogma de æternitate mundi. Cõmentator Auerroes vt ab hac pressura suũ assereret principem, finxit vnum intellectũ esse omnibus hominibus: de qua re subdemus sub hæc sermonẽ. Præterea est argumentũ cõtra Peripateticã traditionẽ, infinitũ non suscipit magis & minus, neque inter infinita est proportio: at verò inter infinitas reuolutiones Saturni, & infinitas Solis est proportio. Etenim Saturnus triginta annis suũ pagit motũ, & Sol vno anno suũ cõplet orbem: est ergo proportio trigecupla inter reuolutiones Saturnias ad solares reuolutiones. Et quãta est partis ad partẽ, tãta totius ad totũ. Etrursum, plures sunt reuolutiones Saturniæ, quã solares, ergo infinitũ suscipit magis & minus. Soluit Cõmentator argumẽtũ, sed nostra nihil interest in præsentia. Post hæc autẽ eluenda sunt Auerroistica, quæ exposuimus iam pridẽ, argumẽta, quę æternitatem mũdi colligebant.

Soluuntur argumenta Aristot.

¶ Et primo argumento dicito, mundũ nouũ processisse à Dei volũtate antiqua, citra omnẽ mutationẽ diuinę volũtatis: & Auerroes falso se locauit fundamento. Putauit enim Deo cõdente vniuersum, voluisse volũtate noua cõdere, quod prius cõdere noluerat: & decipitur sic credens. Quippe ꝙ volebat quando mundum creabat, nõ tum primò volebat, sed æternò idem volebat, ꝙ modo facere voluit. Itaq; nouitas est in diuino opere, at æternitas est in volũtate operãtis: vt nos latè prosequuti sumus in primo Sententiarum libro.

Soluũtur argumenta Auerroſtica

¶ Secũdo argumẽto dices, agẽtia naturalia quãdo pfecta sunt & aliunde nõ impedita, opera sua exequutioni mãdant: at Deus est agẽs liberũ, ideo tũ mandat exequutioni opus suũ, quando ex cõsilio sapiẽtiæ suę facere opportunum decreuit.

¶ Tertio argumẽto dicito, Deũ nõ esse inuidũ, quoniam qui probus est, inuidus nõ est, testãte Cicerone lib. de rerum vniuersitate: Deus autẽ optimus est: at mũdum nõ fecit æternò, quia cẽsuit æternò mundũ creare nõ esse expediẽs. Ideo dixit Plato, generationem mundi ex coitu diuinæ mentis, & necessitatis processisse.

¶ Quarto dicito, mundum non processisse ab æterno, quia quanquam mundi creatio optima sit, at verò tū demū mādanda erat exequutioni, quando diuina sapientia expedire decreuerat, vt dictum est.

¶ Quinto dices, nihil obstabat Deo quominus mundum conderet, antequam condidit, at nō fuit prius cōditus, quia Deus non disposuerat prius condere. Legendus tibi August. 12. de ciuitate Dei cap. 18. Et demum quod gentes malè habebat, cur tā tarda fuerit creatio mundi, nō est cur illas malè habeat: namque etiam si multo prius creauisset, quàm creauit, semper hoc dubium in manibus esset, cur tum creauit, & non prius autore August. 12. de ciuitate. cap. 10. Deus igitur ab æterno nō creauit mundum, vt palàm esset quàm indigens esset creatura creatore & quā non indigens creator creatura. Namque si ab æterno creasset, indigentia hæc non perciperetur planè, vt modo intelligitur. Neq; in eis erat Deus ab æterno, nō creās, aut ocio torpebat, qui in propriæ diuinitatis cōtemplatione beatissimus erat, vt neq; creādo orbē labore fatigabatur. Quippe solius voluntatis imperio cuncta tum creauit & modò vniuersa moderatur. Ab æterno ergo se intelligebat, & amabat, & se intelligendo vniuersa alia à se contēplabatur. Et ideas faciēdorum apud se retinebat. Vt cū psalmo dixeris, pulchritudinem agri cum Deo esse: imo omnium splendorem & pulchritudinem Deus in se retinebat tū vt modò. Et demum collatis omnibus ego arbitror sententiā Catholicam de creatione rerum planiorem esse, quàm Peripaticā, quę mundum Deo coæternum facit. Namque vix intelliges si æternæ sunt creaturæ, vt sunt dependentes à Deo. Namque si vniuersum est æternum & non potest non esse, quomodo ergo à Deo est pendens, si Deus vniuersum nō potest euertere vt philosophi dicunt? Equidem hæc duo videntur inuicem collidentia, & quod mundus à Deo pendeat, & quod Deus totum euertere orbem nequeat. Tu lege Henricum Gandensem quodlibeto. 1. quæst. 7. & August. 12. cap. 14. Et si accuratius rem hanc introspexeris, videbis etiā iuxta Peripatetica principia magis consentaneam esse rationi naturali creationem rerum, quā æternitatem. Etenim Aristoteles, & eius alumnus Auerroes, vbique verè clamant, Deum esse actum purissimū. Et reuera vt res se habet in essendo, ita in agendo. Vtique intensiora sunt actiuiora, quàm remissiora: & spiritualia habent actionem spiritualem, vt corporalia, actionem corporalē. Iam ergo si Deus est actus purissimus, in depēdēs ens est omnino, & nullo est egēs: quia nihil perfectionis illi deest. Namque si quicquam defuisset, iam ad illud esset in potentia, & conficeretur, non esse actum purissimum: at verò si in agendo est depēdens à materia, & non potest agere nisi opitulante materia, quomodo ergo est actus purissimus in essendo? quandoquidem in agendo non est purissimus, quippe testantibus philosophis, depēdet actio eius à materia, quia creare non potest. Catholici autem vt Dei essentiam actum purissimū cōfitemur, ita quoque & eius actionem liberā ab omni egentia materiæ fatemur. Ideoque ex nihilo vniuersa condidisse, equisimo nomine profitemur. Cæteras porrò creaturas omnes, quia non sunt actus purissimi, sed mistam habent potentialitatem cum actu, vt habent esse non liberū à materia, imo sapiens materiā, ita quoq; actionem habent dependentem à materia. Qua propter angeli extra se nihil agere valebunt, nisi iuuante materiæ patrocinio.

¶ Præter hæc autem considerandum est, pleroscque philosophos magni fecisse locum Arist. suprà commemoratum, intellectū nostrū de foris esse, vnde arbitrantur Aristoteli confessam fuisse animarum rationalium creationem. At verò oculatius re inspecta, nō est tā magnificus hic locus, quàm ab illis magnificatur. Etenim Auerroes duxit, intellectum humanum esse intelligentiam separatam & non esse formā intrinsecam hominis, sed solùm quasi formam: differentem tamen à cæteris intelligentijs motricibus orbium. Namque cętęræ non copulantur phantasmatibus materialibus, vt forment actus intelligēdi, hic autem copulatur & pendet ab illis. Itaq; vt singuli orbes singulis donantur intelligentijs, ita genus humanum hanc habet intelligentiā, quæ copulatur nobis per amorem. Et Marsilius Inguē in. 2. lib. senten. q. art. 3. persuasum habet, hoc Auerroisticū placitum esse Aristotelicū. Neq; aliter credit Aristotelem intelligendum nisi sub hac interpretatione. Alioqui Aristotelica doctrina succumbit multis discriminibus. Le

ge

Cur mundꝰ æternò non fuerit creatus.

Deus ante rerum creationem non erat iners, aut ociosus

Benè hæc considera contra philosophos in fauorem fidei.

Argumentum egregium in fauorē fidei.

Commentū torisopinio de intellectu nostro.

ge Cõm. 2. Metaphysicorũ. Iã verò iuxta hoc commentum Arabicum quis non videt locum Arist. non probare creationẽ? Namque de foris est intellectus humanus, quippe qui est intelligẽtia separata. Et iuxta hoc inuentum itidem soluitur vehemẽs illud dubium de infinitate animarũ rationalium, vt te docebit Cõm. disput. 1. cõtra Algazelum: & nos supra differebamus. Et philosophi Itali qui nostra ætate floruerunt, non dissentiunt à Marsilij decreto in re hac. Ego tamen non possum istis auctoribus in sententia hac exhibere fidem. Neque video vt conueniat Arist. cõmentum Cõmẽtatoris sui alioqui diligentissimi. Nã lego in Arist. intelligentias captare numerum ex orbibus cælestibus: & tot tãtum esse, quot sunt orbes. Vnde ergo ipse inuenit hanc intelligentiã ab alijs diuersam dependẽtem quodãmodo à materia? Ego quidẽ non video, fateor, locũ Aristotelis Cymmerijs tenebris inuolutum. Ait enim, intellectum nostrum esse de foris, quòd si dixisset à Deo nobis datum, nullus esset ambigẽdi locus, atqui suppresit verbum quod diximus, ideo patet locus varijs sensibus. Porrò autem clarius rem istam extulit Plato, tradens, animas humanas creatas ab angelis: angelos verò à Deo, vt meminit Cicero lib. de vniuersitate: vbi ex Platonica doctrina ait, angelos à Deo fatos: animas verò ab angelis. Tametsi si rẽ hanc dispicis, Theologis istud dogma est hæreticum: & philosophis non est probatum. Scimus enim synceram amantes philosophiã decreuisse, angelos extra se nihil efficere nisi intercedente motu, & cælesti virtute. At verò anima rationalis non pendet a vi, & motu cęlesti, ideoque dimittamus dogma hoc. Nisi velimus ad æquiorem, quàm verba sonant, sensum, dogma hoc temperare, angelos videlicet nõ esse creatores animarum humanarũ, sed diuinæ ministros creationis, vt Cicero lib. de legibus ad mentẽ Platonicam docet, dicens animum nostrũ esse solum à Deo fatum: at corpus nostrũ à curfibus cælorum compactum. At verò istud in alterum locum reponitur. Regrediamur in Aristotelis interpretationem, si fortasis dominus dabit verum assequi sensum loci obscurissimi. Et, nisi me mea fallit opinio, duo hæc sunt diuersa, creari, &, non educi de potentia materiæ. Et fomentum fuit fallitatis, hęc duo non distinxisse. Oportebit igitur aduertere ex Augustino lib. 6. de Genesi ad literam cap. 10. in seminibus esse rationes quasdã causales & inuisibiles, ex quibus ipsa quæ videmus viuentia producuntur. Itemque in elementis conditas has primordiales seminum rationes confitetur. Namq; agẽtia vim agendi aut producendi alia à seipsis materijs imprimunt, vnde effectus prodit in lucem. Quapropter omnes formæ corporales, siue animæ sint, siue aliæ non viuentes formæ habent in materia impressa ab agentibus vim hãc seminariam, quãdo viuens producit viuẽs, aut aliam dispositionem, quæ vicem habet seminis, vt in animalibus spontaneis, quę ex putri materia generantur, aut si viuentia non producũtur necessariò est dispositio in materia ab agente impressa, quę attingat formam producẽdã, vt calor inditus ligno ab igne, attingit productionẽ formæ igneæ: & nõ solũ ad formam producendam substantialem attingit, sed etiam ad accidentia, quæ necessario formam substantialem consequuntur. Quam ob rẽ quia in materia est hæc dispositio attingens productionem formæ ab agente materiæ indita, ideò rectè formæ, quæ per has dispositiones materiales producuntur, dicuntur educi à potentia materiæ: nempè à dispositione causali infixa materiæ ab agente. Vnde anima rationalis non educitur de potẽtia materiæ, quippe in humano semine non est dispositio impressa à generante, quæ animam nostram possit attingere: quæ sit instrumentum generantis in ipsa productione animæ. Ideoque de potentia materiæ non educitur. Est sanè dispositio in semine humano, quæ materiam præparet, & quasi locum sternat animę rationali excipiendæ: at non est vis instrumentaria seminis, potens attingere animæ nostrę productionem, vt semen bouis, aut cuiusuis alterius attingentem habet vim ad producẽdum bouem generanti similem. Namque huiusmodi formæ non sunt intellectuales formæ, ideo non leuantur supra vim materiæ ab agentibus inditã seminibus. At anima rationalis, quippe quæ spiritualis est, & intellectualis, & operationem habet superantem omnem vim materiæ: propterea fugit lõgè dispositionem materialem materiæ, id est, non subest eiusdem productio viribus materialibus. Et fuerunt philo

Argumentum egregium in fauorẽ fidei.

Autoris calculus contra reliquos.

Commentatoris opinio de intellectu nostro.

Plato de animæ origine non sibi constat.

Obserua quid sit educi de potentia materiæ

Cur anima rationalis non educitur de potẽtia materię

sophi qui lumen tradiderunt etiam eandē subire legem, quia confitētur nō educi de potentia materiæ, vt nos latè discussimus comment. nostris ad libros de anima Aristotelis. Siquidem diaphanitas aeris, est dispositio ad recipiendū lumen, non tamen ad producendum lumen. Aer enim caret vi hac productoria luminis. Itidem confitētur de speciebus sensibilibus quę diffundūtur in aerē: de quare alibi. Cęterū cernebat Arist. animā esse actū corporis physici: & ideo apud se colligebat, nō posse produci extra corpus. Et ob eā rationē Platonem nō amat Peripatetica schola, qui animas extra corpora creatas in cælestibus sedibus tradebat. Iungebat igitur hęc Arist. animā à natura nō posse sola infundi, quia in natura non extat agens tāta vi præpotens, quæ hoc præstare valeat, ideoque illam dixit de foris esse. Quasi dixisset non esse productam ab viribus naturæ. Quod idem est ac si dixisset non esse eductam ex potentia materiæ. At verò nusquam reperias apud eundem animā tradi creatam à Deo. Etenim creationem vbilibet diffitetur, quomodo in libro de generatione animalium tam breui sermone & sine probatione assereret animā creari à Deo? Quid? quòd si nouè hoc assereret, nouè quoque probaret. At non probauit. Et prętermorem suum est, tantum mysteriū tradere non probatum: imò contra morem verorum Philosophorum est magna aut parua tradere non probata. Quod ergo ait, de foris esse nostrum intellectum, perinde est, atq; si dixisset, intellectum non esse formā materialem educibilē de potētia materiæ, aut de gremio materiali ab agente extrahibilē. Vnde cōsequium est, à Deo esse producendam. Quanquam autorem suppressit. Quis nam autor animæ, num Deus, aut intelligētia? At verò facilè insinuabat Deū esse. Quādoquidem superantem materiæ & totius naturę vires, fatebatur animę productionem. Non tamen credidit, aut tradidit productionem rationalis animæ esse creationē. Namq; videbat esse actū corporis, & ideo necessariò in materia est producēda. Vnde productio animæ quippe quæ habet ordinem ad materiā, non est creatio appellanda secundū Aristotelē. Nos verò non formidamus cōcedere animam rationalem creari à Deo. Namq; etsi creetur in corpore ex gastulo, at verò ipsa per eādē productionē posset à Deo creari extra corpus, vt creatur in corpore. Similiter Theologi non dubitant concedere, gratiam & charitatem creari in nobis: quanquam in subiecto creentur. Cęterū dicuntur creari, quia non educuntur ex potentia materię: & quanquam in materia producantur, nō tamen ex potentia materiæ: ideo dicuntur fieri ex nihilo, quanuis fiant in aliquo.

Anima humana secundum Aristotelem non creatur.

Anima rationalis creata à Deo.

¶ Petes fortasis, qualis est actio hæc infundēdi animam in corpus? Nam physica non est, quia supra vires naturæ est: creatio autem non est, vt diximus, ex Aristotelis placito. Dicendum sanè est Theologis esse creationem: at secundū Arist. est actio media inter physicam, & creationem. Nō est enim physica propter causam commoratam, at sapit actionem physicā, quatenus à materia est pendens hæc actio: & habet ad materiam ordinem animæ productio. Aut dices receptionem animæ rationalis in corpore esse sanè receptionem physicam, quia recipitur vt cæteræ formæ physicæ, at eiusdē productio superat omnes actiones physicas. Sunt ergo duæ diuinæ actiones superantes omnē actionē physicam, altera quidē est emanatio æterna mundi à Deo: altera verò animæ rationis productio. Hæc ad mentē Peripateticā.

Duæ actiones nō physicæ apud Aristotelē.

¶ Videbitur autem tibi forsitan maiora esse suburbia vrbibus: ideo ęquum est non producere amplius sermonem, sed ex iactis fundamentis, sit prima cōclusio respōdens quæstioni propositæ: Mundi emanatio à Deo demonstrabilis est. hæc patet. Etenim, vt diximus in primo, demonstrabile est Deū esse primum principium vniuersorum, animāque ab illo pendere, vt habes 1. de cælo. & 12. metaphysicorum, & sæpè aliàs.

Conclusiones decisoriæ.

¶ Secunda conclusio: Quòd mundus sit creabilis à Deo, vehemētiori ratione colligitur, quā quod nō sit creabilis. hęc demōstratur propositio ratione supra iā indicata, quia Deus vt in suo esse nō pendet à materia, ita neq; in sua actione: ergo poterit creare, quæ volet, ex nihilo.

¶ Tertia conclusio: Quòd sit de facto creatus, demonstrari nō potest: idest, quòd omnia ex nihilo fecerit. Hęc patet, quia creatio mūdi ad factū pertinet, quod soli Deo constat, aut ex diuina reuelatione.

¶ Quarta cōclusio: Neq; demōstrabile est, mundū nō esse creatum, sed esse æternum.

Hæc

Hæc liquida est ex denarratis superi⁹. Imò Arist. 3. de animalium generatione cap. vltimo rem trahit dubiam de mũdi exordio, num homines cæperint esse ex ouo progeniti, an ex verme. Et primo Topicorum problema esse duxit de mũdi inceptione: & ad vtranq; partem probabile. Non me latet Auicennã. 5. Metaphysicorum suorũ contendisse probare demonstratoriè creationẽ: at verò rationes eius sunt sophisticæ, tantum abest vt demonstrent: de qua re infrà agetur, quando de æternitate mundi tractatus instituetur.

Aristoteles videtur dubius de hominũ principio.

¶ Supereſt, argumentis impetentibus has conclusiones, quas in exordio huius disputationis obiecimus, facere satis.

¶ Ad primũ dicent Peripatetici, materiam habere esse dependẽs à Deo, non per generationẽ, quippe quæ ingenerabilis est: neque per creationẽ, quia ex nihilo nihil fit: at per simplicẽ emanationẽ, vt si Sol esset ęternus, lux haberet esse à sole per emanationem, vt riuulus à fonte.

Argumenta soluuntur.

¶ Ad secundum argumentũ quod ex Augustino protulimus, dicerent Peripatetici nullam esse rationem conuincentẽ mundi creationem. Quid? quòd Philosophi autoritate Augustini non comprimuntur. Ideoq; nihil refert, si citetur Augustinus.

Duæ actiones nõ physicæ apud Aristotelẽ.

¶ Tertio argumẽto satis superq́ue responsum est in corpore huius disputationis: indidem hauries.

Conclusiones decisoriæ.

¶ Porrò aũt annectamus huic disputationi aliã, Nũ De⁹ dicendus est creare modò. Etenim quòd creauerit olim fide tenemus Gene. c. 1. at si modo creat, vertitur in dubiũ. Neq; dubiũ vertitur de anima rationali quã diximus creari modò à Deo, iuxta illud Psalmi: Qui finxit sigillatim corda eorũ. Neq; est disputatio de virtutib⁹, aut donis infusis, sed vniuersaliter texitur disputatio de rebus omnibus. Videbitur em̃ fortasis alicui etiamnum De⁹ omnia creare, quandoquidem lapides, animalia, virgulta cæteraq; omnia creaturæ appellãtur. Vndè Dominus ait: Ite, & prædicate euangelium omni creaturæ. Et Paul⁹: Omnis creatura ingemiscit vsq; adhuc. Adde istis Augustinum dialogo contra Felicianum, definiuisse creaturam in hunc modum: Creatura est ex eo, quod est nihil: aut ex eo, qd fuit nihil, corruptibilis substantia, diuina voluntate facta. Cæterũ vniuersa quæ modo sunt sub cælo, quanquã sint ex aliquo, quia ex materia generãtur, at materia, ex qua generantur, fuit nihil ante quã mũdus conderetur: igitur verè etiamnum creãtur omnia, quia quanquam nõ sint ex nihilo: sunt tamen ex eo, quod fuit nihil, nempe ex materia. Item Augustinus epistola ad Consentium, fatetur, Deum, si non species certè particularia creare. Et rursum idẽ Augustinus denarrans Psalmum. 73. tractansque verba illa: Deus, quis similis tibi? tradit parentibus generantibus prolem Deum creare. Et Okam in quodlib. 2. q. 8. & eius alumnus Gabriel itidem fatentur. Et Thomas Vualdẽsis tomo primo art. 1. cap. 18. istis consentiens habet placitum. Et longo sermone August. rem istam prosequutus est. 12. de ciuit. Dei. cap. 25.

Marc. vlt. Ad Rom. 9.

Disputatio annexa.

¶ Porrò autem, mea sententia, hæc quæstio non est ardua admodum. Quippe de nomine esse quæstionem, & non de re, censuerim. Namque si creatio est ex eo, quod nunc nihil est, aperta est solutio, Deũ modo non creare. Siquidẽ ex materia Deus facit corruptibilia omnia. At vero si creatio est ex eo, quod fuit nihil, quis non videt omnia creari modo à Deo? quia materia fuit nihil. Cæterum puto hanc acceptionẽ posteriorem esse impropriam. Namque iuxta illam, consequens esset, Deum creare animas omnium animatorum: id quod non recipit vulgatus sermo Theologorũ, qui hoc esse insigne putant animę rationalis quę sola creatur à Deo. Nã animã bouis aut arietis, aut plantę, non dicimus creari à Deo, sed à natura produci, concurrente ad productionem Deo. Et quanquam secundum absolutam potentiam omnes animę animantium possent creari à Deo, at verò secundum ordinem à Deo præscriptum non creantur, quippe ex materia producuntur. Et quamuis simpliciter non indiget materia, ad suam actionem peragendam, Deus, cæterum voluit, & stabiliuit, nihil producendum generabilium sine materiæ opera & ministerio: vt etiam voluit spirituales effectus per sacramẽta & ministros sacros administrare. Quod si satis creditur creationi, quòd fiat aliquid ex eo, quod fuit nihil, iam bos generando bouẽ, creat bouem. Nam facit bouem, ex eo quod fuit nihil, id quod quis non iudicabit absurdum? Deus autẽ in primordiali rerum productione, vniuersa creauit, nõ quia plãtas & cætera corruptibilia vniuersa non

Decisio quęstionis ex Autoris calculo.

sa non fecerit ex materia: sed quia simul fecit materiam ex nihilo, & ex materia cætera eduxit de materiæ potentia: propter rationes seminarias quas ipse materiæ tum indiderat. At verò fortasis tibi allubescet si dixerim Deum modo nihil corruptibilium creare immediatè, sed mediatè dũtaxat. Quippe ex materia quã creauit olim, modò producit omnia. Creat sanè mediatè, at producit immediatè. Quòd si Deus modò creasset ex nihilo immediatè animã bouis, aut lapidis formam, per aliam actionem produxisset, quam modò producit. Etenim creatio differt ab actione physica: secùs est de anima rationali, vt suprà est commemoratum. Hæc si obserues, non facessent tibi negotium præfata verba Augustini. Dicuntur autem omnia opera Dei, creaturæ: ex nihilo enim processerunt. Et si rectè memoria tenes, creare, diximus superiùs secũdum Latinã acceptionem idem esse, atq; producere. Deus autẽ quippe qui est vniuersalis causa rerum, rectè dicitur semper creare, quæ ipse producit. Et subinde effectus omnis Dei, creatura, verè nuncupatur. At verò obijcit quispiam dubitationem, num Deus annihilat quicquam? Et re vera Augustinus in libro contra aduersarium legis & prophetarum cap. 6. hãc quæstionem putat difficillimã: verum sine multiloquio illam breui expediemus: Deum posse ex potestate absoluta, quæ ex nihilo condidit, in nihilum vertere. At verò hoc non exhibebit, quæ est eius bonitas. Et damnati summis exoptãt votis in nihilum verti, vt supplicia æterna euaderent. Porrò exhibente Dei iustitia non faciet Deus: & demum nihil annihilatur Deo, exceptis virtutibus, & donis infusis, quæ exigentibus culpis nostris, Deus sæpè annihilat illa.

Cur producta à Deo dicant̃ creata.

An Deus annihilet aliquid.

¶ Distinct. 1. Disputatio. 2. Nũ Deus potuit mundum ab æterno creare.

1. argum.

IT fortasis cuipiam videbitur, Deum non posse ab æterno creare. Etenim repugnat creaturæ æternitas. Colliges, nam creatura ex nihilo est, ergo si est ex nihilo quomodo æterna? Namque quod ex nihilo est, acquirit de nouo esse: si est acquisitio noui esse, creatura æterna non est. quia vbi nouitas, non est æternitas. Secundò: In æternis nulla est potentia. 9. Metaphy. text. 3. igitur æterna, sunt purus actus: at nulla creatura potest esse purus actus, igitur creaturæ repugnat æternitas. Minorem ostendes. Nam creatura ab alio accipit esse, & non habet ex se esse: quòd si ab alio accipit esse, ergo non est purus actus: nam purus actus nihil potest recipere, immò omnis receptio cum illo pugnat.

2. Argum.

¶ In diuersum est: Quod non implicat contradictionem, est factibile, & diuinæ planè subest potestati: vt nos latè prosequuti sumus in 1. Sentent. lib.

Argumentum in diuersum.

¶ Disputatio hæc legitima donetur discusione, in primis sensus illius discutiendus est. Etenim habet sensum certum, & ambiguum: certus sensus est, Deum posse mundum ab æterno creare: si æternò syncategorematicè vsurpetur: etenim sensus est, Deum posse condere mundum ante quàm modò condidit. Itaque si modo. 6000. annorum sunt elapsa à mundo condito, poterat Deus multo antè condidisse vt essent iam sexaginta annorum millia transacta: & non solum hæc, sed multò plura, itaque quocunque tempore exhibito, longè antè poterat Deus mundum condidisse. Hic sensus non est ambiguus: quia potens erat Deus semper mundum condere, & nunquam coarctatus vt conderet aliquo certo tempore. At huiusmodi sensus non est, quem quæstio amat hæc, quia sub hac taxata iam ratione, mundus non caret principio temporis: etiam si antiquissimam fingas rerum creationem. Porrò, quod vexat authorum mentes, est, num Deo subsit creaturas coæternas sibi facere. Et si sanctorum Doctorum codices consulas, blasphemum dicunt, hanc creaturarum cum creatore coæternitatem cõfiteri: vt Augustinus te docebit. 12. de ciuitate Dei capite 15. aut 14. putat enim pugnantem esse cum natura creata coæternitatem, vt argumenta in exordio quæstionis proposita indicant. Basilius quoque in libro cui titulum fecit, hexamerõ, in homilijs scilicet de opificio sex dierũ, idẽ decreuit: cui Ambros. lib. 1. hexamerõ. c. 3. astipulatur. Et Hugo lib.

Distinguitur sensus quæstionis vt apertior fit.

Creaturarũ coæternitas cum creatore blasphemiæ datur à Sanctis.

lib. de Sacramentis primo cap. 10. in horũ doctorũ iuit sententiam. Etenim si homines fuerunt ęterni, ergò & infiniti fuerunt: si infiniti, vt ergo cœperũt per generationẽ? item infinitũ non potest multiplicari, ergò reuolutiones cęlestes multiplicari nõ possunt: at multiplicãtur, itẽ multiplicãtur viuentia: ergò illis repugnat infinitas. Eodem quoque accedat, Aristotelem. 10. Metaphy. tex. comm. 4. dixisse mẽsuram esse eiusdem generis cum mensurato, vt longitudo longitudinum: hoc est linea linearũ, & superficies, superficierum &c. Iã ergo natura creata est finita, ergo mẽsura durationis eius erit finita: at æternitas est mensura infinita, igitur non est mensura durationis naturæ finitæ. Rursum æternitas est infinita, & non habens initium neq; finem: at verò omnis creatura necessariò habet initiũ: habet enim esse pendens à Deo: ergo habet initium. Igitur creatura non potest habere durationem sine initio, qualis est æternitas. Adhæc si æternitatem concedis mundi, quæram, vndè homines fuerunt progeniti, cæteraque viuentia? & difficillimum est intellectu, si dixeris homines fuisse progenitos, & non dixeris vnde, aut ex quo progeniti, itidemque de alijs. Lege Marsilium in hoc 2. q. 1. art. 3. & Bonauenturam in hoc 2. dist. 1. art. 2. q. 2. Et Hẽricum Gandensem quodlibeto. 1. q. 7. qui omnes in hoc placitum conspirarunt, impossibile esse, creaturam esse coęternam creatori. Innitũtur enim huic fundamẽto, si est creatura coęterna creatori, ergò ęquè perfecta esset cum Deo. Namque ęternitas est diuina perfectio, ergo si creatura habet æqualem æternitatem cum Deo, ergo ęqualem perfectionem. At verò factionem aliam complexus est Thomas. 1. parte. q. 46. art. 2. persuasam enim habet sibi contrariam sententiam. Nam possibilem duxit hanc coæternitatem creaturæ cum creatore. Etenim agentia quæ in instanti operantur simul sunt causa & effectus, vt Sol cum lumine suo: Deus autem in instanti mundum produxit, igitur nihil repugnat, esse simul mundum, & Deũ. Concors est Durandus Thomæ in q. 2. huius 2. dist. 1. Scotus aũt problematicam duxit quæstionem & nullã partem decernit. Et hinc & istinc argumenta proposita soluit. Porrò autem si me iudicem exigis super litigio

1. Cõclusio hoc tibi dicerẽ Cõclusionẽ primã, si coęternitas intelligatur ad sensum Philosophorũ qui crediderũt ita mũdũ Deo esse coęternum hoc est cælos & angelos, vt dissolui non possit ista coęternitas, neq; à Deo disrumpi; crediderim, dubio procul, Deũ non posse facere creaturam sibi esse sic coęternam. Hæc est perspicua conclusio. Etenim si hæc coæternitas cõcedit, non possumus intelligere quomodo creatura est à Deo pendens si coęterna est & à Deo dissolui nõ potest. Secundam accipe conclusionem.

2. Cõclusio ¶ Deo nõ subest creare ab æterno creaturã ex nihilo. Colliges hanc, quia si creatur ex nihilo, ergo prius fuit ipsum nihil, quã ipsa creatura, non ergo fuit æterna: imò repugnabit illi coæternitas. Et hanc conclusionem Henricus Gandensis si intellexit, rectè negauit, Deo non subesse coæternitatẽ facere creaturæ cũ seipso: & Bonaventura loco prænotato eundem sensum amans istam coæternitatem negauit.

3. Cõclusio ¶ Tertia cõclusio, mũdum hunc nõ subest Deo sibi coæternum facere: hãc promptè disces cõclusionem, si aduertis qđ inuoluit contradictionem, diuinã potestatẽ fugere: at verò contradictionem inuoluit hũc mũdum Deo coæternum esse creatum. Etenim cępit esse in tempore, igitur repugnat sibi coæternitas.

4. Cõclusio ¶ Quarta cõclusio, si simpliciter, pferatur hęc quęstio, nõ de mũdo isto qui iã cępit, sed de mundo alio, aut creatura alia à factis an huiusmodi creaturæ repugnet æternitas? probabile ducimus, mũdo aut creaturę nõ repugnare ęternitatẽ. Hãc pete ex Aristot. 1. Ethicorum. cap. 7. duratio ait maior aut minor rei perfectionẽ nõ auget. Imò albũ vnius diei & pluriũ dierum, vna & eadẽ fruuntur specie. Ergo homini verbi gratia nõ repugnat ęternitas, neq; augebit essentialẽ perfectionẽ. Itẽ Arist. credidit mundum æternum. At vero si æternitatem credidisset Arist. pugnare cum natura creata, non statuisset hãc mundi cum Deo coæternitatem. Et præter hæc concedimus, cælos æternos futuros, angelos, dęmones, & animas rationales. Quid ergo si æternitas à parte posteriori nõ repugnat creaturis, cur à parte anteriori pugnabit cum creatura? Infringunt tamen nonnulli hanc rationem, credentes Aristotelem non putasse mundũ Deo coæternum: imò secundũ Peripateticũ dogma mundũ cœpisse arbitrãtur. At verò rationes Arist. 8. Physicorum demon-

Mũdus Aristoteli non habet initiũ creationis, aut generationis.

demonstrant mũdum non cœpisse solũ per generationem ex materia. Et hoc dum taxat erat in animo Aristoteli suis rationibus conficere. Namq; Philosophi antiquiores Aristotele tradiderũt mundũ esse genitũ ex materia, quãuis differebãt in placito. Quibusdã enim erat genitus mundus & incorruptibilis, alijs verò corruptibilis. Et hoc euertere placitum curat Arist. 1. de cælo tex. comm. 102. Ego verò istis nõ suffragor, imò existimo Peripatetici esse dogmatis mundum Deo fuisse coæternum. vnde 8. Phys. tex. comm. 52. ex immobilitate primi principij perpetuum esse mundũ Aristoteles probat. Et 8. Phys. tex. cõm. 15. mundum, ait, incœpisse, non est opus naturæ, quia non est opus rationis: quia nulla ratio reddi potest, cur nunc, quã tũc, quam olim mundus cœperit esse. Igitur apud Arist. nullo modo cœpit mundus, aut generatione aut alio quouis modo, vt nos etiam suprà satis diseruimus. Quam ob rẽ ratio nostræ conclusionis infringi nequit. Cui probandę addes quod August. lib. 6. de Trinitate. cap. 1. Si ignis fuisset, ait, ęternus, splendor ignis esset illi coęternus. Et homil. 26. in Ioãnem. Si virgultũ (inquit) fuisset ęternũ, imago virgulti in aqua reflexa illi esset coęterna. Et rursum. 12. de ciuitate Dei (vt suprà induxim⁹) si pes esset ęternus, vestigiũ pulueri inditũ esset coęternũ. Ergo si quidẽ De⁹ est æternus, creaturã illi esse coęternã, nõ pugnabit cũ ratione si asseram⁹. Atais, latũesse discrimẽ interhęc: namq; quę prolata sunt exẽpla, sunt rerũ naturaliũ: at De⁹ est causa libera, ideò, etiã si De⁹ æternitate gaudet, at verò creatura nõ est sibi coęterna. Cæterũ quòd sit De⁹ causa libera, nõ tollit intentũ exẽplorum propositorũ: si quidẽ non propterea differũt agens liberũ, & non liberũ: quia liberũ non potest habere suũ effectum sibi coexistentẽ: naturale verò poterit. Imò ob hoc differũt, qđ liberũ agit nõ quãdo potest, sed quãdo vult: at naturale agẽs quãdo potest, tunc demũ suã actionẽ exequitur. Pes igitur aut ignis, &c. si ęterna essent, haberẽt coæterna vestigiũ, splẽdorẽ, necessariò sibi coexistẽtia. Deus verò si creaturas habuisset coæternas nõ necessariò illi coexisterẽt, sed volũtariè. Quãquã nõ est ad manũ hoc intelligere perspicuè. Si quidem si creatura esset Deo coæterna, sciscitabor, hęc creatura ab æterno vel est facta, vel nõ facta: si non est facta, quomodo creatura est? sin facta est, vndè facta, nũ ex substantia Dei? num ex nihilo? nũ ex materia? Primum est hęreticũ, si secundum astruxeris, ergò nihil præcesserit creaturã: non ergo coęterna est. Si quidem prius erat nihil, quàm fieret: & quod ex nihilo deniq; factum est, æternũ non est. Itidem si ex materia dixeris genitã creaturam, coęterna nõ est: quia si genita est ex materia creatura, necessario concedes illã cœpisse per generationẽ. Namq́ue etsi concedamus filium Dei esse genitum à Patre, & illi coęternum: at non ex materia extrinseca genitum fatemur: sed ex paterna substantia. At dices, equidẽ hæc creatura Deo coæterna si esset, esset à Deo facta, non per creationẽ ex nihilo, aut per generationẽ ex aliquo: sed per simplicem emanationẽ, vt est emanatio luminis à sole, aut resultãtia vmbrę à corpore lumi noso in corpore opaco sibi obiecto. Cæterũ supereſt quęrendũ, quæ nam hæc est emanatio simplex. nũ per hanc emanationem creatura fit, aut nõ fit, sed cõseruatur? Vtiq; si fit, redeunt argumenta priora: si non fit, ergo non est facta, nõ ergo est creatura. Præterea, num hæc creatura est ex aliquo, an nõ ex aliquo? inter hęc duo nõ est mediũ dare. Si ex aliquo, cæpit igitur esse per generationem: si nõ ex aliquo, ergo ex nihilo, hoc aũt videtur impossibile, nã tũc prius esset, creaturã esse nihil, quã fieri ex nihilo. ergo non potest esse coęterna. Quibus accedat & hoc aliud, si dixeris fortitan nihil præcessisse, secundum intellectum, ipsam creaturam, & non secundũ rem, est obiectio contra te, quia æternitatẽ etiam secundum intellectum, nihil præcedit: imò prior est consideranda æternitas, quàm ipsum. Dices hoc verum esse de diuina æternitate, quæ anteit ipsum nihil, quandoquidem Deus ex nihilo creat, ergò prior est, & intelligitur diuinitas, quã ipsum nihil: & continuò ipsa æternitas anteit, etiam secundum intellectum, ipsum nihil: at verò æternitas hæc quã diximus, est æternitas creata, non diuina, & ante hanc æternitatẽ cogitamus ipsum nihil. Cogitamus em̃ ab ęterno creaturam esse creabilẽ ex nihilo, & hoc prius est secundum considerationẽ intellectus, quã quod ab æterno creetur creatura. Adhuc aũt insultabit aliquis de ipsa æternitate creata, quærã num est ex nihilo, &c. Et recurrit argu-

Differentia agentis liberi & non liberi.

Argumenta contra possibilitatem coęternitatis.

argumentum dudum contextum: quod solues, vt prius cætera sunt soluta. Porrò quomodo fieret creatura, si ab æterno esset, nō est perspicuū: imò apud me est difficile quod intelligatur. Nāq; si dixeris per emanationem simplicem, quam philosophi Peripatetici tradiderunt mundum effluxisse à Deo, rem hanc non lucidam facies. Etenim & si ex catholica veritate concedamus, verbum Dei patris emanare à Patre, hanc tamen emanationem fatemur esse generationem ex substātia patris, & nō creationem, quia non ex nihilo. Cæterum emanationē istam æternam creaturę à creatore neq; dices generationē, neq; creationē: neq; dices ex aliquo: neque ex nihilo. Quid ergo hęc est emanatio? Est sanè productio creaturæ, oportebit respōdere, qualis est productio hęc: si quidē nō est productio de non esse, ad esse. Qualis igitur est productio hęc? Et profectò expensis vniuersis, quæ turgidam hanc quæstionē reddunt, nō est peruia sentētia asserens, Deū potuisse facere mūdum, aut creaturā quālibet aliā sibi coæternam. Videtur enim implicare hoc contradictionē, scilicet quod idem sit creatura & non creatura. Nam si ab æterno creatura, est creatura, & si coæterna est, non est creatura: quia ex nihilo nō fit, neq; ex aliquo fit, ergo creatura nō est. En tibi cōtradictionē. At ais, clarissimi Peripatetici cum suo principe tradiderūt, mundum esse æternum, ergo nos fideles cur hoc subtrahemus à diuina potestate, quod ipsi factum esse tradiderunt? Respōdebis huic argumento, cui fidens Ioannes Maior, certam tenet esse posibilitatē coæternitatis creaturę cum creatore. q. 3. dist. 1. huius secundi sententiarum libri, philosophos nō dixisse, Deum fecisse, aut creasse æternitatem mundi, sed quod naturaliter mundus erat coæternus Deo: non per aliquam æternitatem factam, aut creatam. At angeli, & cęli, erāt suapte natura æterni. At verò Catholici non hoc tradimus, creaturam aliquam quamlibet præcellentem esse suapte natura æternam. Rursum Aristoteles non concesit, angelos aut cęlos à Deo factos, aut creaturas Dei: at qui concedunt Deum potuisse facere creaturam sibi coæternam, illam confitebuntur esse creaturam Dei. Quapropter maior istis autoribus imminet difficultas, quā Aristoteli iuxta principia falso dogmatizanti, mundum fuisse æternum. Cæterum quia est quàm decentissimum vt diuinam potestatem non dimetiamur ex regula nostri intellectus, æquius est me fateri, non assequi modum, ex quo Deus potuerit hoc facere, quàm diuinę potestati subtrahere ius faciendi, id est, quod potuerit facere, quod dixerim, quia modò non potest facere creaturam sibi coæternam, quia quā modò faceret, initium temporis haberet. Et ideo implicat cōtradictionem, esse coæternam. At re vera si Deus ab æterno fecisset, nullum miraculum maius cogitari potuisset quàm creaturam facere coæternam suo autori. Quanquam ex coæternitate hac si admittatur posibilis, non conficitur creaturæ cū creatore æqualitas. Namque æternitas diuina est increata & indepēdens, at hæc æternitas creaturæ si admittatur posibilis, creata est admittenda, & à Deo depēdens: vt commemorat Boethius lib. de cōsolatione vltimo, vbi tradidit, falli eos, qui audientes ex decreto Platonico, mundum esse sempiternum, crediderunt mundum esse Deo coæternum, hoc est, eiusdem æternitatis. Etenim aliud est interminabilem habere vitam, aliud æternitatis habere rationem: quæ solius Dei est. Namq; æternitas creaturæ, si qua fuisset, creata esset, & à Deo habens esse, modo Deo solum noto, mihi saltem ignoto. Imò D. Augustino in 11. de ciuit. Dei. cap. 4. non admodum noto. Tradidit enim inibi, si mundus æternus est, vix processio eius à Deo intelligibilis est. Et meus intellectus nō capit bene quomodo facta possunt esse æterna, aut coæterna factori. Quāquam à parte posteriori nō sit difficile intellectu creaturas aliquas esse æternas. Postquam enim acceperunt initium, facile est capere non habere finem. At verò quòd creatura sit, & non cæperit esse, arduam habet intelligētiam. Sunt qui probent, posibilem hanc fuisse æternitatē creaturarum, quia ab æterno fuit angelus posibilis, & homo posibilis, ergo ab æterno potuerunt creari à Deo. Vnde dixit Cōmentator, quòd iuxta Christianorum sententiam confitentium mundum cæpisse posibilitates rerū ante mūdi creationē sūt concedendæ, vnde processit, essentias cōcedere æternas. At verò hoc argumentum eluet facilè, qui diceret, ab æterno fuisse posibilem creationem creaturarū syncategorematicè, non tamen categorematicè.

Quippe

Argumenta contra posibilitatem coæternitatis.

Quæstionis decisio.

Miraculum maximum creaturam facere coæternam suo autori.

Coæternitas creaturę cum creatore difficilis intellectu.

Disp. 1. contra Algazelum.

Quippe ante quodlibet tempus poterat Deus hominem, aut angelum, &c. creare, vt supra disserebatur. De essentiarum verò eternitate amplissimo sermone primus nostrarum disputationum liber te docebit. Sunt autem argumenta multa, quæ istam coæternitatem vehementer impetunt: qualia sunt argumenta de infinitate motuũ. Nãsi mũdus ab æterno fuisset, fuissent quoq; infiniti motus cælestes. Et vnum infinitum maius esset alio, vt motus Saturni, plures fuissent, quàm motus Solis. Et rursum infinito aliquid adderetur: nam infinitis motibus transactis, motus diurnus, hodiernus, aut hesternus additur. Et præter hæc, si mundus est æternus, homines quoque esse æternos fatendum est: at si homines fuisse infinitos fatearis, iam animæ erunt infinitæ. Etiam consequens erit, esse aliquod infinitum in actu. Hæc porrò argumenta suprà, si rectè meministi, exposita sunt. Nanq; hæc vehementer (vt quidam rentur) affligunt Peripateticũ dogma de mundi æternitate. Porrò autem hæc argumenta (excepto posteriore) nõ multis pollent viribus aduersus Aristot. si quidem ex Commentatore didicimus. 3. Phys. comment. 41. infinitum, impossibile est, vt sit numeratum actu. Vnde colliges, infinitũ si numeretur in potentia, nõ est impossibile numerari. At infinitum in successiuis, est infinitum in potentia: & non actu numeratum. Et. 1. cæli comment. 133. infinitum, ait, in tempore inuenitur accidentaliter, vt sit maius altero. Quia de tempore nihil existit actu: sed infinitum in actu reperiri vnum maius altero est impossibile. Ita que iuxta Auerroem in motibus cælestibus infinitis nihil incõmodi est, quòd quidam sint plures alijs, & quod in illis fiat additio. Nam horum infinitas est in potẽtia: & motus hodiernus non habet ordinem essentialem ad motum hesternum, sed accidentalem. Quia vt sit motus hesternus, necesse est vt motus hodiernꝰ absistat. Diuus Thom. in. 3. par. q. 10. art. 3. tradidit, nullũ infinitum esse maius alio, quando idem ordo seruatur: at si ordo sit diuersus, non itẽ. Nanq; si ceperis duas lineas infinitas, nulla est alia maior: at si singulam referas ad partes, maior est tota linea quã partes medietatis infinitæ. Itẽ si fingas numeros pares infinitos, & numeros impares etiam infinitos, horum summa maior est, quàm pares seorsum, aut impares. Qualequale istud sit, quòd S. Tho. edocet, nihil opus facto est modò excutere, quia affabrè Cõmentator argumenta præhabita soluit, excepto argumento postremo, quod quidẽ secundum traditionem Peripateticam habet operosam dilutionem. Ideoq; mirum dictu quàm vexantur autores in soluẽdo. Auicẽna enim credidit infinitas fuisse animas, & esse modò, non pugnare cum Peripatetico dogmate. Etenim Arist. negans infinitum, solùm negauit in corporalibus: at verò animæ sunt spirituales. Indicat autorem Auerroes in prima disputat. contra Algazelum dubio. 7. quam tamen solutionem ridet quasi barbaram, & rudem Auerroes, credens apud Arist. infinitum nullũ esse posibile, siue in his quæ situm habẽt, siue in his, quæ situm non habent: qualia sunt spiritualia. Quamobrẽ ipse Commẽt. aliã excogitauit commentationem. Credit enim vnicam esse animam intellectiuã omnium hominum, quæ sanè secundum se est vna, at ex varia copulatione cum phantasmatibus varijs suam multiplicat operationem. Et hoc commento euadit argumentum probans infinitum in actu, si mundus est æternus. Nam non sunt plures animæ sed vna. At verò hæc solutio, fictio mera est, & non vera solutio. Propterea alijs collibuit ex dogmate Peripatetico animas rationales astruere interitui obnoxias, vt etiam S. Thom. indicat. 2. lib. contra gentes cap. 81. Ego verò deteriorẽ puto hanc solutionem, quàm Commentatoris figmentum. Iudico enim ex dogmate Peripatetico animas nostras esse immortales, vt in commentarijs nostris ad libros Aristotelis de anima, lucidè, quo ad licuit, ostendimus. At Thomas cap. prænotato, non duxit in commodum, quod multo antè ipsum commentus Auicenna, vt pridem indicabam, infinitum in spiritualibus esse rebus, si æternitas admitteretur. At verò etiam si aliquã do pro voto erat sententia hæc, iam illi refragor. Puto enim Aristotelem negaturũ infinitas animas esse actu existentes. Quãquã si Theologicè sermo agatur, Deo subesse alias producere, non ambigo, vt Tho. etiam quodlib. 27. commemorat. At iuxta vestigia Peripatetica infinitas animas astruere, nõ probo. Etenim. 12. Metaphy. tex. 51. ordo est bonum vniuersi, at verò peruertitur ordo vniuersi, si quædam sint infinita,

Obserua hæc Cõm. physica documenta.

Infinitum in spiritualibus an Aristotelico placito cõgruat.

infinita, vt animæ rationales, & angeli sint finiti. Quippe vehementior ratio vrgebat angelos esse plures animabus. Si quidem sunt Deo similiores, & nobilioris naturæ. Quapropter magis cederet decori vniuersi, si multitudo innumera esset angelorum, quàm animarum. Et rursum, quò pertinet hæc infinitas animarum? superflua enim esset in orbe: at Deus & natura nihil faciunt frustrà. Rursum, apud Peripateticos ducitur in controuersiam si Deus est infiniti vigoris, vt nos disputabamus in primo sententiarũ libro. At verò si Aristotelicis traditionibus amicum est hoc placitum, animas rationales esse infinitas, vtique extra controuersiam esset, Deum pollere apud Aristotelem vi infinita. Durandus autem q. 3. huius 1. distinct. admissa mundi æternitate, planè inficiatur homines fuisse infinitos: quia cæperunt esse per generationem, ideò non possunt esse infiniti. Quia nulla generatio ex materia potest esse æterna, & idem sapit de omnibus generabilibus, illa non potuisse esse infinita. Hoc tamen placitum infrà reprehẽdemus. At fortasis diceret quispiam non ineptè, Deum potuisse generare homines infinitos: non tamen æterno generantes: at in tempore cœpisse generationem. Itaque spacio infinito temporis euoluto, tũc cœpissent generare. Quid autẽ facerent tanto temporis spacio, cõditor ipse nouisset.

¶ Argumento deniq; (vt in summã redigã prædicta) si Philosophicè sermo agitet, iã suprà respõsum est. Si autẽ Theologicè, dixerim supposita coæternitate, si Deus ab æterno creasset infinitos hoies, etiãcrcauisset æternò infinitas animas. Et hæc vniuersa, infinitę potentiæ Dei subduntur, & alia plura quę ita latent nos, vt hæc non patẽt.

¶ Obseruandum est autem non indiligenter admissa possibilitate coæternitatis, & quòd Deus creasset creaturas ab æterno, creationem quoque fuisse æternam concedendum planè esse. Namque si creatura est æterna, creatio quoque est æterna. Etenim si cessaret Deus à creando, iam creatura non esset æternò. Namque quãuis creante Deo in exordio mundi creaturas, actio creandi cessauit, at si creasset æternò non potuisset hæc actio creandi cessare. Quod, vt capias, aduerte, quod etiam suprà retulimus, si creatura esset Deo coæterna, non esset propriè creandi actio, per quam creatura creabatur ęternò. Etenim actio creandi est ex nihilo, nouè à Deo habere esse, at verò si coæternam facis creaturam Deo, nõ nouè cœpit ex nihilo: ergò ista creatio æternæ creaturæ, non est productio ex nihilo, vt fuit creatio materiæ primæ in mundi primordijs. At erit (vt sæpè repetiuimus) emanatio quædam simplex, quæ erit actio alteri⁹ generis, quam actiones physicæ, quę pendent à tempore, & motu. Nam huiusmodi actio æterna esset, ideò indepẽdens à tẽpore, & motu. Et non solum non esset motus, sed neque mutatio, quia æterna non mutãtur. Ista igitur creandi actio æterna, esset quidam fluxus perpetuus creaturæ ab autore suo Deo. Perpetu⁹ sanè fluxus esset, quia si cessasset fluxus hic, iã creatura non crearetur ab æterno. Quippè quod cessat, æternum non est. Quare fatendum est, fluxum hunc cessare nunquam. Quamobrẽ vera esset tũc assertio huiusmodi, creaturæ semper creãtur, & semper sunt creatę: vt de diuino verbo in primo Sentẽt. libro diximus, semper generari, & semper genitum esse. Aut, si mauis, ex familiari exẽplo prõptius discès, aerẽ illuminari à sole, cõtinuò, & esse illuminatum. Neque tamẽ quia tũc creaturę essent in perpetuo fluxu à Deo, propterea colliges rectè, creaturas has Deo coęternas semper immutari, & esse nouas, & nouas. Vt Heraclitus aiebat, vniuersa esse in continuo motu. Nõ enim ęternа hæc essent in motu continuo, vt angelus si esset Deo coæternus. At in perpetuo dicerẽtur fluxu, quia si cessaret actio creãdi aut fluxus ille, iam non esset ęternus angelus, aut queuis alia creatura, quã fingis Deo esse coęternã. Et demũ actio hęc creãdi, quã fingimus, ęterna est, nõ habens initiũ neq; finẽ. Ideo semper est, quare creaturæ coęternę semper crearentur. At scisciaris forsitã, nũ Deus si creasset sibi coęternas creaturas, posset modò illas euertere, quas ab æterno condiderat? Et ego facilè dicerem, Deum posse illas modò euertere, & in nihil redigere. Sed ais, si sunt à Deo euersæ, verbi causa, iam non fuerunt ęternæ, fatendum est, simpliciter non fuisse æternas ex hypotesi: sed solum à parte antè, non à parte post. At adhuc vrgebis, quod non habet initium, neque finem habebit: at vero istæ creaturæ coæternæ caruerunt initio, ergo carebũt fine. Vndè

Quid emanatio simplex.

Difficile dubium.

Infinitum in spiritualibus an Aristotelico placito cõgruat.

Aristot. qà ex suo dogmate certũ habebat nõ habere mundũ initiũ (qa ingenitũ esse tradebat) ideò perpetuũ esse voluit, vt habes 1. lib. de cælo. respõdebis, hãc esse rerũ naturã, vt ingenita, sint incorruptibilia, cęterũ Dei potẽtia est ingenita, & quæ non cęperunt, si quę ipse fecisset finire & annihilare, vt est diuinę potestatis creaturã facere ęternã: id q̃ est supra naturã creaturę. Nã, vt patefecimus ex Arist. mensura rei, est eiusdẽ generis cũ re ipsa: at ęternitas nõ est eiusdẽ rõnis genericę cũ creatura, ideò ex natura rei, nõ est mẽsura: æternitas creaturæ. Porrò ex diuina potestate fieri potẽrit mẽsura ei⁹, aut fieri poterat, vt iã suprà expressimus. Et hoc obserua, vt argumentũ nostrum, q̃ suprà scripsimus, sine tædio soluas. Non me fugit, hęc vniuersa esse ardua, quę intelligantur. At verò amãti placitũ quod versamus, theologizandum est ad formãm à præscriptã. Porrò aũt supereſt dubium, num Deus tẽpus successiua potuisset facere æterna, vt ęternum motũ, aut æternum tẽpus? Tenemus sanè ex fide, hæc cæpisse, hęsitamus autem ex disputatione Theologica, num potuerit De⁹ illa coęterna sibi facere. Durandus loco prænotato scrupũ iniecit in quęstionẽ hanc, qui etiã si permanẽtia potuisse fuisse coęterna Deo nõ diffiteatur, tñ successiua subtraxit ab hac coęternitate, fugereq; Dei potestatẽ hoc ọpus tradidit. Etenim in infinitis non est ordo, ideoq; si dies essent infiniti, nullo ordine potirentur: at verò est ordo inter dies vt patet, ergo fieri nequit, illos esse infinitos. Itẽ datus sit aliqs dies ab æterno, à quo dies hodiern⁹ distat, distet ne finitè, vel infinitè quærendum est: si finite distat, ergo interuallũ est finitũ, sin verò infinitè distat, ergo spaciũ infinitũ terminis claudit q̃ est impossibile. Porrò hæc argumenta quãtula sunt, vt Durãdo credam⁹? vtique exigua sunt. Nãq; si mundus ab ęterno esset inter dies exactos, null⁹ esset ordo, quippe q̃ infiniti sunt: at verò est ordo dierũ, vt hodierni, & hesterni, & crastini, q̃ sũt finiti.

An successiua potuerint esse æterna.

Durandus non probatur.

¶ Secũdo dices, ex falso ꝓcedere argumẽtum. Nã null⁹ dies est signabilis ab ęterno, inter quem, & hũc hodiernum, sit interuallum infinitum. Nam repugnantiam habet interuallum infinitum claudi inter duos terminos.

Argumẽta in principio

¶ Supereſt iã argumẽta in principio hui⁹ disputationis obiecta diluere. Et primo dices argumẽto, inuoluere cõtradictionem, creaturã aliquã ex nihilo fieri ab ęterno, vt prędscripsimus iã, decernẽtes quęstionẽ agitatã: at nõ tã clarè implicat, creaturam fuisse coæternã Deo, non per creationem, ꝓprię, vt vsurpatur Theologis, at per simplicem emanationem: aut per alium modum Deo notum, & nobis ignotum.

obiecta soluuntur.

¶ Secundo argumento dices, etiã admissa coæternitate creaturæ & creatoris, nihilominus tum creatura non fuisset actus purus. Etenim perpetuum à Deo reciperet influxum & æternam influẽtiam. Quod verò Aristoteles scripsit in æternis nullã esse potentiam, intellige potentiam ad nõ esse, quã cõtingentiã appellitãt, at verò loquitur ipse iuxta sua principia: nos verò secũdum Dei potentiam.

Exponitur Aristoteles

¶ Distinct. 1. Disputat. tertia: Num solius Dei est creare.

IT videbitur alicui fortasis nõ solũ Deũ esse creatorẽ. Quoniã legimus Deũ dixisse: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinem nostrã. Igitur fuerunt plures creatores hominis. ¶ Secundo argumento idẽ colliges, quia spiritualia dona, vt gratiam, fidem, charitatem, De⁹ administrat per cooperarios suos. Nã Paulus hos vocat adiutores Dei: & res patet, ꝓppe per sacramenta Deus operatur hæc, quæ dixi mus in nobis: & per sacerdotes sacramentorum administratores. Si ergo hæc, quæ sunt supernaturalia, Deus agit per cooperarios, naturã creans, etiam rem egit per ministros. Quamobrẽ videtur confectum iri, non solius Dei esse creare, sed quòd habuerit concreatores.

1. argum.

2. argum.

¶ In diuersum verò est locus sacer Genes. 1. In principio creauit Deus cælum, & terram. Et cõtextus totus sacer Deũ solũ docet creatorem vniuersorũ. Disputatio hęc in fide indubitata est. Credimus enim distante fide, Deum solum creatorẽ esse vniuersorũ. At verò hęretici illi obstiterũt, vt & cęteris veritatib⁹ catholicis. Fuit igit Menãder hęretic⁹ discipul⁹ Simonis Magi. Ab hoc em̃ ille ꝓcesit, quasi ex Basilisco Regulus. Hicergò asseruit Deũ, nõ esse creatorem

Argumenta in diuersum.

torē mūdi, sed angelos, creatores fuisse horum visibiliū. Cui consensit Saturninus, vt Hieronym⁹ est autor dialogo cōtra Lucifer ianos. Porrò D. August. lib. de hæresibus ad, Quod vult De⁹, hęresi. 56. damnat Seleucianos, tradentes, angelos esse creatores animarum de spiritu, & igne. At Hebręorū pleriq; Seleucianis & Saturnino, & Menandro dexteras dederūt, falsitatis tuędę gratia. Tradiderūt em̄ idem dogma, Deū in creādo homine, angelos habuisse cōcreatores. Et isti hoc cōmentū excogitarūt, vt suā augerent perfidiā. Aduertebāt em̄ locum sacrū illū: Faciamus hominē ad imaginē, & similitudinē nostram: ad Triadis arcanū à Christianis Doctoribus referri, & ne cogerentur idē fateri, declinauerūt in pessimū dogma, qđ prędiximus. Quòd si Philosophorum disquirimus placita, pferā tibi Platonē, quē Augustinus in eādē sentētiā vocat. 12. de ciuitate Dei. & Cicero itidē idē dogma putabat Platonicū esse. Lege librū de vniuersitate, quē Cicero edidit: & inducit verba Dei, dijs minoribus loquentis in hunc modum: Immortale ad id, quod mortale est, attexitote. Et quāquam hęc verba ad animorū creationē dirigātur, porrò D. Aug. Platonē putat nō decreuisse angelos animorū fuisse creatores: sed tā tū corporū. Animi verò Deo gaudēt autore, secūdū Platonē ex Augustiniano decreto, & nō temere cēsuit Augustinus. Etenim Platoni animę sunt ante corpora cōditę & in cęlis locatę, donatę sunt sciētijs infusis, & speciebus intelligibilib⁹. Quod si animę sunt huiusmodi Platoni, ab angelis nō sunt creatę. Quid? quod animę rationales sunt ęternę apud celebres Platonicos, q̄ credide runt, mundū ex dogmate Platonico fuisse Deo coęternū? Quod si coęternę, non habēt angelos creatores. Lege Aug. 10. de ciuit. Dei. c. vlt. Et qđē ex Timęo Platonico nō colliges animos esse creatos ab angelis sed esse colligatos vinculis occultis per ministros Dei corporib⁹, ideſt, ministerio angelico animos rationales esse sociatos humanis corporibus vinculis occultis. Et vocat vincula occulta, ipsam tēperaturā humani corporis, qua dissoluta, anima corporis deserit societatē. Quod verò Cicero, angelos, vocat, fatores animarū, siue deos minores, ad bonū trahito sensum, quem mox pnunciabam⁹. Porrò aūt Auicēna. 4. lib. suę Metaphysicę, c. 9. plixo sermone rem hāc pseqtur, & à Cōmētatore Auerroe disputat. 3. c. 12. denarratur Auicēnicū commētum: & carpitur ab Auerroe. Finxit au tē suū cōmētum Auicēna, qa credidit causas, quò simpliciores, eò simpliciorib⁹ fruturas effectib⁹: quare causa prima (vt potequę est simplicissima) ideo simplicissimū obtinebit effectum. Qua ppter decernit, Deū, vnicū intellectū tm̄ pduxisse, qui intellect⁹ ab eodē, prima intelligentia vocat. Hęc aūt prima intelligentia, tria habet, & simplicitatē, quā ex Deo sortita est, & intelligibilitatē, & potentialitatē. Sub prima cōsideratione pducit primi orbis intelligētia, sub secunda verò pducit animā primi orbis, sub tertia verò corp⁹ primū seu primū mobile pducit. Et seriatim suā deducit Philosophiā vsq; ad intelligentiā postremā, quę propter maiorē distantiā à prima, est potentialior cæteris, ideoque huic postremę intelligentiæ creationem humani intellect⁹ concedit. Et in eadem sententia est Algazel⁹. Apud hos ergo Philosophos angeli sunt creatores non solū animarū rationaliū, quin etiā & aliorū angelorū. Quippe vna intelligētia, aliā creat: & certas res est ex nihilo creari. Quippe quę sunt spirituales & simplices substātię. Neq; solū angelos fecit Auicēna creatores angelorum, sed etiā creatores corporū celestiū. Argumentū, hāc suadens sententiā, est qa 4. Meteorō lib. tex. 19. traditur tunc perfectū esse agēs, qū̄ pducere potest sibi simile: angeli verò sunt perfectissimę substantiæ, ergò poterūt similes angelos creare. Auerroes hāc carpit sentētiam loco indicato, & 12. Metaphysicorū cōm. 44. Scot⁹ in 4. Sētēt. lib. dist. 1. retorquet argumentū in autorē. Quippe angeli cū sint perfectissimę substātiæ, eorum creatio tribui neqt alijs angelis, sed Deo dūtaxat. Vt quādoquidē homo perfectior brutis est, tribuenda illi videbat animę rationalis creatio, vt tribuit animæ brutalis, pductio brutis ipsis. At verò qa rationalis anima, animarum est nobilissima, ideo suā pductionē ab altissimo petit principio, nēpe à Deo. ¶ Cęterū argumēti torsio, non est argumenti solutio, & animam rationalem Auicenna credidit non ab homine, pductā, sed ab angelo infimo, quin etiā & cęteras viuētiū animas. S. Tho. 1. p. q. 45. art. 5. responsione ad primum argumentum, colligit cōtra Auicennā, angelos nō posse esse creatores. Etenim causis creatis

obiecta soluuntur.

Exponitur Aristotelis

1. argum.

2. argum.

Platonicū decretum.

Argumenta in diuersum.

Exponitur Cicero.

Auicęnę cōmentum.

Auicęnæ argumentum probat angelos esse creatores?

tis hoc cõpetere nequit, videlicet, totã elargiri naturam effectibus suis. Namq; equus nõ totã naturam equi, equo producto donat, sed partẽ. Etenim equus non totã in se comprehendit equi naturam, quippe si totã comprehendisset, vnus tãtum equus esset, & nõ plures: vt Aristoteles argutatur vnicũ esse mundũ, quia totã materiã cõprehendit. Iã ergo si angeli producerent alios angelos, totũ esse elargirẽtur angelicũ, id quod impossibile est. Quia quod ipsi non habẽt, alijs nõ possunt elargiri. Equus aũt, verbi gratia, tribuit formam equi qñ equũ generat, non tñ materiam quã alioqui pręsupponit, vt in eã inducat formã equinã: angelus aũt quia simplex substantia est, si alterũ angelum ꝓducit, totũ esse necessariò elargiretur, quia materiã nõ habent angeli: totũ autem esse, solus Deꝰ donare poterit, quia in se cõprehendit totã perfectionẽ ipsius esse. At verò Thom. Auicennam putat actionẽ creandi dedisse creaturis, nẽpe angelis instrumẽtaliter. Itaq; actio creãdi tribuenda sit Deo tanquam principali autóri, angelis verò vt instrumentarijs causis. Id quod Thomæ nõ arrisit, quia instrumentũ disponit materiam ad effectũ principalis agẽtis assequendũ: at in creatione, nulla est materia, quę disponatur: quare nulla causa instrumẽtaria adesse poterit Deo vt per illam creet. Ego verò nõ hoc assequor ex Auicẽna, imò diuersum colligo, angelos scilicet, esse, non instrumentarias causas creationis, imò prẽcipuas. Deus eñ ꝓpter suam simplicitatem, & vnitatem, solũ poterit, Auicenna testante, vnũ exhibere effectum, qa idem, quatenus idẽ, semper pręstat idem. Et hic effectꝰ, est intellectus, aut intelligentia prima, quæ est motor primi mobilis per animã, q̃ primo orbi creando indidit. At hic motor primus intelligẽs Deũ, ꝓducit intelligentiam secundam primi orbis, vnde intelligentia hęc secũda nõ à Deo creat, iuxta Auicennã, sed à prima intelligentia: nõ ergo est prima intelligentia instrumentũ Dei, ad creandum animã orbis primi, vel ad creandam secundã intelligentiã. Cõmentator verò Auerroes disp. 3. dubio 12. quanquã primo aspectu conniuere videat cũ Auicẽna, qa etiã ponit ordinẽ intelligentiarũ iuxta Auicẽnicũ ordinẽ. Cæterũ plurimũ ab eo discrepat in ratione statuendi hũc ordinẽ. Etenim Auerroes credit primã intelligentiã ꝓductam à Deo: at verò hęc secũdam ꝓducit intelligẽdo Deũ. Deus eñ vt se intelligit, primã intelligẽtiã parit: & hęc prima rursum intelligẽdo primam & seipsam, ꝓducit secundã. Itaq; est causa ꝓxima ꝓducendi secundã intelligentiã: at Deus est causa vniuersalis agens cũ prima intelligẽtia immediatè ad ꝓducendam secundã intelligentiã. Itaque posteriores oẽs intelligẽtię agunt cũ Deo, & Deꝰ est causa vniuersalis omniũ intelligentiarũ. Et rectiꝰ diceret quispiã esse iuxta placitũ Auerroisticũ posteriores intelligẽtias instrumentarias causas Dei, ꝓpter ea, quę pręscripsimus q̃ iuxta Auicennicũ commentum. Namq; Auicenna Deum noluit qppiã agere immediatè, nisi primã intelligẽtiã. Auerroes verò saniorẽ habuit Philosophiã, Deũ esse causam vniuersalem concurrentẽ immediatè cũ omnibus angelis ad ꝓductionẽ aliorũ angelorũ. Et q̃ plꝰ pendẽt intelligentię à Deo quã à causis ꝓximis quę sunt intelligẽtiæ ꝓductrices aliarũ. Et soluit Auicẽnę argumẽta, Deũ nõ esse simplicẽ causam, nisi secundũ essentiã: multiplex nãq; est secundũ vim ꝓductiuã. Ideoq; à Deo possunt ꝓduci diuersa effecta ex multiplici vi. Itẽq; tradit, agẽs naturale esse determinatũ ad vnũ, Deꝰ autẽ est agẽs liberum, ideo tamet si vnus sit Deꝰ & simpliciſsimꝰ, potest varia ꝓducere, & qa liberũ agẽs est, & qa multiplex ex vi sua est. Porrò aũt etsi lõgiusculo sermone Auicẽnã, & aliorũ Arabũ ꝓduximꝰ sentẽtias, cæterũ re accuratiꝰ inspecta nõ admodũ spectãt ad disputationẽ istã. Namq; nostra ꝓcessit disputatio vsurpãdo creationis vocẽ vt Theologis vsurpat: quę ipsum nihil vocat in suã rationẽ: vt suprà cõmemoratum est. At verò Philosophi indicati asserentes angelos esse ꝓductores aliorũ angelorum, nõ de creatione ex nihilo suã intellexerũt Philosophiã. Quã omnes, iũctis, q̃ aiũt vm bonibus, negauerũt: sed ꝓductionem hãc intellexerũt esse emanationem simplicẽ à Deo. Quã ob rẽ non impendiò propositio nostro seruit istorũ Philosophia. Nos eñ tñ agimus nũ creãdi actio congruat alicui creaturæ, ita vt possit quippiã ex nihilo facere. Quã ob rẽ neq; argumenta Thomę aut Scoti, ꝓbãtia, angelos nõ esse creatores, quidq̃ cõficiũt aduersꝰ Philosophos. Si qdẽ illi planè negãt nõ solũ angelos esse creatores hoc modo, imò etiã ipsũ Deũ. Et Scotꝰ sibibellè satis disputasse cõtra Auicẽnã visus

Thomas differitur

Cẽsura authoris de Thomę sententia.

Collatio placitorum Auicennæ & Auerroꝭ & eorũ consensus & dissensus.

Scoti & Thomę argumẽta contra Auicẽná diluuntur & cõtra Auerroem.

visus est. Ait eñ, si creant angeli, illud sanè est intelligẽdo, & volendo, iam ergo vel intellectio, & volitio sunt actiones creatiuæ, aut formalia principia creationis: non primũ, quia sunt actiones immanẽtes, at creãdi actio est transiens: neq; secundũ, etenim intelligere, & velle, sunt accidentia, & accidentia non possunt attingere productionem substantiæ: at verò hæc ratio multas habet ruinas. Etenim primò diceret, volẽs tueri placita Philosophica, volitionẽ, & intellectionem esse substantiã, & non accidẽtia: nam ita Auerroes, & Peripatetici arbitrãt plenq; intellectionẽ angelicã esse substãtiã, angelicũ, itidẽq; volitionẽ. Quid? q etiã si accidẽtia dixerit aliquis hæc esse nõdũ res absoluta est ab Scoto. Nã autor est Albertꝰ Magnꝰ (cui in hac re suffragor) accidentia ex propria vi non attingere substãtiam: at vt sunt quodãmodo instrumenta substantiæ, attingere possunt substantię productionẽ. Etenim calor cælestis, & solis aut astrorũ influxus multa præstãt, & operantur prẽter propriã spẽciem. Nam agũt vt vehicula cęlestis influxus. Vnde in semine reperias tria: est namq; in eo elemẽtaria dispositio, & naturalis seminis affectio, & rursus cælestis virtus. Quorũ primũ, id est elementaria dispositio seminis, si obseruas illã iuxta id q exigit nature ꝓprię facultas, nõ pot excutere ex semine viuẽs aliqd: at adiuta cælestis, & natiuę seminis virtutis præsidijs, viuẽs excutitur à seminis elementali calore, aut ex seminis temperamẽto. Iuxta quam rationem patrocinari cupiens Auicennæ, & Auerroi, diceret planè intellectiones, & volitiones angelicas principia esse formalia ꝓductiua angelorum, nõ vt sunt accidẽtia, at vt sunt intellectiones angelicę leuãtur ad tantũ fastigium, vt possint producere angeli per eas alios angelos. Sed neq; argumentum Thomæ vehementer dissuadet Auicennicum placitum, aut Auerroisticũ cõmentum. Etenim isti dicerent facilè non esse intelligentias: instrumẽta Dei, ad ꝓducẽdũ alias intelligẽtias: vt prima nõ est instrumentũ Deo ad ꝓducendam secundam. Etenim ex Auicenna hoc perspicuum est vt tibi ex pridem cõmemoratis sublucebit. At ex Auerroe idem dicito, cui & si Deus sit causa vniuersalis intelligẽtiarum productiua, at prima intelligentia est proxima causa, & non instrumentũ secundæ producendæ. Quippè quamuis Deus per primam intelligentiam secundam pariat, non sanè tanquam per instrumentum, sed tanquam per causam proximam. Namq; instrumentum est disponens subiectum ad effectum principalem, quem intendit præcipuũ agens: at verò intelligentia prima producens per emanationem simplicem, secundã, nullum subiectum disponit, aut disponere aut adornare poterit, quod fit substerniculum ad producendam secundam intelligentiam. Nãque hæc adornatio debuisset in tempore administrari, at verò emanatio vnius intelligentiæ ab altera, ęterna cum sit, non egęt temporali præparatione. Et non solùm in emanatione intelligentiæ ab intelligentia non est exquirenda ista præparatio, imò neq; in productione animæ orbis ab ipsa intelligentia, neq; in productione orbis cęlestis ab ipsa anima orbis. Namq; istę productiones sunt emanationes simplices, & æternæ iuxta Philosophos, quare non egẽt dispositionibus. Et ridenda res esset si quis diceret, actionem æternam dispositionem præuiam habere. Quare nullum concedent instrumentum Philosophi commorati ad actionem hanc absoluendam. Quod verò aduertendum puto aduersus Auicennam, est, cur, si prima intelligentia, vt intelligit se, & primã, producit secundã, & demũ sub varijs considerationibus est causa diuersorũ effectuũ, vt suprà diximꝰ. At Deũ nihilominus negat esse autorẽ diuersorum. Etenim Deus etiã dicendus erit propter varias ideas rerũ quas apud se habet, esse productiuum diuersorũ. Porrò de istis alibi. ¶ Iã verò, vt semel dicã, arbitror eũ, qui dixerit angelos esse creatores, aut cõcreatores, hęreticã propositionẽ assertũ. Et quod de angelis dixi, de cęteris dictũ puta. Hãc cõclusionẽ docet Aug. lib. 12. de ciui. Dei. c. 25. Testatur eñ inibi errorẽ esse, si quis dixerit, creaturã aliquam esse creatricẽ. Idẽq; cõfitetur. 3. de Trinitate. c. 8. & 9. Et 9. super Genesim cap. 26. Itẽ Damascenus eidẽ veritati attestatur, lib. 2. de fide orthodoxa. c. 11. Qui dicit, ait, angelos esse creatores, ipsi sunt os diaboli, & filij eiꝰ. Et Hugo lib. de sacramẽtis parte 5. c. vlt. istis cõcessit. Adde Liconiẽsem cõmẽtario ad Dionysij lib. de diuinis nominibꝰ hoc ipsum docentẽ. Et vtiq;, vt colligit Aug. si angelos dixeris creatores hominũ, hoies hęc impelleret ad idololatriã. Videret eñ

Collatio placitorum Auicennæ & Auerrois & eorũ consensus & dissensus.

Auicẽnę & Auerrois placita edisſ fetuntur.

Decisio quęstionis.

hominibus æquum esse, suos colere creatores. Quib⁹ tñ accedat, Deũ creasse angelos cũ cælo atq; terra. Iam ergò cælum, & terra, & elemẽta à Deo solummodo sunt condita. Namq; angeli tum primò sunt creati, neq; valebũt Deo adesse ad ministeriũ creationis rerum. Quod si hęc, quę diximus, Deo autore solo gaudẽt, quid quòd homo qui dignitate antecellit mundũ hũc visibilem Deo vno gaudeat autore? Et rursum esset quęrendũ, num angeli esse cõcreatores sortiuntur ex facultate propriæ naturæ, an dono diuinæ largitatis? Quod si primũ annuis, igitur dæmones etiã cõcreatores fuerunt hominis: quod si ita fuisset, dęmones obtẽderẽt hominis cultum, & adorationẽ: siquidẽ hominis fuere factores, & idololatręe excusarent idololatriã. Quod si gratiæ diuinæ est, vbi nam legis hanc angelis impartitã gratia? vtique nullibi. Imò potiꝰ legimus Apocalypsin Ioannis, vbi Ioannes ab angelo arcetur, ne adoret ipsum. Quippe angelus se conseruũ esse Ioãnis fatetur, & fratrem Ioãnis. Quod si cõserui sunt angeli hominũ, planè cõficitur, nõ esse angelos hominũ creatores: tũ enim non cõserui essent, sed dui humanæ naturæ. Et tu locũ hũc obserua. Et denium quotidie creantur animæ rationales à Deo, quibus creandis nullũ habet creationis consortẽ, ergo neq; in mundi exordio habuit creationis socios aut ministros. Itaq; cõclusio hæc certa est, & ex fide Catholica tenenda. At verò secũdum Physicas rationes si rem istam exegeris, non video demonstrationes cõtra sententiã Auicennæ, & Auerrois. Qui illas cõpegerit me doceat & gratiam illi referam.

Apoc.c.10.

Argumenta soluũtur

¶ Argumentis obiectis in principio quæstionis respondebis, locum illũ Geneseos nõ ad angelos cõcreatores referendũ esse, sed ad diuinas personas, vt nos in primo sententiarum libro lucidè demonstrauimꝰ

¶ Secũdum argumentum dilues, Sacerdotes, nõ esse cõcreatores aut sacramenta nõ concreare gratiam, & charitatem, &c. Aliud enim est efficere sacramẽta hominẽ Deo gratũ, & Deo charũ, aliud gratiã, cæteraq; Dei creare dona. Hoc eñ negamus, illud verò asserimus. Veruntamẽ verior dẽ hac re disputatio nõ est huic loco germana, ideo illi supersedẽdũ est, aut dicito sacramenta hominẽ disponere, vt Deus in eum dona sua infundat. Hoc enim pertinet ad rationem instrumenti.

¶ Distinct. 1. Disputatio. 4. Nũ Deꝰ creãdi potestatẽ suis poterit impartire creaturis.

Argum.

THvidebitur fortassis alicui hoc nõ subiacere diuinæ potestati, vt creaturæ impartiatur vim creatricẽ. Etenim creare, est potestatis infinitæ: at potestate infinita creatura potiri nequit, quia repugnat creaturæ vires habere infinitas. Maior patens videtur, quia creare, est ex nihilo aliquid facere, at inter nihil & aliquid est interuallum infinitum, quare à creatura finita tantum interuallum superari nõ potest.

Argumẽtũm in diuersum.

¶ In diuersum est, quia quod nõ implicat contradictionem, est Deo possibile: at creaturam ex diuina sibi cõcessa vi esse creatricem, nõ implicat contradictionem: igitur Deo hoc opus subditur.

¶ Disputatio hęc fastigium habet in materia ista: & de re hac sunt cõsertissimæ lites inter autores. Et primum proferamus Albertum Magnum, qui lib. de quatuor coęquæuis art. 3. quæst. 1. & in primo Sentẽtiarũ libro, dist. & q. 1. impossibile esse duxit, creaturã esse creatricẽ. Porrò Thomas varius est: Namq; in hoc. 2. q. 1. art. 3. hoc putat Deo esse possibile, creaturã esse creatricẽ. Et in 4. Sentent. lib. dist. 5. sequutus Magistrum, qui hoc placitũ amauit, Deo creaturã seruire posse in creãdis rebus, idẽ dogma docuit. Cui sententię suffragantur nõ pauca. At verò. 1. part. q. 45. art. 5. refragatur sibi, & alijs, prorsus putans impossibile, creaturã Deo seruire posse in creandis alijs creaturis.

Arg. 1.

¶ Namque effectus vniuersalissimus solũ tribuẽdus est vniuersalissimę causę: at creare est huiusmodi, igitur soliꝰ Dei est. Et minor probatur: nam creare, est exhibere esse post nihil.

Arg. 2.

¶ Rursum, creatura, si creare potest, aut creabit vt pręcipuũ agẽs, aut vt instrumentũ pręcipui agẽtis: nõ primũ, nã hoc est solius Dei: neq; secundũ, etenim instrumentũ præparat materiã, vt idonea reddatur, quæ recipiat operationem seu formã inducendã à principali agente. At verò creatio nõ eget materia, vnde fiat, ergo neque instru-

strumento per quod fiat.

3. Argum. ¶ Tertio colligit hocidē lib. 2. contra gentes. c. 21. Nāordo agentiū hic est, qđ agens inferius supponit effectū agentis primi, vt ars prꝫexigit naturā. Cū ergo primus effectus omnium sit creatio, hāc supponēt, vt operētur agētia inferiora, ergo creatio solius Dei est, & creaturis congruere nequit.

¶ Prꝫter hæc creatio est actio prima, ergo dāda est primo agēti, hoc autem Deus est.

6. Argum. ¶ Sexto argutatur, supponere em̄ materiā ad operādū, est imperfectionis agētis: atvero ab hac materia liberā & indepedentē habere actionem, est perfectionis infinitæ in agēdo. Cū ergo vniuersa creata agētia sint imperfecta, & depēdentia, nō possunt solui à depēdētia materiꝫ: ergò creare nequeūt.

7. Argum. ¶ Septimo, mobile descēdens per vacuum descēdit infinitè velociter, quia p nihil descēdit, & nullū mobile est illi cōferēdū in velocitate localis motꝰ. Nā quantūcunq; velociter moueatur per plenū aliquod mobile, nūquam mouebitur ꝫquè velociter atq; pervacuū. Similiter igit creare aliqd ex nihilo citra depēdētiā ad materiā, est infinitꝫ perfectionis, quā nullū agēs attingere poterit. Sūt & aliæ rationes quas coaceruat sibi Tho. in. q. de potentia Dei. q. 3. art. 5. & in opusculo. 70. quas oēs ꝓbabiles dixeris esse, at nō cōuincētes intētū, vt ex sub hęc subdēdis facilè innotescet. Scoto aūt non fuere placida Thomꝫ argumēta, quare illa eneruat. Nāq; primū argumentū, quod celebre est in scholis, infringit, dicēs, esse, nō esse effectū vniuersalissimū soli Deo cōpetentē: imò oēs causꝫ producūt esse, vt ignis esse calidū, & homo esse humanū producit &c. Et argumentū amplius enodās, distinguit vniuersalissimū, nā est in prędicando, & in perfectione: at esse nō est vniuersalissimū in perfectione, qñ est infimus gradꝰ entiū, esse: est ergo esse vniuersalissimū in prędicādo. Iā ergo infirma est collectio Thomꝫ apud Scotū, esse est vniuersalissimū, ergo vniuersalissimo est tribuendum autori. Peccat em̄ ex fallacia ꝫquiuocationis. Etenim vniuersalissimum in prędicādo nō est tribuēdū vniuersalissimo in perfectione, qualis Deꝰ est. At singula singulis sunt reddēda: vniuersalissimū in pfectione vniuersalissimo autori in perfectione: & vniuersalissimū quo ad prędicationē, vniuersalissimo prędicato. Caietanꝰ in cōmentario loci prꝫnotati oppositum se murū in protectionē Thomꝫ, sed nescio an murꝰ hic sit ꝫneꝰ. Ait em̄ exponēs Thomā, id quod per se & primò est, est effectꝰ Dei, soliꝰ est Dei: at esse est huiusmodi. At verò, vt dicebam, hoc Thomꝫ ꝓpugnaculū nō est ꝫneū sed iunceum. Nā dicerē cōtinuò, esse per se & primò esse effectū Dei, at verò creaturæ non cōpetit hunc effectū efficere per se, & primò: sed solū ex Dei autoritate. Secundam quoq; rationē Thomꝫ Scotus diluit, instrumētum nō necessariò habere actionē prꝫparatoriā. Nā calamꝰ scribētis, nō prꝫparat papyrū, vt in ea scribatur, imò ipse calamus attingit effectū scribētis, scilicet scribere. Itē sigillū nō prꝫparat molles ceras, vt suscipiāt impressionē, imo ipsa impressio, quæ est actio imprimētis, est actio prꝫcipua instrumenti. ¶ Tertia reprehensio est Scoti, ex qua castigare voluit Thomā, cū suo prꝫceptore Alberto Magno. Isti em̄ contendūt esse distantiā infinitā inter ens, & nihil. At Scotus cōtrà. Etenim infinitum non suscipit magis, & minus. Verū distantia inter duo cōtradictoria hęc nō semper est ꝫqualis. Nā maior est distātia inter Deū, & nō Deū, quā inter hominem & nō hominem. ¶ Adde quoq; distātiā esse relationem inter extrema positiua: at verò ens, & non ens, nō sunt extrema positiua. Alias quoque cōtexuit reprehensiones: at istꝫ vidētur grauiores. Tamet si Scotus in 4. Sētent. dist. & q. 1. à cōclusione Thomæ nō discessit, argumētis tū Thomꝫ spretis. Et demū cōclusio Thomꝫ, est Alberti Magni; & Bonauenturæ in hoc. 2. dist. 1. & Marsilij in quarto. q. 1. Et Okam in quarto, itē & 2. lib. Sentent. & in quodlib. 5. Et Aug. ex sermonis prꝫtextu, eādē videtur probare: vt in disputatione proxima indicatum est. Recentiores autem vt Gabriel in quartum Sentent. dist. 1. & Alliaco ibidem plānè refragantur commemoratꝫ sententiꝫ. Credunt enim creaturam posse creare diuino fultam præsidio. Distinguit porrò in creatura ordinariā potentiam, & absolutā: ex prima negant posse creare, ex secunda fatentur. Id quod me malè habet. Etenim in creatura neutiquā est potentia ad creandū, aut absoluta aut ordinaria. Nā si creasset creatura diuinę esset virtutis, nō creaturꝫ. Vocitēt si velint, potentiā obedientialē hāc potētiā ad creandū & germaniorē habēbūt sermonē. Iam verò recēsitis tot placitis, & illis quidem satis diuersis, superest,

Argumentū in diuersum.

Scoti sentētia.

Arg. 1.

Arg. 2.

Gabriel, & Alliaco carpuntur.

si potero rem istam vtcumque absoluere. Et arbitror in primis considerandum esse, quædam esse, quæ repugnant creaturæ, alia verò non repugnant, sed excellūt facultatem creaturæ. Verbi causa, homini repugnat irrationalitas, cæterum cæco non repugnat visiua potentia: at excellit facultatem naturæ, cæcum videre. Quamobrem hoc deducendum est in nostram considerationem, vt hanc difficillimā scrutemur quæstionem: nūquid creaturā creare, sit de repugnantibus naturæ creatæ, an sit de excellentibus. Nam si primum dixerit aliquis, necessum est illi confiteri, Deo non subesse vim creandi impartire creaturæ: at verò si secundum, planum erit, Deo subesse. Et qui primam inuexerunt sententiam horum duorum, primum rati sunt, qui verò secundam, secundū placitum amplexi sunt. At verò non est euidens, creandi actionem repugnare creaturæ: neq; argumēta expositā illud colligūt, quantum mea fert opinio. Nam argumentum illud, quod tāti fit à multis, creare, est dare esse per se & primò alicui rei, at creatura non potest alteri creaturæ dare creaturæ esse per se, & primò. Non habet inquam hoc argumentum operosam solutionem. Etenim dare esse primò cōtingit bifariam, aut sine dependentia ad Deū, aut sine dependentia materiæ: creatura igitur nequit creare sine depēdentia ad Deū, qui cum sit causa vniuersalis, plus influit in effectum quàm secunda causa. Et creatura sic creata, per ministerium alterius creaturæ, plus est creatura Dei, quam creaturæ cooperatricis ad operationem creandi. At verò quòd agat sine dependentia materię, ex diuino miraculo hoc est, quod non videtur cum ratione pugnans: & ideo hoc modo poterit exhibere esse primò: quia simul cum Deo producit rē ex nihilo. Porrò autem rationes D. Thom. quędam sunt apparentes, vt illa est, quam Scotus neglexit, Effectus vniuersalissimus tribuendus est causæ vniuersalissimæ. Et profectò ratio hæc multis non est satis explorata, ex ploratam tamen habebis, si primò considerās, Deum totum esse, id est, totam latitudinem entis in sua diuinitate comprehendere, vt in primo Sentēt. fusè dissertum est. Secūdo obseruato. Ad Deū cūcta entia referri, & ab illo deriuari, vt calida ad ignē, etc. Tertiò notabis, creare esse dare totum esse rei: namq; generare, non est dare totū esse, sed partē esse, formā scilicet, & nō materiā. Quartò memoria est repetendum quod scripsit Arist. in 2. Physicorum. tex. 38. effectus particulares reducendos in causam particularem, vt vniuersales in causam vniuersalem. Deus igitur comprehendit totū esse. Etenim homo habet esse hominis, & non esse angeli. Et ita de alijs creaturis dicito. At verò Deus omne esse comprehēdit, quia eminentissimè omnia habet Deus in se comprehensa. Quamobrē creaturis non potest congruere creare, quippe creare est totum impartire esse. Cum igitur creatura non habeat totum esse quippe, quę habet limitatum esse, non poterit exhiberę totū esse alteri creaturę: igitur creare nō potest competere creaturæ. At verò hæc ratio etiā num non conuincit propositū autoris. Etenim prōpta est responsio, solū argumētum colligere creaturā suis solum viribus innixam, & nō sotam diuino præsidio, nō posse creare: at verò non probat creaturā roboratam ex diuina vi, non posse creare. Porrò quæret aliquis, cur creatura potest dare formā, & non materiam? vt ignis formam generet igneā non tamen materiam? Siquidem contrà videbatur. Namq; materia, vilior est forma. Respōdebis sciscitāti, materiam esse fundamentū vniuersalissimū omniū Physicarū actionū, ideò solus ille illam creare potest, qui est causa vniuersalissima omniū, quæ causa Deus est. Forma aūt quia est actus particularis, ideò impartitur ab agēte particulari. Quòd si esset aliquis actus vniuersalissimus, id est, materia potētia vniuersalissima ad Physicas omnes recipiendas formas, vtiq; hunc actum Deus solus posset producere. Quia ergo physica agētia omnia pendēt in suis actionibus à materia prima, hęc creare nequeūt. Restat tamē semper dubitatio, nū possent absolui hæc agētia Physica à materia? De quare iam mentē meā conclusionibus quibusdam patefaciam. ¶ Et prima esto cōclusio, Nō est demōstrabile vim creatricem repugnare creaturæ. Hæc conspicua est ex præhabito sermone, & equidem cū potentia Dei sit infinita, necesse est vt nos lateāt ea, ad quæ se extendere poterit Dei virtus atque potestas: vndè nisi fides ductrix esset, quis dixisset, Deum posse incarnari? aut quod Christi corpus condi poterat sub exigua panis specie?

¶ Se-

Decisio quęstionis ex autoris calculo.

1. notandū

2. notandū.

3. notandū.

4. notandū.

Conclusio prima decisoria.

2. Cõclusio ¶ Secunda conclusio, Nõ est improbabile creaturam posse creare ex diuina vi sibi iim partẽa, aut quouis diuino alio modo. Hãc credidit Magister in. 4. dist. 5. & S. Thomas illi hæsit plerisq; in locis: tametsi retractauit postea sententiam. Neq; glossula Alberti Magni exponentis Magistrum, est legitima. Ait enim in Magistro subaudiendum, creaturam posse creare ministerialiter, idest precibus sanctorum vel aliorum obtineri poterit creatio. Etenim hæc glossula cum Magistro non cõuenit: vt palam erit legenti Magistrum. Hanc conclusionẽ amplexi sunt Maior in. 4. dist. 1. & q. 1. Et Gabriel Alliacensis, &c. quos iam suprà retulimus.

Notandæ obiectiões. ¶ Porro occinet istis quispiam, si creatura creare potest, num hæc vis supernaturalis per quam potẽs fit ad creandum, est accidens, an substantia: non substantia, vt liquidum est: ergo accidens est. At mirabile satis & supra fidem hominis videtur, creaturam ex accidente fieri potentem ad creandum. Et rursum implicatio est cõtradictionis, creaturam creare: nã si creat, creator est, & est alioqui creatura. Quæ duo eidẽ repugnant, & se dissoluunt. At verò dices primo obiecto: vim illa creatricem superfusam creaturę, accidens esse, neq; prorsus superare fidem hominis ex accidente eleuari creaturam ad creandum. Quando certa veritate tenemus ex lumine gloriæ leuari mẽtes Sanctorum, vt visione Dei fruantur: lumen autem gloriæ accidens est. Aut dicito, non fieri potentem creaturam ad creationis opus ex vi aliqua superinfusa: at ex diuina coassistentia, specialiq; concursu, qui solus potentem potest facere creaturam, vt ministra sit Dei in creationis opere.

Soluuntur obiecta. ¶ At verò si insultas etiamnũ, admisso, q̃ sit vis superinfusa, illa vis est creata, ergo finita: si finita, non poterit exercere actionẽ infinitam, quæ est creatio. Dicito ministerialiter duntaxat exercebit actionem creãdi, non ex primaria potestate vt Deus.

¶ Secundæ obiectioni facies satis si dixeris creaturam non esse creatorem, quia nõ est autor creationis, sed ministra. Neq; enim germanè Theologizabis, si dixeris, Apostolos esse donatores Spiritus sancti, quãquam eos fuisse ministros donationis Spiritus sancti in Ecclesia primæua quis inficiabitur?

3. Cõclusio ¶ Tertia conclusio, Probabilis est sententia Alberti, & Thomæ, & reliquorum Doctorũ, quos indicauimus paulò antè. Hæc est in propatulo. Etenim probabile est, q̃ sapientibus videtur, etsi non omnibus videatur, sat est si viri egregię doctrinæ, alicuius assertores sint placiti, etsi pauci sint, vt probabilia faciant sua asserta. Quid? quòd non sunt pauci, qui placitum istud amant vt præscripsimus. Vnde colliges, disputationem hanc esse problematicã, ideò vnusquisq; in ea differenda & probanda, abundare in sensu poterit suo. Quãobrem cessandum erit ab ampliore indagine. Ad argumentum primò obiectũ, dicito, vim primariam creatricem necessariò esse infinitã, quippe elargitur perse & primò totum esse: at verò vis secundaria, & ministerialis, non item.

Soluitur argum. 1.

¶ Distinct. 1. Disputatio. 5. Nũ creaturis aliqua sit tribuẽda operatio, an omnis operatio diuina sit.

Argum. IT in primis videbitur creaturam destitui omni prorsus operatione. Nam scriptura testante, Esa. 26. Vniuersa opera nostra operatur Deus nobis. Et Paulus eidẽ sermoni astipulatur. 1. ad Corint. 12. dicens de Deo: Qui operatur omnia in omnibus. Et ad hanc formam si lustres diuinas musas, reperies multa.

¶ In diuersum est locus apud Matthæum cap. 4. Non in solo pane viuit homo: ergo ex pane viuit homo: igitur panis efficit temporalem hominis vitam, igitur operatio vitalis tribuenda est pani, vt vino lætificare tribuitur cor hominis, quod ex hymnidico didicimus Vate.

Philosophorũ placita. ¶ Disputatio hæc olim plusquam satis fuit controuersa inter philosophos, ne dum inter Theologos. Meminit enim Commentator. 9. Metaphysic. comment. 7. Arabes quosdam, subtraxisse operationes physicas ab agentibus naturalibus. Et hos habuisse tradit cerebrum debilitatum. Fuit autem hoc placitum Assariorum, qui debili fulti ratione, elementa & inanimata ani-

ma orbabant actionis efficacia. Aiebant enim. Quod non viuit, non operatur, at inanimata non viuunt, igitur non operantur. Lege disputationes Auerroisticas dubio. 18. Et Alkindus in libro de theorica artium maleficarum, aut magicarum, subtraxit à rebus omnibus sublunaribus actionem, totam actionis efficaciam cælestibus donans. Inferiora enim tantum erāt vehicula influentiarum, & actionum cælestium: non tamen causæ efficientes erant. Suadebatur vt ita crederet fortasis, quia cælum est formalissimum corpus, ideoque maximè actiuum, & quia subditur plenè mundus hic inferior cælestibus globis, ideo hæc inferiora credidit agere nihil. At verò omnem actionis honorem cælo detulit, inferiora destituens actione: contentus si delatoria essent hæc inferiora virtutum cælestium. Auincembron quoq; (vt meminit Tho. q. de potentia Dei. 9. ar. 3.) cōmentus est aliam philosophiam, inferiora corpora non agere: sed spiritualis vis illis à Deo indita est actiua. Etenim materia non est actiua, & quantitas est actioni impedimento, vt pinguiculis hominibus experientia clamat. Ægrè enim homines crassi operantur. Et Diuus Augustinus non abhorret admodum ab huiusmodi sententijs, tamet si aliter philosophatur, quàm prædicti autores, vt est videre. 12. de ciuitate Dei. cap. 25. vbi ex prætextu sermonis omnē actionem adimit à rebus naturalibus, illam totam referens in Deum: naturalia putans applicare tantum subiectis diuinam virtutem. Quamquam non nihil actionis concedit causis physicis. Nempè accidentia producere, vt figuram, colorem & hoc genus, quibus proles parentes refert. At naturæ solum Deum voluit autorem: qui occulta quadam, atq; inuisibili potentia, cuncta facit. Et constat sibi. 3. de Trinitate capit. 8. & 9. Et exēplo suum aperit dogma. Sicut enim gratiæ Deus solus est autor, at verò per prædicatores suos applicat vim diuini verbi auditoribus, ex qua applicatione ipse infundit in auditorib⁹ gratiam suā: & vt agricolæ non producunt virgulta, seu plantas, at committunt semina terræ, & applicant actiua passiuis, ita agentia naturalia, imò creata vniuersa, non sunt actiua, sed solum diuinam vim applicant producendis effectibus à Deo, vt qui exponit lignum flammis. Vtiq; qui exposuit, non inflammat lignum, sed solum ignis secundum veram philosophiam. Et cap. 2. libri dudum indicati, vanitatem censuit esse philosophorū sapientiam, quę tam sedulò causas effectuum naturalium quæritant, quandoquidem vna tantum causa est, quæ Deus est. Et Diuus Paulus Actorum. 17. hoc idem præse fert. In ipso, ait, viuimus, mouemur, & sumus. Et ad Rom. 11. Ex ipso, inquit, & per ipsum & in ipso sunt omnia. Et ad Hebræos primo de Christo ait: Portansq́ue omnia verbo virtutis suę. Et Iob. 38. omnia naturalia opera in Deū refert. Et sæpè alibi. Et Damascenus de fide orthodoxa cap. 7. superstitiosam religionem idololatrarum carpens, quæ Soli, & Lunæ, & astris impendebat diuinū cultum, subnectit, Solem, & Lunam non esse causas, sed signa tantum naturalium generationum, & corruptionum. Facitque cum istis locus Geneseos capit. 1. Fiant, inquit, luminaria in firmamento cęli, & diuidāt diem, ac noctem: & sint in signa, &c. Et Themistius insignis Peripateticus in paraphrasi ad. 2. librum de anima Aristot. omnem animationem, quàm hic aduertimus in nostro orbe, in animam cælestem retulit: censens nihil esse apud nos, quod viuentia animet. Et animam cælestem ob hanc causam vocat formam formarum, id quod Auicenna in sua transcripsit commētaria. Et persuaserunt sibi hoc placitum, quia non poterāt intelligere animata posse procedere à vi seminis, quæ inanimata est. Neque desunt ex Theologis recentioribus, qui nugas has, quas prædiximus philosophorum substrahentium à causis creatis efficientiam amēt. Etenim Gabriel in. 4. Sententiarum lib. quæst. & dist. 1. fatetur causas naturales nihil agere, itaque ignis non calefacit ex virtute calefactiua, at ex eo calefacit, quia Deus ex pacto inito cum rebus naturalibus assistit igni, vt per ignem Deus calefaciat: vt Soli & astris, vt per hæc Deus illuminet. Et secutus est hanc viam, quia non aduertebat vt posset defendere sacramēta esse veras causas, quāuis nihil causant, id est, non habent vim cōditā effectricem gratię, & donorū Dei. Sūt tamen causæ ex pacto, non ex vi causatrice, vt numus est causa emptionis, & aliorum contractuum ex pacto duntaxat Regis, Gabriele autore. Et vocat autor hic in hāc sententiā Petrum Alliacensem in. 4. Sen-

Auincębronis placitū ex D. Tho.

Augustinus quid præse ferat de veritate quæstionis.

Sacraorāta ad differendū quæstionem.

Sacraoracula ad differendū quæstionem.

Sentent. q. 1. Porrò autem si rem hanc expendimus secundum Physica theorèmata, sanè pessimè erratur in dogmate isto, q oppidò abhorret ab omni vera philosophia. Etenim Aristotele testāte. 16. Ethicorum. cap. 5. diuersa operatio est procedens à diuersa potentia. Et Commentator locopridem prænotato ex operationibus docet colligere formas. Neq; aliam inuenies methodum colligendis formis aptam: quāobrem si agentia non gaudent operationibus diuersis, neq; habebūt essentias diuersas, igitur omnia sunt vnum, id quod vitiò vertitur Parmenidi, & Melisso ab Aristotele. Rursum, omnis philosophia causas quatuor confitetur, efficiētem, formalem, materialem, & finalem: at hoc dogma efficiētem planè negat in rebus creatis. Dices, causæ efficiētes naturales, sunt sanè efficiētes, at ex pacto non ex vi causatrice. Verū si formalis causat in suo genere verè, & nō ex pacto, sed physicè causat, & materia in suo genere causat verè, & finalis verè in suo genere causat, cur igitur efficiens non verè causabit influendo suum effectum? Quāuis finalem Aristoteles doceat nō causare proprie, sed metaphoricòs, nihil nostra interest: quia efficientem causam propriè nihilominus esse causam, est confessus. At, ais, efficiētem causam poterit supplere Deus, non tamen formalē, aut materialem, ideoque non mirandum si Deus omnia efficiat, & creaturæ nihil influant. At verò q Deus supplere valeat vices efficientis causæ, nemo vertit in dubium: at quando suffecerit illius vices, miraculo dabis, vt si Deus nutriat sine intermedio cibo. Adhęc quæramus ab hoc autore, num hanc suam sententiam defendat sine exceptione agētis: quod si ita autumat, iam intellectus noster nihil intelligit ex seipso, & intellectio non est actus mentis nostrę, neque volitio voluntatis nostræ, neque sensio sensus nostri: imò istę functiones omnes à Deo erūt imprimente illas potentijs animæ. Quòd si hęc existimat Gabriel vera esse, quid est, quod culpemus Auerroem tradentem intellectum hominum vnum esse? siquidem iuxta Gabrielis opinationem Deus est intellectus omnium hominum. Iam verò si arridet sic philosophari, mihi placebit irridere stultam, & deliram hāc philosophiā. Tum enim hæreses, errores, fallētiæ nostrę omnes Deo tribuendæ essent, non nobis.

Gabrielis placitū contra verā est philosophiā.

Rursum, quæ peccata Deo (quod absit) essent imputanda, si actus liberi arbitrij non sunt à libero arbitrio? &c. Quod si dixerit Gabriel non de omnibus agētibus esse promendum placitum, vtiq; æqua ratio est de istis, aut illis agentibus. Quamobrem agentia physica, verè influunt in receptaculum sibi commodum suum effectum. Et profectò si nihil agunt agentia physica, nescio cur fatigantur in operibus suis obeundis, cur multi laboris nos tædet, & reliqua itidem. Porrò autem si ex proprijs, hoc est, Theologicè, contra Gabrielem instituenda est disputatio, multa passim offendem⁹ in diuinis musis, quæ ex prætextu sermonis eum Gabriele facere videtur. Legimus enim in libro Sapient. cap. 16. Non herba, neque malagma sanabit eos: sed sermo tuus Domine. Et sub hæc: Non fructus, ait, natiuitatis pascūt homines: sed sermo tuus hos, qui in te crediderunt, conseruat. Cæterum scriptura diuina aliquādo etiam nō sinet creaturārū efficientiam. Nāque in hoc eodem capitulo dudum citato: Panem, ait, præstitisti eis, omne delectamentū in se habētē, & oīs saporis suauitatem. Quòd si panis habet in se delectamētū, & saporis suauitatē, habet in se conditā vim nutritiuā. Et rursum. 3. lib. reg. cap. 9. Elias confortatus pane subcinericio in montem Dei Oreb arripuit iter. At scio, dices, hæc danda esse miraculo. Porrò autem, num dabis miraculo, quòd sacra Geneseos commemorat historia, cap. 1.? Producant aquæ reptile animæ viuentis. & rursum. Producat terra herbā virentem, & cætera omnia quæ inibi commemorantur? Vtique hæc fuit primitiuæ naturæ institutio, donans rebus vires productiuas. Et istis adde, num Deus potens est donare vires productiuas rebus, an nō? vtique potens est. Cur ergo non donasset? nunquid quia largus non est, qui est magnificus in sanctitate & faciens mirabilia? Et maioris est munificentiæ creaturas suas coeffectrices facere, quàm effectibus sibi orbare natiuis. Et me latet cur dicendus esset aliquis filius patris sui, si pater non generat: & alia sexcenta hoc genus incurres incommoda, si hoc tibi cordi est placitum defendere. Quid? quòd Damascenus lib. 2. de fide planè fatetur Deum dedisse rebus in seculorum primordijs vires altrices, & auctrices, & generatrices? Et quidē si ita machinaris, nullus esset ordo essentialis causarum.

Loci sacri, qui videtur suffragari Gabrieli.

Loci sacri contra Gabrielem.

rum. Namque huiusmodi ordo totus innititur super efficientia, qua submota, perit ordo essentialis in Peripatetica schola celebratissimus. Et in lib. Iudicum, cap. 7. Sampsoni dictū legimus: Vade in hac fortitudine tua. Habent ergò causæ secundæ vim ad producendum effectum suum. Et Ambrosius versans locum illum: Producat terra herbam virentem: tradit, terræ fuisse collatam virtutem producendi herbas ex seipsa. Etenim Sol editus fuit à Deo quarto die: at terræ collota vis est ante Solis creationem. Lege lib. 3. Hexamerō cap. 6. & 8. Et D. August. 3. de Trinitate cap. 3. & 4. etsi splendido sermone in Deum esse omnia referenda doceat, nihilominus creaturas fatetur esse causas proximas effectuū naturalium, cuius ostensionem exhibet in rebuspublicis. Etenim tametsi apud nos rerum summa gerendarum penes principē sit, tamen sunt personæ aliæ in republica, vt Prætores, & Magistratus, per quos princeps gerenda administrat. Qui omnes sunt causæ administrationis negociorum publicorum, quamuis suprema potestas & causalitas penes principem est. Ita in republica mundana Deus princeps est, at cæteræ creaturæ sunt per quas mūdana gerit. Porrò autem vt loca absoluas sacra, obseruato diuinis literis morem familiarem esse omnia docere Deo autore prodire, non vt causalitatem & efficientiam creaturis subtrahāt, at vt nos leuēt ad diuinitatis honores, vt putemus deniq; omnia Deo subdi, & ex illius nutu administrari. Quare ait Christ⁹: Matth. 5. Qui facit Solem suum oriri super bonos, & malos: & pluit sup iustos & iniustos. Hoc sanè verbum non tollit à nubibus pluuiā, neq; à sole illuminationem: at Deum, lucis, & pluuię esse præcipuum autorem ostendit. Quod verò ex lib. Sapientis indicabatur, absoluitur, si dixeris illud referēdum ad miraculosam sanationem ex morsu aspidum, qua potiti sunt filij Israel tātisper dū in vasta illa Arabica eremo agebant. Sanati enim sunt ex aspectu serpentis suspensi in ligno. Quare ait. Non herba, neq; malagma, &c. Et locus alter ex eodem capitulo. Non fructus natiuitatis pascunt homines: de pane illo miraculoso, quem de cælo Dominus Hebræis dedit, est subaudiendus. Pasti enim sunt quadragenario annorum numero ex pane illo cælesti, & non ex pane natiuo. Hæc autem non tollunt pani naturali vires altrices, aut herbis & malagmatis vires medicatiuas. Pauli autem sermo perspicuus est: solum enim docet Deū esse vniuersalissimam, primariamque omnium rerum causam: ideò ait: In ipso viuimus, mouemur, & sumus: & cætera, quæ ipse commemorat, ad hūc intellige modū. Diuinus namque sermo aduertens nos demersos esse in visibilium creaturarum confidentiam, vt istis non fidamus, sed in Deo viuo, ideò nonnūquam vires creaturarum quassat, vt Deo solum freti, in creatis causis nostram spem penitus nō figamus. Ad Deum enim vniuersa sunt referenda, vndè sunt & nascuntur, vt ex Zozimo Paparefert August. lib. de Ecclesiasticis dogmatibus. Et vt dixit August. lib. de fide ad Petrum: Deus, quia est, dedit rebus vt sint: & quia bonus est, dedit rebus, vt bonæ sint. Et simili modo quia potens est, cur non dedisset rebus vt potentes essent? Quòd verò Damascenus aiebat, hoc solū intendebat Solem, & Lunam non posse cogere hominis arbitrium ad maleficia: id quod Magici arbitrantur Solem cultibus diuinis colētes. Ideò dixit Solem, & Lunam, creata in signa: at non solum creata sunt in signa annorum, & temporum, imò ad cæteras operationes Physicas administrandas: vnde psalmus commemorat Solem & Lunā creata esse in potestatem diei, & noctis. Post hæc autem quæ ad sacras intelligendas literas à me prodita sunt, supereſt physicas cauillationes eluere. Etenim argumentum supra expositum, viuens non potest causari ex nō viuente, coegit (vt dicebam) pleroſque philosophos vt subtraherēt efficientiam à rebus creatis. Et equidem non est tam leue argumentum, quàm ab aliquo fortasis existimaretur. Vndè Galenus, indicante Commentatore. 7. Metaphys. cōment. 71. dixit, latentem sibi esse vim seminariam, an esset creator, an creatura. Et Auicenna, eodem referente in eodem libro, comment. 72. tradidit hanc vim procreatricem animarum, esse intelligentiam infimam, aut animam orbis lunaris, quam præsidere opinatus est toti materiæ corporali. At agentia hæc sublunaria ratus est hoc solum muneris sortiri, præparare scilicet materiam, illamque idoneam reddere vt capax sit animæ cælitùs infundendæ. Neque lōgè, vt videre videor, Themistius distat ab hoc placito. Namque. 3. de anima com-

Hæc obseruā ad intelligētiā scripturæ.

Loci sacri exponūtur.

Damascen⁹ exponitur.

Auicennæ placitum & Themistij de animatiōe.

comment. 53. tradit verba illa Aristotelis, animam esse quasi omnia, non solum habēda de cognitiua facultate, quæ est quasi omnia tantisper dum species omnium rerū suscipit: sed etiam intelligenda esse, Esse animam, quasi omnia, nempè quia omnium est formatrix rerum. Porrò Auerroes hanc sententiam pugnare putat cum Peripatetica traditione, quæ apertè docet. 2. Physic. tex. 38. effectus particulares esse redigendos in causam particularem, vt vniuersales, in vniuersalem. Iam ergo quærenda est causa particularis istius, vel illius animationis, & nō reducenda est inquisitio ad animam orbis quæ est vniuersalis causa, neglecta particulari causa. Et re vera animæ sensitiuæ, & altrices animæ, sunt in potentia materiæ, igitur exhibere oportebit agens particulare quod extrahat has animas ex potentia in actum. Cæterum obseruandus est in gratiam huius dubij Albertus Magnus in hoc. 2. Sentētiarum distinct. 1. quæst. 1. artic. 11. tradens in semine triplicem adesse vim, & elemētariam, & seminariam, quæ formatrix virtus est, & cælestem, quæ vires seminis subordinantur. Nam elementaria vis, quæ est verbi causa in frumento, nō sat est frumento edendo, cui edendo eget societate virtutis formatricis, quæ vis frumentaria est: at hæc nisi fota cælesti calore, & influentia esset, itidem non est potēs frumentum edere. Neque miratu dignum, si accidentia in vi fulta substantiæ, substantiam attingant, vt diximus in primo Sentētiarum vberiore sermone. Neque te turbet proloquium illud physicum: Nihil transcēdit suam virtutem in agendo, neque suam speciem: id quod verum est, quantum est ex parte virtutis, non tamen quantum ex parte termini ad quem: vt liquidum est in actionibus æquiuocis: vt quando ex putri materia vermis fit, & ita de reliquis philosophari licebit. Non viuēs igitur procedit à semine nō viuēte actu, viuēte tamē potētia: & agit semen ex vi decidentis semen, q̄ actu viuens erat. Et hoc satis est, dixisse de re hac. Demum, quod ait Augustinus, naturas esse à Deo, sensum habet, non quòd natura careat vi operandi, sed quod tota natura à solo Deo est. Bos enim generans bouem, non dat totam naturam, idest, materiam & formā genito boui, sed duntaxat formam. Vnde non totum bouem generat syncategorematicè, sed solum categorematicè. Nāq; materia est solius Dei opus, Autor est Augustinus de fide & symbolo, subaudi de materia prima.

Decisio dubij moti dum.

Semen trina prædituū est vi.

Damascen⁹ exponitur.

Materia solius Dei opus est.

¶ Hac igitur explosa sententia, proferam alteram cū hac ex diametro diuersam: creaturam enim Theologi quidam, vt Durandus, & alij quiin eiusdem sententiam abierunt, tradiderunt conseruatione diuina seruatā, posse, sublato concursu Diuino, agere. Itaq; ignis non calefacit, Deo simul calefaciente, imò ipse solus calefacit, nisi vt calefaciat Deo seruante opus habere. Namque hæc opinio difficilè duxit Deum cum creatura ad vnam, eandemque actionē coire, quia existimant cōcursum diuinum esse superuacaneum. Eccles. enim. 15. legim⁹ Deum reliquisse hominem in manu arbitrij sui, &c. quòd si homo est liberi arbitrij in agendo, libertas hæc quomodo intelligetur, si Deus simul coagit cum homine? Etenim Dei concursus, quia est primæ causæ, præexigitur humanæ libertati, vt hæc agat: at verò si prior Dei est cōcursus, quā liberi arbitrij nostri actio, consequens est nos non agere liberè: quippe sub Dei concursu voluntas nostra aget necessariò, quia Dei concursus irritari à nobis non potest. At verò si tantum volūtas humana à Deo probatur, ipsa sui iuris erit agendi, & non agendi, quando volet. Ad hæc diuina vis est infinita, at verò vt ignis calefaciat, non est necessaria vis infinita, vt videtur: ergò cōcursus Dei non est necessarius. Præterea si coeūt Deus, & ignis, exempli causa, ad calefaciendum lignum, num eadem actione agunt à duabus? si duabus, vtra prior actio erit, nū Dei? quòd si Dei actio prior, ignis actio superabundat: q̄ si ignis actio est prior, diuina nō est necessaria: nam idē numero vis non producitur. Quòd si dixeris vnicam esse actionem, hoc fieri nequit, quia actio creaturæ est dependens à Deo, at diuina independens est. Sūt præter hęc multa argumenta hanc sententiam suadentia, quæ persequi animus non est. Para tibi Capreolum. q. 2. huius distinctionis, si illorū copiam habere desideras. Mallem enim enucleare fundamenta vnde petenda sit quæstionum veritas, quàm chartas argumentis onerare non necessarijs. Cæterum hæc sententia, meo arbitratu, peiori errore inuoluitur, quàm prior. Quamobrem illi iustissimè repugnatur à philosophis, ne dū à Theologis. A philosophis sane repugnatur,

Durādi sententia in. 2. dist. 1. q. 5.

Auicennæ placitum & Themistij de animatione.

tur. Nam hæc opinatio ordinem essentialē tollit decātatū in omni schola philosophorum. Namque si causa prima non agit, nullus nexus est causarum. Etenim causa prima plus influit in effectum, quàm secunda, ex proloquio certissimo philosophorum. Notandus Plato in laudem sapientiæ diuinæ. Quamobrem scitè Plato in Philebo admonuit diuinam sapientiam cuncta operari, & disponere: eoque nihil esse in vniuerso rerum ordine sapiētia præclarius, aut opulentius. Et Aristot. 1. Metaphysi. cap. 3. recensens placita philosophorum de primo principio, carpit eos, qui dixerunt, ignem aut aquam esse rerum primum principiū: existimatque hoc esse insaniam confiteri: laudatque Anaxagoram tradentem intellectum diuinum esse principium vniuersa disponens. Etenim vniuersalis actio, agenti particulari tribui nequit. Vides ne vt primi principij vniuersalis est actio, id q̄ suprà sæpè repetimus, Deum esse causam vniuersalem: at non esset causa vniuersalis si non haberet vniuersalem actionem. Et. 2. de anima rerum perpetuitas Deo tribuitur text. 34. Et idem. 2. de generatione. Et. 2. Metaphysi. esse rerum tribuitur primo enti, & veritas rerum primæ veritati. Cui cōcinens Commentator disputatione. 3. contra Algazelum, vt calida, docet, referūtur in ignem, ita etiam in primum ens: ergo quidquid generatur, à Deo accipit esse. Et dubio. 12. eiusdem disputationis clara testatur voce esse rerum omnium, & esse factum & fieri à Deo. Et probatam habet hanc sententiam, quippe esse rerum compositarum consistit in colligatione materiæ, & formæ: at verò cum sit Deus principium essendi, erit etiam colligationis, quæ est via ad esse. Notandus Auerroes. Addit præter hæc Deum infundere rebus virtutem vnam, per quam habent esse, & habent subsistere, ideoque opinatur mundum esse vnum ob hanc diuinam vim colligantem omnia ad vnum. Quamquam non peruium est, quæ nam hæc virtus vna est. Id quòd non est huius instituti, satis sit ex philosophorum oraculis rem hanc deduxisse. Quòd si sacra petenda sunt testimonia, id quod muneris est Theologici, scriptura scatet hoc genus testimonijs. Ioan. 5. legimus: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. At dicet huic testimonio, patrem cōseruare, sed non agere cum causis secundis: vtique torquenda est respōsio in autorem. Nam Durandus. q. 2. huius. 2. conseruare tradit esse agere. Si ergo conseruat Deus immediatè causam, & effectum, necessariò est causa immediata effectus. Rursum Ioā. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quæ verba Augustinus edisserēs Homilia. 63. in Ioannem, docet, Deum nō solum in principio orbis conditi, cuncta fecisse, quinetiam modo cuncta facere, disponere, & gubernare. Et re vera fidei est traditio, Deum cuncta fecisse in mundi primordijs, cur igitur cessatum fuerit à condendis & faciendis rebus nescio: si quidem nullus labor adest Deo in faciendis creaturis suis. Et Iob. 10. legimus: Nōne sicut lac mulsisti me? Igitur Deus organizat fœtū: est ergò immediata causa. Et. 1. ad Cor. 12. Deus operatur omnia in omnibus. Et ad Hebræos: Portans omnia verbo, ait, virtutis suæ. Hieremias quoque istis attestatur cap. 1. Prius quàm te formarē in vtero, noui te. Nec abhorret ab hac veritate Dauidicus Psalmus: Aperis, ait, tu manum tuā, & imples omne animal benedictione. Sapientia quoq; cap. 8. claro testimonio cōmemorat: Attingit, ait, à fine vsq; ad finē, & disponit omnia suauiter. Cōsule quoq; August. lib. 3. de Trinit. c. 3. &. 4. quo loco miracula omnia, monstra, & quæ communi naturæ lege quotidiè fiunt, Deo tribuit. Quòd si Durandus ad causam mediatam hæc refert, errat toto cælo, vt errat. Etenim hæc testimonia, & alia innumera his similia de causalitate mediata intelligi nequeūt nam causa mediata non est propriè causa: Deus autem verius est causa, quàm causæ conditæ ab eo. Durandus nō probatur. Vellem autem scisciari à Durando, si idem censet de operibus meritorijs à nostro progredientibus arbitrio, quòd censet de naturalibus. Quòd si idem, Deus igitur non cooperatur nobiscum ad merendum vitam æternam, nisi tātum mediatè, Paulo reclamante. 1. ad Corinth. 12. Qui operatur omnia in omnibus. Et Dominus ait: Sine me nihil potestis facere. Et rursum decantat psalmus ille nonagesimus: Cū ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eū. Et Dominus apud Matthæum: Ego, ait, vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. cap. 25. Et Apostolos suos erudiens in prædicando Euāgelio, Cū steteritis ait, ante Reges, &c. nolite cogitare quid, aut qualiter loquamini: dabitur enim vobis in illa hora q̄d loquamini.

¶ Quæ

¶ Quæ omnia manifestè indicant, Deum opera gratiæ operari immediatè in nobis. Et vtrũq; Ecclesia confitetur, ex Paulo ad Philipp. 2. Deum scilicet agere in nobis & velle, & perficere, & quòd liberum arbitriũ Deo coagit ita ad velle opus bonum, vt ad perseuerantiam in bono opere. Quam perseuerantiam Apostolus vocat perfectionẽ operis, id quod Augustinus eleganter edisserit in sermone. 13. de verbis Domini, tractans verba Pauli ad Rom. cap. 8. Quicũque spiritu Dei aguntur, ij filij sunt Dei, obijcit Paulo, quid ergo si spiritu Dei agũtur, non coagent Deo filij Dei? Igitur perit (si filij Dei non agunt) liberum arbitriũ. Et obiecto respõdet, Deũ agere, & nos agere: probans ex Psalmo illo: Adiutor meus es tu. Et Paulus ait, Spiritus est, qui adiuuat in firmitatẽ nostram: quòd si Deus adiuuat, nos equidem cooperamur Deo. Aliàs si totũ Deus ageret, quomodo adiuuaret nos? Namque adiutores, cooperatores sunt. At scriptura Apostolo, vocat adiutores Dei, vt Paulus monet, sic tamen adiuuat liberã naturam Deus vt ipse etiam cooperetur cum natura. Iam verò si hoc fatebitur Durandus, quia fidei est traditio, cur diffitetur cooperationem Dei cũ causis naturalibus? me latet. Etenim si rem pendimus, maiores premunt angustiæ ex argumẽtorum difficultate, concessa actione diuina, simul cũ actione liberi arbitrij, quàm si Deum concedamus coagere cum causis naturalibus. At primùm fides catholica religiosè & piè confitetur, quare secundum quoque est asserendum. Et obseruabis, præter hæc Aristotelem primo Meteororum capit. 2. tradidisse: Necesse esse mundum hunc inferiorem contiguum esse superioribus lationibus, quæ mouent se, vt indè tota eius virtus gubernetur. Rursum. 8. Physicorum ex motu cœlesti vitam pendere sublunariũ commemorat Aristot. Quid ergo ex motu cælesti pendere voluit Deus hęc inferiora, & à motu suo & actione, inferiora libera esse fecit? Quis hoc, nisi demens credat? Imò submota actione primi, dubio procul ruẽt omnia, & suprema, & infima. Autor est Augustinus. 12. de ciuitate Dei, cap. 25. quippe occulta sua vi cuncta Deus disponit, atque gubernat. Actorum. 17. In ipso viuimus, ait, mouemur, & sumus. Et, ex ipso & per ipsum omnia sunt: ad Rom. 11. Quibus adde Deo suspendente suam actionem, creatura nihil aget. Proditum nãq; est memoriæ tres pueros in fornacẽ ardentem coniectos, non deustos fuisse à flammis igneis. Vtique Deus conseruabat tum ignem illum, vt prius conseruabat. Cur ergo non agebat deurendo, vt prius agebat? vtique quia Deus actionem suam suspendebat, quæ cum sit actio vniuersalis, si suspenditur, particularia agentia necessariò orbantur proprijs functionibus. Et nos satis in primo Sentent. dist. 37. disseruimus, Deum esse in vniuersis per præsentiam, quia omnia cernit, & per essentiam, quia omnia implet, & per potentiam quia omnia operatur. At Durandus cogitur hoc negare, probatissimum Theologis. Quibus accedant prophetica Esaiæ verba illa: Ego, ait, qui alijs generationem tribuo, sterilis ero? Deus ergo coagit generando cum agentibus naturalibus. Neque argumentum Durandi tantopere pendendum est, quantopere ab ipso penditur. Respondebis enim duas esse actiones, & diuinam, & creatam: & priorẽ esse actionem diuinã quàm creatam, non tempore, at natura. Et quando colligis, ergo actio creaturæ superuacanea est, infirmabis collectionem: si quidem etsi præexigatur actio Dei, tamen, Deus non agit, vt solus, sed vt coagens creaturæ. Itaque etiam si prior sit secundum naturam actio Dei, quàm creaturæ, non tamen est prior vt sola, sed vt coagens cum creatura. Itaque vnus effectus est procedens à Deo, & creatura, at (vt sub hæc exponemus) gemina est actio, quia actio Dei est independens, & actio creaturæ est dependens. Aduerte autem ex Thoma. 3. libro contra Gentes capit. 7. duo esse ad actionem coeuntia, & suppositum agens, et virtus, per quam agitur. Nãque suppositum non ageret, nisi esset præditum virtute actiua, neque ageret virtus, nisi fulta esset suppositio. At verò vnum est opus procedens à suppositio, & virtute. Deus autem est tanquam quædam virtus rebus infusa vniuersis, separata ab omnib⁹ & inclusa in omnib⁹: idcircò effectus vnus est à Deo & ab agentibus particularibus: tametsi diuersa est actio Dei, & creaturæ, & suppositi, & virtutis, vna est actio. Quamobrem similitudo hæc mulcet difficultatẽ rei huius, non tamen vndecũq; accommoda est. Redige igitur in summam (si ex ocio vacat) quæ diximus vniuersa, & tibi patebit

Paulus exponitur.

Ad Rom. 8

Durandus nó probatur.

Soluitur argumentum Durandi.

Summa prędictorum.

bit, vniuersa opera, ita gratiæ, quàm naturæ, ita consueta, quàm miraculosa Deum habere operatorem. At forsitan quispiam exiget à me, num si dixerit Durandus, Deum creare in nobis fidem, charitatem, &c. Quibus creatis, & conseruatis liberum arbitrium in suas se promet operationes. At puto erratum hoc esse assertum, si quis assereret, imò infusa fides non se promet in actum fidei, nisi cooperante Deo: & ita de reliquis. Et sicut creatura in sua existentia necessariò dependet à diuina cõseruatione, ita in sua actione necessariò dependet à diuina actione. At obijcis mihi, calefactio per quam calefacit ignis, est actio etiam per quam Deus calefacit, igitur si vna est ab vtraque calefactio, cur suprà dicebam duas esse actiones, diuinam & creatam? Obserua autem ne capiaris huiusmodi tendiculis, calefactionem esse actionem, at verò vt est à Deo, est actio Dei: vt est ab igne, est ignis actio. Quãobrem etiam si secundum rem vna sit actio Dei, & creaturæ, quando coeunt vt vnum pariant effectum: at secundum rationem est diuersa. Alia namque est relatio creaturæ ad Deum, alia ad creaturam. Capreolus ocioſas ducit moras soluens argumentum hoc. Ego tamen paucis rem absolui. Et iuxta hanc censuram intelliges quæ suprà scriptitaui. Aureoli igitur placitum hoc non est æquidem aureum, sed ferreum: & Durandi sententia hæc, dura satis est, & synceram Theologiam nòn sapiens. Ideoque ambo isti autores in hac re à veritate declinauerunt, & inutiles facti sunt. Argumenta autem omnia, quæ proxima quæstione colligebãt, Deum esse operatorem, hanc refutant sententiam. Et vana est Durandi confidentia in suasionibus suis: si quidem eisdem gressibus contra eum agam, quibus ipse agit contra veritatem. Petam enim, si Deus conseruat creaturam vt tu asseris, & item creatura conseruat suum effectum, quem quoque Deus conseruat, num est vna conseruatio, an plures? Cingam te tuis anguſtijs, quibus coarctaris. Nam Durando autore, conseruatio actio est, ipse mihi respondeat, & suam illi exhibebo responsionem. Item quæram, vtra conseruatio prior, quæ est diuina, an quæ est creaturæ? Et demum debuisset Durandus aduertere, motum progressiuum animalis, esse à vi cogitatiua, executiua, aut imaginaria, & ab appetitu, & obiecto, & potentia. Et equidem hæc omnia coeunt ad animalis progressionem exercendã. Et vnumquodque horum est perfectum in suo genere: quid igitur miratur Durandus si Deus & creatura propter ordinem essentialem, quẽ habet creatura ad creatorem, simul agant? Quamquã Deus est perfecta causa simpliciter, & creatura in suo genere. Neque locus Ecclesiast. illi suffragatur: Deus reliquit hominẽ, in manu cõsilij sui. Quia hominẽ Deus liberum, & sui iuris fecit esse: at non propterea sequitur, igitur non coagit cũ libero arbitrio. Ad secundum dicito, diuinum concursum esse de præuijs, & non de concomitantibus. Et diuinus iste concursus cum causa libera liberè se habet, & cum causa naturali quasi naturaliter. Ideo etiam si nobiscum coagat, non tamen cogit liberum nostrum arbitriũ, vt nos vberi sermone disseruimus, primum librum Sententiarum denarrantes. Et tandẽ in periodo quæstionis huius memẽto psalmidicum illud: Qui conturbas profundum maris, & mitigas sonum fluctuum eius. Et psalmus hic opera celebria naturæ in Deum refert autorem: & opera naturalia, diuina esse opera commemorat. Vndè ait: Quàm magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ! Vt Durandus desinat iam nugari docens, Deum autorem non esse naturalium operum. Argumenta porrò in principio obiecta ex disputationis decisione liquent. Etenim (vt prædiximus) familiare est scripturæ sacræ omnia in Deum referre, vt in autorem principalem. Namque vniuersæ creaturæ reputantur tanquam instrumenta diuinitatis, per quæ diuina ars operatur. Vt autem opus non instrumento datur, sed arti, non enim penicillum dicimus descripsisse imaginem, sed pictorem, ita scriptura Deum depinxisse vniuersa commemorat, & omnia facere, quale illud est: Manus tuæ plasmauerunt me, &c. Paucis igitur habeto tres de quæstione mota extitisse sentẽtias, altera est, quæ creaturam actionis efficacia orbat, vniuersa in Deum referens naturæ opera, quorum solum Deum cognoscit autorem: alia verò est quæ naturam ornat efficacia operationis, & Deum conseruatorẽ agnoscit, non tamen operum naturalium autorem. Et istæ sententiæ sunt inuicem pu-

Censura priorum an sit vna actio Dei & creaturæ.

Argumentũ ad hominẽ contra Durandum.

Vnus effectus procedit à multis causis perfectis in suo genere, habẽtibusque diuersas virtutes, cõtra Durãdum.

Psalm. 64.

Phrasis scripturæ rationabilis.

Epilogus prædictorũ

pugnantes, & extremæ: mediam autem si selegeris viam tutus abobis, & Deum esse autorem naturalium operum, & naturam Deo esse cooperariã. At claudamus iam ri uulum hunc, quia iam satis prata biberũt: & ad. 2. dist. accingamur.

Vnus effectus procedit à multis causis perfectis in suo genere, habẽtibusq; diuersas virtutes, cõtra Durãdum.

Distinctionis secũdæ, Disputatio. 1. Num cælũ empyreũ sit asserẽdum.

Argum. ETVIDEBI tur fortasis alicui, cælum empyreum non esse affirmandum. Etenim cælum est necessariò mobi le, at empyreum cælum non est mobile, ergò non est huiusmodi cælum. Maior pa tet: etenim cælum est coalitum ex materia, & forma: forma autem est principium motus, igitur omne cælum est necessariò mobile. Et rursum. 8. Physicorum, motus cæleſtes traditur esse vita horum inferiorum, igitur si empyreum cælum quiete gaudet, vitam non influet in sublunaria hæc: igitur iners erit, & ociosum. Porrò Deus & natura nihil temerè, hoc est, sine causa faciunt.

Psalm. 4.

Phrasis scripturæ inusitata.

Argumentũ in diuersum ¶ In diuersum est. 2. Paralipomenon, cap. 3. & 6. Si cælum, & cæli cælorum te capere non possunt, &c. qui locus distinguit cælum singulari numero, à cælis cælorum, igitur ex hac distinctione admonemur, cælos cælorum esse hos mobiles, quos videmus cælos, & cælum aliud esse fixum, & stabile cælum, quod empyreum nuncupant Theologi.

Epilogus prædictorũ

¶ Disputatio hæc confessam habet responsionem hanc, cælum empyreum esse. Quam probatam habet Magister in litera ex autoritate Strabi, & Bedæ: at verò locum inquirere sacrum, vnde probatam habeamus hanc veritatem, non peruium est. Imò rationem habere, quæ sat sit colligendæ huic assertioni, etiam non patet. Namque indicante Magistro ex loco illo: In principio creauit Deus cælum, & terram: quidam autores suasum sibi habuerunt, cælum empyreum esse. Autumant enim hoc cælum primò conditum ante alios fuisse, & simul atque conditum, repletum fuisse angelorum myriadibus. Dein verò cælos hos visibiles conditos, scriptura docẽte: Fiat firmamentum in medio aquarum, &c. At verò locus hic minimè conuincit, siquidem per cælum id oportet intelligere apud Mosen, quod omnes intelligimus, cælum significare. At cælum apud philosophos, & non philosophos, hanc machinam ætheream, quam oculis spectamus nostris, denotat, & hanc tradit Moses Deum in principio condidisse. Quidam verò alij ex illo quod apud Zachariam Dei vatem scriptum legimus capit. 4. se, inquam, vidisse candelabrum aureum totum, in capite cuius lampas erat: septemque lucernis, totidemque infusorijs distinguebatur. Et duæ oliuæ super illud erant: altera à dextris, altera à sinistris candelabri. Hanc igitur visionem Hebræorum nonnulli, Abraham videlicet quidam Hebræus Astrologus, & Isaac Hebræus etiam Astrologus, retulerunt ad cælorum significandum ordinem. Per lampadem enim micantem super candelabrum, empyreum denotari cælum autumant. Quòd sanè empyreum dicitur, idest igneum, non ex ardore, sed ex splendore, vt Magister rectè in litera commemorat. Etenim ex Græcanica deriuatione, empyreum, à voce, πῦρ, trahit originem, quæ vox Græcis ignem denotat. Per duas autem oliuas, cælum sydereum & crystallinum subaudiendos esse docent, vt per septem lucernas, septem orbes planetarios. Ita isti Hebræi locum Vatis prænominati intelligunt. Porrò autem isti ludunt, vt volunt, id quod licet in allegorico sensu scripturę, quare non est certa fides, hunc sensum esse literalem scripturę. Etenim alij, vt Theodoretus, eundem versans locum, commentario ad Zachariam Prophetam, per lampadem consistentem in capite candelabri, Christum intellexit: vt per candelabrum aureum Ecclesiam Catholicam, & per septem lucernas, septem

Cælum empyreũ primo cõditũ & angelis repletum.

Empyreum vndè.

Locus Zachariæ explicatur.

dona Spiritus sancti: & per duas oliuas, Apostolos, & Prophetas. Nam quosdam dedit Deus fungi Apostolica legatione: alios verò voluit vt prophetico resplenderent munere, ad consummationem sanctorum, ad Ephesios. 3. Apostoli autem à dextris sunt, Prophetæ à sinistris. Quippe Apostoli primitias spiritus acceperunt. Hæc dixerim nequis putet esse multæ obseruationis, id, quod ex Hebræorum Commentarijs nos retulimus. Apud philosophos, præter hæc, nonnullam mentionem factam reperimus empyrei cæli.

Porphyrius & Apuleius de dæmonum habitaculo.

¶ Lego enim apud Augustinum. 10. de ciuitate Dei, capit. 27. Porphyrium Philosophum tradidisse, Dæmones habitare empyreas, æthereasque regiones. Id quod carpitur ab Augustino. Et ideo profert Apuleium Platonicum Porphyrio. Nam ille dæmones sublunaria incolere dixit, inibique agi turbelis, & pessimis turbari affectibus. Quamquam si accuratè dispicis non continuò credendum est, per empyream regionem, cælum empyreum intellexisse Porphyrium: sed solum cælestem habitationem ex micantia sua, empyream vocat sedem. Diuus porrò Basilius Homilia. 2. Hexameron, nonnihil videtur spirare hanc traditionem cæli empyrei. Ait enim (quamquam obscurè satis promit dogma suum) angelos, ante cælos hos visibiles conditos, incolere lucem quandam supercælestem, quæ illis erat habitaculum ante mundum conditum, & iustorum postmodum futura erit sedes. Et ita intellectum voluit Pauli locum ad Ephesios. 1. Qui dignos, inquit, nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Per hoc lumen, lucem quam diximus, ante cælos creatam intelligens. Existi matque post quàm Deus cælos hos condidisset, vmbram, & tenebras sparsas super molem elementorum fuisse. Quippe machina cælestium globorum obstabat luci illi præfatæ, quo minus hæc inferiora illuminarentur. Cæterum quia Basilius lucem dixit, & non corpus lucidum, esse creatam, antequam isti cæli, qui conspiciuntur, crearentur: ideo obscurè satis cælum empyreum insinuatur, quamuis Thomas non hæsitat Basilium sic sensisse. Neque Basilij autoritas cogit vt asseramus empyreum cælum.

Basilij tententia exponitur.

1. par q. 66 artic. 3.

Imò, si rem diligentius consideres, videbis fieri nequiuisse vt cæli conditi à Deo impedirent lucem illam antiquiorem cælis, ne suos funderet radios in elementorum molem. Etenim cæli diaphani sunt, & perspicui, nullumque luci parant obstaculum. Quamobrem alijs collibuit rem deducere istam ex Ezechiele, capitulo. 1. Vidit enim firmamentum, & supra firmamentum locatum thronum ex lapide sapphyrino: id quod cælo empyreo tribuunt. Quod sanè locatur tanquam glorioſus thronus supra firmamentum. Sed neque hic rem absoluit locus. Nam lapis sapphyrinus est coloris cyanei, quem vocāt, cæruleum, seu cæleste [azul] at verò empyreum magis deducitur à lapide chrysolitho, qui aureus, & splendens est. Bonauenrura ex Damasceno rem istam colligit. Damascenus enim lib. 2. de fide orthodoxa, capitul. 5. tradidit primum cælum, quod Deus creauit, esse instellare, hoc est, sine stellarum ornamento: quod Damascenus Græcè vocat, ànastron. At neque Damascenus cogit, vt cælum hoc dicamus esse empyreum, quod instellare est. Etenim cæli quam primum sunt à Deo conditi, non sunt exornati astris. Namque quarto die facta sunt luminaria magna: itidem de alijs dicito planetis. Magister (vt diximus) ex illo verbo: In principio creauit Deus cælum, & terram: confectum iri voluit, cælum esse empyreum, quia conditum sine astris, cælum putat esse empyreum. At verò vt Augustinus commemorat. 1. de Genesi contra Manichæos, capit. 1. verba hæc: In principio creauit Deus cælum, & terram: perindè denotant, ac si dixissent: In principio creauit Deus materiam primam, ex qua fecit cælum, & terram. Nam insinuat Augustinus cælum, & terram, & elementa, eandem sortita fuisse materiam. Quare non cogit locus vt ad empyreum cælum referatur. Et demum varia est expositio horum locorum, quare non conuincunt propositum cui suadendo feruntur.

Argumenta suadentia empyreum cælum.

¶ Sunt autem rationes quædam, quæ eidem rei suadendæ conuehuntur: prima est. Difformitas est reducenda ad vniformitatē, at cæteri globi cælestes sunt varij, propter agitatū motū, quo circūferuntur,

ergò

ergò dandum est vnum cælum vniforme, & quietum, quod est empyreum. At vero hæc ratio perexigua est, quæ probet: namque prompta est responsio. Nam varietas mobilis reducenda est ad vnitatem motoris: ideò sat est, quod motor, hoc est, intelligentia, sit sine variatione. Secunda ratio est, quia exhibere oportet cælum vnum, sanctorum quieti destinatum: cæteri verò globi cælestes sunt mobiles, ergo non congruunt beatis viuentibus in inexcogitabili tranquillitate. Cæterum ratio hæc etiam infirma est, vt prior. Namque si angeli modo mouent cælestes globos, vtique beati sunt motores, quamquam adsint corporibus mobilibus. Namque. 12. Metaphysic. text. 43. intelligentiæ motrices non mouentur nisi per accidens: de qua re alibi. Quid? quod post diem iudicij, cæli stabunt immoti, quare illorum agitatio tum non erit impedimento sanctorum beatitudini. Ad hæc tertio argumento idem colligunt: quantopere enim forma præstat formæ, tantopere dispositio ad formam præstabiliorem, erit præstantior, quàm ad formam ignobiliorem: at verò formarum quædam sunt elementariæ, aliæ viuentes, vt plantales, aliæ sensuales, aliæ denique intellectiuæ. Igitur septem planetarum sphęræ præparabunt materiam ad elementarias, & stupidas formas: cælum verò sydereum, ad vegetales: crystallinum verò, ad sensificas: Empyreum verò, ad intellectuales, quæ sunt animæ rationales. Porrò hoc argumentum, friuolum est. Namque tenere colligit, & citra probationis efficacis nerues. Etenim dispositio materiæ non est potens causare animam rationalem: etenim anima hæc non fit ex potentia materiæ. Quare non est astruendum cælum empyreum, vt materiam paret animæ rationali. Imò euestigio clamabit Aristoteles. 2. Physicorum docens, Sol, & homo, generant hominem: ergò si Sol disponit materiam generando homini, non est confugiendum, propter hoc, ad empyreum cælum.

Angeli motore mouẽtur per accidens.

Obseruaex Aristotele.

¶ Porrò autem quanuis nos hæc longo orationis ambitu protraximus, quæ vidĕtur assertionem cæli empyrei eneruare, non tamen eò producta sunt, quò illum eneruemus. Imò idem asserimus, cælũ empyreum esse. Quia Magister, Strabus, Beda, & cæteri, post hos, patres, reliquaque Theologorum sacra caterua secuta, idem censuit: etsi recens Caietanus illud neget, tres tantum credens cælos, aëreum, aqueum, & stellatum, sed temerè. Arbitror tamen non esse hæresis crimine notandum, qui cælum empyreum negaret, propterea quia rem hanc nullus locus sacer indicat aperte: neque colligitur ex sacris euidenter, cælum empyreum esse. Quanuis temeritatis nota inurendus esset, qui hoc dogma asserens, empyreum cælum non reciperet. Quippe se præfert cunctis Doctoribus Theologis, citra cunctationem hoc tradentibus. Et profectò satis rationi consonum est dogma istud. Siquidem decentissimum est, sanctos Dei non solum gaudere corporibus splendidissimis, sed etiam locum horum corporum esse lucidissimum: quale credimus empyreum cælum esse. At scisciteris fortassis, num ociosum est cælum hoc? Siquidem motu caret. Dixerim tibi cælum non esse conditum gratia motus, imò illi motus est impartitus, vt inferioribus istis proprias elargiatur influentias. Namque cælorum gyratio eò fit, vt vbilibet suas impartiat vires, & suos communicet vitales influxus. Porrò cælum empyreum citra motum, sed stabili quiete, etiam cæteris globis vnitatem suam communicat: atqui globi cæteri mouentur, & circumaguntur, & vires, quas ex empyreo excipiunt, fortassis inferioribus munificentissimè impartiunt. Et quia sine motu hoc donat, nobilius est cæteris cælestibus sphæris. Quippe quod magis refert diuinitatem, quæ sine motus varietate, ipsa in semetipsa immobilis persistens, se in cuncta creata diffundit. Et, vt commemorat Aristot. quod paucioribus propriam assequitur perfectionem, præclarius est, quàm id, quod multis eget, vt propria fruatur perfectione: tale crede cælum empyreum esse, quod sine motu, & variatione, nobilitate sua potitur. At rogitas fortassis, cum nihil fiat sine actione, quæ est igitur empyrei actio? Occulta sane rogitatio: & quæ hominibus fortassis tam arcana est, quam à nullo fieri poterit. Num videlicet habeat actionem? & si habeat, quæ sit actio eius? verùm sit agere in hæc inferiora? Et Thomas

Temerarię esset qui cęlum empyreum negaret.

Empyreum cælũ est dignissimum omniũ corporum.

Argumenta suadentia empyreum cælum.

mas in hac distinctione, quæst. 2. planè Empyreum cælum actione circa hæc inferiora orbat. Quippe cælestis actio deriuatur per motum, empyreum autem cælum quietum est, ergò non agit. Et Albertus Magnus distinctione hac, articulo. 7. tradidit idem. Arbitratur enim empyreum cælum esse alterius ordinis, quam sphæræ istæ cælestes, quas philosophi perspectas habuerunt. Quandoquidem Deus non condidit empyreum cælum, vt seruiret generationibus, & corruptionibus celebrandis, vt seruiunt cæli isti visibiles: qui conditi sunt vt alterent elementa: & inde quædam corrumpantur, & alia generentur. Thomas verò non sibi constitit in quodlibeto. 6. artic. 9. vbi affirmat empyreum cælum inferioribus istis influere stabilitatem, & perpetuitatem. Quamquam si rem pendis, non facilè acquiesces Thomæ. Exquires enim quid est hæc stabilitas, quam influit cælum empyreum? Num qualitas est? quòd si qualitas est, quomodo vna, & eadem qualitas erit in tot subiectis differentibus, qualia sunt hæc inferiora? Quòd si substantia est, num corporalis est substantia hæc perpetuitas? num spiritualis? Spiritualis est neutiquam, quia à corpore influitur: sed neque corporalis, etenim essent duo corpora se penetrantia, imò multa corpora se inuicem subirent. Nam hæc perpetuitas penetrat omnia inferiora.

Thomas vario videtur de empyrea actione: & differit eius placitum.

Non me latet Thomam alluisse ad Auerroem, qui disputatione. 3. contra Algazelum, Deum credit influere virtutem quandam in vniuersum, quæ virtus nectit omnia perpetuo, & indissolubili nexu. At verò eisdem arietibus arietare valemus Auerroisticum placitum, vt Thomisticũ. Namque non ineptè quæret aliquis, qualis hæc virtus est, quæ est vinculum vniuersorum, vt quærebatur à Thoma? Et sanè nisi per hanc virtutem, manutenentiam diuinam Auerroes subaudiat, quæ vniuersa teneat, & seruet, non est promptum, qualis sit hæc virtus, si creata est. Et præter hæc, quæramus à Sanct. Thoma, hæc perpetuitas influxa à cælo Empyreo, num est secundum indiuiduum, an secundum speciem: prior non est rebus concessa caducis, quæ iugiter labuntur: secunda autem perpetuitas non cælo empyreo, sed motui cælesti tribuitur ab Aristotele. Siquidem accessio perpetua Solis ad nostra, generat mixta, & recessio corrumpit eadem. Istis tamen accedet, Thomam. 1. part. quæst. 66. artic. 3. in responsione. 2. argum. problematicam duxisse motam hanc quæstionem. Et empyreum esse influxiuum, & non influxiuum. Quamquam probabiliorem censet assertoriam partem, cælum influere. Quid autem est, quod influit, non satis aperit. Et ego illi subscribo. Etenim ex Philosophorum placitis, cælum agit in hæc sublunaria motu, & lumine. Iam verò siquidem cælum Empyreum stabilitate & immobilitate fruitur, & luminis dote cæteros cælos antecellit (ex eo enim empyreum nuncupatur) reliquum est, vt etiam actione gaudeat, saltem illuminandi. Puto autẽ non habere densam lucem hoc cælum, ne oculis sanctorum impedimentum præstet videndis rebus: etenim obiectum per densa, etiam si lucida sunt, suos profundere visibiles radios nequeũt: sed habet lucem perspicuam præter naturam lucis, quæ nobis ex vsu est. Et fortasis hoc insinuabat Basilius, illam lucem supercælestem vocitans vt superiora te docebunt. Quod verò Strabus credidit hoc Empyreum cælum esse firmamentum secundo die conditum, fidem meam superat. Imò est cælum supremum in principio factum. Interim tamen, dum meliora tibi non suppeditantur, has tene conclusiones.

Cælum empyreũ agit.

Exponitur Basilius.

Alluſio Thomæ ad Auerroem.

Differitur Thomas.

¶ Prima esto: Actio cæli empyrei occulta est nobis: hęc est perspicua, quia latet nos, qualis sit hęc actio. Et rursum cælũ hoc est occultissimũ hominibus: igitur si non constat nobis empyrei cęli actio, neq; cõstabit ipsum cælum esse empyreũ, quod si actio constitisset, vtiq; Philosophos non lateret hoc cælũ, vt non latuerunt reliqui. Cæterũ neq; Astrologi, neq; Philosophi prisci de huiusmodi cælo meminerunt.

1. Cõclusio decisoria.

¶ Secunda conclusio: Si quã habet actionẽ, est mediante lumine. Colliges, quia ipsum est lucidissimum totum, igitur habebit efficaciam ex lumine. Nam lumen est actiuum, & maximè cæleste. Adhæc, hoc cælum, est corpus compositum ex materia, & forma, at forma necessariò est actiua. Quòd verò mobile non est, impedit nihil quo minus agat in hæc inferiora. Etenim mediante motu aliorũ cęlorũ, virtus huius

2. Cõclusio

cęli

cæli deuehetur ad nostra. Sub die tamen iudicij, quando cessatum erit à motu, cessabitur prorsus ab actione. Vndè colliges rectius sensisse philosophos credentes cælum duobus tantum agere in nostra, & motu, & lumine, quàm eos, qui addunt influentiam. Namque si influentia ageret, etiam citra motum illam impartiret: quod falsum est, vt sub die iudicij aperta est Theologis ostensio. Porrò autem Mathematicis dogma hoc plausibile est, cælum etiam agere influentia. Arbitrantur namque virtutes lapillorum, & herbarum ex influentia dimanare cæleſti. Consule Auerroem libro de substantia orbis, quo loco non acquieuit huic placito, neque existimat esse amicum Peripateticis: quibus cordi magis est, cælum duobus agere & motu, & lumine. At istis in præsentia supersedendum est, quippè illis satis controuertitur ab Astrologis. Argumenta facta in principio disputat. huius plana sunt ex dissertis. Præstringe igitur summam prædictorum vt ab Astrologis exquisitus est numerus cælorum, ita à Theologis exquisitum est hoc empyreum cælum, quod habitaculum est sanctorum angelorum, & iustorum omnium: diuinumque sanctuarium, firmissimumque diuinitatis habitaculum, Exodi. 15. Tametsi angeli locis non egent, quia spirituales sunt substantiæ, neque animæ rationales: at verò istæ resumptis corporibus, quę ex interitu carnis deposuerunt, habent tantum sibi præparatum supercæleste domicilium, tantis inquilinis dignissimam domum.

Astrologi tribuunt cę lo influętiā non tamen Peripatetici.

Cælum em pyreū agit.

Summa disputationis

Exponitur Basilius.

¶ Distinct. 2. Disputatio. 2. Num nostro tēpore angeli suas ætates dimetiantur.

1. Argum.

ET videbitur alicui forsitan angelos dimetiēdos esse tempore nostro. Siquidem si non metiētur tempore, eò vel maximè esset, quòd sunt substantiæ immutabiles: at verò rerum essentiæ temporalium etiam sunt immutabiles, & nihilominus tempore, & non æuo, aut alia mensurantur mensura:

1. Cōclusio decisoria.

2. Cōclusio

¶ Secundo idem colligito, angeli cœperunt in tempore esse, ergò mensurantur tempore. Probatum habebis antecedens, quia angeli non fuerunt creati ante tēpus, ergo sub tempore conditi fuerunt à Deo.

2. Argum.

¶ Contrariam tuetur partem argumētum hoc. Mensura, & mensuratum sunt vnius generis. 10. Metaphysic. vt longitudo est mensura longitudinis, & latitudo latitudinis, &c. ergò mutabilia mensurantur tempore, qualia sunt temporalia omnia, & immutabilia mensurabuntur alia sibi germana mensura: tales sunt angeli, qui lapsibus temporis non sunt obnoxij, ergo angeli non mensurantur tempore: habent igitur aliam sibi genuinam mensuram.

Argum. in cōtrarium.

¶ Disputatio hæc nō leuis est, quippe quę de rebus semotissimis à sensibus nostris disserit. Quamobrem circunferuntur variæ sententiæ de huiusmodi difficultate. Namque Gabriel spiritu Okamico imbutus, credit, angelos metiri tempore, neque alia vti mensura vt suam dijudicent durationem: itaque longitudinem propriæ durationis ex temporis longitudine dignoscunt. Aduertunt enim se iam 6000. annorum absoluisse, & amplius, ex quo creati sunt. Rursum, si Deus creasset modò angelum vnum, ille recentior est, quàm cæteri creati, & non ob aliud, nisi quia qui modò creatur, hodiernus est, cęteri verò sunt multo antiquiores. Præter hæc angeli optimè aduertunt se esse diuturniores quam temporalia vniuersa, nō ob aliud nisi quia in pluri tempore se sciunt creatos esse. Differunt nihilominus à temporalibus cunctis, quia temporanea, ex tempore consumuntur, at verò angeli temporum ruinas non experiuntur. Hæc & alia, si voles, leges apud Gabrielem. q. 1. huius dist. conclusione. 6. & 7. Porrò autem quanuis hoc placitū prima in spectū frōte placidū videatur, at verò profundiùs si inspexeris, abhorrere cēsebitur à germana philosophia, ne dum à vera Theologia. A germana quidem abhorret philosophia: nam secūdum Aristotelem. 4. Physicorū, æterna non continentur à tempore, neq; mensurantur à tēpore, cuius est, ait, quia non potiuntur à tempore. Ergo iuxta hāc traditionem Peripateticā, non pati à tempore, est argumētum probās non cōtineri aliquid à tēpore,

Gabriel, & Okam non probantur.

Angeli non mẽsurãtur tẽpore: imò neq; esse cælorum.

aut mensurari à tempore. Porrò angeli non patiuntur à tempore, quippe ingenerabiles sunt, & incorruptibiles. Tantum enim creati sunt à Deo, & non geniti ex materia, ergo non mensurantur tempore, aut continentur à tempore. Ideo etiam dixit. 9. Metaphysicorum. text. 17. æterna non esse in potentia, nisi ad vbi. Quod dixit propter cælestes sphęras, quæ nõ sunt transmutabiles ex generatione, aut corruptione, sed tantum transmutantur secundum locum. Et rursum. 1. de cælo & mũdo, tex. 100. angelos credit esse extra cælum: quòd si sunt extra cælum, sunt extra temporis mensuram & continentiam. Quòd verò non consentiat veraci Theologiæ dogmahoc, inde liquebit. Etenim Hilarius, Gregorius Nazianzenus, & Basilius, & nonnulli alij ex sacrato antiquorum Theologorum numero, censuerunt angelos cõditos fuisse ante temporalia, quia credebant si in tempore fateremur eos esse creatos, à tempore quoque continendos, & mensurandos fore. Quamobrem me latet, cur Durando collibuit. q. 5. huius distinct. contrarium dogma, quod amauit Okam, & Gabriel. Angelos enim putat tempore metiri. Quamquam enim fateatur æuũ, at ait æuum angelicum non posse mensurare angelos nisi per coexistentiam cum tempore nostro. Etenim mensura rei necessariò est quanta, at æuum non est quantum, quandoquidem est indiuisibile, igitur subit rationem mensuræ secundum coexistentiam ad tempus, id quod asseuerans, fateatur est necessum, sublato tempore, nullam esse angelicam mensuram. Itaque sine tempore æuum desiderabitur. At verò mensura exigit quãtitatem, quando quanta mensurat, at si mensurat non quanta, vt, obsecro, exiget quantitatem? Vtique non exiget, imo abiget quantitatem. Porrò autem, vt legitimo tramite disputationem deducamus, finiamus in primis quid nam sit æuum. Et longè aliter est Theologis in vsu, quàm Latinis, & Græcis. Namque Græcis est, αἰὼν, quod nobis, æuum, aut, sæculum. Æuum autem idem est istis, atque ætas perpetua, aut prolongata: vnde longæuus, & prinæuus, & æuiternitas per syncopen, est ætas: autor est Priscianus. Et de æternitate idem isti, atque de æuitate sapiunt. At verò Augustinus in homilia. 85. in Psalmos, hoc vocabulum ambiguum esse existimat Græcis. Æuum enim iam denotat æternum, iam verò seculum, & ex ambiguitate vocis, varia interpretatio reddita est diuinis literis. Vndè Genes. 17. legimus: Tibi, & semini tuo dabo terram hanc in possessionem æternam. Id quod ita redditum est, quia, αἰὼν, Græcis, est æternum Latinis: & hoc est, quod in multam deducetur ætatem. Et Exodi. 21. Seruus qui anno Iubilei cedebat libertati, seruiebat æternò. Ad hunc enim modum legit Augustinus, quæstione. 20. ad Exodum. Quãquam vulgata lectio: Seruiet in seculum, habet: & non, æternò. Et vtraque translatio germana est vocabulo Græco. At verò exposuit August. locum, Seruiet æternò, id est, obsequij à seruo illo impendendi Domino non præscribitur finis: quale illud quoq; est, Seruiet æternò qui paruo nescit vti. Quapropter hoc verbum, ęternũ, non tam rigidam habet obseruantiam in sanctis literis, quam habet apud Theologos. Apud quos, ęternum, infinitam durationem denotat, quę sola est diuina. Quam etiam rationẽ si sectaremur, nihil difficile esset, angelos cõcedere metiri ęuo, hoc est tempore perpetuo. Cęterũ Theologis aliter vsurpatur ęuum. Nam est ęuũ medium quoddam inter tempus, & ęternitatem, id quod, vt affabrè perspicias, scito nullã esse mensuram, nisi eorum, quę actu sunt. Nam quę nõ sunt, non indigent mẽsura, sed quę sunt in potentia habent mensuram non actu: sed tantum potestate. Porrò esse aliquid actu trifariam expendes. Primò sanè id actu est, quod nullam habet passiuam intermistam potentiam: sed est actus purissimus. Et hac ratione solus Deus in actu est. Alia verò sunt quæ sunt sanè in actu, at incompleto, quia intermistus est potentialitati materiæ, vt sunt generabilia, & corruptibilia, quæ sanè sunt in potentia ad esse, quandoquidem generantur: sunt & in potentia ad non esse, quia corrumpi & interire possunt. Demũ alia sunt intermedia, quæ sane sunt defæcata à potentialitate materię, quia ingenerabilia sunt, & esse prõprium habent inuariatum. At verò quamquã secundum esse substantiale, inuariabilia sunt, cęterum secundum operationem variantur, & mutãtur, qualia sunt angeli sancti, & dæmones, & cælestes sphæræ. Quapropter hęc sortientur

Durandus non probatur.

Quid sit æuũ, finitur.

Æuum. ęuitas. æuiternitas. ętas. æternum.

Æuum vsurpatũ Theologis.

Mẽsura eorum quæ actu sunt.

Esse actuti fariam.

tientur aliam mensuram, quàm prima, & extrema, propterea quòd sunt in actu longè aliter, quàm diuina, aut temporalia. Et hanc mensuram, vocitant æuum: vt mensuram diuinæ durationis, æternitatem: & mensuram durationis temporalium, Philosophi, tempus appellant. Non me fugit Auerroem (vt in primo Sententiarum dissérebam) dixisse, angelos etiam, secundum actum interiorem, esse inuariabiles. Namque arbitratur intellectionem angelicam esse substantiam angelicam, itidem & affectionem. Et istud plerique philosophorum putant dogma esse Peripateticum, quia 9. Metaphyc. Aristot. text. 17. tradit, in æternis non esse potentiam, nisi ad vbi: igitur angeli, quos censuit Aristot. æternos, non habent potentiam, vt suscipiãt accidentarias operationes. Porrò autem ego non arbitror, verumetiam iuxta dogma Aristotelicum, angelos non esse susceptiuos intellectionis, & volitionis propriq, tanquam accidentium. Namque in cælis est potentia ad vbi, nihil obstante eorum æternitate, secundum Aristotelem. Cur angeli nõ erunt in potentia ad velle & nolle etiam non impediente illorum æternitate? Si quidem nõ sunt in potentia ad vbi, quia non mouentur nisi per accidens. 12. Metaphy. tex. 43. At verò quale quale hoc fuerit, modò mea refert nihil: quippe alibi à me est dissertum. Sat sit in præsentiâ dixisse ex fidei catholicæ traditione asserẽdum esse, angelos esse variabiles secundum affectiones, & actus internos, nedũ externos. Quamquam de istis nihil curæ nobis nunc sit, nam isti tempore mensurantur. Etenim cæli motus, qui ab angelo est, etiam nunc secundum Aristotelem tempore mẽsuratur. Quod verò sit variabilis ex actib⁹ internis, Ioãnes luculenter ostẽdit, cap. 8. Ille (ait de Satana) homicida erat ab initio, & in veritate nõ stetit. Igitur variabiles sunt angeli, si in veritate gratiæ, in qua conditi sunt, non steterunt, sed ab ea protinus à creatione lapsi sunt. Et Iob attestatur Ioanni. cap. 4. In angelis suis reperit prauitatem. Hæc est fidei veritas, quã non est assequutus monarcha philosophorum Aristoteles, qui 9. Metaphysicorum, text. comment. 19. ingenue fatetur, in æternis non esse malum, neque peccatum, neque errorem, neq; corruptionem. At verò ipsa veritas Aristotelẽ de falsitate damnat, vt diximus. Iam verò vt ad institutum regrediatur oratio, quia angeli secundum substantiale esse sunt immutabiles, ideò metiuntur æuo. Namque æternitate nõ possunt dimetiri, quia eorũ immutabilitas initium habuit, & quia variabiles sunt ex actibus internis. Et in hanc sententiã confluxere S. Bonauentura dist. hac. q. 1. & Sãctus Thomas vbi libet eãdem fatetur, & Henricus Gandensis in quodlibetis, & cæteri vetusti Theologi. Et Augustinus in lib. 83. quæstionũ, quæst. 72. nunc æui fatetur esse stabile, & non fluxibile vt est nunc temporis. Vnde nũc æui, aut, nũc æuiternum, mensurare habet stabilia, & non caduca. Angeli autem sunt stabiles, & non caduci, ideò illis æuum germanissima mensura est. Quamquam autem bona Theologorum scholasticorum pars in hanc confluat sententiam, at verò de ipsa æui aut æuiterni substantia, & ratione, non sibi consentiunt. Siquidem Sanctus Bonauentura distinctione hac, quæstione tertia, disputat, si spiritualia habeant mensuram successiuam, an permanentem. Et multis hinc, & istinc collatis, tandem se deuoluit in hoc placitum, æuum constare successione prioris, & posterioris. Nam duratio angeli, continua est, & continuò habens esse à Deo: at vbi est continuatio successiua, prius aliquid est, & posterius. Arrisit sibi sic theologizare, quia Hieronymum legebat scribentem Marcellæ, Deum solum non nosse præteritum, & futurum: ergò in angelis est, fuisse, & est esse, & est, fore: vbi autem hæc constant, prius est necessariò & posterius: atque continua mora, atque successio. Rursum, si fuisse, & esse, sunt simul in angelo, & sunt idem, iam sequitur, Deus non potest facere angelum non fuisse, & potest facere angelum non esse: ergo non sunt idem. Aut si sunt idem, & potest facere Deus angelum non esse annihilando eum, ergò poterit Deus facere nõ fuisse, & ita ad præteritum esset potentia. Porrò quia horridulam deprompserat sententiã Bonauentura, illam temperat dicens, hanc successionem in duratione angelici esse, esse citra innouationem, & inueterationem. Quare diuersa est angelica successio à temporanea successione. Nam hæc habet nouitatem in posteriori, & vetustatem in priori: in angelis autem non item. Et exẽplum eius est, aliter dimanare ri-

Angeli non sunt variabiles secundum quosdam Peripateticos.

Angeli sunt variabiles ex fidei dogmate.

Aristoteles seductus in scitia æternorum.

1. par. q. 10 artl. 5. & q. 61. ar. 1. & in hac dist.

Differunt autores in æuiterni ratione.

riuulum à fonte, aliter radium Solis à Sole. Quandoquidem à fonte qui egreditur riuulus nouus subinde atq; nouus, continuoq; cum nouitate emanat. Nam recedẽte, aqua priore, noua resultat. At verò etsi radius Solis successiua irradiatione prouenit, cæterum idem semper radius est, neq; nouus subinde effunditur radius. Verùm tamen qualis sit Bonauenturæ cõclusio, exẽplum hoc ab eo in ostensionem suæ doctrinæ inductum, non est peruium; neq; rem propositam manifestat. Etenim falsum est quod vnum & idem lumẽ, sine nouitate nouæ productionis, producatur à Sole, quandiu Sol illuminat medium. Namque lumẽ à Sole infusum aut augetur paulatim, aut diminuitur: & ita de alijs luminibus. Quòd si augescit, hæc auctio luminis, fit per noui luminis additionẽ, vt nos disputauimus in. 1. lib. Sententiarum. Sin verò decrescit, fit sensim perditio luminis: non ergo idem radius sine nouitate perseuerat. Quid? quòd accidens non potest migrare de subiecto in subiectum? Non ergo vnum, & idẽ lumen producitur, à Sole que potest multiplicari per varia subiecta, vt per ignẽ, aërẽ, aquam, & terram, &c. Est igitur innouatio luminis, sicut est paulatiua luminis accretio. Quamquam ipsa infusio est instãtanea sine priori, & posteriori. Neq; de infusione est sermo modò, sed solummodo de luminis multiplicata continuatione. Quantum verò attinet ad veritatem asserti à Bonauẽtura, si disserere libuerit, scito, Thomam in 1. par. q. 10. art. 5. hanc Bonauenturæ sententiam indicasse. Namque hoc placitum vetustius Thoma & Bonauentura est. Indicato tamẽ placito, existimat sibi repugnãs esse. Namque hæc non se possunt admittere, & quòd sit prius, & posterius: & quòd nulla sit inueteratio, aut innouatio. Namque vel ista priorias, & posterioritas, est in ęuo, aut in æuiterno. Si in æuo est, necessariò, cum prius & posterius non sint simul in æuo, aduenientè posteriore, recedet prius. Igitur est nouitas prioris, & inueteratio prioris. Quòd si hoc prius & posterius sunt in ipso esse angeli, necessariò esse angeli transmutatur ex priori in posterius, & erit necessaria nouitas, & inueteratio in esse angelico, id quod Bonauentura non admittit. Quod si in angelico esse non est istud prius, atque posterius, ergo neque in mensura eius, quæ est æuum.

Exemplum Bonauenturæ non probatur.

Thomas aduersatur Bonauenturę.

Nam qualitas mensuræ est secundum rationem mensurati. 4. Physicorum. text. comment. 195. Quapropter si angelus est intransmutabilis secundum angelicum esse, confitendum quoq; est, mensurã eiusdẽ esse intransmutabilẽ, sine priori, & posteriori. Quã ob rem Bonauentu- à veritate abhorrere planè videtur, & argumentum eius falsigraphum est. Nam ex identitate rei, argutatur identitatem, vt qui colligeret, actio est idem effectus atque passio, ergo sunt idem genus. Iam verò esse, & fuisse, & fore in angelo, sunt vnum esse angeli, cæterum secũdum rationem admodum discrepant, vt dextrum, & sinistrum. Quæ duo relatione discrepant, rei vnitate seruata. Nam eadem res, & est dextra, & sinistra. Sic ergò angelus dicitur fuisse, comparando esse angelicum ad præteritum tẽpus, quia consideramus angelum coextitisse tempori elapso, vt consideramus futurum ex comparatione ad coexistentiam cũm tempore venturo, vt deniq; existere hodie per coexistentiam ad hodiernum diem. Iam ergò quia coexistentia angelica ad præteritum tempus elapsa est, non ex angelo, sed ex tempore elapso, propterea non subest diuinis viribus facere quod nõ coextiterit, vt subest facere quod non coexistat futuro tempori, quod non dum est. Quid? quòd nonnullis placuit Theologis præterita Deo subdere, vt nos diximus abundè in primo Sententiarum? Neque Hieronymus impendiò fauet opinioni Bonauenturæ. Nã in angelis cõfitemur præteritum, & futurũ. Nempè in operationibus interioribus eorũ, secũdũ quas testati iam sumus, angelos esse variabiles.

Bonauentura non probatur.

Soluuntur suadelæ Bonauenturę.

¶ Est igitur æuum mensura angelici esse, & vt succinctè dixerim, omnia, quæ tẽpore non consumuntur, æuo mensurantur, & dicuntur æuiterna, vt angeli, cæli, animæ rationales separatæ à corporibus. Etenim dum agunt in corporibus propter societatem, & indiuisum, quod gerit cũ corpore, conturbernium, subdũtur vt cunq; tẽpori: quãuis esse subsãtiale earũ perse æuiternũ est. Et demũ ex Aristotele didicisti, ęterna esse quę tẽpore non consumũtur, aut absumuntur. Tu dicito hæc etiã æuiterna esse: mensuram angelicam deniq;, & horum, quæ à tempore non absumuntur, appellamus æuum, aut æuitatem, aut æuiternitatẽ, voca vt libet, quia istis appellationibus

Recapitulatio prædictorum.

Fundamẽtũ ex Aristot. supra indicatum.

nibus tibi copia appellandi est. At verò ipsa mensurata, æuiterna vocato. Neque solum angeli sancti, sed etiam dæmones æuiterni sunt, vt ex fundamentis iactis facilè patet, quia sunt angeli, vt cæteri, quamuis maligni, quod non cæteri, qui benigni sunt. Substantias quoque omnes æuiternas voluit esse Scotus, quia omnia permanentia, quatenus sunt permanentia, gaudent vna mensura: igitur omnes substantiæ gaudebunt æuitate, vt successiua omnia tẽpore mensurantur. At verò quid quid consumitur à tempore, etiam si sit de permanentibus, non gaudebit æuitate. Quoniam, vt indicabamus ex Aristotele, æterna non mensurantur, neque continẽtur à tempore: cuius signum est, quia nõ consumuntur à tempore. Igitur quæ à tẽpore consumuntur, dubio procul quamuis sint de genere permanentium, non cõtinẽtur æuitate, sed tempore. Essentiæ autem rerum corruptibiliũ, vt essentiæ sunt, non continentur neque mensurantur à tẽpore. Namq; vt fusè disputationes nostræ in primum æditæ Sententiarum docent, abstrahunt à tempore, & cæteris accidentibus. Et quòd addamus modò imò abstrahunt ab omni duratione suæ æuitatis, siue temporali, quippe ab actu existendi abstrahunt, igitur à quauis duratione; quia duratio, est esse actualis, & nõ potentialis. ¶ Porrò autem istis annectenda est quæstio de operationibus angelicis, num eandem sortientur mensuram æuitatis cũ ipsis angelis. Et disputatio vertetur de immanẽtibus actionibus, quia de transeũtibus suo dabitur locus. De qua quæstione Thomas varius satis videtur. Nam in quodlib. 5. q. 7. has operationes æuiternas tradidit esse: persuasus testimonio ex libro de causis de prompto. Angeli, inquit, mensurantur momento æternitatis. Est autem momentum æternitatis, æuum, quia est æternitas participata, & creata à Deo. Et non distinxit substãtiam angeli ab operatione eius. Imò neque operationes distinxit, sed indiscriminatim verba facit. Cæterum in quodlib. 2. q. 5. & quodlib. 9. artic. 9. tempore metitur angelicas operationes. Et in 1. parte. q. 61. art. 2. distinxit tempus duplex quoddam, quod est numerus motus continui, & ab hoc subduxit angelos, quia supra hoc tempus, quod est tempus nostrum, angelos esse, testatissimum habet. Aliud autem est tempus, quod est numerus successionis, siue successio sit in actione, siue in quouis alio, & hoc tempus tribuit angelis, quatenus fuit successio in angelica creatione, quia post non esse habuit angelus esse: & est item successio in angelicis operationibus. Vocat successionem non temporaneam sed consequentiam esse ad non esse. Nãq; creatio, instãtanea est. In istis igitur quia est prius & posterius & consequutio vnius post alterum, ista consequutio, tempus vocatur, & si non fit humerus motus continui, est tamen hoc tempus numerus consequutionis vnius ad alterũ, vt esse ad non esse, & velle angelici ad nõ velle, &c. Quam ob rem hoc tempus quia est numerus prioris, & posterioris, quæ inuicem nõ continuantur (nam esse, & non esse, non continuantur: aut velle, & nolle angelicũ, quia hęc, spiritualia sunt) idcirco tẽpus hoc discretum à vetustis Theologis appellitatur. Nam ita censuit Tho. q. 10. art. 5. operationes angelicas mensurandas tempore, subaudi, discreto. Et Albertus Magnus lib. de quatuor coæquæuis: & item Henricus Gandensis. quodlib. 5. q. 13. & Durandus distinct. hac. q. 4. Et Bonauentura in hac distinct. & in 1. distinct. 37. & demum cæteri Theologi antiqui ab hoc dogmate nihil abhorruerunt. Porrò autẽ Scotus aliã est ingressus viam dist. hac. q. 4. Quia probatum non habuit placitum hoc antiquũ Theologorum. Credit enim angelicã operationem æuo mensurandam, vt & ipsa angelicam substãtiam colligit, quia quę sunt ex æquo defectibilia, ex æquo mensurãtur, at tam defectibilis est operatio angelica, quam substantia eiusdem: igitur æqualem sortientur mensuram: ergò mẽsuratur æuitate. Et rursum, operatio angeli est spiritualis, ergò mensuratur æuo. Porrò hoc tẽpus discretum, cuius meminere præfati autores, altiora habet principia, quàm fuerit Theologorum prænominatorum inuẽtio. Namque D. Augustinum habet autorem, placitum hoc de tempore discreto. Nam 1. libro de Genesi contra Manichæos, docet angelos suis motibus tenere tempus. Et in libro 8. super Genesim. cap. 26. aperto sermone testatur, Deum mouere creaturam corporalem per tempus, & locum, at creaturam spiritualem per tempus solum. Hoc autem tempus manifestũ est non esse numerum motus cõtinui, ergò est tempus

Bonauentura non probatur.

Scotus non probatur.

Soluuntur suadelæ Bonauenturę.

Essentiæ rerum corruptibiliũ nõ mensurantur aliqua mensura.

Nũ operatio angelica metiatur æuitate.

Recapitulatio prædictorum.

Disseritur Thomas.

Fundamẽtũ ex Aristot. supra indicatum.

Tẽpus duplex continuum & discretum.

Scotus discrepat ab antiquis.

1. argum.

1. argum.

Augustinus excogitauit tempus discretum.

discretum. Astipulatur etiam sibi in lib. de ciuitate Dei. 12. cap. 15. Postquam enim hoc loco meminerat esse quoddam tempus vsuale quod nostris vsibus cedit, subdit esse aliud tempus in angelorum motibus: vocat motus angelorum, eorundem operationes. Nam si ante tempora nostra secularia Deus conderet angelos, haberēt suos mutabiles motus, in quibus aliquid præteriret, & aliud succederet. Et huic testimonio nihil est, quo refragari possint, qui tempus istud in angelis negant. Aduertes autem, vt res hæc difficilis nō nihil subluceat, tempus nostrum mensurare solum modo motus continuos. Secundò obseruabis, angelicos motus, seu immanētes actiones, non esse continuas. Etenim nihil habent, quod eas cōtinuet: & sunt spirituales actiones, igitur nō sunt quantæ: quòd si non sunt quantę, non sunt cōtinuę. Imò si rigidè philosopheris, non sunt etiam huiusmodi angelici motus discreti. Namque quantitas discreta fit ex diuisione continui, at in angelis non est continuū, ergò neque discretum. Quamobrem Augustinus, qui hoc tempus excogitauit, nō vocauit illud discretum, fortasis veritus vocis proprietatem non conuenire motibus, & operationibus angelicis. Ideo dicito, hoc tempus discretum, negatiuè, id est non continuum, vt est tempus nostrum. Etenim quilibet angelicus motus interior suum instās stabile habet, quod est mora eiusdem motus, quod sanè instans habet horam fortè vel diem, &c. ex nostris sibi correspondentem. Non enim est vt instans nostrū, quod per indiuisibile tantum durat, & subito rapitur, & fluit. At verò hic motus postquā transierit, pro angelico enim arbitratu durat, succedit sibi alter motus angelicꝰ, hoc est operatio angelica, quam motum vocamus ex Augustino, metaphoricè tamen. Hæc autem operatio succedēs, altero fruitur instanti, vt prior, & ita de reliquis. Numerus verò istarum operationum angelicarum sibi succedentium Augustino est tēpus angelicū, quod nostri vocant tempus discretum: ad sensum præscriptum. At hęc instantia realiter nō distinguūtur ab ipsis operationibus angelicis, sed tantum secundum rationem. Quare transeūte operatione, etiam instans transit, & deficit. At dices vt ergo stabile est hoc instans, si deficit? vtique, quia non statim vt est, desinit esse, vt nostro instāti accidit, ideo stabile appellamus, hoc est, morosum instans. Ideo instātia temporis discreti nō sunt fluida, vt sunt nostra, quæ eò instantia dicuntur, quia nō stant. Obserua autem, numerum harū operationum angelicarum, non esse numerū Physicum, aut Mathematicum, sed est numerus simplex seu transcendens. Etenim vt diximus, non fit ex diuisione continui. Diximus autem in primo Sententiarum libro, vt spiritualibus cōgruit numerus: in dide hauries. Quot ergo sunt angelici motus, totidem sunt instantia temporis discreti. Nam tempus discretum aliud non est secundum rem ab istis motibus. At quia huiusmodi instantia nō ita colligantur, vt nostra, ideò dicitur eorum numerus, tempus discretum. Etenim in tempore nostro instans quod finit priorem partē motus, initiat sequentem. Itaque idem iustans est initium, & finis. At verò in instantibus angelicis nullum est instans huiusmodi, ideò numerus horum non est tempus cōtinuum. Et re vera scitè censuit Augustinus mensurans angelicos motus tempore hoc, quod est diuersum à tempore nostro. Namque substantia angelica est supra tempus, & locum etiam, Aristotele asseuerante loco nō semel annotato. Quia illi angeli erant ęterni, nobis verò sunt ęuiterni, ideo neque pēdent à tempore, neque à loco. Quod si substantia angelica indepedens est à loco, & tēpore, quia immutabilis est, operatio quoque angeli indepēdens erit à nostro tempore, vt à loco. Absonum enim est, substātiam indepēdentem à tempore nostro, habere à tempore nostro operationem depēdentem. Siquidem operatio sapit naturā sui principij. Et quanquam operatio angeli mutabilis sit, at verò non ea mutabilitate, quàm nostrum fertur tempus, sed alia. Namque angelicæ operationes non deficiunt ex tempore, sed pro arbitratu angelico. Quapropter quia neque substātia angelica, neque eius operatio consumi possunt à nostro tempore, reliquum est, non contineri à tēpore nostro, neq; mēsurari. ¶ Scoticum argumentum quantulum est vt hanc concutiat veritatem? exiguum sanè. Etenim si est defectibilis operatio angeli, sicut & substantia angeli, non subinde consequens est, quòd æuo gaudeant operationes angelicę. Namque angelus est immutabilis, & indefectibilis suapte natura, quan-

Quid sit tēpus discretum.

Instātia tēporis discreti vt se habeant.

Numerus Physicus & Mathematicus.

Cur discretū dicatur tempus.

Hæc obserua diligenter.

Argumentum Scoticum diluitur.

quanquam si annihilaretur, hoc diuino tri buendum esset miraculo. Et nunc non de miraculo facienda est mentio, sed de angelica natura, quæ suo iure immutabilis est.

Actiones transeũtes angelicæ mensurantur æuo.

¶ Iam verò dubitatio alia se promit de actionibus angelicis transeuntibus, vt est motus localis angeli, qualis fuit motus illè angelicus Azariæ, qui comes fuit peregrinationis Tobiæ iunoris: & de alijs huiusmodi. Et quidem Thomas in prima parte q. 53. art. 2. tradit esse mensuram huius motus aliud tempus continuum à nostro. Id quod non admodum mihi arridet, tot multiplicare tempora angelica. Siquidem motus hic localis angeli continuus est, ergo mensurabitur tempore nostro, qui est numerus continui motus. Quanquam nõ est omnino eiusdẽ rationis cum nostro. Nam corpora mouentur successiuo motu, quia pars post partem mouetur, vt aduertis in progressiuo animaliũ motu: at angeli sunt spirituales, & ideò non mouentur successiuè hoc modo, sed solum ratione spatij diuisibilis, super quod mouẽtur, est successio. Et vtique difficile videtur motum illum localem angeli Azariæ, comitantis Tobiã, alio mensuratum fuisse tempore. Nam videtur eisdem gressibus actum, quibus illũ agebat Tobias. At motus Tobiæ mensurabatur tempore nostro. Namque tot horis & tot diebus agebatur angelica motio quot & Tobiæ: igitur eandem habebant mensuram. Et quid si angelus lapidem iaciat, ille iactus lapidis num differt à iactu lapidis, quem homo exercere poterit? Nõ video, nisi forte velocitate, at angelus & poterit lapidẽ segniter mouere, & velociter. Et hic motus mensuratur ex tempore nostro. Nam poterit durare horam vnam, vel quartam horæ, &c. At ais, hic motus localis non dependet à cælo, ergò non mensuratur tempore nostro. Dixerim motum hunc pẽdere à cælo quamuis sit angelicus. Etenim etsi angelus posset mouere corpus aliquod cessante motu cæli, at ille motus tunc esset alterius rationis, quàm iste, qui sub motu cęli exerceri poterit. Et quis non videt motum cæli, qui ab angelo est, mensurari tempore nostro? Ergo itidem & motus localis cuiusuis corporis alterius, quod mouet continuò angelus, mensurabitur tempore nostro.

Numerus Physicus & Mathematicus.

Cur discretũ dicatur tempus.

Hæc obserua diligenter.

Aliquis motus localis, procedens ab angelo mẽsuratur tempore nostro.

Argumentum Scoticum diluitur.

An humana intellectio mensuretur tempore discreto an ęuo?

¶ Istis adde quęstiunculam de intellectionibus humanis, num mensurentur ęuo? & promptæ est quæstiuncula, quæ soluatur. Nam intellectiones humanæ propter nexum, quem habent cum phantasmatibus, tempore nostro mensurantur: at verò exutæ ab huiusmodi nexu, gaudebunt tempore discreto: quemadmodum de angelicis diximus.

¶ Demum in dubium solet vocari, nũ beatitudo sanctorum sit dimetienda æuo, an æternitate? Nam Scotus cõtrouertit Thomæ. Putat enim Scotus in 4. distinct. 49. q. 6. tantum mensurari æuo: at Thomas in 1. part. q. 10. art. 5. æternitatem participatã credit esse mensuram beatitudinis. Etenim beatitudo sanctorum nõ solum est immutabilis, quin etiam habet superiorem ordinem, quàm angelica natura: pertinet em̃ ad ordinem diuinum. Et eius immutabilitas est superioris ordinis, quàm angelica immutabilitas. Suffragatur Thomæ quod Dominus ait apud Ioannem: Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum Deum verum, &c. Igitur beatitudo, vita æterna est: non ergò mensuratur ęuo, sed æternitate participata. Quæ eatenus participata dicitur, quatenus æternitas increata est immutabilis simpliciter, at beatitudo cælicolarũ habuit esse̊ post non esse, ideo est immutabilis secũdũ quid. At verò si me iudicè poscis, dixerim tibi: probabilem esse Thomæ sententiam. Etenim beati supernaturalem quodammodo participant diuinum esse. & ita æternitatem diuinam sublimiùs participãt, quam omnis natura creata. Et hoc volebat Thomas, quando aiebat beatitudinem mensurari æternitate. Cæterum ęuitas etiam est quædam participatio diuinitatis naturalis. Nã angeli & æuiterna omnia, quia participãt naturaliter immutabilitatẽ Dei, etiam participant naturaliter Dei æternitatem. Et Aristoteles propter hanc naturalem participationem æternitatis diuinę, angelos non formidauit tradere æternos. &c. Porrò argumenta nulla sunt conuincentia aduersus Scotum. Neq; locus inductus ex Ioanne quicquam colligit. Nam etiam Matthæi. 25. legimus: Ite maledicti in ignem æternum. At tormentum miserorum non dicet Thomas participare æternitatem, vt de beatitudine asseruit. Sed eò æternum dicitur, quò perpetuum est futurum miserorum supplicium, ita vita æterna, æterna dicitur, quia perpetua.

Decisio ex autoris calculo.

Distinct.

¶ Distinct. 2. Disputatio 2. Num omnia æuiterna, eadem gaudeant æuitate.

Argum. HIT videbitur in primis alicui omnia æuiterna vna æuitate gaudere. Etenim omnia temporalia gaudent eodem tẽpore, quo mẽsurantur: igitur omnia æuiterna gaudebunt æuitate vna. ¶ In diuersum est, quia si vnum esset æuum, ab illo penderent omnia æuiterna: at verò angeli, & animæ rationales, & cæli non dependent ab aliquo, nisi à Deo, Deus autem non est æternus, sed æternus, igitur nullum est æuũ, quod sit mensura aliorum.

Argumentũ in diuersum.

¶ Hanc disputationem multi & grauissimi Doctores disseruerunt, & illam dissertẽ do illustrem fecerunt. Et re vera est disputatio difficillima intellectu. Cuius meminit Albertus Magnus lib. de quatuor coęquęuis. quæst. 3. art. 8. quo loco vnam credit æuitatem mensurantem omnia æuiterna. Nam 10. Metaphys. tex. 4. Aristoteles docet mensuram oportere esse simplicissimam. Nam pes, est simplicior passu: & digitus, simplicior pede: & granum, simplicius digito: & demum mẽsuras aduerte omnes, & videbis esse simpliciores mẽsuratis. Quare colligẽdum est, angelum simplicissimũ mensuram esse cęterorum angelorum, qui non tanta vigent simplicitate. Et Thomas fuit eiusdẽ placiti quod lib. 2. q. 5. Fatetur namq; hoc loco, vnũ esse æuũ angelorũ, illudq; esse angelũ præcipuũ omniũ angelorũ. Et collapso Lucifero, translatũ esse æuũ, seu æuitatem, ab angelo Lucifero, in sequẽtem angelum, qui primas tenet angelicas. Et in hac distinct. idem testatur, inducta ostensione. Vt in simplicissimo corpore est mensura aliorum corporum, nempè in cælo, ita in simplicissimo angelo est mensura omnium æuiternorum. Scotus verò aduersarius est Thomæ, q. 3. huius distinct. Putat enim angelorum singulum secũ circunferre suum æuum. Et sunt pleraq; multa, quæ hanc sententiam probent. Namq; mensura est notissima, at verò nihil notius est angelo Michaeli verbi causa, quàm ipse sibi. Et notior sanè est ipse sibi, quã supremus angelus, aut quiuis alter angelus. Secundò idem colligit, quia fieri nequit, vt transferatur de angelo in angelum æuitas, vt Thom. tradidit. Namque si æuitas accidens est, transferri nequit de subiecto in subiectum, nisi ex diuino miraculo: at Theologus miracula nõ multiplicat temerè, qualis esset hæc multiplicatio. Præter hæc, si tempus vnum est, illud sanè est, quia locatur in motu vno simplicissimo, à quo pendent cæteri omnes motus, tanquam à causa aliorum: at verò nullus est angelus, qui sit aliorum causa. Adhæc iuuabis Scotum si arguteris, angelos in mysterijs gratię pẽdere inferiores à superioribus, verum quãtum ad naturalia non pendent; at verò corporalia omnia ex natura sua pendent à cæleſti corpore. Quapropter similitudo, cui fidit Thomas, probanda nõ videtur. Quod verò in mysterijs gratiæ pendeant inferiores à superioribus, Dionysius autor est lib. de cæleſti Hierarchia, docens, angelos superiores illuminare, purgare, & perficere inferiores. Quamobrem subscribendum censeo Scoto. Arbitror enim vnumquemque angelorum sibi esse mensuram. Nam si vnus angelus alterius esset mensura, dubio procul in naturalibus vnus angelus pẽderet ab alio, itemque dęmones haberent naturam pendẽtem ab angelis sanctis, imò etiam animæ beatæ & damnatæ penderẽt ab vno angelorum sanctorum. Id quod difficile est creditu, animas, & dęmones, qui supplicijs æternis in inferno sunt addicti, suam durationem mensurare per angelos beatos. Præter hæc, quod sanctus Thom. commemorat de translatione æui per peccatum primi angeli vt apostatante Lucifero à diuinitate, translatum esse æuum in præcipuum angelorum, qui supererat, superat quoque meam fidem. Aduerto em in lectione vulgata Doctorum Sanctorum & non sanctorum, peccatum angelicum, naturalia angelica non abstulisse, sed solũ gratuita. At verò æuitas ad naturam pertinet angelicam, & non ad gratuita, quæ sunt supernaturalia, igitur peccante Lucifero, ęuitatem, quam sortitus fuerat ex sua creatione, non depositit. Igitur, si ipse creatus fuit cum æuo mensurante omnes alios angelos, adhuc sua æuitas angelos mensurat beatos: quo nihil absurdius. Quamobrem existimo in quocunque angelo propriam esse æuitatem, per quam quilibet suam

Quæ fauẽt Scoto contra Thomã.

Placitũ Scoti probatur

suam moram, aut suam durationem appri mè cognoscit. Alioqui, vt differebā, angelorum inferiorum natura pēderet à supremo angelo, id quod nō memini me legisse in Theologorū aliquo. Cęterū quale qualehoc fuerit, res est delitescēs in ꝓfundissimis tenebris: ideò satis sit libasse solutionē, qñ exacte soluisse nō datur. Argumēta vero facta, si non ocioſe differta aduertisti, non laborioſe solues. Dicito em̄ argumento oppoſito vnum esse tempus omniū rerum temporalium, vt Aristoteles docet 4. Physicorum text. 110. Ait enim vnum esse tempus vbiq; mensurans omnia, quanquam prius & posterius in eo nō sunt idē, at vero ęuum non est vnum, siquidem tēporalia omnia depēdent à tempore, at vero spiritualia non pendent secundum naturam suam ab vno angelo, vt abundè tradidimus inter differendum. Argumētum verò Alberti Magni, & Thomæ probans in primo angelo mensurā esse cæterorum angelorum, non habet operosam dilutionem. Nō enim quia simplicissimus est primus angelus, ꝓpterea valida est collectio, ergo ęuitas omnium angelorum est in eo. Etenim non sat hoc est ad rationem mēsuræ. Addere enim oportet esse notiorē mēsurato, id quod num desideratur. Nam notior est Michael angelus sibi, quàm quiuis alter angel⁹. Porrò obijciet forsitā quispiā nihil est mēsura sui ipsius: nam pannus nō mēsuratur per pannum, sed per vlnam, & passus per pedem, & pes per aliud. &c. Igitur angelus non habet secum suū ęuū. Hoc argumentum torsit Durandū. q. 5. huius: quare desiexit ab hac via pedē suū, & retulit illum ad quorundam Nominaliū placitum. Credit em̄ tempus esse mensurā angelicā ad sensum suprà expositū. At vt dicebamus, non coh̄ret satis veritati dogma istud, siquidem sine tempore si angeli essent (vt crediderunt nobiles quidā autores) angeli vtique possent suam durationē satis perspectam habere. Ideò dicito angelos se mensurare, in sensu proprio, nō esse dandum. Siquidem nō se mensurant mensura Physica, aut Mathematica, sed potius mensura metaphorica. Hac namque ratione se mensurant quatenus aduertūt ipsum nunc suæ creationis, & se ab illo nunc perseuerare inuariabiles, secundum essentiam suam & perseueraturos in æternum. Et hoc modo non solum ipsi se mensurant, imò & homines se mensurant. Aduertunt enim ex fide aliorum diem natalitium suū, & inde colligunt quantum annorū transegerūt, vel quadraginta, vel quinquaginta annos. &c. Vndè dicebat ille: Recogitabo tibi annos meos in amaritudine vitę meæ. Esai. 37. Exigis adhuc, quid ergò ista ęuitas angelica est accidens, an substantia? & dicito secundum rem, substantiam esse, quamuis habet rationem accidentis inseparabilis à suo subiecto. Siquidem ista æuitas, est permanētia esse actualis angelici: at (vt diximus in primū Sententiarum) esse angeli accidens est, vt & quodlibet esse creatū: igitur duratio essendi, etiam rationem accidētis habebit. Nec mireris, quòd dixerim, angelum se mensurare, nam mensuratio, actus est intellectus: nihil igitur miratu dignum, si mens angelica aduertat suæ existentiæ durationem inuariabilē esse. Cætera de istis hæc dixisse sufficiat.

Responsio argumentorum.

Solutur argum. Thomæ & Alberti.

Placitū Scoti probatur

Durandus non probatur.

Mensura ꝓpria & metaphorica.

Angeli quo modo se mēsurant.

¶ Distinct. 2. Disputatio 3. Num generabilia omnia, & corruptibilia, tempore mensurentur.

Argum.

ET videbitur forsitan alicui non esse mensuranda hæc tempore. Etenim esse permanens, non habet mensuram successiuam, at esse substantiale lapidis aut bouis, aut hominis, aut aliarum substantiarum interitui obnoxiarum, est esse permanens: igitur tempore non mensurantur. Minor probatur. Namque esse lapidis etsi ex accidenti demutetur, at esse substantiale idem semper perseuerat, & vnum idem coexistit temporis continui successioni, neque habens prius neque posterius: ergo si istis caret, consequens est non mensurari tempore, quod consistit in priori, & posteriori motus.

Argum. in contrariū.

¶ In diuersum est, quod sapientissimus ille scripsit: Omnia tempus habent, & suis spacijs transeunt, vniuersa sub cælo, &c. cap. 3. Eccles. ergo vniuersa, quæ sub

cælo

cælo sunt, tempus habent in mensurā suā.
¶ Disputatio hæc legitimam habet sedē. Nam postquam absoluimus mensuram rerum spiritualium, temporalia suum quoque exigebant tractatum. Cæterum Aristoteles. 4. Physicorum. text. 104. tradidit motum esse cognoscendum ex mobili, cuius ratio est, quia notius est mobile, quod fixum esse habet, quā motus, cuius esse est in fieri: item etiam asserit tempus esse cognoscendum ex instanti, vel ex nūc esse. At verò de hoc nunc, aut de temporis instanti, memoriæ prodit Aristoteles loco pridem indicato, esse quidem in toto tempore vnum nunc, aut vnum instans, quod sanè semper est idem secūdum subiectum, vel substantiam suam: etsi varietur, & sit diuersum secundum rationem. Quemadmodum lapis, quando per aera defertur, vnus est ex ratione propriæ substantiæ, tametsi alius & alius ex accidenti: quia aliter, & aliter se habet, pertrāsiens hanc, & illam medij partem. Et Coryscus idem secundū substantiam suam in foro, & in Lyceo, at diuersus ratione, quia in alio & alio loco existens. Et vt punctum vnū & idem, fluens ex imaginatione Mathematica, lineam facit, ita & hoc instans, vnum facit tempus. Est tamen hoc instans diuersum secundum rationem, secūdum rationem, inquam, prioris & posterioris. Vnde dixit Commentator Auerroes, enarrans hunc locū, hoc instans esse quodammodo immutabile: & quodammodo multiplicabile. Significans hoc sermone, hoc instans esse permanens, ex cuius fluxu fit tempus. Albertus autem Magnus lib. de quatuor coæquæuis. q. 3. art. 12. dixit, hoc instans secūdum naturam suam esse vnum, at verò per respectum ad instantia temporis, quibus coexistit, esse diuersum. Quia coexistit, subaudi, varijs instantibus prioribus, & posterioribus: vt si palum in aqua fluida fixeris. Cui subscripsit sanctus Thomas opusculo 36. cap. 3. & in opusculo. 44. Et suadæ huius rei sunt nonnullæ apud hos autores. Prima, quia tēpus in actu est: nā quod verè est, actu est, tempus autem verè est, ergò actu est. Iam scisciter, vnde actu est? si quidem nulla eius pars est, non præterita, non futura: ergò est dabile aliquod, quod actu sit, & hoc est instans. Quod si dixeris hoc instās esse ex fluentibus cū tempore, obijciam tibi, huiusmodi fluida instantia esse in potentia, & non actu, igitur ex instanti potentiali non denominatur tempus actu existens. Dādum ergo est instās aliquod permanens. Secunda suadela est, Aristotelis sermo docens, per mobile, cognoscimus motum: & per nunc esse, tempus: ergo sicut est vnum mobile idem subtoto motu secūdum substantiam, varium tamen ex nouo & nouo, respectu ad locū seu ex noua & noua vbiquatione, ita & nunc temporis erit vnum, & idem secundum substantiam, varium tamen ex noua & noua coexistentia cum instantibus diuersis fluentibus cum tempore. Porrò aūt hæc Aristotelis opinio (quamuis probatam illam habuerint nobiles prænominati Philosophi) illi tamen controuertitur à plerisque, & aduersarios habet Gregorium Ariminēsem in hoc. 2. distinct. 2. & Scotum hoc eodem loco, & plerosque alios: quos Capreolus insignis Thomistici placiti assertor indicat, in hoc. 2. distinct. 2. q. 2. quorum argumenta nostris inserere scriptis, neque vacat, neque iuuat: legat apud Capreolum, cui illa legere & percurrere cordi est. Capreolus autem, dictu mirum, quàm insudet in asserendo Thoma, cuius defensionem summatim succingā. Putat hic autor hoc instans non esse idem secundum substātiam, quod primum mobile, namq; substantia primi mobilis, vt talis, non mensuratur hoc instanti permanēti, sed æuo. At verò hoc instans, est vnitas primi mobilis, non secundum suam substātiam immediatè, sed secundum quod hæc vnitas est sub vbi fluente, id est, secundum quod habet alium, & alium respectum ex motu ad centrum. Hoc autem nunc non est terminus motus, neq; pars discreti temporis, aut continui, imo est extrinsecū ad tempus continuum. Istud autem nunc & si non continuet tempus, quia solum instātia fluentia continuant, non tamen superfluit, quia ponitur hoc nunc, vt sit vnitas mobilis primi sub forma motus. Est denique hoc nunc propriè in primo mobili, vt est sub forma motus. Neq; valet argumentū quod Scotus obijcit, igitur (argutatur) omnia essent simul, si hoc instans permanēs admittitur. Namq; sub hoc vno nunc generantur & corrūpuntur omnia, igitur simul. Quia quę fiunt sub eodem nunc, simul fiunt. Etenim respondet Thomas hoc nunc, esse varium, secundum rationē; ideo etsi

Instans vnū in toto tempore ex Aristot. & considera hæc ad assequēdum locum difficilem Aristot.

Argumenta instantis vnius permanētiam probantia.

etsi sit vnum secundum substantiam, non colligit, omnia quę sub illo geruntur, gerãtur simul. Porrò Simplici⁹ rem istã pertractans in cõm. loci citati, indicat, etsi obscurè, hanc, quam Albertus amauit, & Thomas, sententiam, et agit aduersum eam. Nãque inintelligibile videtur, quòd perseueret vnum & idẽ instans secundum substantiam sub toto temporis fluxu, vbi est præteritum & futurum. Nã, quod præteriuit, & iam non est, quomodo est idem in tempore toto? Id quod firmat etiam autoritate Eudemi, docentis, impossibile esse sub toto temporis defluxu esse idem instans permanens. Cęterum hæc obiectio promptã habet solutionem. Etenim patroni prædicti placiti facilè euaderent hanc oppositionem Simplicij. Dicũt enim esse hoc instãs permanẽs in toto tempore, ex cuius defluxu secundum Mathematicam imaginationem fit tempus, vt ex puncto linea. At verò, vt colligit etiam Simplicius, exemplum hoc non est vndique æquabile. Quandoquidem, punctum est res permanens, & ex fluxu eius lineam Mathematici fingunt fieri, & linea etiam permanens est, at verò ex fluxu permanentis instãtis quod fiat tempus successiuum, mens nõ capit facilè, imó facilè reijcit. Ad hæc, instans hoc permanens necessariò alicuius temporis est, hoc igitur tempus non est continuum, quia instantia temporis continui sunt defluentia, & in potentia, neque est instans temporis discreti, quia tempus discretum habet instantia actu, & non raptim transeuntia, & sibi inuicem sunt succedentia: at verò hoc instans vnicum est. Et rursum secundũ Aristotelem si hoc instans permanens esset cõcedendum, esset instans æternum: at cogitari nequit æternum fluere: quia si æternũ est, fluxibilitas sibi repugnat: sed ęternitas esset constituẽda. Quamobrem Simplici⁹ aliò deflexit Aristotelis verba, dicens, eundem sensisse instantia esse eadem substantia, quippe ignota nobis est eorum distinctio. Nam non videntur habere distinctionis causam, vt Petrus, & Paulus ex accidẽti differunt: differunt autem secundum rationem, quia alterum est prius altero. Aut sunt instantia eadem specie, differentia sanè secundum alteram & alteram rationẽ, quod idẽ est, cum priori sensu. Et vt semel dicam, arbitror Aristotelem intulisse sermonẽ de hoc instanti permanẽti, nõ quòd ipse crederet esse tale instans permanens: nam ipse tempus conflat ex instantibus, hoc autem instans nullum tempus cõponeret, si esset id quod huius instantis assertores haud dubium confitentur: at verò, vt nos promptam haberemus tẽporis constitutionem, finxit hoc instans vnum in toto tempore, ex cuius fluxu imaginato, tẽpus assequimur: vt ex defluxu puncti lineã fieri Mathematici ad eũdẽ sensum docẽt. Et ꝓpterea induxit Aristot. exemplũ de puncto & linea. Et exẽplũ Capreoli de palo, & aqua interlabente iuuat nihil horũ placitũ. Namq; palus, nõ cõsideratur fluẽs vt instans permanens cõsideratur fluẽs, vt ex eius fluxu vestigiũ, aut quasi vestigium relictum, aduertamus esse tempus. Et rectè Durandus dixit, hoc instans stabile nõ esse concedendum. Etenim Arist. docet, instãs esse notius tempore, at verò hoc instãs stabile aut permanens, est nobis ignotum: igitur non est notius tẽpore nobis noto.

¶ Vtcumque autem enodato Peripatetico obscurissimo nodo, supereſt, post quã iam de instanti egimus nonnihil, de tempore pauca addere. Atqui differere oportebit, an sit tempus. Et profecto ex Commentatoris decreto. 4. Physic. comm. 31. tempus, siquidem est ens minutum, non facilem habet notionem: bifariam verò res fugit nostræ mentis obtutum, aut quia magnitudo & rei sublimitas nostrum captum antecellit, quale est, quod diuinum est: aut quia rei tanta est pusillitas, quæ aspectum mentis arcet. Ita etiam in visibilibus aduertimus. Atomi enim quia insectilia sunt corpora, visum fugiunt, nisi sub radijs solis micent. Et rursum, Sol propter suam excellentiam visus aciem obtundit. Iam verò tempus non ex excellentia, sed ex sua paruitate difficilè intelligitur. Quandoquidem eius esse est successiuum & habet esse in fieri, & quando perfectum est, iam non est, vt expletus dies fugit. Porrò autem Augustinum exterruit quęstio hæc de tempore, & de illo differit subtiliter. 11. suarum confessionũ, à cap. 15. in finẽ vsq; libri. Et summatim perstringam quæ ipse fuso sermone scriptitauit. Primò igitur existimat, tempus non esse in motu cæli locandum. Quoniam cessante motu cæli, (vt supponit) figulus suam posset voluere rotam, & reuolutio illa esset sub temporis mora. Quippe quæ

Argumenta cõtra permanentiam instãtis quã Tho. & Albertus sanxerunt.

Simplicij expositio loci difficilis in Aristotele.

Aristoteles ex calculo autoris exponitur.

Carpitur Capreolus.

Difficultas in cognoscendo ex duobus.

quæ necessariò moram traheret temporis pro figuli arbitratu. Et rursum, quies non est motus, at quies tempore mensuratur. Nam quędam quies est vni⁹ horę, alia duarum horarum, &c. Porrò autem hęc Philosophia Augustiniana est, & non Peripatetica. Namque Aristoteles vbique clamat omnem motum pendere à motu cæli: & tẽpus, esse affectionem primi motus. 4. Physicorum apertè testatur. Quapropter hypothesim Augustini non admitteret Peripateticus, vt impossibilem, at admissa, haud dubium rotam volui posse à figulo negaret. Similiter quoque quietem putat Aristoteles non mensurari à tempore, per se, sed per accidẽs. 4. Physi. text. 118. quippe tanta est quies, quanta est à motu cessatio. Dicimus autem quietem horariam, aut diariam, quia per horam aut per diem cessatum est à motu, aut, vt Themistius meminit, quies tempore mensuratur ob id solum quia per tantum spacium durat, per quantum motus alibi celebratur. Itaque quia motus aliquis qui simul potest esse alicuius mobilis durat per horam, verbi causa, ideò quies est horaria. Vt, fac te tantundem temporis quiescere, quantum socius tuus currit: tempus mensurans cursum socij tui, mensurat per accidens tuam quietẽ. Et vtique Aristot. dixit tempus esse mensuram sui, numerum motus secundũ prius & posterius. Quamobrem vbi non est prius, & posterius, neutiquam tempore mensuratur per se loquendo. At quies nõ habet ex se prius, neq; posterius, ideò, &c. Neque etiam est successio in quiete. Secundo docuit Augustinus, tempus non esse extra animam, sed ab anima pendere. Quãdoquidem quæ extra animam sunt, habẽt omnes suas partes, at verò tempus nõ habet actu suas partes, quoniam præteritum euanuit, & futurum speratur, præsens verò aut est diuisibile, aut indiuisibile: si indiuisibile, non est temporis pars, quia tẽpus nõ componitur ex insectilibus: sin est diuisibile, rursum diuidetur in partes duas, alteram præteritam, alteram futuram, vt prius colligebatur. Porrò neque Augustinianum hoc argumentum exactum est. Namque si hæc Augustini ratio sufficiens esset, etiam colligeret motum esse ens pẽdens ab anima, & ita nihil moueretur nisi anima operante: id quod falsum esse, ipse quoque Augustinus iudicaret. Sat est, tempus habere partes suas in fieri, & in actu in cõpleto, qa pars post partẽ. Et quodlibet habet modum existẽdi sibi natiuum. Quare permanentia habent suas partes simul, at successiua nõ item, nam successiua sunt. Vt autem rem assequaris, Augustinum scito existimasse tempus esse extensionem quandam nostrę cogitationis. Nam ipso autore, tempus est congregatio momentorum vel mutatorum esse, quę iam transierunt, congregatio scilicet momẽti prioris, & posterioris: & distensio inter hæc, quam mens cogitat, tempus Augustino est. Et quia hanc distensionem intra mentis conceptacula solum cernebat esse, ideò putauit tempus esse ens rationis. Neque Augustinus excogitauit hoc placitum à nemine prius excogitatum. Nam citante Auerroe. 4. Physico. comm. 97. fuit eiusdẽ placiti assertor Galenus, qui pręcesit Augustini sęcula. Censuit enim Galenus tempus esse intra mentis nostræ claustra. Et Alexander Peripateticus, vt indicatur. 4. Physic. comm. 97. Idem probat ex Aristotelis definitione de tempore, esse, inquam, numerũ motus: consequiũ videbatur esse ens pendens ab anima. Nã si numerus est à numerante intellectu pendens est. Quãobrem Themistius. 4. Physi. tex. comm. 102. Peripateticam de tempore definitionem non habuit probatam: ne cogeretur tempus fateri esse ens ab anima pẽdens. Et Albertus Magnus lib. de quatuor coęquęuis. q. 7. artic. 8. duxit tempus esse ens extra animam. Namque motus est res extra animam, ergò tempus itidem. Tempus enim vt (dixit Aristoteles) est affectus motus primi 4. Physic. text. 98. cui concesit Thomas opusculo 94. Namque temporis proprietates sunt extra animam, vt longum, & breue, multum, & paucum. Quamuis is ipse in 1. lib. Sentent. distinct. 19. q. 2. tempus distinxit secundum materiale, & formale. Atqui secundum materiale aut quasi materiale eius, extra animam esse testatur: at verò secundum formale, pendere ab anima fatetur. Quia numeratio prioris, & posterioris, mentis est opus. Namque qui non numerat prius & posterius motus, tẽpus non sentit: vt Aristot. commemorat de dormientibus in Rhodo. Et nos ipsi experimento compertum habemus, si nõ aduertimus motus fluxum, neque temporis interualla sentire, vt accidit eis, qui voluptate

Aristotelis & Augustini Philosophia admodum dissident.

Quies non mensurtẽpore.

Augustin⁹ de tempore quid senserit differitur.

Quid tempus Augustino.

Galenus de tẽporequid

Placita de tempore, si est extra animam.

ptate nimia ex ludis, aut quouis delectamẽto perfunduntur. Henricus Gadẽsis quodli. 3. q. 13. tempus distinxit, in continuum, & discretum: & in partim continuum, & partim discretum. Quod placitum vt assequaris, scito motum à magnitudine, quæ mouetur, duo habere, & continuationẽ, & prius, & posterius. Namque indè colligitur motum non fieri ab indiuisibili, nam indiuisibile non habet prius, & posterius: tempus porrò habet prius & posterius, ab ipso motu. Nam non est audiendus Simplicius, qui contendit tempus habere sibi ex sua natura prius & posterius, & non ex motu. Hõc enim Peripatetici esse non credas, vt alibi aptior disserẽdi dabitur locus. Secundò obserua apud Henricum prius, & posterius geminam habere cõsiderationem, aut quatenus absolutè capiuntur, aut quatenus inuicẽ distincta sunt, & discreta. Si ergo absolutè capiuntur prius, & posterius, in tempore, hac ratione extra animam est tempus, sin verò vt distincta, & discreta, hac ratione habet esse intra animam. Nam hanc distinctionem prioris, & posterioris in tempore, intellectus est, qui facit; Itaque apud hũc autorem, tempus vt continuum est, habet esse reale & ab opera mentali non pendet: at verò vt discretum est, eget negotio intellectus. Porrò autem submota tanta sermonis difficultate, & deducta autorum pompa, dixerim tibi varietatem nimiam placitorum in disputatione aut controuersia ista occasionem accepisse ex Aristot. verbis. Nam 4. Physico. text. comm. 131. tempus fatetur non habere esse extra animam: ex parte verò motus, qui est reale ens, contrà videtur tẽpus esse reale ens. At verò scito breuiter duo esse expendenda in tempore, & quod numerabilis est, hacque ratione in potentia est: aut quod est numeratus, & hac ratione actu est. Namque tempus numerus est motus secundum prius & posterius. Aliquis verò numerus est aut in potentia quia potest numerari ab intellectu, & si actu non numeretur: vt astrorum numerus, aut piscium numerus est sanè numerabilis ab intellectu, etsi actu non numeretur: quando verò actu numeras hæc vel illa astra, aut hos vel illos pisces, actu est numerus. Iam ergo in motu est prius, & posterius: & hæc si consideras quatenus ex vno instanti cõiunguntur, quod instans est finis prioris partis motus, & initium posterioris sibi succedentis, hac ratione tempus quid reale est, & continuum est. Namq; in re ista est esse hoc prius, & posterius motus sibi succedentia. Et hæc successio continua prioris, & posterioris, est tempus continuum: at vero hoc tempus continuum, tempus est quatenus numerabile est. Etenim hoc prius, & istud posterius motus, numerabilia sunt ab intellectu, & vt sunt numerabilia, hac ratione sunt tempus in potentia: quia possunt numerari ab intellectu. Cæterum vt actu sunt numerata ab intellectu, hac sanè ratione prius & posterius aduertuntur à mente vt sunt distincta & inuicem discreta sine compage instantis continuãtis: propterea sub hac consideratione hoc prius, & istud posterius motus, nõ sunt continuum tempus, aut quantitas continua, sed sunt tempus discretum aut discreta quantitas. Namque mens ipsa numerans prius & posterius, in motu non glutinat illa, imo discernit illa, propterea discretum tempus est illorum successio. Neque subeat tibi admiratio idẽ esse tempus continuum & discretum. Nam sub varijs rationibus didicisti ex Aristotele esse eundem effectum, actionem, & passionem. Aristoteles autem in 5. Metaphysicorum tempus appellat esse quantum continuum, & in prædicamentis itidem sibi consentit. Nam obseruabat tempus secundum rationem successionis prioris, & posterioris sibi copulatorum per vnum & idem instans. Cæterum definiẽs tempus esse numerum, facilè insinuat esse tempus quantitatem discretam. Numerus enim discreta quantitas est. Quippè vnitates numericæ non copulantur glutino continuante, imo discretę sunt. Est autem tempus numerus numeratus, quando mens numerat ipsum prius, & posterius motus: est autem numerabilis, quando mens à numeratione vacat. Necesse est igitur tempus aut esse numerabilem, aut numeratum. Quamobrem tempus spectat semper mentem vel in actu, vt quando numeratur: aut ex aptitudine, quando est numerabilis. Idcirco si mens vacat à numerando, tempus est sanè, sed in potentia: quia aptus est qui numeretur. Et re accuratius inspecta,

Henricus dissentitur.

Quid tempus Augustino.

Simplicius non probatur.

Galenus de tẽpore quid

Henricus quid senserit.

Autoris calculus quæstionis decisorius.

Placita de tempore, si est extra animam.

Numerus actu, numerus in potẽtia.

Tempus cõtinuum & discretum.

Idem tempus est quãtitas continua & discreta.

Tempus semper spectat mẽtis opus.

videbis idem esse censendum in sensilibus. Namque color, submota visione, est visilis in potentia, quanquam color sit actu nullo vidente: non tamen est visibilis, nisi quia aptus est qui videatur. Quòd si visus non posset esse, nihil prorsus esset visibile. Et si color subsisteret, non tamen visibilis subsisteret. Vt mel ablata gustandi visanè mel esset, at verò non gustabile esset, quia gustabile est, quod gustari potest. Si ergo facultas nulla potest gustare, gustabile neutiquam esset. Itaque gustabile est, quod ex aptitudine refertur ad gustum, at gustatum actu. Itidem dicito de tempore, si non esse posset mens dinumerans, nullum esset tempus vel actu, vel potentia. Cæterum si adest mens, quæ valens est dinumerare, & interim non dinumerat, est tempus in potentia, veruntamen etsi non esset tempus in potentia, esset tamen motus: vt color esset, etiam si nullus posset esse visus. Quod si hæc legitima valueris trutina expendere, lucebit tibi conciliatio diuersorum placitorum, quæ suprà retuli. Qui enim respexerunt ad tempus, vt est in potentia, tradiderunt esse extra animam. Qui verò ad tempus actu, vt est numerus numeratus, pendere contendunt à mentis actione. Et hinc etiam videbis numerum necessariò spectare intellectum. Namque quinque digiti etiam si submota actione mentis sunt quinque digiti, illud sanè est in potentia, quia sunt numerabiles ab intellectu: verum tamen si mens non posset esse, quinque digiti non essent numerus quinarius. Etenim mens est quæ extrahit numerabilitatem in actum. Et res ab extrinseco numericam sortiuntur appellationem, id est, ab intellectu numerante, res sanè habet quòd sit numerabilis. Cæterum hæc potentia ab intellectu deducitur in actum, quando numeratus est numerus. At verò ne transiliamus modum Theologicum satis sit ad hunc modum me philosophatum fuisse. Iam verò (vt ad institutam quæstionem regrediamur, cuius gratia hæc omnia in medium protulimus) scito Durandum substantias etiamnum corruptibiles sustulisse à temporis mensura quæstione 6. distinct. 2. Nam tempus successiua tantum, non permanentia mensurat, at substantia ens permanens est. Atqui iuxta hanc rationem (si vera est) accidentia quædam etiam sunt permanentia, & illa quoque subducet à temporis mensura. Censuit porrò permanentia mensuranda esse nunc temporis discreti. Ego verò hanc Philosophiam non amo, ne dicam me odio habere. Namque tempus discretum (si obseruasti pridem edocta) fundatur in tempore continuo, imò sunt vnum tempus, diuersitate rationis discrepantia. Etenim tempus hoc discretum non est quale supra descripsimus angelicum tempus esse. Ideò nunc temporis discreti, est nunc temporis continui, si ipse recta sapit de tempore. Quamobrem aduerte esse substantiæ polysemon esse. Iam enim denotat essentiale esse, iam verò substantiæ actualem existentiã. Quod si de essentiali esse sit sermo, vtique non mensuratur tempore, neque æuo, vt diximus suprà: & hoc inuariabile est, vt liquidum est. At verò si de esse existentiæ substantiali, aut lapidis, aut bouis, vel aliorum corruptibilium sit sermo, vtique huiusmodi esse variabile & transmutabile est, quippe quod generatione fit, & corruptione destruitur. Et reuera viuentia omnia, quàm mutentur secundum hoc esse existentiæ substantiale, quis non cernit? Namque iuuenes fortes sunt, & succulenti, at senescente ætate, sine succo redduntur vniuersa viuentia. Namque spiritus vitales flaccescunt & animales in animalibus debilitantur, vnde confessum est Philosophis, bouẽ vel quoduis aliud irrationalium animaliũ, aut vegetabilium, non esse proprijssimè sibi toto tempore vitę idem numero secundum substantiam, nisi tertio modo identitatis: quia scilicet partes nouè genitę, succedũt collapsis in eadã figura, &c. Quæ omnia existentiam substantialem viuentium transmutabilem esse continuòq; variabilem satis indicãt, & hæc cõtinua variatio tempori subditur. Et quanquam in non viuentibus non tam sensilis sit variatio existendi, vt in lapide, verbi causa, nõ tam sensui patentem in variationem aduerti mus, cæterum vniuersa quæ tempore cõtinentur, suum habent continuũ defectũ, & suã senectutẽ. Et vt superior sermo demõstrabat noster, ex Arist. traditione ostẽdebamus, omnia consumptibilia ex tempore

Obserua hæc sedulo vt tricas implexas extrices.

Concordia autorum varię loquentium.

Numeras ab anima pendet.

Numerus est appellatio ab extrinseco.

Durandus non probatur.

Substantiale existentiæ esse variatur.

Curaliquid mẽsuratur tempore.

pore, metiri tempore: & eodem contineri. At substantiæ corruptibiles omnes sunt huiusmodi, ergo tempore mensurantur, & quærendum esset à Durando quale existimat hoc nunc, quod mensurat, exempli causa bouis substantiam? ait enim esse nunc temporis discreti. Quid ergò? est ne vnum tantum nunc, an plura? plura non sunt necessaria, quia hoc esse bouis teste autore est semper inuariatum, igitur non eget variatione instantium, quale est tempus discretum angelicas dimetiens operationes, quod ex multis constat instantibus: quippe varias habet angelus operationes. At hoc esse est non variatum toto tempore suæ durationis, non ergò potitur successione diuersorum instantiũ. Si verò vnicum est tantum instans, quo modo temporis est discreti nunc? siquidem nullum tempus est siue continuum, seu discretum, quod instantibus varijs non distinguatur. Siquidem quoduis tempus constat prioii & posteriori: successionis enim moram citra hæc intelligere nequimus. Non ergo quia permanens est substantia corruptibilis, propterea gaudebit altera mensura, quàm successiua, imò quia transmutabilis est ex natura sua, ideò tempore mensuratur. Namque etiã cælum substantia permanens est, & non mensurantur nunc tẽporis discreti, quod Durandus finxit. Et præter hæc successiuæ sunt angelicæ operationes, & non mensuratur tempore continuo. Et rursum Durandus esse angelicum mensurat per coexistentiam cum tempore nostro, cur ergo esse substantiarum corruptibilium non mensurabit per coexistentiam cum eodem, quandoquidem esse angelicum intransmutabile est, & substantiarum corruptibilium esse transmutabile? Hinc quoque Scotum videbis, non locutum fuisse ad mentem Peripateticam. Siquidem esse substantiæ corruptibilium æuo mẽsurat, vt supra commonefecimus. Non ergo æuo, aut nunc temporis discreti, sed tempore mensurabit temporalia vniuersa; qui volet Peripateticis hærere vestigijs, vt scitè Thomas in 1. parte. quæstione 9. artic. vltimo. & quæst. 10. artic. 5. docuit. Argumentum porrò quod initium disputationis obtulit, facilè soluitur, si disserta obseruasti. Non enim permanentia gaudebunt altera mensura, quam successiua. Si hæc & illa tempore sunt consumptibilia. Quæ vniuersa satis concinunt cum diuinis musis. 2. Regum. 14. Omnes, ait, morimur, & sicut aquę dilabimur super terram.

Argumenta cótra Durandum.

Durandus non probatur.

Substantiale existentiæ esse variatur.

Distinct. 2. q. 5.

Scotus carpitur. dist. 2. q. 4.

Quid aliquid mẽsuratur tempore.

DISTINCT. tertiæ Disputatio prima.

Num angeli sint incorporei, & immateriales.

ET videbitur alicui forsitan materiales esse angelos. Nam quidquid se mouet, habet partem mouẽtem distinctam à mota: vt in animalibus exẽplum præstò est. Est enim cor, pars mouens: & musculi, & nerui pars mota à corde. Etenim nihil potest mouere seipsum secundum eandẽ partem. Esset enim idem in actu & potentia respectu eiusdem: quod Aristot. 8. Physicorum. text. 42. duxit impossibile esse. Iam verò angeli se mouent, ergo sortiuntur partem mouentem, & partem motam: igitur sunt materiales. Quòd verò se moueant, scatet scriptura diuina comprobantibus testimonijs: vt promptum est de Tobiæ angelo comite, & Iob 2. Satanas ait: Circuiui terram, & perambulaui eam.

Argum.

Tobi. c. 5.

¶ In diuersum est Psalmi locus ille: Qui facit angelos suos spiritus. &c.

Psalm. 103

¶ Disputatio hæc nõ est triuialis, sed grauissima, quia de natura instituitur angelica: quæ plurimum superat humanum captum. Proponuntur porrò à Magistro quatuor de angelica differenda natura, secundum quatuor huius naturæ attributa. Sunt autem quatuor hæc, naturæ simplicitas, personalis discretio, intellectualis perspicacia, voluntatis denique, arbi-

Quatuor de angelis differenda, simplicitas substantiæ, perspicacia mentis, discretio, & libertas.

arbitrijque libertas. Quorum quod primò denarratum est, priorem occupet disputationem. Quodsi Græcorum scriptorum primum Dionysium consulimus lib. de cęlesti Hierarchia cap. 2. non obscurè patebit, angelos credidisse spirituales substantias esse. Namq; illos intellectuales tradit esse formas. Et cap. 4. lib. de diuinis nominibus, sibi consentiens, angelos tradidit esse incorporeos, & immateriales. Capitulo rursum. 4. de cælesti Hierarchia, creatorum omnium angelos esse Deo quàm simillimos existimat. Sunt autem Deo quàm simillimi, quia purè sunt spirituales. Damascenus quoque. 2. lib. de fide orthodoxa. cap. 3. vel. 4. non abhorret à Dionysiaca theologia. Etenim angelos vocat substantias incorporeas, & intellectuales, & arbitrio liberas: gratia tamen Dei immutabiles. At verò Diuus August. lib. de fide & symbolo, cap. 59. rem hanc non probatam prorsus habuit: imò illam dubiam trahit. Citat namque pleraque ex diuinis eloquijs, quæ sanè in vtranque partem facere videntur. Etenim legimus in Geneseos sacra denarratione, capitè 8. Abraham Sanctorum angelorum lauisse pedes. Id quod angelos corporeos esse admonere videtur. Cui quoque ex Gene. 32. accedat celebris illa colluctatio angeli, cũ Iacob. Nam si spiritus angelus est, vt spiritualis substantia colluctabatur cum Iacob ad auroram vsque? Et sunt huiusmodi oracula multa sparsa in diuinis literis. At sunt nonnulla alia quæ spirituales esse angelos commonefaciunt: quale illud Michæę capite 4. Angelus, ait, qui loquebatur in me. Et apud Matth. cap. 2. angelus apparuit in somnis Ioseph. Quæ apparitio si ficta extitisset, non colligeret, angelum apparentem Ioseph, spiritualem esse, quia multa corporalia per quietem dormientibus apparent. At vero quia vera fuit visio, propterea spiritum esse angelum probat apparitio hæc. Ad hæc in Tobia legimus, Angelum dixisse respuentem cibaria nostra, quia cibo inuisibili vtebatur, illa respuere: id quod attestatur angelum non esse corpulentæ substantiæ. Per cibum enim inuisibilem, non aliud, quàm diuinam contemplationem subnotauit: qua sola mentes beatę perpetuò pascuntur. Iste namque cibus est ille quem Dominus apud Ioannem. cap. 6. demonstrat dicens: Operamini cibum, qui non perit, &c. Porrò autem Augustinus. 3. super Genesim ad litteram. cap. 10. Dęmones ait, esse animalia aerea. Id quod ex farragine Platonica decerptum videtur, vt meminit Apuleius in libro de Deo Socratis: quo loco tradidit Dæmones esse animalia, corpore aerea, & mente rationalia, animo passibilia, tempore sempiterna. Et Proclus concors est Apulejo. Nãque etiam Proclus asseruit Dæmones esse materiales, tametsi simplicioris substantiæ: quàm visibilia. Vel, vt ipse loquitur, simpliciores sunt, quam sit nostrum, σχῆμα. Quibus cõcinit autor libri celebris cui titulum fecit, de causis, vbi angelorum vocat substantiam hylicin, hoc est materialem. Et abijs non abhorret Michael Psellus libro scripto de dæmonibus, vbi non solum dęmones, quin etiam & angelos sanctos, corporeos affirmat esse: colligit dogma hoc sibi, citãs illud Psalmi 103. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammeos. Hoc namque modo ipse legit. Exponit autem apertius quod dixerat, addens, substantiam angelicam, & si corporea sit, esse tamen multo simpliciorem, quàm sit nostra, quia est inuisibilis. Et suadet hoc ipsum, adijciens rationem. Namque vt essent angeli in loco, si spiritualem gererent substantiã? Sunt autem verè in loco vt nobis tãquam clientulis ferant patrocinium. Et ideò nos concomitãtur, & deferunt nos à loco in locum. Namque Paulus ait, omnes esse administratorios spiritus, missos propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Quibus accedat, Diuũ Basilium lib. de spiritu Sancto aduersus Eunomium hæreticũ, itidem angelos fateri esse aereos: Substantia, inquit, eorum, est spiritus aereus, aut igneus. Deducens suum placitum ex loco dudum citato: Qui facit angelos suos spiritus: per spiritum aerem subintelligens, id quod frequens est in scripturis diuinis. Præter hęc quoque docet, angelos proprijs prędotos esse corporibus, quibus ostendantur hominibus. Atqui prima homilia hexameron hoc est de opificio sex dierum angelos meminit à materia esse immunes. Intelligens sanè à sarcina mortalitatis esse angelos liberos. Vnde homilia ad Psalmum 44. angelos voluit esse simplices substantias: hac enim appella-

Placita sanctorum de angelica simplicitate.

Platonis de simplicitate angelica placitũ ex Platonicorum decreto.

In lib. de elementatione Theologica.

Psellus de angelorum simplicitate.

Basilij placitum de angelorũ simplicitate. & Origenis sentẽtia de eodem.

latione illos vocat. Nam angelos non mistos esse ex qualitatum actiuarum, & passiuarum commercio, sed simplicis, hoc est immistæ substantiæ illos esse fatetur, ne cogeretur ex mistione huiusmodi angelos confiteri mortales. Et Origenes item Græcus ante Basilium idem commemorat in libro Periarchôn. vbi in rerum omnium vniuersitate vnum Deum solum excepit à corporea mole. Gregorius etiam ex nostris homilia ad Epiphaniam angelos vocat animalia rationalia, vt Apuleius, & alij Platonici appellitant. Cui concinit Bernardus, homilia sexta ad Cantica canticorum: vbi Deum testatur solum non egere corporis solatio. Magister quoque Sententiarum, non, vt certam rem, finit angelos esse spiritualis naturæ, hoc est, immunes penitus à materia, & ab omni compositione. Augustinus item 15. de ciuitate Dei. capite 23. hæret, neque certam promit sententiam de re hac. Versans enim locum illum Psalm. 103. Qui facit angelos suos spiritus: & ministros suos ignem vrentem: ait, Deum donasse angelis suis legationis munus. Namque hoc sibi vult vox hæc, angelus. Cæterum quod ait, angelos esse ignem vrentem, incertum esse existimat Augustinus an referendum sit ad corpora angelica, quæ flammantia dicantur, ideoq; ignem esse vrentem decantantur esse à Psalmidico vate: an potius ad charitatem flammigeram angelorum sit referendum. Et Magister Sententiarum distinct. 8. infrà docebit Augustinum dubiam & suspensam tenuisse de hac re sententiam. Id quod ego non dubito aliquando fuisse de re hac dubium Augustinum, vt suprà commonefecimus. At verò aliquando rem istam non dubio calamo, sed certo asseuerare videtur, vt in libro de natura dæmonum: & in libro de Genesi ad literam, angelos corporeos esse tradit. Quanquam libri isti magis sunt disputatorij, quàm decretorij. Ideò rectè Magister tradidit, Augustinum hæsitasse de dogmate isto, angelos scilicet corporeos esse. Porrò Porphyrius in libro de electorum philosophia, dæmones credit ex gemina constare vi, & spirituali, & corporali, & ex nidore sacrificiorum pinguescere. Et profectò si diuinas volues musas, nulla fortasis erunt testimonia quæ angelos purè spirituales esse conuincant. Nam quod Marci. 6. cap. memoratur, dæmones dixisse. Nomē est mihi legio: vndè Richardus spirituales esse colligit dæmones. Quia tantus numerus dæmonum, quantus ex legionis voce intelligitur, non poterat subintrare obsessum corpus, si corporei essent dæmones. Verū hic locus non æquabilis est huic rei colligendæ. Siquidem autores qui angelos corporeos esse dogmatizant, non terrulentā illis donant substantiam, aut mistam, sed simplicem & inuisibilem. Quamobrem erunt iuxta horum placitum corpora angelica adeò tenuia, vt possint penetrare poros nostrorum, & aliorum corporum. Vndè nihil miratu dignum est si legio energumeni corpus subintrasset. Neque locus ille sepè indicatus: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem: est sat conuincendæ angelicæ simplicitati. Siquidem Basilius illum indicat vt probet illos esse aereæ, subtiliſque naturæ. Neque Augustinum locus hic conuicit, vt indubitatam haberet angelorum simplicitatem. Non tamen me latet Diuum Gregorium Nazianzenum oratione secunda de Theologia, ad finem, eundem versasse locum, & credidisse angelos dictos à Dauide spiritus, quia intellectualem habent naturam: flammam vero ignis, quia angeli purgatoriam habent vim: vt satis Esaiæ locus capite. 16. ostendit, vbi Seraph calculo ignito vatis polluta labia purgat. Et demum incorporeos existimat esse angelos Gregorius, aut minimum commercium cum corpore habere. Contra verò Theodoretus Græcus autor, in quæstionibus ad Genesim quæst. 3. Angelos putat esse corporeos, & circunscriptam habere naturam, locoque egere à quo circunscribantur. Vnum tantùm esse Deum fatetur incircunscriptæ naturæ, locorum distensione non indigentem. Et probat ex Paulo ad Hebr. 1. Omnes sunt administratorij spiritus, &c. Si ergò nobis administrant præsidia, sunt in loco, quare & corporei. Et quantum coniectura assequi possum, nullum locum sacrum conuincentem reperio angelicam simplicitatē: etsi sint loci hoc suadentes. Suadet vtique locus ille Pauli ad Colossenses.

Platonis de simplicitate angelica placitū ex Platonicorum decreto.

In lib. de elementatione Theologica.

Psellus de angelorum simplicitate.

Dubius Augustinus de simplicitate angelorū

Basilij placitum de angelorū simplicitate, & Origenis sententia de eodem.

Oracula sacra de angelorum simplicitate.

Gregorius Nazianzenus & Theodoretus de angelica simplicitate.

cap. primo: In ipso, ait, sunt condita visibilia, & inuisibilia: at non conuincit. Quandoquidem qui angelos corporeos esse testantur, etiam inuisibiles esse duxerunt, ex nimia tenuitate corporeę naturæ. Nāque etiam aer est inuisibilis. Rursum neq; verba illa, Extrà de summa Trinitate, & fide catholica. cap. Firmiter. tradentia Deū cō didisse simul vtranque naturam spiritualem, & corporalem, conuincunt omninò, angelos expertes esse corporis. Namque prænominati autores, angelos etiam docent esse spirituales. Nā autumant eosdē esse subtilissimi corporis, vnde collati ad nostra crassulenta corpora, spiritus sunt. Et Concilium non tradit eos creatos purè spirituales, sed solum ait esse creatos spirituales & vocabulum hoc spiritus est ambi guæ significantiæ in diuinis literis, autor est Augustinus lib. de Trinitate. Et nos abundè rem demonstrauimus in disputationibus nostris ad. 1. librum Sententiarū. Adhæc locus supra indicatus, Angelum Domini docens apparuisse Ioseph, quem diximus suprà probare simplicitatem angelicam, vtiq; probat suadendo, non conuincendo. Etenim qui dixisset esse subtilissimæ naturæ, quamuis corporeæ, poterit quoque apparitionem illam per quietem factam Ioseph, illęsam seruare. Quippe sub tanta subtilitate naturæ poterat sanè sese angelus insinuare menti Ioseph. Subit tamen mentem meam, Originem indicare etiam num lib. 1. commētariorum ad Iob: vt quid hic Græcus celeberrimus Doctor senserit de angelica natura, exactius quàm suprà fecimus, ostendamus. Docet igitur Gabrielem angelum astantem esse diuinis conspectibus, & incorporeū esse. Et idem de alijs angelis censuisset. At dæmonas ait spiritus esse, quia legebat in Iob, Satanam dixisse: Circuiui terrā, & perambulaui eā: hunc autem Satanæ circuitum non carnaligressu, sed spirituali existimat factū à Satana. Cęterū ipse satis aperit mentē suam: Dæmones enim post verba prædicta maligniſsimos vocat spiritus, & aereos, persuasus verbis Pauli ad Ephesios. c. 6. vbi diabolum & angelos eius vocat aereas potestates & spiritualia nequitiæ. in cælestibus. Quasi apertius dixisset spiritus nequam esse versantes hūc aera: quem Paulus vocat hoc loco cælestia. Et in libro periarchōn, hoc est de principijs, diserti exponit mētem suā, tradens dęmones in delicti suppliciū vestitos esse à Deo corpore, in quo torquātur, & luant, quę malè in cęlo admiserūt. Itaq; corporeos esse, non est ex meritis naturæ, sed ex vitio proprij arbitrij. Vt etiam dixit de animabus, quarum de cælo lapsus in corpora est, vt commeritas dent scelerum suorum pœnas. Hoc aūt dogma cauendum cēset Hieronymus epistola ad Auitum, tradens inibi quæ sunt cauenda in libro Origenico prænominato. Porrò autem qui D. Dionysium legerit libro de diuinis nominib. cap. 4. fortasis inducet in animum suum hoc Origenicū dogma, nonnihil sapere Dionysiacā Theologiā. Ait em dęmones habere furorem irrationalem, & concupiscentiam dementem, & imaginationē prępicipitem, atq; proteruā, quę sanè animalium esse affectus quis nescit? Quare etsi angelos credat Dionysius esse intelligibiles, atq; spirituales substantias, vt caput 5. aperte indicat eiusdem libri de diuinis nominibus: at de dęmonibus forsitan hærebit aliquis in verbis Dionysij. At verò ne offendiculum tibi parent Dionysij verba, scito Dionysio non collibuisse Origenicum dogma, quod damnat Hieronymus. Siquidem Dionysius eodem cap. 4. post verba prædicta, addit naturam dæmonum, lucidissimam post peccatum mansisse, vt ante peccatum erat. Cæterum vitiosa facta est sine immutatione naturæ. Porrò Origenes naturam dæmonum ex peccato perturbat: id quod meritò vicio illi vertit Hieronymus. Quamobrem Dionysius angelos ita bonos vt malos eiusdem credidit esse naturæ. Quod verò ait esse in illis furorem irrationalem, &c. illa verba Metaphoricos sunt intelligenda, quia ita se gerunt dęmones vt furore perciti debacchātes. Quare suos, quos imbuunt, vates, furētes legimus fuisse. Et grex porcorum act. ab impetu diabolico præceps se dedit in mare. Huius quoq; placiti est Cyrillus, apertè docens, angelos esse incorporeos, & intellectuali alimento pasci.

¶ Iam verò peragratis tot sanctorum Doctorū placitis, & illis, quoad licuit, expositis, superest iam ad decisionē peremptoriā huius quæstionis, stylum admouere. Et equidem si rem istam non Platonicè, sed Peripateticè differere cupimus, dubio procul, angeli sunt spirituales substantiæ, nihil gestan

Vocabulū spiritus est ambiguę significationis

Origenis placitū exactè disserit.

Origenes angelos sanctos putat spiritus esse: dæmones verò corporeos.

Locus Dionysij obscurus.

Origenem & Dionysius discrepant de simplicitate dæmonum.

Dionysius exponitur.

Decisio quæstionis.

gestantes corpulētę magnitudinis. Et ideó Aristoteles angelos vocat intelligentias, quia totum esse earum est intelligibile, & spirituale. Et Commentator Aristot. Auerroes manibus, & pedibus. 12. Metaphysic. iuit in sui principis sententiam. Et fabulosum est, quod impiùs Porphyrius dixit, dęmones ali ex nidore sacrificiorum. Namq; cū sint spirituales substantiæ, nō egent alimento corporeo: imò si pascuntur alimento, pascuntur intellectuali, vt Cyrillus tradebat. At vero ad propria accedentes, missa Philosophorum turba, nostrates Theologi cōfessum habentes, angelos esse intellectilis naturæ, eosdem componi ex materia, & forma, non formidauerunt concedere. Id quod ex prætextu difficilius creditu est, quàm corporeos illos fateri. Planior enim est sententia angelos corpore donās simplicissimo, simpliciore etiam quàm sit cæleste corpus: quam illos componere, ex materia, & forma. Porrò Bonauentura distinct. hac, hoc non respuēs, tres distinxit materias. Altera est quæ est in potentia ad omnes formas, tanquā illarum conceptaculum: secunda est, cęlestis materia, quę sanè est in potentia ad motū circularem, nō tn potest excipere formā aliquam substātialem. 12. Meta. tex. 10. postrema deniq; materia est angelica substantia, quę est in potentia ad esse, & ad varias operationes. Ante Bonauenturā Albertus Magnus lib. de quatuor coęquæuis. q. 5. idem sapuit quod Bonauētura: quanquā verbis discrepet. Lege articulum. 8. q. 5. vbi tradit angelos esse cōpositos ex fundamento essendi, & ipso esse. Nam Boetius in lib. de hebdomadibus, in principio, docet in creatis rebꝰ aliud esse, ꝙ est, & quo est. Et hic autor hāc etiā est amplexus sententiā in 2. lib. Sent. distinct. 2. art. 4. Itaq; quāuis materiam Albertus nō tribuat angelis, tamen compositos illos docet esse ex fundamēto essendi, & esse. At verò voces etsi sunt diuersę, sensus idem est cum Bonauētura. Nāque hoc fundamentum essendi, Bonauētura materiam angelicam appellat. Et istis autoribus hoc placitum arrisit, angelos neq; esse materiam, neq; formā, sed compositum ex vtroque, vt in cōpositis apud nos fatemur accidere. Hæc aut̄ sententia non fuit primum ab istis autoribus excogitata. Nam si consulis Commentatorem in 3. de anima cōm. 5. videbis dixisse in angelis, quos ipse substantias separatas nuncupat, esse aliquid simile materiæ, & aliud simile formæ. Porrò in sensilibus materiam verè esse & formam. Id quod probatum cernimus à Boetio exponente categorias Aristotelis. Tradit em̄ quidquid reponitur in prædicamento, constare ex materia, & forma: angeli autem reponuntur in prædicamento substantiæ, cum ergo non sint materiales, habebūt aliquid correspondens materiæ, & aliud formę similitudinē gerēs. Quibus adde, Aristotelē memoriæ prodidisse verbū illud celebre quod insinuatur. 1. de cælo. tex. 92. & 95. qui dicit, hoc cęlum, dicit materiam: qui verò cælum, dicit formā. At verò in angelis est singulare aliquid, illud ergo sapit materiam: & est vniuersale, & illud formale erit. Et ad hāc rationē argumenta possent congeri. Porrò D. Thomas quolib. 2. q. 3. plane negat istam angelicā compositionē, ita vt ex duobus entibus, confletur vnum ens tertium. Et quantum arbitror, nō ab re opinatur Thomas. Etenim si angelos componis ex materia, quæram à te quæ est illa materia? num est intellectualis substantia? quod si est substantia intellectualis, ipsa sola est angelus, sine accessione formæ: quòd si non est intellectualis, est ergo materia angelica non alia quàm cælestis, aut nostra. Ad hæc petam quoque num forma angelica est separabilis à materia angelica, an nō? Quod si diuortium concesseris, ergo angelus erit corruptibilis, vt substantiæ corporeę, quarum corruptio est in diuortio formæ à materia, cui copulabatur. Quòd si inseparabilem esse fatearis, iam tibi imminet concedere grande incōmodum, coniunctiorem esse materiæ scilicet formam angelicā, quā anima sit nostra. Quare cōficitur, esse materialiorem angelum, quam sit anima rationalis. Et demum, quorsum hęc materia est ex cogitāda in angelis? Nāque materia impedimento est intellectui quominus syncerè intelligat. Quare mens nostra à materia abstrahit. Namque deductis materialibus appendicijs, munus suum intelligendi expeditius absoluit. Angeli autem sunt purissimæ intelligentiæ post Deum, igitur non sunt materiales. Vndè Gregorius Nazianzenus in oratione in natiuitatem Domini, angelos, ob eā causam, quam diximus, vocat secūda lumina, & secundos splendores. Et Nicetas, exponens

Origenes angelos sanctos putat spiritꝰ esse: dæmones verò corporeos.

Cur angeli appellētur intelligentiæ.

Locus Dionysij obscurus.

Bonauentura, & Albertus Magnꝰ materiam tribuunt angelis.

Origenes & Dionysius discrepant de simplicitate dæmonum.

Dionysius exponitur.

Angelica compositio ex multis, probatur.

Decisio quæstionis.

Angeli non sunt cōpositi ex materia & forma

Angeli sunt secunda lumina ex Gregorio Nazianzeno.

ponens Gregorium, credit, angelos esse ignem quendam, sine materia, & corpore: nempè quia sunt maximè intellectiles, aut intellectiui. Hanc quoque sententiam, tribuentem angelis materiam, videbis apud Thomam. 1. part. q. 50. artic. 2. Auincembronem amplexum fuisse: & reprehensionem eiusdem inibi leges. At verò, vt semel dicam, satis sit cum Dionysio dixisse lib. de diuinis nominibus. cap. 4. & in libro de cælesti Hierarchia cap. 2. angelos purgatos esse ab omni materia, & quare hoc? nempè quia carent materia prorsus. Non ergo ex materia conflandi sunt angeli. Quòd verò Commentator pridem tradebat esse in angelis aliquid simile materiæ, non significat esse materiam in angelis, at potentiam logicam vocat Commentator, quasi materiam in angelis. Est autem hæc potentia logica non repugnantia ad recipiendum nouam perfectionem. Etenim angelis nō repugnat perfectiores esse etiamnum secundum viam Peripateticam, vt nos vberiùs disseruimus in disputationibus nostris super primo Sententiarum. Quia igitur receptibiles sunt maioris perfectionis, hoc est, non pugnat cum illis, aliam perfectionem recipere maiorē habita, ideò istam potentiam ad recipiendum, hoc est, nō repugnātiam, Commentator similem esse materiæ voluit esse, quia materiæ proprium est recipere. Et iuxta hanc normam nō est difficile valdè argumenta, quæ compositionē angelicam suadebant, eneruare. Etenim fatendum est, in angelis esse non idem quod est, & quo est (vt Boetius meminerat) at verò hæc duo in angelo non indicant veram compositionem: quia quod est, & ipsum existere, in angelo, solum discrepant ratione. Siquidem fatemur, essentiam angeli, & existere angelicum, non esse idem secundum rationem, quanquam vnitas est rei inter hæc. Essentiā namque angeli intelligere quimus sine esse, & cum esse: ideoque ratione secernuntur. Et hac expensa ratione, esse existentię angelicę, accidens est, & non substantia. Secus in Deo, cuius essentia intelligi nequit nisi cum esse: propterea igitur nō rectè colliges esse in angelo verā cōpositionē. Et hęc distinctio inter essentiam, & esse, sat est angelo vt reponatur in prędicamēto, quam rem fuso sermone tractauimus in primo libro Sentent. Et quod ex Aristotele indicatur, nihil soluit hāc veritatem. Namq; vt diximus, aliquid est in angelis quod sapit materiā, & formā. Non tamen ppterea cōponendus est angelus ex materia & forma. Cæterum colligebat Auincebrō hāc compositionem angelicā, quia angelus Gabriel, verbi causa, conuenit cum Michaele, & ab eo differt: ergo est in angelis principiū, quo cōueniāt inuicē, & quo differant: primū est materia, & alterum est forma. Porrò nō duo sunt in angelis principia hæc, alterum conuenientię alterum differentiæ. Etenim Michael conuenit cum Gabriele, quòd angelus est: at ab eo differt quia perfectiorem, aut imperfectiorem habet essentiam, quam Gabriel. Non sunt duo, intellige secundum rem, nā secundum rationem differunt sanè principium conuenientiæ, & differentiæ principium. Secus in compositis ex materia & forma, in quibus genus capitur à materia, & differentia à forma: quæ sanè differunt realiter. Porrò autem istis accedat, si quis dixerit, angelos esse quodāmodo compositos ex essentia, & esse, nō ineptiet. Etenim in vno Deo solū est simplicissima natura, nullā compositionē admittens, neq; Physicam, neq; Metaphysicā, ex actu, scilicet, & potentia: aut ex esse, & essentia. At verò angeli ab hac labuntur simplicitate, ideò nihil incommodi admittes, si dixeris illos cōpositione Metaphysica, non Physica, esse cōpositos. Et fortasis ad hoc alludebāt Bonauent. & Albertꝰ Magnus: ꝙ si hoc dicere gestiebāt, à reprehensione sunt liberi.

¶ At verò cordi mihi est conclusiones quasdam perstringere, quibus rem hanc comprehendamus totam. Prima ergo sit conclusio: Aliquādo probabile erat angelos esse corporeos. Hanc ostendes: nā Augustinus non censuit illam improbabilē, quā hæsitauit nonnunquā, & nōnunquāaffirmauit. Itē Basilius illi subscripsit. Et Origenes: imò Gregorius Nazianzenus vbi supra credens illos esse incorporeos, adiecit, vel quam proximè ad hoc accedent.

¶ Secunda conclusio: Hac ætate iam non existimo esse ꝓbabilem, imò improbabilē conclusionem, asserentē esse angelos corporeos. Hęc liquida est. Nā omniū Theologorū gymnasia scholasticorū illā, tāquā falsam, reijciūt, certo credētes angelos esse spirituales, & prorsus incorporeos. Quod Aristoteles probatū habuit, post quē Dionysius, & Damascenꝰ, &c. vt patuit suprà.

¶ Tertia

Cur angelos dicat Nicetas esse ignē sine materia.

Potentia logica est in angelis, & quid sit potentia logica.

Argumenta astruentia compositionem angelicā euertuntur.

Esse & essentia in angelo differunt

Deus vnus est simplicissimus.

Prima conclusio.

Secunda cōclusio.

3. Cõclusio ¶ Tertia conclusio: Angelorum spirituali tatem probare euidenti argumento, non est peruium, maximè Theologis. Hanc sua debis, quia Aristotelica amans vestigia prõptam habebit probationem. Etenim Aristoteles tradit, angelos esse motores, & esse immobiles. Solum enim mouẽtur per accidens ad motum cælestis, quem rotant, orbis. At Theologis confessum est, angelos moueri per se localiter, idcircò facessit Theologis negocium ista angelica simplicitas. Videtur namq; impossibile se mouere cum tanta simplicitate. Nam in his, quæ se mouent, est compositio partis mouẽtis, & partis motę, vt arguebatur in principio. At verò Theologi tradẽtes angelos se mouere, tradunt quidẽ se mouere non ex parte mouẽte, & ex parte mota, sed principiũ angelici motus est intellectus, & voluntas angeli applicantis propriam essentiam ad locum: verum autem est angelos moueri ab obiecto extrinseco, quod principium mouens est, & ab angelo distinguitur.

4. Cõclusio ¶ Quarta conclusio: Temerarium decerno esse dogma hoc, tradens, angelos esse corporeos, at qui assereret, nota hæreseos fortasis non esset inurendus. Hæc liquida est, quia nulla sacra testimonia hoc colligunt euidenter, angelos esse spirituales purè: neq; in sacris Concilijs patenter decernitur. At obijcies fortasis huic conclusioni, Paulũ in epistola Ephesijs scripta, cap. 6. Non est, ait, nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitiæ in cælestibus. Ergo ex Paulino oraculo, dæmones sunt corporei, & aërea gestant corporea. Auget autem Dionysius rem istam, qui cap. 4. lib. de diuinis nomi. par. 4. postquam recitauit verba Hierothei Magistri sui, quærit, quomodo dæmonum turba pulchrum ac bonum non desiderat, sed affixa materiæ, & circa bonum appetendum angelica identitate delapsa, malorum omnium causa est, &c. Vbi vides Dionysiũ affixos fateri materiæ dæmones, & Origenes iudicatus est in hanc sentẽtiã. Et Caietanus in cõmentario ad epistolam ad Ephesios Origenicũ iam sepultum dogma reuocauit ab Orco. Putat enim dæmones esse aëreos, hoc est, corpore constare aëreo. Et pessimè argutatur, vt inuenitur, ait, vegetatiuum sine sensitiuo, & sensitiuum sine loco motiuo, ita oportet inueniri secundum locum motiuum sine sensitiuo. Id quod in dæmonibus fatetur. At verò ex Aristotele didicimus, gradus animatorum, ordinem habere, quem videmus in figuris. Sicut trigonum, ait Aristot. in tetragono, ita vegetatiuum in sensitiuo & sensitiuum in eo, quod est secundum locũ motiuo, & hoc in intellectiuo. Quidquid igitur viuentium animatorum est intellectiuum, quia supremus est animatorũ gradus, necessariò comprehendit reliquos, vt quadrata figura triangularem continet. Iã ergò si dæmones sunt corporei, vtique demon non est intellectus solum, neque aër solum, sed ex vtroque coalitus: hoc igitur compositum, est corpus viuens: si ergo est compositum viuens, vtique animatũ erit. Et Platonici non formidant, dæmones fateri esse animalia. Quæram iam, vnde anima lia? non ex anima sensitiua, dicent, aut vegetali, sed intellectiua. Et istud est, quod repudiat, vt adulterinũ dogma Peripatetica philosophia, quod sit aliquod animal viuens intellectiua vita, & non sensitiua, atque vegetatiua. Præter hæc etiam dicat Caietanus (qui propter dæmones desciuit ab schola Peripatetica) si dæmones sunt aërei, sunt ergo elementarij, & corporẽ constabunt elementario, at aër est passibilis ab alijs elementis, ergo dæmones erunt passibiles, q tamen Platonici negabant. Et hoc argumentum de omnibus angelis probat, non esse ex corpore compactos aëreo. Et simili ratione non aptabis illis corpus igneum, quia etiam ignis patibilis est, & ita de reliquis. Quod si aptaueris corpus cæleste, vtique angeli & dæmones essent in perpetuo motu circulari, & naturaliter agerentur in orbem: quod dementiæ quis non dabit? Et equidem nescio vnde hæc istis irrepsit libido aptandi angelis, aut dæmonibus corpora. Quãdoquidẽ operatio angelica, quæ est illis germanissima, est intellectio, hanc verò non iuuat corpus, imò illam impedit. At dices, beati homines intelligent egregiè in corporibus beatis, propter subtilitatem corporum beatorum, igitur corpora angelica ex nimia subtilitate sua non erunt impedimẽto intellectioni. At verò alia sunt priuilegia beatitudinis, alia sunt iura naturæ: ex iure naturæ istud est promptũ, corpus (missis alijs) retardare intellectionem. Vndè homines sensim intelligunt, sensim, inquam,

Deus vnus est simplicissimus.

Prima conclusio.

Secunda cõclusio.

Caietanus non probatur.

Viuentium gradus ex figuris exponitur.

Angeli non sunt corporei.

Homines morosã habent intellectionem.

inquam, quia paulatiuè ad intelligendum progrediuntur, ex principijs ad conclusiones, & ex effectis ad causas: quod in angelis non extat, vt infrà dicetur. Et quantum coniecto, non est tuta Caietanica de dęmonibus philosophia, imò cauenda. Namque illā cauendam docet Hieronymus epistola ad Auitum, vt diximus suprà. Et re vera qui dæmonas tradit esse corporeos, angelos beatos etiam fateri cogetur esse corporeos. Etenim omnes angelos Deus simul condidit bonos, & ideò omnes sortiti sunt naturam eandem. Et pulcherrimus est vniuersitatis ordo. Sunt ergo creaturæ quædā merè corporales, aliæ mediæ, tęperatæ ex vtroque, spiritu, inquam, & corpore, vt homo: oportebit igitur aliam spiritualem purè fateri creaturam, quæ est angelus. Neq; locus Pauli iuuat Caietanum. Nam Paulus ait, dęmones principes esse tenebrarum harum, aut tenebrarum huius seculi, vt Græca habēt, non tamen quia versant tenebras huius aēris, propterea sunt aērei, vt liquidū est. Dionysius verò, tradens esse turbā dæmonum infixam materiæ, non intellexit propterea dæmones esse materiales. Namque eòdem capite, colligit materiam non esse causam malitiæ, quia dæmones sunt sine corpore, & materia, qui tamē mali sunt. Sunt ergò affixi materiæ dæmones, nō ex substantia sua, sed ex affectu: quia peccata amant, quæ ex sordibus suis materiæ iusto conferuntur nomine. Et demum qui angelos fatentur esse corporeos, affines sunt Sadducæis, negantibus esse spiritus: quorū Lucas meminit Actorum. 23. Isti enim negabant esse angelum, & negabant esse spiritus. Credebant enim omnia esse corporalia. Qui autem non est potens intellige re, angelos esse substantias, esse purè spirituales, neque Deum intelliget esse spiritū, id quod Sadducæorum fuit hæresis, negātium esse spiritus. Et si libratius etiamnum rem hanc expenderis, videbis, rectam esse viam Theologorum scholasticorum, tradētium, angelos purè spirituali potiri substantia. Namque satis consona est rationi, & Peripatetici dogmatis amica, & diuinis literis consentanea. Etenim diuina oracula spiritus eos appellitant, & satis genuina est interpretatio eos esse substantias intelligibiles. Quia etsi vocabulum spiritus, sit variæ significantiæ in scripturis, cæterum etiam significat substātiam spiritualem, vt extat locus Ioānis. 4. Deus spiritus est: qui locus torqueri nequit ad aliam significationem præterquam Deum esse substantiam meracissimæ spiritualitatis. Cùm ergo idem interpretantur Theologi nostrates de angelis omnibus, congruam satis inuexerunt expositionem. Cōgruit etiam cum Concilij verbis, quæ supra protulimus, interpretatio hæc. Quamobrem tutum iam nō est ab hoc dogmate discedere. Quamquam olim (vt diximus) inter sanctos Doctores Græcos, & etiam inter Latinos res hæc nō admodū cōstabat. Ad argumentū in principio factum, dices, Aristotelem esse intelligendum de motu animalium, non de motu angelorum. Angeli namque cum se mouent, obiectum mouet illorum angelicam mentem, & hæc mouet voluntatem, & hęc applicat angelicam essentiam ad opus vt de animabus rationalib⁹ separatis debuisset concedere Aristoteles, quanuis non expresit. Neque moreris Basilium, Augustinum, Theodoretum, Lactantiū Firmianū, Origenem, &c. credidisse angelos esse corporeos. Etenim vetusti Theologi, Platonis amabant theologiā, quando cēlebant non cōtrauenire sacrosanctis nostris musis. Lege Gulielmum Altisiodorensem libro de vniuerso.

Exponitur Dionysius.

Sadducæorū errata.

¶ Distinct. 3. Disputatio 2. Vndè angeli personarum discretionem hauriant.

ET forsan videbitur alicui, angelos nō esse discretos personaliter. Namque autor est Aristoteles. 1. de cælo & mundo text. 92. & 7. Metaphysicorum tex. cōment. 28. a materia prouenit, vt sint multa individua in eadem specie: at verò angeli (vt monstrauimus quæstione proxima) sunt immateriales, igitur non possunt distingui personaliter. Præter hæc in eodem loco Aristot. ait cælum esse hoc, quia sensibile: porrò angeli non sunt sensibiles: ergo neque hoc, ergo neq; personæ, quia persona necessariò est hæc. Argum. 1. Argum. 2.

¶ In diuersum est Aristoteles. 7. Metaphysicorum text. comment. 7. tradens, materiam Arg. in dł uersum.

riam esse minus ens quã sit forma: ideoq; esse posteriorem materiam, quam forma sit: igitur si materia est posterior forma, nõ haurit distinctionem numericam à materia forma, sed potius forma per se est hæc: at angeli sunt formæ separatæ, ergo per se sunt isti, & ex seipsis distinguũtur inuicẽ.

Cõfirmatio argum. ¶ Et rursum. 2. lib. de anima text. cõmẽt. 2. forma est, ait Aristot. secundum quam iam dicitur hoc aliquid, ergo cũ angeli sint formæ, & habeant naturam puram (vt dixit Gregorius Naziãzenus oratione. 2. de Theologia ad finem) per se sunt hoc aliquid, seu personæ.

Placita varia de indiuiduationis principio. ¶ Disputatio hæc contentiosa plusquam satis est, id quod propriæ attestatur arduitati. Quamobrem dictu mirũ est quot sunt controuersæ sententiæ de quæstione ista. Quam tamẽ ego breui, & sub paucis edisserã. Quippe abundè illam disserui in primo libro Sententiarum. Fuit igitur. 5. Metaphysic. Auicẽna, cui visum est, accidẽtia esse principium indiuiduationis. Nam hoc principium quærit difficultas hæc, quod est in angelis. Id quod Boëtius dictasse videtur commentario ad Porphyrium. Ait enim: Duo indiuidua eiusdẽ speciei, nõ ex materia, sed ex accidentibus distant, seu numero differunt. Neque ab hoc placito D. Damascenus abhorrere videtur. Nã libro de hypostasibus, per characteristicas proprietates distinguit indiuidua. Cum quib? quoq; facit ratio hæc. Siquidem indiuidua sub eadem reposita specie non distinguuntur ex natura, aut ex substãtia, seu essentia, quippe quæ eandem sortita sunt speciem, ergo secernuntur accidentibus, quæ dicebat Damascenus esse characteristicas proprietates, seu characterismõ hoc est discretorium. Post Auicennam extitit aliud placitum, quod Auerroes in libro de substantia orbis est amplexus: vbi distinctionem numericam tribuit materiæ, & quantitati. Etenim distinctio generica formę dãda est, at indiuidualis non formæ, sed materiæ, quæ propter diuisionem suam varias formas eiusdẽ speciei excipit suo gremio. At quia hæc diuisio materię est à quantitate quæ vna est, quæ facit diuisionem, ideò indiuiduorum distinctionem tribuit etiam quantitati. Vt in diuersis ceris, vna forma impressa sigilli, sigillorum facit diuersitatem, non formæ vnitas, sed cerę diuersitas. Alij verò non hæc duo, quæ Auerroes, dixerunt principia indiuiduationis, sed solã materiam indiuiduare fatẽtur. Etenim materia prima, de qua agitur, est subiectũ primum, quod alio subiecto nõ eget, ideo forma in materia susceptа, alteri non potest cõmunicari. Scotus verò aliud rapuit iter in. 2. Sententiarum dist. 3. q. 6. Credit enim hoc indiuiduum, esse hoc, per formam positiuam: quam Scotistæ vocitãt ecceitatem, tu voca singularitatem. Quemadmodum enim species per differentiam constituitur specificam, ita indiuiduum per proprietatem singularem, seu singularitatem. Porrò si excutis Scoticum hoc commentum, scisscitari oportebit, quæ nam est hæc entitas, quæ indiuiduum constituit? num est accidens? num substãtia? si primum annuis, nũ forma est? num materia est? Si verò secundum eligis, in Auicennæ declinas commẽtum. Et vtcũque euadet Scotus, videtur regredi in aliquam priorum autorum sententiam. Nam formam substãtialem negabit esse ecceitatẽ: etenim indiuidua ex forma substantiali nõ distinguũtur, siquidem nõ secernuntur substantialiter. Thomas autẽ magis hæsit Auerroistico documento: nã materiam arbitratur esse indiuiduantem. Etenim forma est indifferens huic vel illi indiuiduo. Nam de se communicabilis est omnibus indiuiduis contentis sub vna specie. At verò quia determinatur à materia, propterea fit incommunicabilis: & fit hoc aliquid in genere substantiæ. Aduertit autem geminam esse rationem indiuidui, aut secundum se, & hac consideratione indiuiduum est hoc aliquid, vel prima substantia de nullo prædicabilis nisi de seipsa, à materia, in qua recipitur forma. Alia verò est cõsideratio indiuidui, quo ad nos, & sub hac ratione quantitas est indiuiduãs. Namque per hæc, vel illa accidentia, ideſt ex loco, tempore, quantitate, nos distinguimus indiuidua. Quamquam quantitas non est causa esse indiuidualis, quia hoc substantiale est, quantitas est accidens, at verò concomitatur materiam in negocio indiuiduationis. Quippe forma recipitur sub signata materia ex quantitate, cõtinuòque sub signatis accidentibus alijs. Porrò in opusculo. 29. hæc commemorat. At in opusculo. 30. cap. 4. tria distinguit, Deũ, angelos, & inferiores, sensilesque substãtias. In Deo autem saluatur ratio indiuiduationis per puritatem propriæ essentiæ, vt docuit autor

Thomas exponitur.

Gemina indiuiduorũ cõsideratio

Deus vnde indiuiduat.

Argum. 1.

Argum. 2.

Arg. in dic uerium.

Materia quanta indiuiduat ex Auerroe.

autor de causis: Deus, ait, est hic per purā bonitatem suam, hoc est, Deus non ex ad ditione alicui⁹, aut determinatione est hic, sed per suam infinitatem est separatus ab omnibus conditis. Angeli autem non mul tiplicātur in vna specie: & citat sibi autorē de causis, tradentē, intelligētias esse finitas superius, & infinitas inferius. Supernè sanè sunt finitę, qa acceperūt esse finitū à Deo, at infernè sunt infinitæ, quia à materia nō determinatur illarū esse. Quapropter forma angelica, seu intelligentia ipsa à seipsa determinatur vt sit hæc: & quia ex se deter minatur vt sit hęc, ideo de se est incōmuni cabilis. Vnde existimat in specie angelica non esse multa indiuidua eiusdem speciei, sed Gabrielis essentia, verbi causa, vna tan tum est ex sua ratione incommunicabilis alijs angelis. Secùs in formis materialibus, quæ ex sua ratione sunt communicabiles. Et ideo formæ materiales indiuiduantur à materia, quæ formā coercet, ne alijs cōmu nicet. Imò etiā forma spūalis, quæ est ani ma rationalis, quippe quæ est corporis hu mani forma, etiā indiuiduationē suā haurit à corpore, quod format. Et sic à corpore in choatur animæ rationalis indiuiduatio, quanuis defuncto corpore, ipsa in sua con quisita iā indiuiduatione perseuerat, quia spiritualis est. Demū accidētia indiuiduant à suis subiectis ex Thoma. En tibi expressam S. Tho. de indiuiduatione locis prædictis sentētiā. Thomistico autē placito huic multa sunt quæ aduersantur. Etenim, ipso autore, quātitas non est causa indiuiduatio nis formæ substantialis, sed tantū cōcomitatur formæ substātialis indiuiduationē. Et probat hoc opusculo. 29. quia quātitas nō dat esse substantiæ. Quo argumento ipse quoque est impetendus. Etenim materia non dat esse formæ substantiali, ergo non est causa indiuiduationis formæ. Imò po tius in diuersum possemus agere: Forma est quæ dat esse materiæ, concinentibus omnibus Philosophis, & Thoma etiam mordicùs annuente (dixerim mordicùs, namque Deo non subesse separationem materiæ à forma intrepidè docet) igitur si materia à forma accipit esse, à forma etiam hauriet ipsum indiuiduum suam indiui duationem. Etenim esse indiuiduale, non est esse potentiale, quod materia po terat impartire: sed est esse actuale quod sola forma distribuere potest indiuiduis.

Autor lib. de causis ex ponitur.

Quæ aduer santur Tho mæ.

Albertus verò Magnus lib. de quatuor coæquæuis indiuiduationem non materiæ solum vt Thomas, sed materiæ & formæ concesit. Quia Aristot. 12. Metaphysi. text. comment. 17. in fundamento materiæ nihil esse distinctum concesit. Quamobrem materia sola non indiuiduat. Addit tamen Albertus quantitatem, & accidentia quoad nostram notionem indiuiduare, quia cognitio nostra à sensibus orditur: sensus autem accidentia per se ver sant: & indiuidua nobis innotescunt ex sensu primùm. Quare per accidentia nos distinguimus substantias. Hoc idem dixerat Thomas: & Bonauentura hac distinctione, non indicato Alberto, illi hæsit.

Alberti pla citum.

¶ Iam verò recensitis aliorum placitis, forsitan decidendæ huic quæstioni meum quoque expectabit lector. Quamobrem censuerim ego distinctione opus esse. Etenim indiuiduum quodlibet, aut expenditur quatenus est intelligibile, aut quatenus est sensibile. Nam indiuidua etiā sunt intelligibilia: singularitas enim non pugnat cum intelligibilitate. Est enim Deus singularis, & intelligibilis, & angeli, & animæ rationales, & non solum hæc, quin & singularia materialia, vt Petrus, Paulus, &c. vt nos fusè tradidimus in primum Sententiarum. Etenim est ens obiectum intellectus, quidquid igitur est, intelligibile est.

Quæstionis decisio et placito autoris.

¶ Quapropter primam accipe conclusionem: Singularibus, quatenus sunt intelligibilia, forma est illis indiuiduationis principium, non materia. Hæc prompta tibi erit, si recolis, Aristotelem dixisse, materiā, quia est in potentia, non esse intelligibilē, nisi collatione ad formam.

1. Cōclusio decisoria.

¶ Nam forma, cum sit actus, comparatione ad actum intelligitur potentia. Et demum quia forma est per quam materia perficitur, & habet esse, ipsa quoq; est, quæ facit materiam esse intelligibilem. Quare indiuiduum, cum habeat suam singularitatē à forma, quæ illi impartit actuale esse indiuiduale, ideò indiuiduum habet indiuiduationem suam à forma, quatenus intelligibile est.

¶ Secundam primæ sociabis conclusionē: Indiuiduum, vt sensile est, hac ratione à materia habet suam indiuiduationem. Hanc colligito, quia quòd res sit sensibilis, mate-

2. Cōclusio

materia est in causa: vt te docebit Aristoteles. 1. de cælo & mũdo tex. 92. tradit enim cælũ esse hoc, quia sensibile: & tex. 95. cælum esse hoc, & nõ plura, ideſt, vniuersum est hoc, & non potest esse plura, quia continet totam materiam, ex qua aliud erat faciendum, &c. Idcirco ex materia est singularitas sensibilis. At verò cum materia sit substantia, & ideo per se non est sensib. subiecta, sed solum per accidens. 2. de anima. Propterea vocat materia sibi accidentia, vt indiuiduet, primoque germanissimũ sibi accidens, quod est quantitas: vndè cætera sensibilia accidentia sibi conciliare potest materia. Idcirco quantitas habet primam cum materia rationem indiuidui. Et recte Thomas in. 1. par. q. 3. ar. 3. tradidit, materiam indiuiduari per accidentia. Obseruas nempè id, quod diximus, causari indiuiduationem sensibilem, à materia, & quãtitate, cum accidentibus cõsectarijs. Et, re acriter dispecta, puto hæc esse Peripatheticum dogma, quia. 2. de anima tex. 2. esse hoc aliquid formæ tribuitur. Neq; diffugium alumnorum D. Thomę vtile est illis. Dicunt enim, per formã res est hoc aliquid quantum ad effectum existendi, non tamẽ quoad vnitatem numeralem. Et enim esse hoc aliquid, est esse indiuiduum actu, vt Cõmentator exposuit. 2. de anima. cõment. 9. At verò esse indiuiduum actu per formam est, non per materiam. Et comment. 90. primi libri de anima luculenter docet vnitatẽ numeralem esse à forma. Quia continuationis causa, & vnitatis non est ex materia, sed ex forma: vnde arbor ex parte arida, & ex parte virens, non est tota continua, quia non est forma vna.

Quæstionis decisio ex placito autoris.

Thomistarũ diffugiũ inutile.

1. Cõclusio declsoria.

3. Cõclusio

¶ Porrò prioribus iunge tertiam cõclusionem: Vnitas numeralis multas habet causas. Hanc ostendes ex. 2. Physicorum. Quilibet effectus habet materialem, formalẽ, efficientem, & finalem causam. Ergo cum esse indiuiduale sit effectus, habebit necessario materiam, in causam materialem, & formam in causam formalem, &c. de alijs verò causis similiter dicito. Itaque esse indiuiduale est hoc, quia est ab hac forma, & recipitur in hac materia, & producitur ab hoc agente. Quamquam causa finalis non tam vocanda ad indiuiduationem est, quam cæteræ causę. Nam nihil incommodi est diuersa eodem fine, numero potiſi vt omnia grauia vnum centrum mũdi petunt. Et idẽ dicito de efficiente. Nolo autẽ stylum amplius dilatare in disputatione ista, quia alibi vberiùs est à me disserta.

Efficiens, & finis, indiuiduãt extrinsecè: materia, & forma, intrinsecè.

2. Cõclusio

¶ Iam verò ad institutum regrediamur, nã hæc præstruximus, vt legitimo facto gradu in principio indiuiduationis substantiarum generaliter, speciatim ascenderemus ad personalem indiuiduationem angelorũ discutiendam. Namq; indiuiduum in substantia intellectuali persona est. Quamobrẽ si priora, quæ perfunctoriè tradidimus, auidè hausisti, & memoria tenes, illa non faceſſet tibi grande negocium, vndè fit captanda personalis angelorum discretio. Albertus igitur loco iam prænotato, censuit, indiuiduationem angeli esse, quia esse angeli recipitur in hac essentia, quã ipse vocat fundamentum essendi. Bonauentura loco suprà indicato idem censuit. Et omnes denique, qui esse angelicum distinguunt re aliter ab essentia, hoc idem persuasum habent. Et quia essentia angeli est quasi materia, vt suprà docebat Cõmentator. Et Aristoteles non longè abest ab hac loquendi phrasi. Nam. 2. Metaphysicorum, texte. cõment. 16. Materiam, ait, fortè habet natura quælibet. Ex quibus verbis sinistrè colligas in intelligentijs (quas ipse docet immunes à materia) materiam esse, at verò quia sunt in quadam potẽtia logica (vt suprà dicebamus) ideo ait fortè materiam habere quamlibet naturam. Quamquam ab Physica hac, aut Metaphysica dialecto, excipitur totius naturæ autor Deus. Quamobrem si essentia est quasi materia angelica, iuxta horum placitum, indiuiduationem personalem angelorũ à quasi materia exortum habere, haud dubium dicendum erit. Scotus suas amat eceeitates difficiliores intellectu, quàm ipsa indiuiduatio. Quoniam multiplicat entitates singulares sine causa. Thomas essentiam angeli esse hanc, ex seipsa fatetur, vt patuit ex superiori sermone. Ego verò facilem dixerim angelum Gabrielem, exempli causa, esse hunc intrinsecè à seipso, qui sibi intrinsecè est idem, & distinctus à quouis alio per suã hanc essentiam. At verò extrinsecè est hic à creante Deo, qui voluit hunc esse Gabrielem, illũ verò Raphaelem. Habent etiã angeli proprietates indiuiduãtes accidentarias. Quæ sanè non indiuiduant, quia autor est Commentator Auerroes. 8. Metaphysi. cõm. 2. indiuiduum substantiæ esse prius indiuiduis

Regressio ad institutũ

Vnde discernantur angeli.

Oia creata quodãmodo constãt ex materia.

Indiuiduũ substantiæ prius est quã indiuidua accidẽtium

duis accidentium. Igitur accidentia nõ individuant substantiam. Cæterum proprietates istæ angelicæ individuales consequẽtur ad individuam essentiam angeli. Porrò autem his absolutis, argumentorum extricare difficultatem non erit difficile. Primo dicito, Aristotelem locutum fuisse in materialibus, in quibus individuatio sensibilis à materia habet exortum, tanquam à causa materiali, vt iam in progressu disputationis nostræ affatim monstrauimus. Quapropter in angelis non est quærenda discretio personalis à materia, quamquam in eis esse quasi materiam grauissimi Philosophi nõ formidant concedere, ex qua personalitas ipsorum sit exquirenda.

Cælũ Sol à cælo Lunæ ex accidentibus à nobis distinguitur, & maximè ex motu orbis innotescit.

¶ Ad secundum respondebis, Aristotelem scitè dixisse cælum esse hoc, quia sensibile: quia nobis nõ innotescit cæli singularitas, nisi ex sensibilibus accidẽtibus. Nos quoq; non distinguimus angelos, nisi ex his, quæ legimus in scripturis. Michaelem ergo distinguimus, quia principem diuinæ militiæ legimus fuisse, Gabrielem quia nuntia cælestia defert, Raphaelem, vt morbi humani medicum ab alijs distinguimus.

¶ Distinct. 3. Disputatio. 3. Nũ sint plures angeli sub specie vna contenti.

1. Argum.

AT forsitan alicui videbitur fieri nõ posse vt vna species angelica plurà comprehẽdat in diuidua. Namque traditur. 7. Metaphysic. text. 28. Quæ numero differunt, hæc & materia etiã distinguuntur. At verò angeli non sunt ex materia distincti, quia materiæ non grauantur pondere, ergo neq; numero solũ distinguẽtur, sed specie.

2. Argum. ¶ Præter hæc, Gabriel nõ habet vnde differat à Raphaele nisi ex propria essentia sua, sed quæ differunt ex essentia, differunt specie, ergo non differunt solo numero.

3. Argum. ¶ Tertio, quia multiplicantur indiuidua in eadem specie vt interitus indiuiduorum ex aliorum generatione reparentur, & quod indiuiduo suo subsistere nequit, in specie illæsum perseueret: at angeli in indiuiduo perseuerant incorrupti, ergo nihil necesse est quod sint in eis multa indiuidua vnam habentia speciem.

4. Argum. ¶ Quibus adde Aristotelem primo Physi. text. 80. dicentem, materiam ex sua potentialitate ad formas recipiendas inexplebilem esse susciendarum formarum, quare subinde mutat formas, & alternatione perpetua formarũ delectatur. Iam verò si hæc est causa vnde multiplicantur indiuidua, in angelis hæc causa desideratur, quia materiæ non grauantur sarcina, ergo non sunt multi angeli comprehensi sub vna specie, sed quilibet angelus propriam constituit speciem.

Argum. in contrarium ¶ In diuersum est quod traditur Lucæ. 20. Æquales sunt angelis Dei. Et est sermo de hominibus iustis, qui sunt futuri æquales angelis Dei: iam colligas, fac esse duos vel quos volueris homines, æqualis meriti, si non sunt duo angeli æquales in specie, consequũ est esse impossibile duos homines esse æquales in beatitudine duobus angelis. Probabis consequentiam. Nam angeli vt differunt natura, ita beatitudinis præmio. Qui enim præstantiori gaudent natura, & beatitudine maiori fulgent. Quapropter duo angeli, si omnes differunt specie, non possunt habere æqualem beatitudinẽ, ergo impossibile est duos homines æquales esse, in beatitudinis præmio, duobus angelis: quod incredibile est, si verum est: si falsum, credendum non est. Disputatio hæc discissa est in capita multa. Namq; difficultas rei differendæ, sententias differentium necessariò multiplicat. Non solum in angelica materia, imò in alijs longe ignobilioribus. Est igitur Thomas qui difficilem habet de re hac sententiam, in prima parte quæst. 50. art. 4. qui postquam multas aliorum indicauit sententias, adiecit suam, angelos, scilicet, omnes differre specie. Et vius sibi est, hoc dogma consectari ad sua principia. Nam qui putat, vt ipse putat, multiplicationem indiuiduorum sub specie vna ex materia ortum habere, necessum est vt vel inuitus, concedat angelos esse nõ multiplicabiles sub vna specie. Vnde conficitur, vt qui Thomizat, necessariò etiã confiteatur fieri non posse duas humanitates esse separatas à materia: itemq; duas albedines, sed erit vna tantum vel albedo aut humanitas. Quippe ex hypothesi sunt separata hæc à materia. At huius placiti non fuit

Thomæ de specifica vnitate angelorũ difficilis est.

primus

primus autor D. Thomas, nam ante eum fuit Magister eius Albertus Magnꝰ in lib. de quatuor cõæquæuis. q. 5. ar. 12. qui etiã noluit angelos multiplicare sub vna specie atoma: sed omnes differre specie, alioqui consentiunt in specie subalterna. Etiam si aliam contrariam sententiam non fileat, angelos esse pleroſque differentes solo numero. Et hanc amauit Bonauentura opinionem, & (vt eius sermone vtar) hanc putat esse magis catholicam. Et Marsilius Inguẽ in hoc. 3. q. 9. art. 1. Bonauenturæ assensit, & colligit quia Deus potest facere mundũ alium eiusdem speciei cum mundo isto, ergo potest facere angelos huius mundi esse eiusdem speciei, cum angelis nostris. Durandus etiam hanc sententiam est amplexus. q. 3. huius. 3. dist. Nam ait angelos à solo Deo pendêre: ergo qui produxit Michaelem angelum, potest illum annihilare, & eundem numero cum priore reproducere, & item de anima rationali. Quodsi põtest reproducere eundem numero, cum eo, qui iam erat, cur nõ poterit producere aliũ angelũ in specie eadem cum altero producto? At verò hæc argumẽta solũ colligũt posibilitatem rei, & factum sic fuisse non ostendunt. Ideò oportet addere istis, posibile est angelos plures esse sub vna specie specialissima: & nulla ratio conuincit, vt credamus non fuisse factum: ergo ita fuit factum à Deo. Gabriel quoque distinct. 2. huius, hos sectatur autores. Namque Deus potest facere duas vel plures animas rationales semotas à corpore, quæ solùm numero distinguantur, ergo angelos quidni? Imò Plato censuit, animas creatas semotas à corpore: & Origenes illi subscripsit. Quòd si effugeris vires argumenti, dicens animas esse plures numero separatas, quia habent indiuiduantes inclinationes ad corpora, effugium est vanum. Namque animæ illæ creatæ ante corpora habẽt sanè inclinationem ad corpora generaliter, at ad hoc, vel illud corpus, neutiquam. Si quidem hoc solum est tribuendum animabus, quæ cum corporibus contraxerũt commercium. Et, vt semel dicam, hæc est vulgatior & intellectu facilior opinio, quam plerique multi amplexi sunt insignes Theologi.

¶ Porrò autem si meam censuram exigitis, dixerim quæstionem hanc nõ esse permanẽq; apud philosophos plenè discussã, neque apud Theologos certam habere definitionem. Namq; si philosophos consulis, reperies Aristotelem numerasse intelligentias secundum numerum orbium, at verò hoc admissò ambigua res est, & adhuc pendula, num intelligentiæ sint specie, an numero tantum differentes. De orbibus autem si differant solo numero, an specie, non admodum cõstat apud philosophos. Et etiamnum differant specie de intelligentijs nondum confectum idem est. Etenim vnitas intelligentiarum, aut differentia, non est captanda propriè à motibus orbium. Vnde Cõmentator Auerroes in disputatione tertia contra Algazelũ, dubium soluens. 18. intelligentias docet distinguendas per operationes intelligẽdi. Itaque prima intelligentia habet modũ intelligendi præclarissimum, quem aliæ intelligentiæ inferiores non possunt assequi. Quippe inferiores nequeunt ita perspicaciter Deũ intelligere vt prima intelligit. Quòd si omnes eundem nactæ essent modum intelligẽdi, nullam differentiã probaremus in intelligẽtijs esse. Et sanè hæc est optima methodus, si aperta nobis esset ad disquirẽdã differentiã angelorũ, & non per orbiculares motus, qui sunt extrinseci ad essentias angelicas. Quãquã nobis germanũ, & nostræ naturæ amicũ est, per sensibilia reptare ad intelligibilia capienda. Auerroes igitur in paraphrasi ad Metaphysicam tractatu. 4. intelligentias dixit differre tanquam ea, quæ sunt contentà sub vna specie. Id quod satis demonstrat sensisse intelligentias esse numero differentes. Præter hæc autẽ quæ ex farragine philosophica inueximus, si ad Theologos vetustos lumina vertimus, inueniemus sanctum Dionysium libro de cæleſti Hierarchia tradidisse capit. 6. nihil nobis innotescere de angelica natura, præterquam quod Deo reuelante nobis suppeditatur, & quod ex angelicis operationibus nobis ostenditur. At verò nullibi in sacris codicibus specie distinctos angelos legimus esse: Namque etiam si literæ sacræ Potestates, principatus, thronos, &c. docent esse in angelicis turbis, at non docet hæc distingui specie. Quandoquidem hæc distributio varia munerum etiam sub vnitate specifica seruari potest. Quid? quòd etiam si demus distinctos ordines angelorũ, vt potestates, & principatus distingui specie inuicẽ, at verò q. ipsæ potestates non

Albertꝰ de eodem.

4. Argum.

Bonauentura & Marsilius.

Argum. in contrarium

Expẽdũtur argumenta autorum.

Thomas de specifica vnitate angelorũ difficiliest.

Decisio quæstionis ex calculo autoris.

Optima methodus ad inuestigãdã differẽtiam angelorum

non relatæ ad alias secernantur inuicem specie, vndè colligetur? Adde istis, si operationes angelicas consideras ex istis, non parabis tibi certum distinctionis specificæ argumentum. Namque Paulo docente ad Hebræos. 1. Omnes sunt administratorij spiritus: quòd si omnes sunt nobis administrij, & hæc administratio vna est specie, etenim solum nos est dirigere in viam salutis æternæ, vtique ex hac operatione non palam est distinctio angelorum specifica. Quòd si obieceris Dionysium, dicentem, operationes angelicas esse purgare, illuminare, & perficere, vtique functiones has angelicas probamus. At verò locum apertum ex diuinis literis forsitan non esset promptum exhibere, qui illas probet. Cæterum nihil hoc moremur modò, suo loco disserendum, probatas has functiones esse Theologis in præsentia satis sit: at nũ, quia sic se gerunt angeli, satis erit conuicendæ angelicæ differentiæ specificæ? non arbitror. Nam quod quidam alios doceant, & purgent, & perficiant, & quòd quidam sint vt agentes, alij vt recipientes, non colligit differentiam specificam eorundem, sed muneris excellentiam. Namque apud nos doctores, & discipuli non differunt specie. Quid? quòd ista doctrina & purgatio, & perfectio, non est quantum ad naturalium rerum scientiam. Secundum enim hanc alij aliorum non sunt Doctores, quippe perfectam scientiam habent omnes, non ex alijs, sed ex seipsis: sed solũ est quantum ad mysteria gratiæ. Quare non conuincit differantiam specificam.

Et D. Augustinus libro vnico ad Orosium cap. 11. Angelos, ait, differre, certa fide teneo: at quomodo differant, planè ignoro. Quòd si hoc verbo Augustini cõtenti essemus, cõcertationes Theologicæ de angelorũ differentia silerent. Quãuis ipsemet Augustin? lib. 3. de libero arbitrio cap. 11. animas rationales tradit esse pares naturâ angelis, sed officio impares. Etenim angeli gubernãt corpora cælestia, atq; terrestria: sed animę suũ corpus intrinsecus administrãt, extrinsecus verò adiacẽtia infirma operatione anima efficit. Quòd si animæ pares sunt naturâ angelis, angeli nõ differunt specie, nã animæ æquam sortitæ sunt speciẽ, rationales, subaudi.

¶ Porrò autem, ne sub tanta disputationis nebula delitescentem dimittam mentem meam, paucis absoluã quid animus meus de re hac ferat.

¶ Sit ergo prima conclusio: Deo subest, & subsit, angelos omnes, vel plures, pro suo arbitratu facere eiusdem speciei. Hæc conclusio ex proloquio Theologico aperta est. Nam quod non implicat contradictionem, Deo est posibile, at hoc nõ implicat. Minorẽ probabis, quia maximè esset implicatio hæc, si solo different numero, iã materiales essent angeli, at sunt immateriales. At verò, neutiquam admittimus hanc implicationem. Namq; materia multiplicat indiuidua in materialibus substantijs, at spirituales ab hac lege sunt liberę: quippe quę sublimioris sunt naturæ. 1. Cõclusio

¶ Secundã accipe conclusionem: Credide rim angelos, qui vno nomine gaudent, & functionem eandẽ sortiuntur, esse eiusdem speciei. Vt oẽs Seraphim, & omnes Cherubim, & omnes Throni, & ita de cæteris. Hanc persuadet mihi Dionysius, cui in re angelica primæ partes tribuuntur. Hic em in lib. de cælesti Hierarchia cap. 6. primam edocẽs Hierarchiã, ait esse per omnia æqualem. At quid est quòd sit per omnia æqualis Hierarchia prima, si differunt specie omnes angeli? Nam vbi est distinctio specifica, non est per omnia æqualitas. Ego verò non tantum promere documentum ausus sum, vt dixerim Seraphinos, Cherubinos, & Thronos, esse per omnia æquales, sed tantum dixi angelos eiusdem nominis, & officij esse per omnia æquales secũdum naturã suam. Hoc est esse vnũ, esse specie. Et D. Basilius lib. 3. contra Eunomiũ, hoc idẽ plano sermone docet. Etenim erat argumentũ Eunomij, & cõplicum eius, probans Spiritũ sanctũ esse minorẽ Patre, & Filio: quia postremus recẽsetur in ordine personarũ triũ. Cui absoluẽdo argumẽto Basili? intẽdens, ait, distinctũ ordinẽ nõ colligere diuersam naturã. Quando quidẽ angelicus ordo est diuersus sub vnitate naturæ. Et eq dem si sermo Basilij esset de vnitate generica angelorũ, nẽpè quia sunt omnes spirituales, solutio esset inefficax argumẽti hæretici. Ideò de vnitate specifica planè est intelligendus, vt idem sapiat cũ Dionysio. Cum quibus facit Damascenus in lib. de duabus voluntatibus Iesu Christi. Ait enim cap. 2. angelos esse eiusdẽ speciei, & naturę: & sub speciei vnius cõmunione differre solũ characteristicis proprietatibus. Et alibi etiam idem

Obserua hæc diligẽter.

Dionysius exponitur.

neclsio quę stionis.

Thomas disseritur.

3. Cõclusio

Basilius ex tandus.

Responsi argument rum.

Thomas differitur.

idem docuit. Et quidem Thomæ placito obijcio Simplicium, insignem Peripateticum. 4. Physicorum. tex. 104. albedinem docentem niuis, & ceruſſæ, nō per ſubiecta eſſe has: quòd ſi non ex ſubiectis habent eſſe hoc albedines, ergo ſeparatæ à ſubiectis nō erūt vna albedo, vt putat Thomas. Quādoquidē à ſubiectis nō depēdent quātū ad eſſe ſuū ſingulare, docēte Simplicio. Quòd ſi accidentia non dependent à ſuis ſubiectis, in eſſe ſuo ſingulari, cur formidabitur cōcedere, ſubſtātias ſpirituales poſſe diſtingui numero, ſine ope materiæ? Mitto argumentū de duabus quātitatibus in Sacramento venerabili Eucharistiæ: quę ſunt duę ſine ſubiecto. Quia adhoc diceret Thomas ſat eſſe indiuiduationem quantitatum factam iam eſſe ex ſubiecto. Quamuis igitur demus, materiam multiplicare indiuidua ſub vna ſpecie, illud ſanè eſt in corruptibilibus rebus. At verò quid corruptibilia, ad incorruptibilia? Nihil ſanè cōmercij habent, quantum ad hoc. Ideo angeli poſſunt diſtinctione potiri numerica, etiā ſi ſint immateriales.

1. Cōcluſio

2. Cōcluſio

3. Cōcluſio

¶ Tertia concluſio: Arbitror angelos diſtinctos nomine, & munere, eſſe differentes ſpecie. Dico nomine diſtinctos, non nomine indiuiduali, ſed nomine ordinis, vt Cherubinos, & Seraphinos, diuerſos eſſe ſpecie. Hanc habebis, ſi conſideras Auerroem dixiſſe (vt ſuprà mentio fiebat) intelligentias ſuperiores clariorē de Deo habere notitiā, quā inferiores. Exiſtimo igitur ordines angelicos differre ſpecie, quia quò ſuperior eſt ordo, eò limpidiorem, & magis comprehenſiuam habet nōtionem. Vt Seraphini limpidiùs cernunt diuina, quā Cherubini, & iſti perſpicaciùs diuina attingūt, quàm Throni. Itaque ex notione ſublimiore diuinarum, & naturalium rerum, venanda eſt diſtinctio ſpecifica in angelis. Et ſanè rationi eſt conſentanum ſic Theologizare, quippe angeli conſtituūt mundū intelligibilem, vt viſibilia mundum viſibilem, vt Gregorius Nazianzenus oratione in Domini natalem commemorat. Ideo æquum eſt vt conſtet ex angelis ſpecie cōuenientibus & numero differentibus, & ex angelis ſpecie diſtantibus: vt in mundo ſenſibili extare videmus.

Basilius nō tandus.

Reſponſio argumentorum.

¶ Iam verò operæpretium eſt argumentis facere ſatis in principio obiectis. Et primū ſoluūt quę diſſerta iam ſunt. Nam Ariſtot. de rebus materialibus habebat tum ſermonem.

¶ Secundo dices, Angelum Gabrielem, & Michaelem, ſuppoſito hos eſſe eiuſdem ordinis, differre ſolo numero. Et quando colligis, non habent vnde differant, niſi ex eſſentia, propoſitio hæc eſt multiplex. Eſt enim ſenſus alter, differunt ex eſſentia indiuidualiter, & hoc modo vera narrat argumentum, at conuincit nihil. Quia fatemur differre ex eſſentia indiuiduāliter, nō tamē ex eſſentia ſpecificè. Cætera argumēta patent, quia in angelis eſt multiplicatio indiuiduorum, nō quia corruptibiles ſunt angeli, ſed ad cōplementū mundi intelligibilis vt diximus. Et Auguſtini locus ex lib. de libero arbitrio intelligēdus eſt, eſſe pares natura angelis animas, qa ſunt ſpūales.

¶ Diſtinct. 3. Diſputatio. 4. Num angelorū multido ſit maxima aut quota ſit.

Argum.

IT forſitan alicui videbitur nō eſſe maxima. Etenim numerus intelligētiarū ex motu orbiū cęleſtiū captandus eſt, at numerus orbiū cęleſtiū nō eſt maximus: ergo neq; multitudo angelorū maxima eſt.

Argum. in contrarium

¶ In diuerſum eſt, quòd ex diuinis inſtitui mur diſciplinis: Millia, ait, milliū miniſtrabant ei, & decies cētena milliū aſſiſtebant ei. Daniel. 7. & Apocalyp. 9.

¶ Diſputatio hæc, in ſchola Philoſophorū grauior eſt, quàm in ſchola Theologica. Quamobrem premittamus, quid eſt, quòd Ariſtoteles de diſputatione ſenſerit, & dein ad noſtra agenda cōmodius veniemus. Et quidem Ariſtoteles egregia vtens methodo per motus orbium veſtigauit motorum numerum, 12. Metaphyſic. text. 44. 45. 46. & 47. Et quia quadraginta ſeptem numerat ſphæras, totidē quoq; numerauit intelligētias. At verò collatis Ariſtotelicis teſtimonijs, nō videtur hoc, quod dixim?, omninò exactam aſſequi veritatem. Namque in. 1. libro de cælo, & mundo tex. 99. clara reſonat voce, & digniſsima ſibi dixit confeſsione, extra cælum eſſe quædam

etiam immortalia, & beatam vitam agẽtia. Quæ entia non appellat intelligẽtias Aristoteles, cautè satis, vt opinor. Nam solùm vocitat intelligentias, quas deputauit agitandis orbibus. At verò hos spiritus beatos, quos extra cælum testatur Aristoteles esse, quia nulli exteriori deputãtur functioni, sed altiorem versant operationẽ, nempè contemplandi diuinitatem, ideò beatos spiritus voluit esse. Nam hæc entia aliquo digniore erant donanda nomine, quã intelligentiæ. Quippe altiori seruantur officio, nempè contemplationi diuinitatis, cui toti vacant. Et quia non facilè inuenit nomen tantæ celsitudini spirituum dignum, ideò nomine entis contentus, illos supremos cælites entia vocauit optimam vitam ducentia. Vtique optima vita fruuntur, quippe soli Deo vacant: id quod est optima vita, fontem vitæ iugiter contemplando haurire. Et. 12. Metaphysicorum; text. 50. commendat antiquitatem, tradentem, substantias quasdã separatas esse Deos: significans hæc entia separata multum participare diuinitatis. Videbitur autem alicui Aristoteles non sibi consonus fuisse. 12. Metaphysic. & 1. de cælo locis indicatis. At verò re diligentius inspecta, non sibi dissonat. Namque. 12. Metaphysic. de motoribus sermo agitur: & tradit impossibile esse excedere sphæras cælestes, aut excedi à numero motorum. Imò æqualis est numerus intelligentiarum, cum numero sphærarum motarum. At verò in. 1. de cælo substantias illas separatas, quas extra cælum dixit esse, noluit esse motores cælorum, si quidem extra cælum illas statuit esse. Porrò autem Plato præter hæc, dæmones voluit esse, qui terrenis moderandis præessent. Et re vera, etiam, submota fide, dæmones esse experientia docet ferè quotidiana. Namque arreptitij homines, vel energumeni, satis nobis sunt indicio. Isti enim loquuntur Græcè, Hebraicè, & Latinè, alioqui ignarissimi. Et prædicunt ventura multa, & loquuntur cum hominibus, & illis pandunt secreta, & docent multa, quæ naturæ non possunt ascribi, sed superiori virtuti. Vndè ex miranda hac operatione idola cœperunt coli, quia dæmones statuis infasi, oracula de occultis rebus edebant. Et apud Indos ætate nostra respõsa edebant dæmones per statuas. Aliàs nũ quam homines coluissent stupida idola, nisi adsisteret illis dæmonis afflatus. At verò dæmones secundum Platonem non erant purè substantiæ spirituales: namque aêreos illos probat Plato esse. Quamobrem nihil ad nostra attinent. Namque modò de substantiarum numero purè spiritualium sermo vertitur.

obseruat Aristotelẽ expositum de angelorum numero.

Collisio Aristotelis diluitur.

¶ Iam verò peragratis philosophorũ placitis, ad nostra concedamus & quidem diuinæ literæ excessiuum esse numerum angelorũ frequenter loquuntur. Iob. 25. Numerus, ait, militũ eius quis est? quasi dicat innumerabilis est sanctorũ angelorum cãdidata militia. Et Danielis. 7. apertus est iã indicatus locus. Et Apocalypsis, capit. 5. Erat, ait, numerus eorum millia millium. Et est sermo de angelico numero, qui thronum agni circunstabat. Et Apocalypsis. 9. Et numerus, inquit, equestris exercitus vicies millies, dena millia: id quod Hispanè dicimus [dozientos millones.] Et Dionysius libro de cælesti Hierarchia, angelicos numeros docet esse supremos, & nostros breues, & angustos excedere planè fatetur, cap. 14. Propterea tamen illos supremos esse numeros vocat, quia diuina scriptura angelis ex numeris tribuit decẽ, & centũ, & mille, qui sunt perfectissimi numeri, & extremi. Hic autem sistit diuina scriptura in doctrina angelici numeri. Et iuxta morem eius, sæpe in numero determinato, subaudit numerum indeterminatum: vt per hos numeros, quos tribuit angelicis cohortibus, nos subintelligamus innumerabiles esse angelicas turbas. At verò nostrates Theologi scrutati sunt ampliora. Nam Sanctus Thomas. 1. parte. quæst. 5. artic. 3. existimat angelorum copias numero excedere omnes creaturas corporales. Nam sicut cæli sua vastissima amplitudine excedunt omnem magnitudinem corporum inferiorum, ita angeli propter suam excellentiam spiritualem, omnem multitudinem corporalium rerũ antecellunt. Quòd si ita est, vtique innumerabilis planè est multitudo angelici exercitus. Nam si excedit numerum arenarum, atomorum, piscium, volatilium, plantarum, animalium omnium, stellarum, &c. quis poterit illorum numerum dinumerare, nisi solus Deus, qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat? Ita & numerabit multitudinem

Numeri angelici cur sint supremi.

dinem angelorum, &c. Conduxit se Thomas in hanc sententiam, quia quæ perfectiora sunt, dignum est vt sint plura. At verò neque comparatio prima firma videtur, vt colligat id quod prætendit, imò exilis videbitur fortasis alicui. Siquidem vt excellunt magnitudine, ita angeli excellũt corporalia nobilitate, at nõ probat excessum in numero.

¶ Et secundum argumentum promptam habet solutionem, si quidem dicerem facilè quæ sunt nobiliora, illa sunt pauciora, vnicus est Sol, vnica est Luna, lapilli sunt rarissimi, aurum, quod est metallorum dignissimum, rarius est, quàm metalla cætera. Et demum in vniuersum, ita reperias, siue in moribus hominum, siue in natura rerum, quæque nobiliora, esse rariora. Pauci enim sunt studiosi, rari fortes, pauci prudentes, at stultorum infinitus est numerus. Caietanus verò asserens Thomam, docet vera narrasse suum principem in partibus essentialibus vniuersi. Namque sunt plures cæli, quàm elementa. Sed quid? Sunt plures Soles, aut plures Lunæ, quam elementa? Quid? quòd etiam si receptum sit apud Astrologos, & philosophos esse plures cælos, quam elementa, non tamen apud omnes sanctos Doctores.

Numeratio gelici cui sint supremi.

Tres sunt cæli apud quosdã sanctos Doctores.

¶ Etenim apud nonnullos horum tres tantum esse cælos inuenies. Imò ipse hoc idem tandem est amplexus, tres solùm agnoscẽs cælos, aëreum, astratum (quod est illi firmamentum) & cælum tandem aqueum. Quia legerat in Paulo, raptum fuisse in tertium vsque cælum. Vnde negauit cælum empyreum. Id quod suprà temeritati dedimus dicentis, empyreum scilicet cælum negare. Quamuis tres esse cælos duntaxat Chrysostomus, Basilius, & Ambrosius persuasum habuerunt. De qua re alibi. Porrò Thomas aliquando moderatiorẽ prompsit sententiam. Nam quæst. de potentia Dei, quæst. 6. artic. 4. numerum angelorum putat excedere specierum corporalium rerum multitudinem. Et hoc verisimilius est mihi. Quamquam certum in hac re nihil habeo, nisi quòd numerus angelorum est excessiuus, quantus verò sit, aut quotus sit me latet. Est satis probabile excedere species rerum sensilium. Namq; angeli sunt Deo quamsimillimi, ideò Deũ delectatũ fuisse in creãdis pluribus angelis, consonũ videtur rationi. Tamen animæ rationales etiam sunt Deo similiores, quã sensilia, quamuis non tot creatæ sunt, aut creabũtur, quot sunt species rerũ sensibiliũ. Ita què nihil certi statuere possumus in re hac, quã Deus sibi, in arcano suæ sapiẽtiæ reseruauit. Dionysius autẽ dicens numerũ angelorũ superare numeros nostros, nõ est intelligendus, q̃ ipse asserat, superare angelicos numeros multitudinẽ omniũ sensibilium: at eò sic dixit, quò significaret plures esse angelos, quàm homines sunt, aut fuerũt, aut erunt.

Caietanus temerarius negans empyreum cælum.

Exponitur Dionysius.

¶ Distinct. 3. Disputatio. 5. Num angeli intelligũt per species concreatas.

1. Argum.

ET videbitur forsitã alicui, angelos egere speciebus concreatis, quas in principio suæ creationis Deus illis impartiuit. Etenim angeli sunt puræ substantiæ spirituales, ergo non egent corporibus ad intelligendum, neque ab illis pendent. At verò si à rebus corporalibus capiunt species, ab illis pẽderent in sua cognitione, quod improbabile videtur.

2. Argum.

¶ Secundo idem collige, si angeli accipiũt à sensibilibus speciem, ergò cum hæc species sit sensibilis, illam nũdabit angelus à sensibilitate, & transferet illam in intelligibilitatem, & ita demum angelus abstrahet à phantasmatibus species intelligibiles ad intelligendum, quapropter in angelo erit possibilis intellectus, & agens intellectus, & ita cogeris concedere esse in angelis vim phantasticam, id quod philosophorum Peripateticorum cõcessit nullus.

3. Argum.

¶ Firmabis hæc etiam. Nam est Augustinus. 2. super Genesim ad literam, capit. 8. dicens creaturas omnes prius factas fuisse in cognitione creaturæ rationalis, quam in genere suo exterius fierẽt. Et exponit quæ nã sit hæc creatura rationalis, dicẽs angelũ esse: ergo si vniuersa quæ condidit Deus prius, illa expressit in angelorum mẽtibus, quàm ederentur, necesse est confiteri has species concreatas.

Argum. in diuersum.

¶ In diuersum est, quod D. Dionysius lib. de

diuinis nominibus cap. 7. angelos, ait, ea scire quæ in terra sunt, scriptura testatur: nō ea sensu haurientes, quæ sunt sensibilia, sed propria ad Dei imaginem effictæ mentis virtute, atque natura. Ergo si per propriam vim & naturā sensibilia cognoscūt, non egent speciebus inditis.

¶ Disputatio hæc sinuosa satis est. Est nāque nobis difficile admodum angelorum scrutari sciendi modum. Quandoquidem nos ipsi nobis ipsis non satis explorati sumus, quomodò ergo exploratas facilè habebimus, tā præexcelsas, tamq; sublimes mentes? Quamobrē necesse est vt quilibet pro suo arbitratu propriam exponat sentētiam. Vndè placet mihi primum palā facere quid de quæstione Philosophi senserunt, nam hac ratione Theologica documenta clarescent vehementius. Et lego apud Themistium. 3. de anima capit. penultimo. animalia cælestia intelligere fortè hæc inferiora non per sensum, sed alia ratione. Et docens quæ nam sit hæc ratio, subdit esse causas effectorum. Itaque angeli, qui ab eo vocantur animalia rationalia, quia sunt causæ effectuum inferiorum, ideo cognoscunt inferiora. Quòd si contenderis mecum per animalia rationalia cælos esse subaudiendos, refragabor tibi. Nam ait, animalia hæc non per sensum capere notitiam inferiorum rerum, at si cæli essent, quandoquidem corporei sunt, si cognitiui essent, quid ni per sensum cognoscerent? Apud Themistium igitur angeli non per species inditas sed per naturam suam, sensilia intelligunt: nempè quia causæ sunt inferiorum. A Themistij placito non videtur abhorrēs Simplicius, qui lib. 2. de anima, commentario. 29. fatetur angelos ab intrinseco scire hæc inferiora. Et Cōmentator Auerroes disputatione. 3. soluēs 18. dubium, hoc vno interuallo existimat distare scientiam angelicam, à nostra, quia nostra causatur ab ordine rerum, à quo pendet, at verò angelica scientia, non causatur ab ordine rerum, imò contrà ordo rerum inferiorum à scientia angelica pendet. Istis ergo clarissimis philosophis in confesso fuit angelos, quos ipsi intelligentias suo more appellitant, non accipere scientiam à rebus inferioribus, neque tamē per species sibi à Deo inditas crediderunt angelos intelligere: sed potius per vim & subtilitatem propriæ naturę. Nam (vt supra commemoratum est) Angeli per seipsos intelligunt ex philosophorum dogmate, & nullum accidens excipiunt siue speciem, siue actum intelligendi. Porrò autē Theologus non potest hanc amare viam, siquidem nihil incommodi ducit, angelos excipere accidens, ideſt actum intelligendi angelicum, accidens esse, & non substantiam: hoc solum Theologus Deo adseruat, qui vnus per suam substantiam intelligit, ex nullo aduenticio factus melior, sed per semetipsum immutabiliter semper optimus.

¶ Iam verò operæ erit nostrę nostrates audire Theologos. Thomas igitur in. 1. parte q. 55. art. 2. has species innatas angelis cōcesit. Primo, quia angeli sunt supremi & excedentes oīa visibilia, ergò oportebat, vt crearētur vndecūq; pfecti. Probo cōsequētiam, nam si cęli, in exordio suæ creationis, creati sunt prorsus perfecti, cum dotibus sibi congruentibus, ideſt, cū diaphanitate, & luce, quippe qui dignissima erant corpora: angeli quoq;, dignissimi sunt spiritus, quia habuerūt à Deo id, quod necessarium erat ad suam perfectionem. At verò species inditæ sunt huiusmodi, igitur illis tum fulserunt. Facit cū eadem sentētia. Nā si angeli recipiūt species à rebus, ergo erit in angelica natura intellectus posſibilis, & intellectus agens: posſibilis sanè, quia recipit species ab obiectis: & agens, quia illas producit. Quòd si hoc nō horres cōcedere, neq; horrebis cōcedere abstractionē specierū intelligibiliū elaborari ab angelo. Quòd si neque hoc formidas, in angelo etiā esse phantasiā, nō fugies asserere: id quod falsum est. Has porrò rationes, & alias, quas S. Thom. multiplicat, Scot⁹ infirmat. q. 15. dist. 3. huius secundi lib. Sententiarū. Et ni fallor argumenta ista nō conuincunt propositum quod intendunt. Namq; dabo Thomæ angelos creatos esse perfectissimos secūdum naturam suam: quare conditi sunt cum perspicacia mentis acerrima, cum simplicitate naturæ, cum discretione personali, cum libertate arbitrij: non tamen cum speciebus inditis. Quia illis non egebant ad elaborandam rerum sensilium notitiam. Quòd si obiecēris, iam tum penderet à corpore angelus, si istis speciebus inditis orbatur, vtique non est grande incommodū, si dixeris ex notitia pendere ab obiecto angelū, nam ab obiecto & potētia paritur noti-

Philosophorū placita.

Placita philosophorū.

Theologorū placitū non cōsentit cū philosophico.

Soluūtur argumenta Thomæ.

notitia. Si ergo cognoscit angelus Petrum, aut cælum, aut terram, nunquid mirū est, si quatenus cognoscens est, pendeat à cognitis? Hoc solum Deo tribuimus, non pēdere ab obiecto creato cognito, quia omnia cognoscit in semetipso vniuersalia, & particularia: angelus verò nō item. Et age, fac angelū habere notitiā intuitiuā Petri, nū hæc intuitiua pendet à præsentia reali Petri, an non? Si non pendet, igitur poterit Angelus gaudere notitia intuitiua rei sine præsentia rei, id q̄ solius Dei est. Sin verò eget præsentia reali Petri, vt reuera eget, pendet ergo notitia intuitiua etiamnū angelica à re exteriori. Postremo argumēto Bonauētura in quæst. 1. art. 4. huius dist. 3. intrepidè fatetur in angelo esse intellectum posibilem, & agentem, quamuis non sunt perinde in nobis, atque in angelis. Vtique est posibilis intellectus in angelo, quippe mens angelica non est purus actus: ergo habet secum immixtam potentiam pasiuam: est præter hæc agens, quia angelica mens potentior est ad præstandas functiones intelligendi, quam mens humana. Quare quod habet intellectus posibilis alligatus sensibus, multò purius habet angelicus intellectus ab onere sensuum liber: & quod agens noster habet intellectus, ergastulo corporeo immersus, habebit angelicus vincula carnis nesciens. Ideò & poterit angelus abstrahere species à sensibilibus, & abstractas retinere, & multo defæcatiores has abstrahet species, quàm humanus intellectus, qui in hac elaboratione specierum intelligibilium sæpè deficit. Neq; Scotus ab hoc discrepat placito: siquidē quod nobilitatis est in nostro intellectu, tribuendum est angelico, at verò excoquere species intelligibiles, & repurgare à phantasmatum inuolucris, est nobilitatis nostri intellectus, hac ergo eadem dote angelus quid ni gaudebit? Et Albertus Magnus in distinct. hac non dedignatur posibilem intellectum angelis tribuere, quatenus est potentia receptiua specierum. Quòd si potentiam receptiuam angelis Albertus donat, cur nō donabit & actiuā, intelligentēq; vim, quam vocamus agentē intellectū? Lege. q. 5. de. 4. coæquæuis. art. 11. Itaq; isti duo consentiunt autores, non esse intellectum agentem, & posibilem in angelis instar nostri: nam in nobis habent ordinē ad phantasmata, at in angelis non sunt phantasmata. At sublimiori modo extare in angelis Bonauentura concedit, & Albertus Magnus non negat, & Scotus subscripsit vtrique. Porrò autem audio te obloquentem istis. Forsitan enim tecum agis, fieri non posse transitum ab extremo in extremum nisi per medium, docente Aristotele. 5. Physic. & 10. Metaphysic. At verò inter sensibile obiectū, & intelligibile est mediū obiectū, quod imaginabile est, ergo si intellectus angelicus haurit cognitionem ab obiecto sensibili, necessariò eius cognitio deducenda erit per obiectum imaginabile, vt ita demum capiat obiectum intelligibile, quod in ipso imaginabili repræsentatur. At verò hoc est falsum, nam intellectus angelicus non cōtemplatur intelligibilia in phantasmatibus, ergo si non habet phantasmata quæ sunt obiecta imaginabilia, non capit etiam notionem à sensilibus. Porrò hoc argumentum dilues facilè si dixeris Aristotelem intellexisse sermonem suum, non in omnibus motibus. Namque locali motui hoc tribuendum est necessariò, vt sit ab extremo in extremum intercedente motu per medium, at in alijs motibus non esse necessarium, promptum habebis, si consideras pilum fieri ex nigro album quando incanescit, non tamen ex medio, nam non fit primò pallidus, aut rubeus, aut viridis. Quid? quòd motus animi, non sunt propriè motus, neq; cognitio est propriè motus? vt obseruare sit necesse Peripateticū hoc documentū, quod de proprio motu est subaudiendū. Et re vera ego possum intelligere extrema sine medij cognitione, vt Orientalem plagā, & Occidentalem, non considerando Australem. Et sæpè quæ aguntur in remotis locis cōsideramus, non aduertētes quæ in propinquis locis gerātur. Adde etiam istis, admisso fundamento, dixerim tibi ita esse, in cognitione nostra, quæ ortum habet à sensu: at angelica cognitio, quæ non habet ortum à sensu, non seruat hunc ordinem, vt sensibile fiat intelligibile per medium phātasma: ideò angeli possunt intelligere sensibilia sine aliquo medio obiecto imaginabili: vt visus cernit visibile, & nō per medium aliud cognitū. At verò etiā si angelus nō format phātasmata, at nouit egregiè id sit phātasma, à quo pēdet intellectualis hominū notitia. Porrò autē forsitā rursum aliquis occinet mihi illud ex Thoma argumentum:

Theologorū placitū non cōsentit cū philosophico.

Agens Intellectus & posibilis sunt in angelis dignio quā in nobis.

Soluūtur argumenta Thomæ.

Tho. argumentum.

Aristotelis locus expositus.

Cognitio non est proprie motus.

Modus perficiēdi cōsequius est ad modū essendi.

modus perficiendi, cōsequius est ad modū essendi. Etenim formam, quæ habet esse in corpore, etiā perficitur ex corpore: vt anima rationalis, quæ habet esse in humano corpore, ex eodem suam nanciscitur perfectionem. Aliàs temerè esset copulāda corpori, si posset sine corporis præsidio, perficere seipsam & absoluere. Iam verò angeli sunt formæ separatæ à corpore, ergo non perficiūtur ex corpore. Vndè cōfectum iri putat Thomas, angelos non haurire notiones à corporibus. Quare necessarias existimat species illis fuisse inditas, ex quibus assequantur rerum sensibilium notiones.

Argumentū Thomæ solvitur.

Cæterum hoc argumentum, si quicquam probat, solum est de notione sensiliùm, at verò sunt pleraq; alia multa quæ non sunt sensibilia. Et quid? num Deū etiam non possunt angeli cognoscere nisi per species concreatas? Vtique argumentum hoc nō colligit. Siquidem dignum est angelicas mentes perfici à præstantissimo obiecto, hoc est Deo: itemq; neque de mutua angelorum cognitione colligit argumentum, neque angelos probat animas rationales non posse cognoscere nisi per specierum inditarum præsidia. Namque hæc dubio procul spiritualia sunt, & possunt perficere angelicas mētes, quatenus obiecta sunt angelicæ notionis.

Exponitur maxima Thomæ.

At verò neque quod prætendit argumentum probat. Namque si fateamur formas perfici secūdum modū priè existentiæ, & fateamur etiam animam rationalē ex eo perfici à corpore, quia est in corpore, fatebimur consequenter, angelos non perfici à corpore ea ratione, qua animæ rationales. Siquidem istæ perficiūtur à corpore quia omnes suas functiones administrant in corpore. Nam sensorias per organa corporea exercet, vt vegetales: at intelligendi actionem necessario administrat per phantasmata tantisperdū est in corpore. At verò angelus sine adiutorio phantasmatis intelligit sensilia. Et, vt semel dicā, anima rationalis perficitur à corpore, sed non sine corpore: at angelus etiā si perficiatur à corpore, vt est obiectū angelicæ cognitionis, at perficitur sine corpore. Et hanc rationem si obserues, videbis etiā admissa maxima Thomæ, argumentū nō colligere quod desiderat. Do enim modū perficiendi cōsequiū esse ad modū essendi, qua propter quia angelus est substātia separata, ideo separatū quoq; habet modū intelligendi. Etenim intelligit sine corpore, & hoc solum argumētum cōuincere potest, non tamen quod non potest perfici ab obiecto corporeo. Dissertā iam sententia D. Thomæ, aduertere oportebit hanc sententiam fouisse etiā Bonauēturam loco pridē indicato, quamuis propter alias rationes, quas Thomas non cōpegit. Et ante hos Albertus Magnus lib. de quatuor coequeuis. q. 5. ar. 12. Porrò Henricus Gādensis, quod lib. 5. q. 14. aliā viam est adorsus. Negat em̄ species intelligibiles, siue humanas, siue angelicas. Et hoc probat indicans Aristotelē 2. Ethic. cap. 5. dicentē in anima esse tantū tria, habitum, potentiam, & affectum: at verò species non sunt potentia. Nam potētia est natiua, at species ex proprio marte cōparantur habētis. Neq; sunt habitus. Etem̄ habitus parat sibi potentia ex suo studio, at species nō ex studio parantur potentiæ habentis, sed ex obiecto. Rursum, species sunt in visu, auditu, &c. at hæ potētiæ sensoriæ non cōsueuescunt. 2. Ethicorum. Rursum habitus cōciliantur habentibus ex multis repetitis actibus, at species ex vnica impressione insculpuntur in intellectu. Adhæc, citat etiam Auicennam in comment. ad lib. de anima, tradentē, cessante actu intelligendi, cessare intelligibile, at verò si species affirmas intelligibiles, etiamnū cessante actu intelligēdi, nō cessabit intelligibile. Quippe superstites sunt species intelligibiles. Demum si species intelligibiles apud se cōditas habet intellectus, nō necesse est intelligentem phantasmata speculari: quia iā intelligibilia habet mēs humana apud se elaborata. Henricus porrò quanuis has adseruari in intellectu species neget, tamen censet species intelligibiles esse ipsum esse obiectiuum vniuersale, quod in phantasmate mentis agentis industria claresci. Vt enim in Petro cōtinetur homo, ita in phantasmate Petri resplendet homo per illustrationē agentis intellectus. Et homo vniuersalis sic resplēdens in phātasmate Henricus existimat esse speciē intelligibilē, quæ habet solūmodo esse obiectiuū in intellectu: aut ex presiuū, vt ipse vocat. Addit tamē species sensiles esse fatēdas. Nam sensus, est potētia magis materialis, & nō est abstractorius, vt intellectus. Vndè quæstionē propositā absoluit, dicēs, angelos nō habere species infusas sibi connaturales, seu congenitas.

Henricipla citū de speciebus.

Hoc sanè dogma consequitur ad prefatam doctrinā

Hēricus negat species concreatas.

doctrinam de speciebus intelligibilibus. Et rursum quia si istarum compotes sunt angeli, aut intelligunt ex æquo per illas, aut non ex æquo: quòd si æqualiter repræsentant, ergo angelus intelligit omnia simul, & in actu, quod falsum est: si non ex æquo discrimen donetur, cur magis istæ, quam illę angelo repræsentatoriæ sunt? Adhæc aut istæ species sunt finitæ, aut infinitæ: non secundum, igitur primum. Quòd si finitæ, ergò si mundus æterno duraret, per illas non possent angeli cognoscere infinita in posterum à Deo producenda, & si ali quod nouum Deus modò produceret, hoc est nouam rei speciem, hanc etiam nō possent angeli cognoscere: quia specie congenita illi correspondente orbati sunt: quod si hanc nouam speciem citra speciei congenitæ operam angeli cognoscere valent, alias res quid ni etiam sine ope speciei? Durando etiam quæst. 4. huius distinct. arrisit Henricus. Nam etiam negat species has intelligibiles: credens illas superuacaneas esse. Etenim satis est intellectui, vt intelligat obiecti copia. Et induxit in animum suum hanc sentētiam, quia quodlibet agens naturale conditum est cum plenaria facultate ad suum opus edendum, q vt edat non habet opus facto vt extrinseca facultas de foris adueniat, sed ipsum, nisi impediatur aliunde, potens est producere suum effectum. Vt, verbi causa, ignis plenam habet facultatem comburendi si adsit combustibile, modo ab extrinseco non impediatur. Quapropter intellectus plenariam quoque obtinuit facultatem à Deo ad intelligendū, absque eo quod forinsecùs accedant species: sed satis illi erit, si obiectum illi adsit. Et hoc argumentum si vires habet, omnes species euertit, ita intelligibiles, vt sensorias. Porrò quod postremò infert Henricus, habitus quosdam esse in intellectu, non repræsentatorios, sed inclinatorios ad intelligendum: & in voluntate alios esse ad volendum. Vnde Okam incitamentum arripuit, vt, negatis speciebus, habitus illis subrogaderit, vt fuso sermone legere poteris apud suum alumnum Gabrielem in. 3. dist. huius. 2. quæst. 2. Cæterum si species sint concedendæ necne, instituti Physici est. Et arbitror nō sapere Aristotelem dogma hoc euertēs species. Nam lego. 3. de anima, tex. 38. lapidem nō esse in anima, sed speciē lapidis. Et subdit.

Henrici placitū de speciebus.

Vt manus, est organum organorum, ita intellectus est species specierum: nempe intelligibilium. Vocatur autem species specierum, quia est formator illarum. Ita quoque sensus est species specierum sensilium ex eadē causa. Et propterea dixerat in tex. 37. 3. de anima intellectū esse quasi omnia: quia in semetipso omnium rerum similitudines gerit. Quamuis locus hic rem hanc non absoluit. Nam Henricus diceret species sanè esse, at non impressas menti, sed tantum expressas in obiecto, vt ad mentem eius dudum dicebam. Porrò de re hac sub hæc erit aptior disputatio. Iam verò postquam accepistis tot autorū placita, non abre à me exigetis, vt, quid sentiam de quæstione hac, expromā. Atverò multa me retrahunt, ne hoc præstem, & rei huius arduitas, & tot tamque celebrium autorum nimia varietas. Cæterum vt vestros animos absoluam, primam accipite conclusionem: Nulla est necessitas, quæ cogat nos asserere, species congenitas in angelis esse ad intelligendum res sensibiles. Hanc, haud dubium, concedes, si aspicis argumenta, quæ has species fouebant, enervia fuisse: vt præscripta te docebunt. Præter hæc, non implicat, angelum intelligere posse sine specie concreata. Aut qui cōtendit, explicet hanc implicationem: imò rē vera consonum videtur rationi si angelus esset sine specie congenita, & adesset obiectum præsens, quod illud intelligeret. Et miratū esset dignissimum, intellectum humanum posse intelligere Petrum præsentem, & angelū, submota ab eo specie, non posse. Et quis credat angelū motorem cæli, cælum nō cognoscere posse, quod mouet, si specie cōgenita esset orbatus? Et demū scitè Ioānes Maior. q. 4. 3. dist. huius. 2. dixit, nullum argumentum cōuincere, has species concreatas. Imò quod istis accedat, locum reperias nullum qui hoc euidenter conuincat. Namq; ille D. Dionysij locus 7. cap. de diuinis nominibus, qui sic habet: Ex ea (subaudi ex diuina sapientia) intelligibiles angelicorum spirituum, intellectuales q; virtutes, simplices, & beatas intelligētias habent, non in diuisibilibus, aut à diuisibilibus, siue sensibus, siue verbis latioribus diuinā colligētes scientiā. Qui locus præsefert, angelos nō accipere sciētiā à sensibilib⁹. At verò re exactè expēsa, locus hic colligit nihil, imò si oculatè dispicis, ipse est sui

Decisio quæstiōis ex autoris sententia.

1. Cōclusio

Nullus locus probat species cōgenitas.

terpres. Loquitur namq; de diuina scientia, non de naturali angelorum scientia, de qua noster vertitur sermo. Hoc est de scientia, quã habent angeli de diuinis mysterijs, quæ Deus illis reuelat. Et hæc vtiq; scientia diuina, ex reuelatione paratur. Et quia est de arcanis diuinitatis, ideo à Dionysio simplex & beata intelligẽtia nũcupatur. Et cõsonus sibi est Dionysius, docẽs, angelos supremos purgare, & perficere, &c. medios, & infimos: id q̃ de arcanis diuinitatis intelligendũ est, nõ de naturalibus causis, aut effectis. Quãobrem si angeli hæc discũt ab alijs angelis, nõ habẽt de istis cõgenitas species. Nã si ad hæc callenda essent cõgenitæ species, nõ discerẽt inferiores à superioribꝰ. Quid? q̃ sacramenta humanę redẽptionis Paulus docet ad Ephesios. 3. angelis nota fuisse per ecclesiã? illã primitiuã intellige: etiã docẽte glossa eiusdẽ loci. Neq; alius locus Dionysij in eodẽ capitulo eiusdẽ libri sat est vt cõuincat hanc assertionẽ specierũ cõcreatarũ. Ait enim, angelos, ea scire quæ in terrã sunt, nõ ea sensu hauriẽtes, quę qui dẽ sunt sensibilia, sed ꝓpria ad Dei imaginẽ effictæ mẽtis, virtute atq; natura. Qui locus Alberto, loco indicato, psuasit has species inditas fuisse angelis: & immeritò. Nã potius cõtrariũ suadet. Ait enim angelos cognoscere sensibilia nõ per sensum, sed per propriã naturã effictã ad Dei imaginẽ. Id est p ꝓpriã naturã intellectiuã, id q̃ species cõgenitas, magis negat, q̃ affirmet. Nã species cõgenitæ, nõ effictæ sunt à Deo (si admittãtur) ad imaginẽ Dei, sed potius similitudines sunt rerũ naturaliũ. Porrò natura angelica est quę Deo est quãsimillima, per quã ait Dionysius angelos cognoscere sensibilia, & nõ per sensum. Significãs hoc sermone per perspicaciã propriæ mẽtis angelos intelligere: vt nemo credat, angelos esse corporeos, & animales habere sensus, q̃bus egeant ad intelligendũ sensibilia. Præter hæc, neq; locus alter ex libro de causis propositione. 9. cõuincens est. Dixit nãq; autor ille, intelligentias esse plenas formis. Nam non ait esse plenas formis, à Deo inditis. Namq; possunt plenitudinẽ habere angeli specierũ, ex efficacia propriæ naturæ, quæ maximè intellectiua. Imò locus Augustini. 12. de Trinitate capit. 7. diuersum monet, has scilicet species non esse angelis cõgenitas. Docet enim vniuersas creaturas ita spirituales, vt corporales, affici ex corporibus: Deus solus est qui non afficitur. Igitur angeli possunt à corporibus scientiam haurire.

Dionysius exponitur.

Locus Dionysij exponitur.

¶ Secũda sit cõclusio: Probabile duco, angelos istis cõgenitis specieb⁹ nõ esse à Deo præditos, quando Deus illos creauit. Hæc patet ex prima. Namq; si nulla ratio cogit, nullusq; locus sacer, aut sanctorũ Doctorũ vrget, vt affirmemus has species Deum angelis indidisse, probabile est, illas angelos non habere. Vnde iam etiam non abhorrere à veritate putabis, angelos, vt sunt cognoscentes sensilia, à sensilibus moueri: & ab illis dependere. Etenim non possum dubitare, angelos amare sensibilia, vt electos homines amant, imò omnes homines amant: quòd si amant, vtiq; ad amandum mouẽtur ab ipso obiecto exteriori, puta, à Petro, vel Paulo. Quòd si in amãdo pendẽt ab obiecto sensili, cur non in cognoscendo? Siquidem tam angelica est & tam spiritualis est amandi actio, quàm intelligendi. Et rursum etiam si notitia abstractiua angelinon pẽdeat ab obiecto sensibili, quia à sua specie mouetur angelus ad illam concinnandam, notitiam intuitiuam, non video quomodo non hauriant angeli ab obiecto exteriori, & ab hoc non moueantur ad intelligendum intuitiuè. Clamante Augustino lib. 11. de Trinitat. cap. 2. ab obiecto & potẽtia paritur notitia. Sola Dei notitia est, quæ non mouetur ab obiecto exteriori: neq; ab illo pendet. Quia Dei notitia est ipsa diuinitas, at diuinitas nõ potest pẽdere à creatura: at verò angeli notitia non est angelus, idcircò etsi angelica natura nõ sit pendens à sensilibus, at notitia rerum sensilium, & amor earundem cur non pendebit? non mihi patet. Namq; etiam si in cognoscendis & amandis istis pendeat, at in cognoscendo seipsum angelus non pendet à sensilibus, neq; in cognoscendis spiritualibus. Nos verò in cognoscendis omnibus pendemus à sensilibus, quia necesse est intelligentẽ phãtasmata speculari. Quibus accedat, ãgelos vt se visibiles reddãt nobis, corpora sibi affingere, à quibus sanè vt sint visibiles nobis, pendẽt, quia sine illis se visibiles nris conspectibus exhibere nequeũt: simili modo vt cognoscãt sensilia, q̃ ab illis pẽdeãt, cur mirabimur? At ais, quid? ergo ꝓficientur à sensilibus, si ab illis mouẽtur? at quantulũ tu duces hoc? vtiq; minimi. Siquidẽ substãtia perficitur ab accidẽte, at verò longè

2. Cõclusio

longè inferius est accidens, quàm substantia, nihilominus illam nobilitat. Et maior latiorque multo est distantia inter substantiam, & accidens, quàm inter substantiam angelicam, & substantiam sensibilē. Quod si accidens non obsistente latitudine distantiæ perficit substantiam, magnū ne est si angelus, vt intelligens est sensilia, perficiatur à sensilibus? vtique angeli discentes sacramenta nostræ redemptionis ab Apostolis, & discipulis Domini, ab eis sunt perfecti in notione diuinorum: at Apostoli sensibiles erant creaturæ. Cur igitur horrebimus etiam concedere in notione naturalium perfici angelos ab obiectis naturalibus? Porrò autem hanc rem si accuratius exploratam habere cupis, scito Aristotelem dixisse. 2. de anima substātias sensiles esse per accidēs sensiles, at per se esse intelligibiles, vt substātia bouis per se se intelligibilis est. Ex quo tu mecū considera angelū nō perfici ex sensilibus substantijs, quando eas intelligit, vt sunt sensiles, nisi per accidens. Namque ex eis perficitur vt sunt per se intelligibiles. Imò & accidentium essentiæ per accidens sunt sensiles: & per se intelligibiles sunt. Vides ne vt angelus per se perficitur ab intelligibilibus, & non à sensilibus? At vero hoc concedere, nihil incommodi esse duces: nam quale incommodum est obsecro substantias intellectuales perfici à substantijs intelligibilibus per se, per accidens autem à sensilibus?

Hęc sedulò obserua.

Angeli perficiuntur à sensilibus, vt sunt intelligibilia.

¶ Tertia conclusio: Angeli habuerūt sciētiam rerum naturalium in primordio rerū conditarum, non per hac species congenitas, sed per essentiam suam, quę est illis ratio cognoscendi, quidquid cognoscūt: nō tamen perfecta ratio, vt est diuina essentia, quę Deo est absolutissima ratio cognoscendi omnia, vt dixit Thomas. q. de veritate. q. 8. art. 14. ad sextum: & ideo asseruit angelum egere formis superadditis, vt perfectam haberet rerum notitiam, id quod diximus nos non probari argumentis necessarijs, nisi tantum probabilibus. Imò dicimus, angelos (quippequi sunt spiritus cælestes) egregiè calluisse simul atque conditi fuerunt cælorum naturas, stellarum aspectus, astrorum coniūctiones, & oppositiones, elementorum varias mistiones, quæ ex cæli motu celebrantur. Quapropter hæc ex subtilitate naturæ intimè & veraciter scientes, etiam naturas rerum inferiorum optimè exploratas habuerunt. Namque inferiora (docēte Ptolemæo) subduntur superioribus. Nā vultus terrenos omnes pendere à vultibus cælestibus affirmāt. Et Aristotelis vulgatū est illud, quod libro Meteororū memorię prodidit: Mundum hunc inferiorem contiguum esse lationibus superioribus, vt inde virtus tota mundi inferioris, à cælis gubernetur. Quā obrem clarissimè scientes angeli causas rerum naturalium, per causas has limpidissimè nouerunt naturas omnes sensibiles, harum virtutes, & operationes, generationesque & corruptiones. Et ad hæc, species non sunt necessariæ: sed sat est mentis angelicæ sublimitas, & natura intellectilis celsitudo. Et equidem versantes cælestia, illa egregiè calluerunt statim à cōditione sua. Et quantum ad cognitionem istam scientificam rerum naturalium, omnes angeli nō differunt quo ad obiecta scita, quia tot naturalia sciuntur ab infimis, vt à supremis. Est tamen discrepantia in modo sciendi. Quippe quo superiores sunt, limpidiùs naturas rerum cernunt. Thomas putat angelorum scientiam differentem esse specie. Itaque scientia Michaelis, & Raphaelis differunt specie. Et hoc consonum est doctrinæ suæ. Namque, eodem autore, vt suprà diximus, nullus angelus est eiusdē speciei cum altero angelo, ergo specie cum inuicem differāt, intellectus vnius angeli ab altero angelico intellectu specie differt. Et rursum, species innatę superioris angeli, erunt perfectiores ex specie sua, quam species alterius angeli, vt species angelicæ si conferantur cum speciebus humanis intelligibilibus specie differunt. At verò (vt dicebamus) hæc cohærentia sunt Thomisticis documentis, qui verò non credit, angelos discrepare specie, neque credit, has species innatas, hæc Thomę placita in cōfesso non habebit.

Tertia conclusio.

Cur angeli habent formas superadditas ex Thoma.

Angeli quó modo cognouerunt omnia naturalia simul atque conditi sunt.

Quo ad scibilia naturalia omnes angeli ę-quales.

¶ Quarta conclusio: Ad cognoscendum voluntaria nostra & animi nostri conceptus, vt à voluntate pendent, angeli egent motione exterioris, sensilisque obiecti. Hanc probabis ex Augustino in libro de dæmonum diuinatione, quo loco tradit dæmones latere cogitatus animi nostri, quos vt exploratos habeant, egere signis externis ex quibus illos cōiectēt. Et quod ipse de dæmonibus testatur, de omnibus

Quarta cō clusio.

Dęmones ab obiectis externis mouētur & perficiunt suam cognitionem.

angelis etiam beatis intellectū voluit, quia omnes sunt angeli. Nisi quòd angeli beati plura vident in verbo, quæ dæmones assequi nequeunt. Iam ergo si hoc ita commemorat Augustinus, cur difficile ducemus, angelos moueri ex obiecto sensibili? Quandoquidem vt coniectent arcana nostræ mentis à sensilibus mouentur. Neque te conturbet, Augustinum dixisse libro de Genesi ad literam, de paruis, capite 9. substantias spirituales, non pati posse à corporalibus. Etenim moueri ad cognitionē non est pati, sed perfici. Quid? quòd si fixum apud nos esset, Augustinū credidisse angelos esse corporeos, vt verba eiusdem præseferunt, quantulum esset mihi fidem habere, angelos videlicet moueri à sensilibus?

Quinta cōclusio.

¶ Quinta conclusio. Angeli, vt intelligāt naturalia, siue humana, ex distātia loci forsitan nō impediuntur. Sed quæuis, & quālibet remotissima cognoscunt. Hæc conclusio non est omnino patens, neque confessa ab omnibus. Namque ad Thomę principia consequia est, quibus sublatis, dubia est satis. Siquidem vt non semel traditum est ex Thoma, angeli potiuntur speciebus inditis in principio suæ creationis, quibus suffulta angelica mens, habet vniuersalem cognitionem omnium, quanquam non in vniuersali, sed distinctam cognitionem & exactissimā habēt notionem. Non enim species istæ apud Thomam, & Albertum dicuntur vniuersales, quia confusaneæ sunt: sed quia ad omnia extenduntur repręsentanda. Et iuxta hoc decretum, distantia, aut remotio loci, non potest remorari angelum, quo minus intelligat. Quippe non à re mouetur angelus, sed ex sua specie rem intelligit. Habes hæc apud Thomam. 1. part. quęst. 55. artic. 3. ad. 3. & quæst. 57. art. 3. ad. 4: Quanquam distantia secundum tempus vt futura in seipsis impedimento est angelis, ne intelligant. Quippe futura non habent esse nisi in causis suis, ideo non possunt perfectè haberi, donec extent. Et est sermo de cognitione futurorum nō necessariorum, sed eorum quę in pluribus contingunt. Nam futura necessaria scit angelus, vt Solis atq; lunę deliquia: futura verò quę in pluribus accidūt, aut rarēter cōtingentia ex coniectu angeli sciunt: at cōtingentia futura in seipsis latent angelos, secūdum naturalē cognitionē subaudi semper.

Angeli nō impediuntur in cognitione ex distantia loci.

Species innatæ cur non confusaneæ sed vniuersales

Porro autem Bonauentura in distinct. hac. 3. q. 1. art. 4. asserit, angelos non ad quamcunq; distantiam posse intelligere. Vnde dæmones, qui tenebras inferi versant, non intelligunt quę apud nos gerantur. Itidē fatetur de sanctis angelis. Aliàs enim quorsum mitterentur à Deo, si ex distantia qualibet possent res cognoscere? Et rursum angelica virtus intellectilis finita est, ideo ex certa distantia, atq; limitata intelliget. Et approximationem ad obiectum secundū merita suæ naturæ exiget. Itaq; etiā si sanctus hic testetur species innatas esse: at verò nimiam distantiam obiecti obstare angelo intelligenti fatetur. Ego verò si me rogitas, quid est, quod decernō in re ista, arbitror, angelos, quantum ad notitiam scientificam, quam habent de rebus naturalibus, distantia non impediri. Quandoquidem hæc necessariorum est, quę in intellectu angelico habent esse obiectiuum, ideo quę ex distantia qualibet non impediūtur huiusmodi scientiæ angelicę. Ideo habent scientiā plantarum, auiū, piscium, &c. quātumlibet hęc remotissima sint ab angelo. At verò contingentium rerum notionem existimo ex nimia distantia impediri posse: quoniam ad hęc cauenda necesse est vt moueantur angelicæ mentes ex obiecto. Vt si velit scire hominis huius, vel illius opera bona, aut mala, ex ipsis operibus mouebitur, vt sciat quæ non ad infinitam distantiam habere poterit, sed ad certam, atque limitatam. Vnde Bonauentura: Ad cōtingentium notitiam necesse est (ait) vt angelicus aspectus dirigatur super obiectū, & species, quas gerit vniuersales, applicet rebus contingentibus quando extant: at verò hæc applicatio, atq; directio exigit approximationem virtutis angelicę ad obiectum præsens. Et fortasis iuxta hanc (quam extulimus rationem) cōciliare hos autores non est operosum. Neque aliud puto significare verba illa Genes. 11. Descendit Dominus, vt videret ciuitatē, & turrim quā ędificabāt filij Adam. Quid est, q descēdit dns? vtiq; quia angelus descendit: sed cur descēdit? nempe vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij Adam. Ergo necessaria est approximatio angelorum ad res ipsas quæ fiunt à nobis, vt ipsi illas videant, & experiantur. Igitur nō sat est angelis habere species congenitas, vt con-

Bonauentura discors est à Thoma.

Autoris decretum cōcilians Sanctū Thomā & S. Bonauenturam.

Loci sacri oppidò notandi.

contingentia sciant. Et rursum in Genesi cap. 18. Descēdam, ait, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Qui locus idem colligit, quod prior colligebat. At verò angelos hos fuisse vindices superbiæ Babylonicæ & immunditiæ Sodomiticæ, ipsa textꝰ series apertè demonstrat, vt alibi differendum erit. De animabus autem separatis si quis quærat an etiam distantia certa indigeant, vt res contingentes discant, Augustinus in libro de cura pro mortuis agenda, non obscurè docet, ex relatione dæmonum, aut sanctorum angelorum, nostra discere separatas animas, quæ nondum beatitudine potitę sunt. Et Gregorius fatetur, ex relatu Ioannis Baptistæ, animas sanctorum patrum, quas limbus exceperat, didicisse Christi aduentum. Quæ omnia indicant ex nimia distantia illas impediri quo minus nostra in prospectu habeat. Quamuis S. Thomas sibi hærens, propter species congenitas, quas mordicus asserit, & tenet huic placito non hærebit. At de animabus tractatus est alius, & locū sibi proprium habet, quartum scilicet sententiarum librum: ad quē si, Christo auspice, peruentum aliquandò fuerit, disputandi de animarum conditione separatarum opportuna erit occasio: interim tamen non te moretur quod apud Lucam legis Epulonis illius animam cognouisse animam Abrahæ, tametsi immensum chaos intercedere fateatur. Namque chaos istud, non ad distantiam infinitā loci est referendum, sed ad impossibilitatem perueniendi ad limbum sanctorum Patrū animas carceribus infernalibus detentas. Et fortassis proportionata erat distantia inter animam Epulonis illius, & Abrahæ, & Lazari, per quam se inuicem poterant cognoscere. De quibus alibi.

Bonauentura discors est à Thoma.

Animę separatæ ex distantia impediuntur ne cōtingētia cognoscit.

Autoris decretum cōcilians Sanctū Thomā & S. Bonauenturam.

Locus Lucæ exponitur.

¶ Sextam iam accipe conclusionem: In angelis suo modo est intellectꝰ agens, & possibilis. Hęc conclusio ex prędscripto iam insinuata est sermone. Cui refragatur Thomas in 1. parte q. 54. art. 4. Etenim sibi consentiens negatis speciebus à rebus acceptis, vidit intellectum possibilem non esse necessarium in angelis, qui huic muneri deputatur, vt ex rebus suscipiat species: sublato autem intellectu possibili, agens nō est necessarius, nam hic species format intelligibiles. At angelus inditas habet species vniuersales, Deo illas formāte. Quamuis Thomas in hoc 2. Sēt. dist. 3. quæst. 3. art. 4. ad 4. fatetur intellectum agētem angeli sufficere ad distinctam rerum notionem, non autem intellectum nostrum agentem. Et in 2. Sentent. distinct. 3. quęst. art. 6. in corpore, tradit angelos habere intellectum possibilem vt excipiant diuinas reuelationes: at verò ad suscipiendum species à rebus inferioribus negat in angelis possibilem intellectum: nos verò & relati ad diuina, & ad inferiora, possibili intellectu gaudemus. Scotus verò distinct. 3. 2. Sentent. quæst. postrema, vtrunque intellectum concedit angelis, & possibilem, & agentem. Imò existimat, admissis speciebus concreatis, nihilominus vtroque intellectu potiri angelos. Namque anima Christi ab exordio suæ creationis illis speciebus concreatis gloriosissimè fuit imbuta: & habuit vtrumque intellectum, & possibilem, & agentem: cui fauet etiam, quod Adam has itidem habuit. Siquidē fuit plenus scientia infusa rerum omnium naturalium, vt locus ille colligit Genes. 2. Adduxit, ait, ea ad Adam, vt videret, quid vocaret ea: & quod vocauit Adam, animę viuētis, ipsum est nomen eius. Habuit ergò Adam species cōgenitas rerum naturalium, siquidem imposuit nomen rebus creatis à Deo, saltem viuentibus omnibus, vt scriptura expresit, at sub istis vt sub præcipuis, cætera comprehendere nemo vetat. Nihilominus habuit geminum huncintellectum, & possibilem, & agentem. Et tu mecum obserua locum hunc. Etenim si oculatè dispexeris, videbis Adam etiam refertum speciebus congenitis rerum naturalium, habuisse tamē in prospectu res naturales, vt illis imponeret nomina. Siquidem ad notitiam singularem intuitiuā rerum naturalium, non sat sunt species concreatæ (vt sæpè aiebamus) quin necessaria est rerum prędsentia & approximatio, vt ab illis moueatur intellectus. Alia si voles discere, quæ Scoticum spirant placitum, apud ipsum legere poteris. Expenso tamen hoc, cum cæteris, quæ ex Genesi protulimus, locis, videbis angelos non solum mitti propter operationem, vt Thomas cē suit. 1. part. quæst. 55. art. 3. ad. 3. quin etiā mittuntur propter cognitionem contingentium. Ait enim: Descendam, vt videā: vt iam indicatum est. Cæterum quantum attinet ad nostram, quam præscripsimus, conclu-

Sexta conclusio.

Loci sacri oppidò notandi.

Agens intellectus & possibilis in angelis.

Habuit Adā species congenitas.

Differitur Thomas.

conclusionem, dixerim in angelis esse intellectum agentem, & possibilem, etiam si non ad censuram Philosophicam. Etenim vt prædiximus angeli suscipiunt species intelligibiles à rebus, igitur habent intellectum in potentia susceptiua specierum intelligibilium, & rursum, habent intellectum agentem intellectionem. Et quanquam speciebus (si hoc demus) fruantur concreatis, nihilominus fuerunt in potentia passiua ad has suscipiendas. Quid? quòd etiamsi in scientia rerum vniuersalium sint in actu, & non proficiāt, at in cognitione rerum contingentiū non semper sunt in actu, imo nonnunquam in potentia reducibili in actum. Igitur si possunt reduci ex potentia cognoscendi in actum, & proficere possunt in cognitione, iuxta hanc rationem, quid obstabit quominus habeant vtrunque intellectum? Neque enim aliunde scrutinium gemini intellectus ortum accepit, nisi ex hac, quā protulimus, consideratione. Et hoc absolutius est argumentum, quàm Scoticum. Nam quod de Christo intulit contra Thomam soluitur facilè, quippè Thomas non de miraculo agebat, quale confitemur in Christo, aut in Adamo: sed de rerū natura. Ideo que secundum naturā rei existimauit species concreatas depellere geminum intellectum. Et equidem etsi fatear in angelis hunc adesse geminum intellectum, nō tamen adest ad eam normam, secūdum quā Philosophi Peripatetici sunt confessi. Nāque est in nobis vt sua irradiatione (vt ita loquar) illustret phantasmata: & intelligibile in potentia, reddat in actum. At in angelis non sunt phantasmata, quæ illustrentur, quia eorum cognitio non exoritur à sensu, vt nostra. Quare per intellectionē angelicam sine vlla illustratione horū phātasmatum fit intelligibile actu, quod ante angelicam operationem, erat in potentia. Et fortasis hoc voluit Thomas, cui sic volenti ego hauddubiè subscribo. Imò fortasis varia placita hoc expenso sermone nostro, redigentur in concordiam.

Angeli in cognitione rerum cōtingentium possunt proficere.

Asseritur Thomas ab Scoto.

Concordia autorū ex varijs placitis.

¶ Obserua autem angelum etiam abstrahere species intelligibiles, non sanè à phātasmate, sed ab appendicijs materiæ, hoc est, ab hinc, & nunc, & id genus alijs. Nāque vniuersale non extat in rebus, sed in conceptibus residet: quapropter considerat angelus hominē sine cōditionib⁹ indiuiduātib⁹: & hęc cōsideratio est ipsa abstractio. Nos de re hac amplo sermone disserui mus in primo Sentent. illò te mittimus. At dices, Deus creauit Adam cum speciebus congenitis. cur non angelos? dixerim tibi quia homo ex sensu capit notitiam rerum quæ morosa satis est. Ne ergo primus parēs omnium, qui futurus quoque erat magister hominum, has moras pateretur in discendo, imbutus fuit speciebus rerum: at verò angelus ex nimia celsitudine mentis, & quia sensu nō eget, sine mora omnia scit ad sensum præscriptum. Neque tamen angelica mens creata fuit tanquam tabula rasa, quāquam admittamus illam speciebus istis non fuisse imbutam. Siquidem conditi fuerunt à Deo prædi ti fide, charitate, & spe. Noster tamen, sicut tabula rasa, conditus est intellectus, cui germanū est paulatim per sensilia ex proprio studio promoueri ad intelligibilia. At verò, ne diutiùs paginas atramento pingamus, hęc sit satis dixisse.

Adam cur habuit species congenitas.

¶ Supereſt argumentis obiectis in principio facere satis. Et primo dices, angelos pēdere à substantijs sensilibus, vt sunt obiecta angelicarum notionum, quod est pendere secundum quid, & non simpliciter. Nam hæc dependentia est indigentia obiecti: nam ab obiecto & potentia paritur notitia, vt satis, ni fallor dissertū est. Et sōlus Deus est, qui nullo eget extra se, iuxta illud: Deus meus es tu, quia bonorū meorum non eges. At angeli non sunt Deus, ideo nihil mirabimur si egeant aliquo bono creato, vt sint cognoscentes.

Argumentorum dilutio.

¶ Secundo dices argumento, angelis adesse agentem intellectum, & possibilem, at multò secius atque in nobis, vt satis sexta præscripsit conclusio.

Ad argumentum secundum.

¶ Tertio argumento dicito, Augustinum non dixisse res conditas prefuisse in angelicis mentibus secundum formas inditas, quæ essent illis rationes cognoscendi condenda à Deo: sed ait præfuisse in mentibus angelicis priusquam conderentur. Hoc autem poterat esse sine speciebus inditis, sed Deo tantum reuelante. Quod fieri potest sine specie habituali, quę sit ratio cognitionis, vel alio quouis modo suberat Deo illud præstare angelis. Verum (vt prædiximus) non imus inficias, etiam illud ex specie concreata fieri potuisse à Deo, vt prædiximus, & illud duximus probabile: at

Ad 3. Arg.

quod

quod contendimus, est, non habere placitum hoc de speciebus innatis certam, & fixam veritatem, aut cogentem necessitatē, sed solum probabilem coniecturam. Et observa, Augustinum non dixisse Deum indidisse species angelis, sed quòd creaturæ priusquam essent in proprio genere, præfuisse in cognitione angelorum. At verò hoc simpliciter non potest capi: quandoquidem angeli non fuerūt creati ante omnem creaturam corporalem, sed simul cū cælo, & elementis, hoc est simul cum tempore, & materia prima. Hæc igitur nō præfuerunt in angelica notitia. Veruntamen cætera notitia quadam imperfecta, quia nondum extabant ex vi suæ naturæ poterāt prius cognoscere quā extitissent, sine ope specierum inditarum. At verò quod ego magis miror, est, Augustinum ibi loquutū fuisse de sanctis angelis, de quibus ait, vidisse in verbo condenda, secundum creatam in illis sapientiam, & non per sensilia hanc scientiam creandorum habuisse, sed in verbo Dei, aut ex verbo illam sibi pararunt. Nam expressè Augustinus de sanctis angelis mentionem in eodem capitulo habuit. Verum nos non de hac notione agimus, sed naturali. Quid, quod Augustinus credit omnia simul facta esse?

¶ Porrò admissis speciebus, opportuna quæstio est eo datura vim specierum, nū angelus quo superior, & nobilior est pauciores habebit species? Siquidem Albertus Magnus libro de quatuor coęquæuis. q. 3. articu. 2. existimauit angelos, quò superiores, eò simpliciores, & vniuersaliores obtinere species. Nā angeli (vt tradit propositio nona lib. de causis) sunt plenæ formis: & superiores frui formis vniuersalioribus. Et Dionysius lib. de cæleſti Hierarchia videtur hoc idem tradidisse. Censet enim capitulo 12. angelos inferiores particulariorē obtinere scientiam, at supremos præexcellam habere sapientiam. At Albertus diluens quæ sibi obiecerat argumenta, docet, has species, non esse propriè vniuersales, aut particulares. Nam quæ vniuersale propriè est quod abstrahitur à particularibus: at istæ species sunt infusæ à Deo, & non paratæ ex abstractione ex particularibus, similiter non sunt particulares, quia vniuersalem habent repræsentationem. At vero vt prudentia dicitur vniuersalis, eò quòd se extendit ad omnia agibilia, & ars dicitur vniuersalis, quia est ratio omnium factibilium, ita istę species appellantur vniuersales, quippè quæ sunt rationes vniuersales cognoscendi totam naturam. Aut si mauis, dices ideā esse vniuersalem, quia est exēplar vniuersale ad omnia quæ ex idea sunt construenda. Porrò Thomas nō fuit huius placiti immemor. nā 1. parte. q. 55. articulo postremo hæsit Magistro suo, illiq; subscripsit. Etenim angeli supremi sūt Deo proximi, ideo diuinam simplicitatē maximè referūt, quare est necesse illos simpliciores adeptos fuisse species, & quo magis Deo propinquior fuerit angelicus ordo, illa simplicitate maiore specierum gaudebit: & non solum simplicitate maiore, sed etiam paucitate, quia maiori compendio specierum gaudebūt. Et exemplo sensibili rem firmat. Nam apud nos qui hebetiores sunt, pluribus egent speciebus, ad intelligendum: quia multa egent manuductione per exempla sensilia, at viuaciores ingenio non tot subsidijs doctrinalibus egent, ideo paucioribus egent speciebus. Scotus verò, haud dubium, dubiam traxit hanc sententiam, imò illi refragatur. Indubitatum enim apud ipsum est, angelos superiores non potiri speciebus vniuersalioribus, quàm inferiores. Imò aliunde venatur angelorum differentiam. Nempè quia superiores clarius vident vniuersa, quàm inferiores. Autorem lege. quæst. 10. distinct. 3. Et cū Scoto faciunt Nominales Theologi, vt Maior. q. 4. huius distinctionis. & sibi ex argumento Scotico persuasum habet Scoticam doctrinam in re ista. Quia si angeli, quò superiores, eò paucioribus potiuntur speciebus, tot ergo angelos potuisset creare Deus, etiam nobiliores creatis omnibus, vt tandem esset perueniendum ad angelum, qui per essentiā suam intelligeret omnia: quod est impossibile. Nam fac angelum supremum, vnadun taxat potitum esse specie, fac itē Deū alium nobiliorem creare, ille non potietur specie, si semper oportet esse pauciores: igitur per essentiam suam intelliget, quod est impossibile. Namq; Deus solus per essentiam suam omnia nouit, quia Dei essentia est vniuersorum creatrix, id quod nulli essentiæ creatæ est conueniens. Ideo nulla creatura poterit per essentiā suam alia intelligere, nisi confusanea cognitione, & admodum imperfecta. Quanquam hoc argumen-

Marsilius etiam verisimilem credit concreatarum specierum opinionem in 1. q. 7. art. 2.

Adam cur habuit species congenitas.

Exponitur Augustinus

Argumentorum dilutio.

Albertus de specieb⁹ angelicis.

Ad argumentum secundum.

Ad 3. Arg.

Thomas discipulus Albertilli sub scripsit.

Scotus dist. 3. q. 10.

Deus solus per essentiā suam intelligit omnia

gumentum non gaudet neruis contra S. Thomam qui loquitur secũdum id, quod factum est, non secundum id, quod poterit à Deo fieri. Si ergo Deus alium angelũ creasset digniorem dignissimis iam creatis, dicerent fautores Thomæ, hunc angelum potiturum speciebus simplicioribus, quàm reliqui. Quia si Deus nouum angelum faceret superiorem supremo, iamtum multiplicarentur in angelis inferioribus plures species, quàm fuissent: quia Deus nouam adderet speciem: quare non supremo angelo ex iam conditis, itidẽ augerentur species, & nouè conditus crearetur cũ paucioribus, quã in supremo angelo erãt. Itaque semper erunt pauciores species in angelorum nobilissimo. Nam si Deus aliũ creet nobiliorem hoc creato modò, idem conficietur: Namque si nouus adest angelus, qui non præfuerat, nouitas angeli parit nouitatem specierum, & multiplicationem, & qui creatur nobilior conditis, pauciores adipiscetur species, quã reliqui angeli. Quia ergo supremi angeli perfectiores sũt species, & Deo similiores, ideò sunt pauciores & vniuersaliores, quam sint angelorũ inferiorũ, magisq; repræsentatiuæ. Vt ita demũ magis referant puritatẽ, & simplicitatẽ diuinæ scientiæ. Quare dixit Dionysius lib. de diuinis nominibus. capite 7. Seraphinos esse in valuis Trinitatis, & quia sunt elongatissimi ab impuritate nostra, propterea isti non mittuntur: & alij qui sunt angeli eiusdem Hierarchiæ. De qua re infrà erit instituendus sermo, & ibi amplius expromam mentem meam. Existimat ergò species Thomas superiorũ angelorum ex paucitate, esse nobiliores, quam angelorum inferiorum: sed Scotus in claritate repræsentandi nobilitatem locat. At Tho. suprà dixerat, angelos excedere multitudinem sensilium, quia Deo similiores, ergo hierarchia suprema plures habebit angelos, quam media, & hæc quã infima. Et itidem perfectior plures habebit species quia perfectiores sunt, quã media, & hæc quã infima: si ratio hęc est efficax, qua S. Tho. collegit immensam esse multitudinẽ angelorũ. Cẽsuit igitur Scot? (quod dicere iã cæperã) angelos, quo superiores nõ eo pauciores habere species concreatas, sed quo superiores, clariores obtinere species. Quia quanquã eadẽ naturalia obiecta sciunt supremi, medij, atq; infimi, at clarius illa noscũt, qui superiores sunt, quã inferiores. Et apud nos, qui hebes est, fortasis præditus paucioribus est speciebus intelligibilibus, quàm is, qui acri est ingenio. Namque qui acri est ingenio, plura intelligit, quàm hebes: ergò si plura intelligit, vt plures conclusiones scibiles, necessum est vt pluribus sit refertus intelligibilibus formis. At hebes, quãquam doctrinalibus subsidijs, ideſt, exemplis, opus habeat, vt discat, hoc non conuincit plures species intelligibiles, imò solum species sensibiles plures esse in hebete, colligit hoc argumẽtum. Nam de singularibus species sunt sensiles, annuẽte Thoma: quia sensus est singulariũ. At obijcies mihi, quomodo clariores sunt species superiorũ, si eadẽ intelligunt omnes angeli, ita supremi, vt infimi? & sermo est de notitia naturali, non de beata. Imo etiã beati, quo beatiores sunt, eo clarius vident diuinam essentiam: at si clarius vident, plura vident in diuina essentia. Namque apud nos qui luscus, aut cæcutiens est, eo videt obscurè, quia pauciora videt, quàm qui acutum visum habet. Et ego nescio aliam rationem exhibere cur hic clarius videt altero, nisi quia plura videt. Quamobrem aut angeli superiores plura vident, quam angeli inferiores de scibilibus naturalibus, aut, si tot vident, quot inferiores; me latet, cur clarius & limpidius vident. Nam si dixeris eò plura vident, quo intensius illa videt, istud diffugium non suffragatur, quia claritas notitiæ non est ex intensione, vt promptum est. Quanquam non abhorret à veritate, si dixerimus, angelos superiores, intensius cognoscere arcana naturæ, quàm inferiores. Nam conantur ad intelligentiam rerum naturalium, imo & diuinarum, secundum totum conatum suum, & vires naturales intelligentię suę, ad intelligentiam rerum, quas intelligunt. Et secundum quod potiora adepti sunt naturalia, etiam maiores vires impendunt in cognoscendis rerum naturis: ideo, haud dubium, intensius intelligunt superiores, quam medij, & isti, quam infimi. Et hoc satis sit nobis, vt differentiam inueniamus inter cognitiones angelicas. Quomodo vero clarius cognoscant naturalia, ego non assequor, si omnes hæc æqualiter sunt scientes. De contingentibus autem planum est alios alijs clarius

Differitur Thomę exemplum.

Notãda obiectio.

Autoris placitum.

Angeli superiores intelligunt.

Contingentia angeli inæqualiter cognoscũt.

Hierarchia superior plures habet angelos, quã media, & hæc quam infima.

clarius illa cognoscere. Quia ad hæc callēda, necessaria est approximatio ad obiecta contingentia, & in re hac non sunt omnes angeli pares: alij namque mittuntur, alij non mittuntur. Et rursum in penetrandis cordibus humanis, alij erunt sagaciores alijs. Nempe quia excelsioris sunt naturę. At quantum ad scibilia naturę, æquales sunt omnes, & ęquè clarè illa nouerūt. Quare Commentator Auerroes discrimē ex claritate notitiæ angelicæ, ex qua diuinam naturam cōtemplantur, distinxit angelorum naturam, vt suprà nos diximus.

Angelorū superiorū sunt pauciores species.

Porrò Thomas, quia pauciores sunt species angelorū superiorum, ideo dixit simpliciores esse. At pauciores sunt, quia vniuersaliores, & vniuersaliores eò sunt quò plurium sunt repræsentatiuæ, non quia in vniuersali repręsentant, siue cōfusanè, vt suprà est commemoratum. Itaquè quę angelus inferior per plures cognoscit, hæc superior angelus per pauciores, ęque clarè nouit. Porro autem si de intensione agatur, an superior angelus, scilicet, intensiores obtineat species. Thomas, qui has species non acquisitas, neque opera angelica partas, sed à Deo inditas concesit, me latet quid diceret de intensione. Quanuis vero simile duxerim quò sunt angeli superiores, intensiores obtinuisse species. Nam illis indidit species Deus, quæ proportionatæ erant angelicę naturæ. Quare superior natura angelica intensiores habet species, quàm inferior. Quippè huiusmodi illi magis congruunt, imò actus intelligendi, quē angelus sibi parat propria actione intensior erit in angelo superiori: ergo & species erit intensior.

Angelorū superiorū intensiores sūt species.

Disputatio annexa de speciebus, quæ sunt apud nos.

¶ Iam verò quia meminimus de speciebus angelicis, & suprà polliciti sumus paucula de nostris speciebus commemorare, ideo nō ab re erit pollicita præstare. Putò autē Okā, Gabrielē, Durandū (quos supra retulimus) non ingredi in via Peripatetica, negantes species. Namque prętęr indicata superius, Aristot. libello de memoria, & reminiscentia, memoriam esse voluit habitū contentiuum specierum. Et quemadmodum in cera fit impressio sigilli, ita in memoria fit specierū impressio. Et autor est Themistius, sicut vibices in corpore ex flagellis supersunt, ita etiam simulacra rerū ex sēsione relinquūtur. Et Augustinus lib. 11. de Trinitate cap. 2. difficile creditu existimat esse dogma hoc de speciebus apud rudes homines. Quanquam exemplo proposito sigilli in aqua impressi, species esse demonstret: tametsi sigillatio, quam aqua recipit, sublato sigillo, vel annulo, nullum relinquit vestigium. Secus in cera, in qua, sublato sigillo, vestigia sigillationis extāt. At impressio, quæ imprimitur in oculo, est instar sigillationis, quæ fit in aqua. Imprimit enim (secundum Augustinum) formam res visa in videntę, seu similitudinem suam, quæ tamen similitudo non extat ablato obiecto. Hæc ad mentem Augustini loco præinducto. At verò locus hic nō colligit exactè species esse astruendas. Quippe Augustinus formam impressam vocitat, non speciē, quam nos dicimus persistere etiamnum discedēte obiecto, sed ipsam visionem rei appellat formam, & similitudinem ab obiecto expressam in sensu. Verum de huiusmodi nō est prędens disputatio. Nullus enim vertit in dubium, actū videndi esse similitudinem rei visæ, & idem de alijs sensionibus. Quibus verò non arridet astruere species has, multa voluunt in suum fauorem. Nam sunt, qui magnificāt hanc de speciebus sententiam, & illam probatissimam habent, moti experimētis quibusdam, quorum alterum est, colores, per vitrum viride, aut rubeum, aut variegatum in obiecto pariete, illustrante sole transeūtes ostendi, qui colores non sunt aliud nisi species coloris diffusæ à radijs Solis transeuntibus per vitrum huiusmodi. Hoc tamen experimentum excluditur à Gabriele, dicēte, huiusmodi colores, esse veros colores qui in aere causantur à colore vitri, intercedente solis illuminatione. At verò deluditur hæc elusio. Siquidem color non est qualitas actiua, neq; agit Physicè, sed solū intētionaliter, in sensum visus, ergo color vitri nō potest se multiplicare realiter, per aerem.

Augustinꝰ de specierū impressione.

Experimenta suffragātia speciebꝰ

Gabriel explodit.

¶ Secundo. Nam color verus necessariò habet esse in corpore terminato: est enim color extremitas perspicui in corpore terminato, at ille color qui apparet non est in corpore terminato, at est in aere, qui nō est terminatū corpus, quia diaphanus est. Et quanquam sint quidā colores Meteorologici, vt sunt colores Iridales, qui efficiuntur à radijs solis, roscidā imbuentibus nubē: at isti qui extant ex vitrea transmissione, non sunt meteorologici colores, siquidem

Color Physicus & Metereologicꝰ

dūnō est roscida nubes, quę illos ostēdat, aut illi aliquid ęquiualens. Dixerim tamē experimentum hoc mihi non facere fidē de speciebus. Nam color hic apparens (vt diximus) non est verus color, neq; est species coloris. Siquidem species coloris non tingit subiectum, vt species albi non facit album. Vndè nō est color, hoc est, albedo aut rubedo, aut horum species. Ideoq; oculus non albescit, aut rufescit, ex colore, vt rectè dixit Commentator. Cęterum color ille, qui ostenditur in aere ex transluctia vitrea, tingit aerem, quare non est species coloris, vt promptū erit Physicas has traditiones obseruanti. Quapropter aduertē dum erit, eandem esse tradendam Philosophiam de coloribus istis, de quibus vertitur disputatio, & de imaginibus, quas conspicuas cernimus in obiectis speculis, de quibus perspectiui tradiderūt nobiliores, imagines illas in obiectis speculis ostēsas, non esse species rerum oblatarū speculis, exempli causa, imago hominis in speculo oblata, non est species diffusa ab humano vultu, imò potius est ipse humanus vultus alibi ostensus, quàm est: hanc ostensionē speculo, propter suam tersitatem operante. Ita dicito colorem apparentem ex vitrea transluctia, esse quidem, non speciē coloris, sed ipsum eundem colorem, qui vitrum afficit, veruntamen in alio loco ostēsum esse crede. Est etiam aliud experimentum, quod videtur species visibiles asserere. Nam baculus in aquam iniectus, fractus conspicitur ex refractione specierū, & denarius coniectus in aquæ phialam itidem videtur multo maior, & hoc genus sunt alia pleraq; experimenta. Quanquā hęc experimēta non tā absoluunt rē, quā desiderāt professores specierū. Etenim ista refractio baculi, est propter diuersitatē mediorū, per quæ fit visio, id est, aquæ & aeris. Nā si à medio denso dilataturvisus per mediū rarius, ideo fit refractio, quia res alibi videtur, quā est ex refractione hac, vt si à medio raro constringatur visus in medium densius, fit reflexio: & si per medium vniforme, fit recta visio, quia res videtur vbi est. Cæterum quia legimus in Aristotele 3. de anima text. comment. 65. meliorem esse Philosophiam, tradentem, ad visionem, medium pati ab obiecto, & ita pertingere ad visum, quam ea, quæ trādit, radios egressos ab oculo repercussos ad visum à sensibili, visionem facere. Propterea credimus Peripatetico dogmati nō consentire, qui negat species sensorias. Namque quid est, quod ait Aristoteles, medium pati ab obiecto, & ita pertingere ad visum? Vtique si medium non imbuitur speciebus visorijs, quas defert tanquam vehiculum in visum, non est, cur medium patiatur. Cui accedat is ipse libro de sensu, & sensili capite 2. vbi planè fatetur esse incommodam traditionem Platonicam de modo videndi. Aiebat nāque Plato, fieri extra mittendo, quia lumen egrediens ab oculo sociabatur cum lumine exteriori. At Aristoteles probat diuersum modum, visionem scilicet, fieri intus suscipiendo. Porrò hæc ad intrà susceptio, si species deducantur, non extabit quomodo fiet. Et demum vt Astrologi excogitarunt eccentricos, & concentricos, & epicyclos, non quia sine illis non possent suas calculationes subducere (vt dixit Commentator) sed quia aduertebāt difficile esse sine illis apparentias omnes astrorum saluare. Ideo, vt melius consuleretur Astrologicæ facultati, illos orbes tradiderunt esse: ita propemodum dicito de speciebus, quibus assentis, Perspectiui differentiā visionum, & apparentias varias visibilium, facilius docent, quàm illis sublatis, propterea illas adinuenerunt & maximè argumentum specierum astruendarum ex visu capitur, quàm ex auditu, vel gustu, &c. Quia visus, est sensus præstantissimus, plura multò nobis ostendēs, quàm sensus cæteri. Porrò Durandus obiecit speciebus, illas non esse necessarias, quippè si essent species, verbi causa, visibiles, prius viderentur ab oculo, quā ipsum obiectum. Namque sunt imagines rei visibilis: at imago prius cernitur, quàm id, cuius est imago: cæterum oculus non videt speciem visibilem, ergo superuacanea est. At dicendum est visum nō esse vim reflexiuam, vt videat, vel speciem suam, vel actum suū, sed specie visibili ex obiecto imbuitur, vt fiat sufficiēs principium visionis, & hāc speciē recipere videtur, quia est tāquam speculum quoddā viuens, propterea in eo apparent rerum species, vel imagines, vt perspectiui existimāt. Porrò memoria fertur primò in speciem per quam cognoscit rem absentem: vnde dixit Aristoteles lib. de memoria, & reminiscentia, idò-

Specie nō afficit medium, neq; tingit organū, aut potentiam.

Imagines repræsentatæ in speculis nō sunt species, sed res ipsæ.

Radius rectus, refractus, & reflexus.

Mediū patitur à visibili, & visus à medio, vtrq; fio fiat.

Speciebus deductis, difficilius perspectiua.

Durādi obiecta soluūtur.

Species duas habet considerationes.

idolum expendendum esse dupliciter, aut vt idolum est, aut, vt imago est: prior consideratio absoluta est, secūda vero est respectiua. Memoria igitur fertur in idolum, seu speciem sensibilem, quæ Aristoteli est idolum relatiuè, quia fertur in speciem, vt est imagó rei olim sensatæ. Visus verò nō fertur in speciem acceptam, neq; vt idolū est neq; vt imago est, sed illa formatur, vt actū videndi similem rei visæ formet. Vndè obseruandus est admodum Themistius, qui rem hanc lucidè docuit. 2. de anima cap. 120. in fine: Sensus, ait, recipit species sine materia, sicut cera non aurum ab auro recipit, sed imaginem. Licet differentia sit, quia sensus cum species recipit, non fit materia earum, neque corporea adactione signatur vt cera: neque sculpitur superficie tenus, sed effigies illas foris illapsas intrà se totum admittit alte condendas. Et lege eundem Themistium libro de memoria & reminiscentia. capite. 11. &. 2. de anima capite. 22. vbi aperte demonstrat, aerem, & visum, totam effigiem rerum intra se recipere. Idemque Alexander in capitulo de phantasia. 2. de anima. Quamobrem secundum Aristotelis doctrinam, & Peripateticorum, in oculo excipitur rerum effigies, immaterialiter. Augustinus autem. 11. de Trinitate cap. 2. visum dixit recipere impressionem ab obiecto, vt aqua quando signatur annulo, quæ subducto annulo, nihil seruat vestigij: id quod esse contra Philosophiam Peripateticam facilè habebis, si dudum memorata ex Themistio obseruasti. Siquidem oculus, ait Themistius, intra se cōdit effigiem, quam sine materia accepit: quanquam ab illa nō signatur. Oculus enim accepta specie albi, non albescit, &c. verum sublata re visa, oculus non videt, quia speciem acceptam iā in sensus interiores transmittit, & non sibi seruat rerum effigies, vt sensus interim: sed simul atque rem non videt, quam videbat, effigies, quas exceperat, in alios sensus internos obseruandas committit. Ex quibus non est magni negocij argumentum secundum Durandi soluere. Præsente, ait, actiuo, & passiuo, & obstaculo submoto, actio presens est, ergo præsente visibili, & visu, alijs submotis, erit actio. Dices enim huic argumento, quod præsente visibili, & visu nullo retrahente impedimēto, vel ex medio, vel ex luce, necessariò imprimitur species, ideò necessaria erit visionis consequutio. Et mirari subit cur Gabriel cum suo Okamo non solum euertat species, imò existimet suam assertionem non aduersari Aristoteli, & Peripateticis nobilissimis. Hoc enim ferri non potest, vt patet, si prædicta obseruasti. Et verbum Aristotelis suprà indicatum, medium, scilicet, pati à sensili, & sensum à medio ridicule ab istis interpretatur. Nempè quia non potest sensile agere in sensum sine medio. Id quod ridiculum esse glossema ne dubita. Etenim si medium patitur, ergo influxum recipit aliquem à sensibili, & non alterius rei, quam effigierum, quas mandat medium in sensum. Equidem Henricus Gandensis, non discessit adeò à tramite Peripatetico, vt isti dissérunt. Henricus enim species sensorias admisit, quia videbat, necessariò esse concedendas ab eo, qui hærere satagebat vestigijs Peripateticis. Etenim tolle species, & medium ad sensum visus non esse necessarium videbis. Namque Aristoteles, cur tam acerbè inuehitur in Democritum, statuentem non impedire vacuum visionem? Vtique si species non excipit medium, quas transmittat in oculum, medij necessitas celebrandæ visioni nulla est. Quapropter etiam per vacuum visio celebraretur, & melius quàm per plenum, id quod vicio dat Democrito Aristoteles. Asseruit porrò Henricus intelligibiles species non recipi in intellectu possibili, sed solum obiectiuè resplendere in phantasmatibus: vt suprà à me ex eodem in quodlibeto quinto. quæstione. 14. indicabatur. Et iste mouebatur testimonio Peripatetico illo admodum vulgato: Necesse est intelligentem phantasmata speculari. 3. de anima text. 36. Et in hanc sententiam vocat Themistium, & Theophrastum. Quippe intellectus est potentia immaterialis, ideò non recipit impressionem alicuius aduentitię formæ, id quod materiæ est familiare. Et rursum, si illæ species exciperentur in intellectu, iam ex subiecto recipiente singulari, essent singulares, & non vniuersales. Quare non essent intelligibiles. Ego autem arbitror, has species intelligibiles excipi in possibili intellectu, quia ad has excipiendas est in potentia, neq; ob causam aliam possibilis nūcu

Oculus recipit speciē in profundo.

Augustinus non est Peripateticus in re specierum.

Argumentū 2. Durandi soluitur.

Gabriel refellitur.

2. de anima text. 74.

patur. Vnde Aristoteles. 3. de anima. tex. 3. Sicut sensus, inquit, ad sensilia, ita intellectus ad intelligibilia. At vt diserte hęc habeas te mitto ad commentaria nostra in libros de anima Aristotelis.

Quęstio annexa de animabus separatis.

¶ Porrò autem, his missis, est quæstio apta huic loco: num animæ paruulorum, quæ ex sæculo defunctis corporibus, commigrant in alterum sæculum, cognoscent per species congenitas? Nam si has nō damus, animæ infantulorum à corporibus subductæ, rudes admodum erunt, quia secum nullas ex hoc sæculo conuexerunt species intelligibiles, quibus vtentes possent emortuis corporibus intelligere. Et Albertus Magnus in secunda parte summæ de homine, in quæstione de possibili intellectu, de quęstione hac duas notat sententias, alteram annuentem, aliam verò renuentem. Quæ annuit, mouetur vt annuat, quia animæ paruulorū, exutis corporibus, sortiuntur statum nouum intellectualium substantiarum, nempè angelorum: ideò illos imitabuntur in opere intelligendi, & modo, quia sapiunt iam illorum naturam. At vero angeli intelligunt per species non acceptas à rebus, sed potius à Deo inditas, igitur paruuli potientur hoc eodem priuilegio. Et hoc argumē tū innititur in hypothesi suprà satis agitata, videlicet, angelos istis inditis à Deo formis potitos fuisse in exordio suæ creationis. Et non solum de animabus paruulorū ratio hæc, si vera persuadet, quod intendit, quin etiam de animabus adultorum. Quippè quamuis huiusmodi animæ species intelligibiles, quas sibi elaborauerunt secum post mortem deuehant, at ad intelligendum pleraque alia multa, quæ se offerent intelligenda in sęculo altero, non sat sunt. Namque etiam si animam summi Philosophi, & in omni re sapientissimi capias, in altero sęculo multa habebit intelligenda, quæ dum hic ageret, non callebat. Si ergo anima separata nō potest accipere species à rebus sensilib⁹, cōficitur, illas accepturā à Deo. Et iuuat hāc sententiā Henrici placitum dudum à me cōmemoratum, species intelligibiles solum obiecti uè esse in phantasmatibus tradens. Quapropter deductis ex morte phantasmatib⁹ etiā deducētur species intelligibiles. Aut vt verius agas, dicet deletis phantasmatibus per mortem, delebuntur species intelligibiles, si non cohęrent menti, sed tantū repræsentantur in phantasmate. Et iuxta hoc placitum, cōsectarium est, animas omnes rationales deponentes corpora sua, etiā deponere omnes species intelligibiles, & quantum ad hoc perindè se habebunt, atq; animę infantulorum: nisi quod ex habitibus intellectualibus ab illis different. Quapropter maiorem habebunt indigentiam specierum inditarum, si vera narrat iste autor. Porrò si hoc verum est, qualiter illud audiemus, quod Lucæ. 17. Epulonem illum legimus meminisse pauperis Lazari languētis, si species intelligibiles intra corporis officinam elaboratę, defuncto vita corpore euanescunt? Forsitan dicet Henricus memoriam illam tribuendam habitui alicui cognitiuo, & non speciebus intelligibilibus. Ego tamen, vt exponam sensum meum, dixerim has species inditas ab Augustino traxisse introductionem, vt suprà annotauimus. Quia dixit. 2. super Genes. cap. 8. angelos nō intelligere, sicut nos, qui per ea, quæ facta sunt intelligimus inuisibilia Dei, iuxta Pauli documentum. Imo angelos tradit, sciuisse omnia per sapientiam creatam à Deo. Et omnia prefuerunt in cognitione creaturæ spiritualis, antequā fuisset in proprio genere. Quamuis locus hic à me est satis supra dissertus. Et re vera mirari subit, cum omnia, autore Augustino, sint condita simul & non per interualla dierum, quomodo omnia docet prius esse in cognitione angelica? Nam si vera narrarunt Basilius, Theodoretus, & alij, credētes angelos multo æuo prēcessisse visibilium opificium, fortasis esset consequutio in sermone, at si simul condita sunt omnia quomodo præfuerunt in cognitione angelica? Facilè hoc esse ad explicandum non duco, at mea modò nihil interest istū in Augustino extricare nodū, donec infrà locū nanciscamur extricandi aptum. Cæterum Augustinus tradens, quæ diximus, de angelis, nihil tradit, quantum recolo, de animarum separatarū cognoscēdi modo. An etiam donentur speciebus istis inditis, simul atque euelluntur à corporum suorū contubernio. Imò videtur illas animabus separatis negasse. Siquidem libro de cura pro mortuis agenda, referentibus angelis illas, docet discere nostra, vt suprà annotatum est. Accipe tamen quasdam de re hac conclusiones.

Hérleus refellitur.

Declio et autoris mēte.

Nodus difficilis in Augustino.

¶ Prima

Prima conclusio de cognitione animarū separatarū naturali.

¶Prima esto: Species intelligibiles, quas animæ intellectiuæ in corporis pprijs elaborauerunt ergastulo secum conuehunt in alterum seculum, depositis corporum exuuijs. Hæc patet, quia species intelligibiles hærent intellectui possibili, & non solum sunt obiectiuè in phantasmate, igitur cum intellectus possibilis sit animæ pars immortalis, consequens est, quod species in eo persistent, sine mortis damno. Conclusio hæc est contra Henricum, vt liquet obseruanti dudum edocta. Et argumenta Henrici non conuincunt. Nam locus Aristotelis ille: Necesse est intelligentem phantasmata speculari: non suffragatur illi. Siquidem etiam si habeat species intellectiles intellectus sibi infixas, quando venit in actum intelligendi necessariò excitatur à phātasmate, quādiu in corpore agit mortali. Et itidem Auicennæ locus exponetur, cessante actu intelligendi, cessat intelligibile, quod actu resplendet in phantasmate, non tamen species intellectilis, quæ infixa est in intellectu, cæteraque ad hunc propè modum soluuntur. Et demum & si sint singulares in essendo species istæ, sunt tamen vniuersales in repræsentando.

Hérleus refellitur.

Henricus refellitur.

Decisio et autoris ætate.

2. Conclusio.

¶ Secunda cōclusio: Probabile existimo, animas separatas accipere species à rebus sensilibus. Et modo sermo non agitur de animabus beatis, hoc est, de modo cognoscendi, quem habent beati Dei dono, sed solum versamus modū cognoscendi naturalem, quem sibi vendicant animæ depositis corporibus. Namque hoc vnum est, quod modo exquirimus. Hæc liquida est. Nam si probabile duximus hoc, angelos captare species à rebus, multo fortius de animabus separatis probabile esse est existimandū. Neque obstat, si quis obiecerit Deum successiuè condidisse vniuersa, vt inde putemus angelos non captasse scientiam à rebus, quia quid mirabile erit Deo successiuè creante angelos quoque successiuè in rerum scientia perficere?

Nodus difficilis in Augustino.

3. Conclusio.

¶ Tertia conclusio: Modus ille intelligendi germanus, qui tum erit animabus separatis diuersus multo erit à modo, quē habuerunt quandiu erant oneratæ corporibus. Hæc patet, nam tum non habebūt ordinem ad phantasmata, quia erunt sine coniūctione cum sensibus. At obijcies forsan, hic modus intelligendi sine ordine & conuersione ad phantasmata non est germanus animabus separatis, imò videtur violentus. Namque propria natura illarū est intelligere ex conuersione ad phantasmata. Respondebitur autem tibi, modū cognoscendi, consequium esse ad modū essendi. Quandiu igitur anima est corpori inmersa, habet modum intelligendi cū ordine ad phantasmata: at verò subducta à corpore, illum modum mutat, quia etiā mutauit essendi statum. Et tam naturale est animę tum separatę intelligere sine speculatione phantasmatis, quam naturale illi erat phantasmata speculari tantisper, dū erat corpori commista. Adhuc forsitan insistes, esse in corpore est naturale animæ rationali, ergo esse extra corpus erit illi violentum, quare & cognoscere sine corpore non est germanum & amicum animę separatæ: sed potius contra propriam inclinationem, quam habet ad corpus. S. Thomas. 1. parte. q. 89. artic. 1. in corpore, facilè fatetur animam esse separatam à corpore, esse præter naturam animæ rationalis: itidè intelligere sine speculatione phātasmatum, esse eidem præter naturam. Ego verò planius (ni fallor) puto dicendum, animam rationalem, si eam consideramus, vt anima est, vtique verum est quod Thom. dixit, esse præter naturam illius esse extra corpus, aut intelligere sine corpore. Etem̄ anima est forma corporis, quia est actꝰ corporis physici, & organici in potentia vitā habentis. At verò si consideratur, vt intellectiua est, non est præter naturam eius esse separatam à corpore, id quod ego probo. Nāq; est seperabilis à corpore, iuxta hanc rationem, & hæc est natura eiꝰ, vt intellectiua est, qđ sit separabilis à corpore. Etem̄ si nō esset ex natura sua à corpore separabilis, vtiq; nō esset ex natura sua immortalis, at verò ex natura sua immortalis est, ergo etiam separabilis: igitur qꝺ sit separata, non est præter naturam suam, imò secundum naturam suam, vt est intellectiua, ideo neque est præter naturam intelligere sine phantasmate.

Intelligere sine phātasmate an sit naturale animæ separatæ.

Exponitur Thomas

4. Conclusio.

¶ Quarta conclusio: Probabile est animam intellectiuam intelligere tunc per species infusas à Deo, non innatas, vt angeli, qui eas habuerunt ex sua creatione congenitas, vt S. Thomas & alij existimant. At verò anima simul atque corpo-

ream deponit molē si inuida recedit ab speciebus intellectilibus: vt animæ infantulorum, illi infunduntur species, quibus intelligat: at animæ adultorum præter species, quas secum deuexerunt, illò eommigrantes nouis gaudebunt intellectilibus speciebus à Deo infusis, vt noua intelligibilia capiant. Hæc est. S. Thomæ. 1. parte in quæst. 89. artic. 1. & 55. artic. 6. & sæpè alibi. Quāuis Scotus in 4. distinct. 45. artic. 2. admodum huic conclusioni obsistat. Credit enim animam separatam nō per has species infusas tunc intellecturam, sed potius per vim suæ naturæ. Et Caietanus multa conuoluit, vt suum asserat Doctorem. Ego verò problema esse duco conclusionem hanc, vt existimaui problema esse, angelos potiri speciebus cōcreatis, & non vti speciebus abstractis à rebus: Siquidem de re hac Ecclesiæ decretum nō extat, neque Sanctorum communis consensus, neque Scholasticorum Theologorum est concors, sed varia sententia, neq; locus sacer, qui alterutram partem inconcusse probet. Quare problematicam iudico quæstionē hāc. Nā locus ille Ezechielis cap. 28. Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore in delicijs paradisi Dei fuisti. Quē vsurpant quidam vt probēt in Lucifero fuisse has species congenitas, & subinde in cæteris angelis: probat vtique nihil: nam contextus literæ de Rege Tyrio est: quanquam allegoricôs ad Luciferum aptetur, at allegoria hæc voluntaria est, & non conuincens. Et mirum est, cur Caietanus tanti faciat hoc dogma specierum innatarū, nam credit hoc negare, esse negare principia naturæ, in prima parte. q. 89. art. 1. Ait enim naturam vti multis præparationibus, vt quidditates sensibiles intelligantur. Nam primo fit sensio, dein illustratio phantasmatis, &c. At verò si ipsa quidditas extrà posset mouere intellectum agentem, vana esset tanta præparatio ex re sensili ad sensum exteriorem, & ex hoc ad interiorem, & ex hoc ad intellectum. Hoc enim sibi vult Caietanicum argumentum.

¶ Et rursum ipsa quidditas sensibilis, est intelligibile in potentia, & ideò egent agēte intellectu redigente illam in actum intelligibilitatis, igitur ipsa quidditas non potest mouere intellectum nisi per medium phantasma: quia lapis ad extrà non potest illustratione mentali gaudere propter suam materialitatem: ideo est phantasma medium, quod quia est magis immateriale, ideò suscipit illustrationem. Cęterum (pace doctissimi viri dixerim) argumenta hæc friuola sunt. Namque respondeat ille mihi, cum visus videt albedinem, num mouetur ab obiecto ad extrà? non negabit. At verò vide præparationē: albedo mouetur seu actuatur à luce, & actuata, medium aerem, vel aquam mouet & medium motum, mouet visum, qui suscipit speciem albedinis ex medio sine materia: vt cera, quæ suscipit formam sigilli, sine sigillo. Cur ergò hæc præparatio, si visus ab obiecto ad extrà mouetur? At quanquam ab obiecto exteriori moueatur, est nihilominus præparatio: itaque præparatio sola non colligit, quod non moueri possit intellectus ab obiecto ad extrà. Quid? quòd intellectus intelligit singulare vt Petrum, & ab illo mouetur citra hæc præparamenta? vt sub hæc disputabitur. Namque illa adornatio, quā intellectus adhibet, phantasmatum, est ad intelligendum vniuersale, quod sanè quandoquidem non est in rebus, eget intellectus primò iuuari ex sensoria notitia, & dein ex phantastica facultate, vt ita demum ex sensu exteriori depuretur singularis notitia, & repurgetur amplius in phantasmate, vt tandem sine appendicijs materiæ vniuersalem hominem assequatur intellectus. Et quod ipse ait, lapis ad extrà non est capax illustrationis propter suam materialitatem, si excutimus sedulò, non est æquabile dictum. Namque illustratio ista non est irradiatio aliqua propria, quæ est ab intellectu. Namque intellectus non agit extra se, & ideo lapis non quia materialis est, nō gaudebit hac illustratione, imò quia illustratio hæc non est actio transiens, neque est effusio alicuius luminis. At verò illustratio hæc est solummodo consideratio vniuersalis sine conditionibus materiæ. Ideò lapis hic, aut ille, quia singulares sunt, hac illustratione non potiuntur. Imò neque ipsum phantasma, quod est singulare, hac illustratione fruitur, quamuis habeat esse imaginabile, vt nos in primo libro Sentent. fusè disseruimus. Et subit mirari cum voluntas sit æquè materialis, atque intellectus & moueatur

ab

Problema est, species intelligibiles innatas esse angelis aut infusas animabus separatis.

Caietanus non probatur.

1. Caietani argumentum.

2. Caietani argumentum.

Soluuntur argumenta Caietani.

Quid sit illustratio agentis intellectus.

ab obiecto exteriori, cur tot excitãtur tragediæ aduersus eos, qui asserunt, etiam intellectum angelicum, vt humanum, posse moueri ab obiecto exteriori?

¶ Ad secundum argumetum dicito, quidditatem sensibilem esse intelligibile in potentia: & quando intelligitur ab angelo, vel ab anima separata, fit actu sine pompa præparationum ex phantasmate. Sed tãtum quia angelica mens illam considerat sine conditionibus materiæ. At verò intellectui immerso materiæ, quia à sensibus exorditur suam cognitionem, sunt plura præparamenta, vt intelligat vniuersale, nã singulare expeditiùs intelligit. Sed de istis hactenus.

Soluuntur argumenta Caietani.

Distinct. 3. Disputatio. 6. Num angeli cognoscant singularia.

1. Argum. ET fortasis subibit mentem alicuius, illud esse impossibile. Etenim si angeli capiũt singularia, aut per species vniuersales, aut per species singulares: non primum, siquidem vniuersales species notificant rem vniuersaliter, ergò non singulariter: neque secundum, etenim species singulares de Petro, vel Paulo, sunt materiales. Has igitur nõ excipiet angelicus intellectus, quippè qui singularis est.

2. Argum. ¶ Et fouetur argumẽtum hoc ex Aristotele. 3. de anima tex. cõm. 10. & 11. vbi insinuat intellectũ intelligere esse carnis. Est carnis aũt esse, q̃ Arist. vocat, ideſt, quidditatem carnis, & aliorũ subintelligit, & has quidditates intellectum ait intelligere, at sensitiuo intelligũtur singularia, igitur cũ angeli careant parte sensitiua, angelos latebunt singularia.

3. de anima secundum cõputationem Auerroisticam.

Quid sit illustratio agentis intellectus.

3. Argum. ¶ Rursum, is ipse Aristot. 3. de anima text. cõm. 39. Necesse, ait, est intelligentẽ phantasmata speculari: ergo cum angeli nõ speculentur phãtasmata, quippe qui sensu carẽt non poterunt intelligere singularia.

Argum. in contr. ¶ In diuersum agunt diuinæ musæ, quę angelos conuersari cum hominibus tradunt, Et Lucæ. 2. Missus est angelus Gabriel ad Mariam virginem. Ergo cognouit singulare.

¶ Disputatio hęc controuersa est satis, vt cæteræ, quas hactenus absoluimus. Et Durandus. q. 7. distinct. huius 3. hærens Scoto. quæst. 10. &. 11. huius distinct. credit, angelos directa cognitione cognoscere singularia, & itidem nostrum intellectum. Prima, qua rem istã probat, suadela est: Nã vniuersale est operatio intellectus, id est, res operata ab intellectu, ergo non est intellectus primũ obiectũ. Secunda suadela est: Vniuersale abstrahitur à singulari, vel abstrahitur igitur à noto, vel ignoto: non ab ignoto, quia tũc nulla esset abstractio: igitur à noto: prius igitur intellect⁹ intelligit singulare, quãm vniuersale. Tertia: Quod est magis ens, est magis cognoscibile, at singulare est magis ens, quàm vniuersale: igitur est magis intelligibile. Quod sit magis ens, colligit quia habet esse reale singulare, at vniuersale habet esse tantum intelligibile, & non verum. Porrò Thomas. 1. part. q. 14. art. 11. controuertit huic placito, persuasus, intellectum non intelligere singularia. Nam species quas elaborat intellectus, sunt vniuersales, at istæ nõ repręsentãt singularia distincta cognitione, de qua solum vertitur disputatio. Porrò in. 1. part. q. 86. artic. 2. semetipsum interpretatur, dicens intellectum intelligere singularia reflexè, at vniuersalia directè. Sensum autem cognoscere singularia directè. Suffragatur Thom. Aristoteles, qui. 1. Physic. intellectum tradit esse vniuersalis. text. 49. sensum porrò inquit esse singularium. Et sæpè alibi hoc idem tradere videtur. Addit tamen Thomas singularia non eò non esse intelligibilia directè, quia singularia sunt, quia Deus, & angeli sunt singulares, qui maximè sunt intelligibiles, sed quia sunt materialia singularia, quæ nos versamus, ideò non mouent intellectum nostrum directè. Et Aristot. 3. de anima text. 10. & 11. nonnihil videtur hoc idẽ insinuare. Quanquam si locum dispicis, difficilem iudicabis, & quantum arbitror non insinuat intellectum reflexè intelligere singularia, sed potius induxit mentionẽ lineæ rectę, & circũflexe, vt doceat nos, vt eadẽ est linea recta, quę circũflexa, quia ex flexa linea fit recta, & contrà, ideo sunt idẽ secundũ rem, quanquã discrepãt secũ-

Durandi & Scoti placitum.

Intellectus singularia reflexè intelligit.

Locus Arist. obscurus discutitur.

dum rationem. Ita per eandem potentiam intelligimus essentiam rei, & rem, cuius est essentia. Cæterum aduersus Thomæ sententiam sunt multa argumenta, quæ nos formauimus in primo libro Sentētiarum.

Thomas differitur.

Quapropter summatim contra hanc sententiā modo agemus. ¶ Et primo sanè dicet aliquis, intellectus corrigit sensum, ergo directè intelligit singularia. Vt corrigit sensum, Solem iudicantem esse pedaneū. Intellectus enim iudicat hoc iudicium esse falsum, & arbitratur esse maiorem vniuersa mole terrena.

1. Argum.

2. Argum.

¶ Rursum, voluntas amat, & odit singularia directo amore, & non solum reflexo, ergo intellectus itidem intelliget.

3. Argum.

¶ Adhæc, intellectus practicus, est singularium. 6. moralium cap. 2. & 3. de anima, text. 58. intellectum practicum commemorat duplicem habere rationem, & vniuersalem, & particularem. Et ratio vniuersalis non mouet, sed particularis est, quæ mouet: igitur vnus & idem intellectus practicus, cognoscit vniuersalia, & particularia, vt intelligit, exempli causa, eleemosynam erogare esse bonum, hæc est vniuersalis ratio, & hæc inefficax est, & intelligit huic pauperi esse porrigendam eleemosynam, & hæc ratio mouet, vt eleemosyna porrigatur: & in hāc rem multa sunt 3. de anima apud Aristotelem, quæ prudens mitto, quia non sunt necessaria, quæ citentur, sat sunt citata. Veruntamen, si meam in re hac exquiris sententiam, tui gratia illam aperiam. Ob serua igitur 3. de anima Aristotelē distinxisse duplicem intellectum, & contemplatiuum, & practicum. Ille sciendi est amantissimus, & adepta scientia, conquiescit: hic verò, non est appetens scientiam, vt sciat, neque ibi quiescit, donec se proferat in operationem exteriorem. Quapropter huius intellectus inspectio, aut theorice, non est finis, vt contemplatiui, sed potius ipsa operatio. Iam verò si hęc rectè tenes, videbis contemplatiuum intellectum vniuersalium esse, hæc nanq; inspicit, & intuetur directa inspectione, at singularia solum intuetur reflexè, quatenus formas vniuersales in phātasmatibus lucere aduertit. At verò practicus intellectus directè est singularium, siquidem eius proprius finis est operatio singularis, ad quam exercendam mouetur ex ratione particulari, vt dudum Aristoteles docuerat. 3. de anima text. 49. Et fortasis si præfati autores hoc amassent, quod proferimus, dogma, non discissi essent in factiones varias, vt discinduntur. Quia iuxta hāc normam doctrinæ, conciliantur facilè. Porrò in angelis, quia vtrunq; intellectum esse, & practicum, & theoricum oportet fateri, ideò angelos non latere vniuersalia, neque singularia rudis esset Theologus qui ignoraret. Et quanquam S. Thomas non gratum habeat placitum, tradēs in angelis esse possibilem & agentem intellectum, at practicum & contemplatiuum in eisdem esse, nō diffitetur. Verum quæstio de nomine est, vt præmonuimus.

Decisio ex autoris decreto.

Conciliantur autores

¶ Porrò autem vt planiora euadant, quæ in hac disputatione, & prioribus egimus, aduertere oportebit ex traditione Auerroistica. 3. de anima comm. 20. intellectum multifariam vsurpari Peripateticis. Iam p intellectu agente, & hic est, qui vniuersales abstrahit formas à phantasmate: & pro intellectu rursum possibili, & hic est, qui apprehēdit, & componit, & diuidit secundū rationes vniuersales, imò & particulares, vt prędiximus, & sub hęc dicemus. Et p intellectu in habitu, & hic intellect⁹ agē tē cōprehēdit, & possibilē, & habet ordinē ad phātasmata, & demum intellectus vim significat imaginatiuam, hoc est ęstimatiuā brutorum, & cogitatiuam hominum. Secundò obseruabis, quatuor esse aduertēdos gradus abstractionis, vt autor est Auicenna. 6. libro naturalium sectione. 1. c. 2.

Intellectus quatuormodis accipitur ex Auerroe.

Quatuor sunt grad⁹ abstractionis.

¶ Primus gradus ille recensetur, qui abstrahit à materia, non tamen à rei præsentia sensibilis, neque ab appendicijs materiæ: & hic gradus exterioribus sensibus congruit. Namque visus abstrahit à materia: nā excipit rei effigiem, sine materia, vt cera effigiem annuli excipit, non tamē aurum, vel argentum annuli.

¶ Secundus gradus abstractionis est superior, qui addit primò abstractionem à rei præsentia, vt imaginatiua facultas, atq; memoria abstrahunt à rei præsentia, quia absentia noscunt, non sicut sensus exterior, qui absentia nequaquam sentire valet.

¶ Tertius gradus est superior adhuc istis commemoratis, quippè secundum eum eliciuntur species non sensatæ à rebus sensatis: qui grad⁹ cōpetit ęstimatiuę brutorū perfe-

perfectorum, vt ouis, viso lupo, sentit inimicitias lupinas cum ouibus. At amicitia, aut inimicitia nō sentiuntur per sensus exteriores, cæterum ex viso lupo æstimatiua ouis æstimat lupum esse sibi aduersarium, ideo fugit sibi nocentem. At hominis cogitatiua idem præstat, & multò eminentiùs, per quam colligimus hunc esse filium alterius, amicum, vel hostem, &c. hunc esse hominem, illum leonem. Itaq; hæc vis animę substantiales proprietates, id est, quæ ad substantiam consequuntur commistas cum sensatis accidētibus capit. Quamuis cogitatiua vis apprehendit hūc hominē, vt est hic homo, quod indiuiduū vagum est, & sapit naturam communem. At æstimatiua brutorum non apprehendit hunc agnum, vt est hic agnus, at verò illum apprehendit, vt lactabilis est ab oue, sub aliqua demum actione, vel passione apprehēditur: lege Thomā 2. de anima, exponentem textum Arist. 65.

Cogitatiua hominis ex cōiūctione cum intellectu optima est.

Intellectus quatuormodis accipitur ex Auctoe.

¶ Istis præstructis, ceu expedientibus, annotationibus, primam accipe conclusionē: Omni cognitioni obest obiecti materialitas. Hæc patet, quia omnis sensus siue interior, siue exterior, est abstractorius à materia: & quo perfectior est sensus, est vehementior in abstrahēdo. Sensus ergo cognoscit materialia, at vnusquisque pro suo pēso cognoscit materialia immaterialiter, vt liquet aduertenti pridē dissertа.

Prima conclusio decisoria.

¶ Secunda conclusio: Intellectus agens non intelligit singularia nisi reflexè. Probatam habebis hanc, si pendis agentem intellectum, esse contemplatiuum intellectum. Nam agens intellectus non versat actiones exteriores: sed solùm vniuersales formas contemplatur in phantasmatibus. Et hic intellectus hoc vnicè habet in scopum (autore Commentatore) transferre scilicet res sensibiles, in ordinem intelligibilium: & hæc translatio est intellectus agentis abstractio.

Secunda cōclusio decisoria.

Quatuor sunt gradus abstractionis.

¶ Tertia conclusio: Possibilis intellectus (quem materialem intellectum Peripatetici appellant) cognoscit directè singularia, sed multo abstractius quàm sensus omnes. Hac tibi suadebo, si aduertis, quòd dudum dicebamus, hominem nō moueri ad operandum ex intellectus agentis abstractione, mouebitur igitur ex intellectu possibilis iudicio. Nam illius est iudicare. Aliòqui si ex nullà operatione intellectus homo mouetur ad opera facienda, nulla esset actio humana. At verò multę sunt actiones nostræ humanæ, ergo ad has præstandas mouebit aliquis intellectus non agens ergo possibilis. At nō potest mouere nisi ex ratione particulari, vt dudū tradiderat Aristoteles, ergo hic intellectus cognoscit singularia directè. Cui accedat, intellectū in habitu, ex ea parte, qua cōprehēdit possibilē intellectū, etiā, pspecta habere singularia, vt & possibilis habet. Dices forsitan retundens meum argumentum, cogitatiuam vim mouere hominē ad opus. At verò si hæc satis est huic muneri, superuacaneus est practic⁹ intellectus. Quid? quòd operatio humana non à cogitatiua quæ est sensoria vis, habet quòd sit humana, sed ab intellectiua. Dices adhuc, sat erit ad mouendum ad actionem humanā, si intellectus reflexè illa capiat. At dicito, amabo, si theoricus intellectus illa intelligit reflexè, practicus cur non intelliget directè, qui ex fine actionis à contemplatiuo differt? Argumenta autem in principio obiecta per dissertа soluūtur.

DISTINCT. quartæ Disputatio prima.

¶ Num angeli, simul atque conditi, beatitudinis honore fuerunt locupletes.

IT fortasis videtur alicui fuisse angelos, simul atq; conditos, beatos. Etem D. Aug. 4. super Genes. c. 32. geminā distinxit angelicam notitiā, & matutinā, & vespertinā. Per illam tradit angelos cūcta creāda vidisse in verbo, antequā cōderentur in pprio genere: per hanc verò res viderunt in pprijs generibus consistentes. Ergo si angeli viderunt omnia in verbo diuino, ipsum verbum viderunt, at visio diuini verbi, est visio beata, igitur futurunt simul atque conditi, beati. 1. Argum.

2. Argum. ¶ Ad hæc, is ipse Augustinus libro de dogmatibus cap. 62. tradit. Tales creati sunt angeli vt si vellent, in beatitudinis luce per sisterēt: si aūt vellēt etiam labi potuissent.

3. Argum. ¶ Et 11. de ciuitate Dei. cap. 12. & 13. sibi videtur consentire cum cęteris locis commemoratis idem repetens, Angelos nempè creatos omnes beatos: quosdā verò in ea beatitudine perstitisse, alios verò lapsos ab ea fuisse.

4. Argum. ¶ Rursum Origenes lib. 1. cōment. ad Iob versans verba illa: Nunquid considerasti seruum meum Iob? inquit, luciferum superiorem fuisse angelis, & archangelos excelluisse & in ordine Cherubin fuisse à Deo locatum, & indesinenti lætitia, ex diuini vultus cognitione constitutum. Ergo Lucifer fuit conditus beatus.

5. Argum. ¶ Præter hæc est argumentum ex similitudine ductum: Moses vidit Deum clara visione, vt Augustinus est autor, scribēs Paulino, nihilominus post visum Deū Moses ad aquas contradictionis peccauit: nihil mirum igitur videbitur, si angelos quis dixerit vidisse raptim diuinitatem: cæterū à visa diuinitate, lapsi sunt diabolus, & angeli eius.

Argumētū in diuersū. ¶ In diuersum verò est Boetius. 3. de consolatione, tradens beatitudinem esse statū omnium bonorum aggregatione perfectum. Igitur si angeli hoc honore beatitudinis fruerentur, nunquam ab eo laberentur: lapsus enim derogat statui beato.

¶ Disputatio hæc aucta est ex Augustini verbis iam indicatis, in argumentis in principio obiectis: quæ præseferunt angelos creatos fuisse beatos. Imò Basilius homilia 1. hexameron commemorat idem, Deum angelos inquit fecisse ante omnem visibilem, quam condidit, creaturam, tumque illis spirituale lucē illorum beatitudini accommodam tribuisse, vndè illos habuisse beatitudinem ante mundi exordia facilè testatur. At verò Gregorium Naziāzenum in oratione in Christi natiuitatem contrarium docuisse colliges. Ait enim angelos creatos quidem immobiles ad malū faciendum, at non prorsus immobiles. Etenim si prorsus fuissent immobiles, Lucifer nō cecidisset. At verò verba hæc haud dubium demonstrant ex Basilij decreto non fuisse beatos conditos. Quippè beatitudo immobilis prorsus est ad malum, & fixa necessariò in bono. Quin etiam is ipse Gregorius oratione secunda in pascha dixit, Angelum quendam voce magna sub Domini resurrectione clamasse verba hæc: Salus est hodiè facta mundo visibili, & inuisibili. Quem sermonem exponens scholiastes Nicetas dixit, ante resurrectionem Domini angelos bonos non fuisse omnino firmatos in bono, imò etiam tūc potuisse labi, & peccare, quamuis difficulter: at verò per dominicam resurrectionem stabiles redditos fuisse in opere bono, quanquam Lucifer, & gregales eius à lapsu obdurati remanserunt in peccato. Quę si pendis verba, videbitur tibi ex hac sententia angelos sanctos, non fuisse beatitudine donatos quousque dominus victor surgit de funere, pede conculcans tartara. Etenim si angeli boni peccare poterant ante triumphalē domini resurrectionem, ergo non erant beati: beati enim peccare nequeunt. Rursum, Theodoretus in quæstione sexta ad Genesim itidem insinuat, quod Basilius, angelos omnes creatos in lumine, antequam visibilem hanc machinam Deus condidisset: & tum lætitia inæstimabili perfusos. Porrò autē scholastici Doctores, credentes non fuisse creatos beatos, laborauerūt in exponēdo Augustino. Nam Græcos ipsi non indicant. Vndè dixit Albertus Magnus in distinct. hac, Angelos omnes vidisse in verbo rationes, & ideas omnium condendorum, antequam conderentur: at non vidisse ipsum verbum. Verum istud est magis intricamentum, quam documētum. Nāq; intelligibile non est vidisse angelos ideas, quę sunt in verbo, & nō verbū ipsum. Quā doquidem idea Dei & Deus vna substātia sunt vt diximus in primo. Quid? quòd si hunc locū ad hunc modum interpretatur Albertus, quomodo interpretabitur eundē Augustinū lib. de verbis domini dicentē, iniquos in die iudicij visuros Dei formā etsi non Dei claritatem? At verò Magister Sentent. & posteriores illū sequuti, breuiter, & sub paucis quęstionem hāc dirimūt. Aiūt enim angelos omnes simul atq; creatos, fuisse beatos beatitudine naturali, nō tamē supernaturali. Naturali sanè qa splēdidissimis fulgebāt naturalibus, & innoxij conditi fuerunt, & à culpa, & à quauis alia noxa liberi: non tamen supernaturali beatitudine fuere statim donati. Nam hæc est in visione & fruitiōe Dei immobili consi-

Placita sanctorum doctorū Græcorum.

De verbis Domini apud Ioānē sermone 64.

Beatitudo naturalis & supernaturalis.

consistens. Cæterum hoc Magister docuit, quia supponebat angelos omnes creatos sine illustratione & decoratione gratię gratum facientis, ideo nō poterat illorum beatitudinem supernaturalē asserere: quæ gratiam (quam diximus) necessariò exigit. At Augustinus illos creatos in gratia Dei fatetur, vt sub hæc demonstrabitur. Porrò D. Thomas. 1. parte. q. 62. art. 1. sibi persuasit non fuisse creatos beatos angelos. Quippe beatitudo est finis vltimus, ergo nō statim donanda angelis, sed prius promerenda erat. Cæterum neque hoc argumentum validum est, quando quidem Augustinus angelos donatos perfecta beatitudine nō putauit simulatque creati sunt, sed beatitudine secundum quid, vt Moses, qui raptim vidit essentiam diuinam, non erat beatus simpliciter, quia beatitudo perfecta nō raptim volat, sed fixa manet æternò. Et hanc beatitudinem Moses promeruit ex bonis gestis sibi tandem tum dandam. Erat igitur viator tunc, & non comprehensor, videns raptim Deum, ita angelos dicerent amatores huius dogmatis fuisse viatores quidem, simpliciter, at beatos secundum quid.

1. Cōclusiō ¶ Iam verò pauculas proferam conclusiones, vt exactius rem istam comprehendas. Prima sit. Non arbitror hæreseos nota afficiendū, qui diceret ad sensum præscriptū, angelos fuisse secundum quid creatos beatos. Hanc colliges, quia nullibi damnatam tanquam hæreticam assertionem istam legimus. Imò (vt prædiximus) illam præsefert Augustinus locis indicatis. Quamquā Thomas in. 1. par. q. 62. art. 1. ad vltimum interpretatur Augustinum, dicens, geminam esse cognitionem in verbo, aliam naturalem, aliam gloriæ. Omnes igitur angeli in exordio suæ creationis habuerunt visionem in verbo naturalem, nempe per cognitionem similitudinis diuinæ, quæ relucebat in essentia angelica: at verò visionē in verbo perfectam non habuerunt omnes angeli, sed solum boni. At verò hæc interpretatio quam sit Augustino germana, ego non video. Namque videre res in similitudine relucente, in angelo ipsius diuinitatis, est videre Deum per effectum, & à posteriori, nam similitudo diuina, quæ in angelo est, effectus est Dei, non causa, igitur si est cognitio à posteriori, non est visio in verbo, quæ à priori est. Et Augustinus illam matutinam appellat loco ex Genesi citato. Veruntamen Augustinus lib. retractationū dictata ab eo in libris de Genesi ad literam, magis disputādi gratia, quā decernēdi esse docet dictata. Id quod posset responderi Augustino, nisi alibi etiam rem hanc doceret cum Origene, & Basilio, &c. Quare formaliter esse hæreticum dogma istud nōdum compertum habeo. Et quamquam August. 11. de ciuitate Dei, cap. 13. de beatitudine perfecta facit verba, quæ æternò permanet, & hanc malos angelos non habuisse testatur. Habuisse tamen angelos peccatores aliquam beatitudinem non prescio, itidem docet. Et in fine capitis, malos. Tractans Ioan. verba illa: In veritate non stetit: in veritate, inquit, non stetit, vbi à veritate lapsum intelligi voluit, in qua vtiq; si stetisset, eius particeps factus, beatus cum sanctis angelis permaneret. Vbi insinuat omnes creatos beatos. Nam non ait, fieret beatus, sed permaneret.

Gemina notitia angelorum in verbo & naturę & glorię

De verbis Domini apud Ioānē sermone 64.

Beatitudo naturalis & supernaturalis.

Thomas disseritur.

¶ Secunda conclusio: Periculosam esse, & non admodum tutam assertionem hanc, quæ angelos beatos asserit fuisse in exordio suæ creationis beatitudine supernaturali secundum quid, persuasum habeo. Et ratio meæ persuasionis est, quia concordē obseruo doctrinam Theologorum scholasticorum, negantium huiusmodi beatitudinem angelis adfuisse. Et quamquam Mosem Augustinus tanto donauerit honore, vt etiamnum viator diuinæ visionis compos fuerit, cæterum Moses tādem erat promouendus ad cælestia regna, quæ libauerat iam in monte Sinai, videns vel transeūter Deum. At dēmonē, hoc est, luciferum, & gregales eius, qui erant mox demergendi ad tartareas tenebras à vero discrepat, beatitudine tanta donatos fuisse, à qua mox erant decisuri. At verò quia angeli creati fuerunt quantum ad beatitudinis rationem æquales, vt ait August. ad Orosiū ad quæst. 25. consequens est, omnes ita bonos, vt malos, sine tanta beatitudinis dote conditos fuisse.

2. Cōclusio

3. Cōclusio

¶ Tertia conclusio: Reijciendum puto dogma Nicetę, qui illustrauit scholijs suis Gregorium Nazianzenum, cuius superior sermo noster meministi. Hic enim censuit angelos sanctos non fuisse stabiles in bono, quousque Christus resurgens à mortuis illos stabiliret, q̄ perinde est, acsi dixisset,

non fuisse beatos, nisi sub Domini resurrectione. Istud ego credo esse hæreticum. Nam Matthæi. 22. Angeli, ait, eorum semper vident faciem patris mei. Angeli igitur ante Domini resurrectionē iam videbant Deum, igitur tum beati erant, & stabiles in bono. Etenim Dns ante mortē suā verba prædicta protulit. Et Lucæ, cap. 1. ait: Sum Gabriel, qui asto ante Deū. Id q̄ Gabrielē Deū tū videre, quando colloquebatur cum Zacharia facilè insinuat: Ego sum Gabriel, qui asto, id est, nunc video Dei vultum. Et ad hunc modū sunt alia in diuinis scriptis, quæ hoc idem considerāti persuadebunt nostram conclusionem. Et rursum cur in tantum tempus erat protelanda sanctorū angelorum beatitudo? Nā cum digni erant vt bearentur, cur non beabantur? Siquidē non erat illis expectāda mors vt nobis. Sūt etenim immortales. Et vtiq; mora tāta beatitudinis illis fuisset non exigua pœna, & citra culpam vel naturæ vel personæ. Neq; sermo Nazianzeni in tantas nos cogit angustias, vt hoc dogma cum Niceta probatum habeamus. Nam quod ille dixit, Domini resurrectionem salutem attulisse, & mundo visibili, & inuisibili: est quod Paulus meminit: Pacificans per sanguinē crucis eius siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt, ad Colos. 1. Quia igitur Christi resurrectio restaurauit antiquas angelorū ruinas, ideo Gregorius dixit resurrectionem Domini salutiferam fuisse mundo angelico, quem ipse appellat inuisibilem: & hominibus, qui sunt mundus visibilis.

Niceta nō probatur.

Exponitur Nazianzenus.

¶ Quarta conclusio: Angeli omnes tam boni, quàm mali, conditi sunt beati ex beatitudine duntaxat naturali. Hanc probat communis Theologorum scholasticorum calculus: at verò quia beatitudo est consistens in diuina contemplatione, hanc ex viribus propriæ naturæ angeli habuerunt purissimam, cognoscendo Deum non visione beata, sed cognitione alia non beata, sed illa eminentissima, & hæc beabat naturaliter angelos omnes. Nam si homines per creaturas Deum contemplantur, inuisibilem quidem Deum per visibiles creaturas, multò præstantius angeli per suas essentias inuisibiles illas cernentes, Deum cognoscere valebant. De cognitione autē ista subhæc vberior erit mentio. Probat autē Bonauētura angelos nō fuisse cōditos in beatitudine, qā apud Ioānē. c. 8 dicim?, de diabolo: In veritate nō stetit: at verò si beatus fuisset cōditus, necessariò in beatitudine stetisset: quia beatitudo ęterna est, & nō caduca, atq; mutabilis. At verò responsio hæc infringi facilè potest, si dixeris nō esse angelos creatos in beatitudine simpliciter, illa, inquā, qua modo sancti angeli fruūtur, sed solū in beatitudine secundū quid, vt suprà diximus. Cæterū loci pleriq; multi qui ex Augustino indicātur, q prę̄ferūt angelos fuisse conditos beatos, de beatitudine naturali subaudiuntur. Tu lege Augustinū de mirabilibus sacræ scripturæ, cap. 2. & de fide ad Petrum, capit. 3. & de dogmatibus ecclesiæ, cap. 59. & de correctione, & gratia, capit. 10. vbi traditur, quod angeli & si beati sint creati, erat tamen adhuc quod eorū beatitudini adderetur, si permānissent. Quæ omnia ad beatitudinē naturalem referunt. Quamquā locus ex Genesis lib. iam indicato vehementius indicat mentē Augustinianam. Et quamquam nōnulli cēsuerint Augustinum sibi nō consensisse in lib. 11. de ciuitate, cap. 13. tamen re vera fallūtur. Nam Augustinus, cap. isto potius ostēdit se sibi esse cōsentaneum, vt prędiximus.

4. cōclusio.

Quæst. 1. huius dist.

¶ Hæc si mente cōplexus fueris argumēta in principio obiecta, facilè elues. Primo argumento Bonauentura art. 3. q. 1. geminā distinxit visionem in verbo, & perfectam, qua fruuntur beati, & imperfectam per species congenitas. Existimat ergò Augustinum locutum fuisse de visione in verbo imperfecta: quia illæ species erant verbi diuini illuminationes quædam. At hæc visio non fecit angelos beatos. Et S. Thom. in. 1. par. q. 62. art. 1. ad vltimum nō procul, quātum prę̄fert verba, abest à Bonauentura, vt suprà iam indicaui. Tametsi Thomas nō exponit hanc visionem in verbo imperfectā fuisse per species cōgenitas, vt nos post hæc aperiemus. Porro, vt meminimus inter disputandum, visio hæc imperfecta nō est matutina visio, at verò Augustinus illā vocat matutinā, ideò cōsultius agetur si dixerimus Augustinū visionem in verbo intellexisse, quæ erat de verbo, aut in verbo: at nō rē dixisse hanc decernēdo, sed inquirēdo duntaxat. Vnde tu colligere poteris locū hunc Augustini non colligere species cōgenitas angelis fuisse, vt pleriq; Theologorū existimāt. Nāq; Augustin? ibi tradit angelos res omnes cōdendas prius vidisse in verbo, quàm in proprio genere: igitur

Responso argumentorum.

Species cōgenitæ non euidenter colliguntur ex Augustino.

non

non egebant speciebus cōcreatis ad ea quę in verbo cernebant. Et Albertus Magnus lib. de quatuor coæquæuis ferè idē sapuit credens ita sensisse Augustinum, angelos scilicet oēs vidisse in verbo creaturas omnes. Nam quòd quidam distinguunt fuisse bonos conditos beatos, non autem malos, friuolum est. Quia æquales conditi sunt quantum ad hanc rationem attinebat, vt est autor Augustinus. quæst. ad Orosium, respondens quæstioni. 25. Alia quoque testimonia ex Augustino indicata quid velint, iam expositū est. At quod Græci tradiderunt autores, & Basilius, &c. subaudiē dum est, vt Augustinū subaudiuimus: aut dices, Græcos illos ita sensisse, quia sua ferebat ætas ita sentire, angelos creatos beatos, at verò nostra ętas non fert, nisi de beatitudine naturali velimus dogma intelligere.

Argumētis fit satis.

¶ Ad argumentum verò, quòd Mosem inferebat, dicito, aliud de Mose, aliud de diabolo, & angelis eius sentiendum est. Etem Mosi ostensa est diuinitas, ex Augustino, at tum hic vidit Deum raptim, quem modò quieta visione videt. At verò diabolus, qui nunquam erat beandus, visione diuina etiamnū instantanea non erat donādus.

Responsio argumentorum.

Quęst. annexa.

¶ Huic autem disputationi annectenda est alia in maiorem lucem eius: sine strepitu tamen argumentorum. Dignum nanque est quærere quid nam sit cognitio matutina angelorum, quid ve vespertina? Et quidem has nomenclaturas Augustinus pro celsitudine sui ingenij excogitauit. Namque in 11. de ciuitate Dei, cap. 7. & 4. super Genesim, cap. 26. & 11. de ciuitate Dei, capit. 29. & 4. super Genesim, cap. 34. meminit huius cognitionis matutinæ, atque vespertinæ. Et quātum assequi datur ex dogmate Augustiniano, cognitio matutina, & vespertina, metaphoricōs referuntur ad angelicas notitias. Etenim vt manè est principium lucis, & vespere terminus, ita cognitio rerū in suo fonte & principio, hoc est in Dei verbo matutina appellatur: at verò cognitio rerum in proprijs generibus, vespertina nuncupatur: quia creatura est tanquā terminus. Itemque res ipsas cognoscere, & cognitas referre in laudem creatoris, matutinæ notitiæ tribuit Augustinus: at verò in rebus sistere ad vespertinam retulit. Albertus verò Magnus lib. de quatuor coæquæuis, quæst. 5. aliter est interpretatus: Mane, ait, est prima rerum manifestatio, ideo quia primam, quam habuerunt angeli de rebus, notitiam in verbo, matutinam appellauit Augustinus. at vespere fit rerum manifestatio posterior, & obscurior: ideò cognitio rerum in proprijs naturis vespertina appellitatur. Namq; Albertus persuasum habuit ex Augustino angelos in suo exordio Deum vidisse, vt iam suprà meminimus. At verò Thomas in hanc viam non est ingressus, quia negat angelos in exordijs suis Deum vidisse. Quapropter aliud excogitauit commentum in. 1. parte, quæst. 56. artic. vltimo. Docuit enim geminam esse matutinalem cognitionem, alteram perfectam, aliam imperfectam. Primam finit esse visionem rerum, verum in Dei verbo: secundam verò definit esse videre Deum imperfectè, hoc est, videre Deū per proprias essentias, & non per species concreatas, vnde putat angelos in exordijs suis habuisse matutinam rerum notitiam per proprias essentias, non per species concreatas. Namque angelus semetipsum intuetur non per aliquam speciem, sed per præsentiam suæ essentiæ: quæ sibi est præsentissima. Et nulla species ita exactè posset angelum sibi re præsentare, quam ipsa semetipsam manifestat. Et species addita superuacua videretur. Sicut ergò se videt per essentiam suam, ita, imperfectè tamen, Deum videt per eandem essentiam. Nam essentia angelica limpidè, & purè repræsentat Deum, & tam purè, imò purius, quam quæuis species cō creata, ideoque videndo se, Deum videt, vt naturaliter ab angelo videri potest diuinitas. Quamuis huic placito Marsilius obstat, credēs, Deum videri ab angelo nō per essentiam angelicam, sed per speciem inditam. 2. sentent. quæst. 3. At, meo iudicio, ab simile est à vero quod ipse existimat. Quorsum enim species est addenda naturæ angelicæ ad repręsentandum Deum, quando ipsa natura angelica ex puritate sibi natiua melius hoc præstabit quam indita species? Quæ sanè additur quia à materialibus rebus non acquirit sciētiam angelus, vt suprà differebatur. Quamuis non me latet, Thomam credidisse angelum vnum, alium cognoscere per speciem innatā, vt Michael, exēpli causa, Gabrielē in. 1. par. quæst. 56. artic. 2. Quamuis mirari subit, si species innatæ traduntur, quia incommodum videtur angelos perfici à rebus sensilibus. Hoc namq;

Cognitio matutina & vespertina.

Duplex matutina notitia.

Thomę placitū de matutina notitia.

Angelus vnus alterū cognoscit per speciem innatam.

Species cōgenitæ non euidenter colliguntur ex Augustino.

namque est columen doctrinæ Thomisticæ in articulo isto, cum non sit incommodum angelum ab angelo perfici, cur tradũtur species necessariæ inditæ vt angeli se inuicem cognoscant? Imò non solum angelus angelum præditus istis speciebus cognoscit, imò & cogitationes, quas vnus angelus ad alterũ ordinat, per species has innatas cognoscẽdas tradit idem autor. quæst. de verit. 9. art. 4. At qualequale hoc dogma fuerit, satis suprà dissertũ est: regrediamur ad notitiam vespertinam. Et illam existimat Thomas esse cognitionem rerum per species cõgenitas. Et discrepat satis à Thoma Bonauentura, qui hanc notitiam per species credit esse non vespertinã, sed matutinam. Id quod ex prætextu sermonis videbitur fuisse Thomæ placitum. 1. par. quæst. 62. artic. 1. ad. 3. Nam ait visionem matutinam esse per similitudinem angelo impressam à Deo: & non exponit quæ est hæc similitudo. At certum est, collatis locis Thomæ, non esse speciem innatam, sed similitudinem naturæ angelicæ cum diuina. Cæterùm hæc omnia vtcũq; differuntur, vt Augustinum in sensum vulgatum Theologorum trahant. At non videntur penitùs esse ad mentem Augustini. Qui si propriè interpretetur, matutinã voluit esse visionem rerum in verbo, quæ est prior saltem natura apud August. quam cognitio rerum in proprio genere. At verò cognitio essentiæ angeli, quando se cognoscit per essentiam suam, vtique est cognitio rei in proprio genere, nam est cognitio sui ipsius. Accedit eodẽ, matutina est prior quàm vespertina, at angelus prius cognoscit se, quàm Deum, quomodo cognitio diuinitatis quam habet angelus ex essentia sua erit matutina, quam præcedit notitia propriæ essentiæ? Et re vera nisi impropria fit locutio, non est admittenda, neque germana videtur Augustino expositio. Nihilominus Thom. in. 1. par. quæst. 56. art. finali persistẽs in suo dogmate triplicem distinxit cognitionem, aliam per præsentiã in cognoscente, vt lux videtur irradiãs oculo, alio modo per speciem acceptam à re, vt lapis videtur ab oculo ex specie oculo impressa, aut deniq; per speciem non à re acquisitam, sed aliunde oblatam, vt quę videmus ex speculo. Primam harum cognitionum Deo tantum tribuit, qui seipsum, & omnia alia à se per essentiam suam videt: non egens aliquo forinseco, vt se, & alia omnia cognoscat. Quia per præsentiã essentiæ propriæ videt. At verò nobis impartita est cognitio, quæ est collata huic, tanquam illi opposita. Etenim cognoscimus diuina, non per essentiam Dei, neque per speciem acceptam ex Deo, sed ex creaturis, quæ sunt tanquam speculum diuinitatis, in quibus diuinus radius sub rerum sensibilitate velatus, nobis elucet: vt Paulus nos docuit, dicens, Videmus nunc per speculum in ægnimate. 1. ad Corinth. 13. Est autem cognitio angelica inter has media, quia vident Deum visione naturali, nõ per essentiam Dei, id quod beatæ visioni est solum tribuendum: neque per speciem aliquam intelligibilem à Deo acceptam, superadditam naturæ angelicæ: sed solũ per essentiam propriam, quæ est tanquam species, & similitudo purissima diuinitatis, quam similitudinem ex creatione acceperunt. Et hanc visionem naturalem Thomas vocat visionem matutinam, aut cognitionẽ matutinam, ne hæreas in verbo videdi. Quamuis, vt dicebam, Bonauentura cognitionem per species concreatas matutinam voluit esse cognitionem. Et, pace eius dixerim, immeritò, nam visio per species has est visio rerum in proprio genere: si ergo hæc est matutina, non distinguetur à vespertina. Et tu interim aduerte Thomã dixisse lucem videri ab oculo per essentiã suam, & non per speciem: cùm tamen per speciem videatur lux ab oculo. Aliâs quomodo memoraremur nos vidisse lucem, si nullam per visum speciem excepimus lucis? Fuerunt Theologi quidam, quorum meminit Bonauentura ad finẽ huius distinctionis, qui tradiderunt, angelos sanctos solum fuisse compotes huius matutinalis visionis, quia isti duntaxat viderunt res in verbo à principio suæ creationis: angeli verò reprobi non compotes fuerunt huius eximiæ dotis, sed peccãtes obfirmati sunt in malo, & derelinquentes suum domicilium in barathrum sunt deturbati. Et huius placiti etiam meminit Augustinus lib. 11. de ciuitate Dei, capit. 13. At non probatur ab Augustino in quæst. ad Orosium respõdens quæstioni. 25.

Tho. differitur.

Hæc obserua.

Triplex cognitio.

Angeli in exordio suæ creationis viderũt visione non beata, sed naturali, Deum per propriæ essentias.

Thomæ differitur.

¶ Distinct. 4. Disputatio. 2. Nũ angeli conditi fuerint in gratia Dei.

1. Argum. ET forsan credet aliqs non fuisse creatos in gratia Dei. Etenim si creati sunt in grã Dei, ergo in amicitia Dei: quòd si amici conditi fuissent, nõ laberẽtur. Etenim angeli cui primò hærẽt, semper hęrẽt. Quare si in exordio suæ creatiõis Deo hæsissẽt, nunquã à Deo recessissent: sunt enim tenacissimi propositi sui: at verò multi non adhęserunt Deo post creationẽ suã, ergo nunquã illi hæserunt. Igitur non sunt conditi in diuina gratia.

Angeli in exordio suæ creatiõnis viderũt visione non beata, sed naturali, Deum per ꝓprias eius tias.

2. Argum. ¶ Secũdo idẽ colliges: sciebat Deus quosdam ex angelico numero esse casuros, ergo non contulit illis gratiã. Probo consequentiam: quò enim attinebat illos ornare grã dono, auferendo ab illis mox post creationem suam?

3. Argum. ¶ Adhæc, Augustin⁹ lib. 1. super Genesim ad literam existimat creaturam tam spiritualem, quàm corporalẽ, exordia tenuisse informia, ergo si angeli sunt conditi informes, non sunt conditi cum egregia charitatis, & gratiæ Dei dote.

Thomas dissentit.

Argum. in diuersum. ¶ In diuersum est quod beatus Basili⁹ enarrans Psalmum. 32. tractãsq; verba illa: Verbo Dñi cęli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum: tradit spiritũ sanctificasse sanctum angelicos spiritus, & omnes esse donatos sanctitate: at verò sanctificatio est necessariò ex grã & charitate Dei. Igitur fuerunt angeli cum opima supellectile gratiæ diuinæ à Deo creati. Et Damascen⁹. 2. lib. de fide, cap. 3. idem sapit, quod Basilius, dicens angelos fuisse à Deo creatos perfectos, & per Spiritum sanctum sanctificatos. At hęc sanctificatio nõ fuit emũdatio à labe criminis, quia expertes erant tum criminis: ergo hæc sanctificatio, erat per effusionem diuinę charitatis, cuius Paulus meminit: Charitas, dicẽs, Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritũ sanctũ qui datus est nobis: quã sanctificationẽ Augustinus. 12. de ciuitate Dei, cap. 9. angelis fatetur adfuisse.

¶ Disputatio hęc multis sanè nominib⁹ reddita est difficilis. Et quia de facto est, factũ eñ quærit, nõ posibile. Quia nemo dignè in dubiũ vertet, si Deo subiacebat in exordio creationis angelicæ, illam sanctificare: donans illi charitatẽ per Spiritũ sanctum. At verò factum est quod hæsitationi patet, si ita factũ fuerit angelos fuisse hac sanctificatione supernaturali prædditos, antequã boni bearentur, & mali laberẽtur. At hoc exquirere factum, est non leuis negocij: quia cum sit gestũ in cælestibus habita culis, necesse est nos latere, nisi Spiritus sancti adsit magisterium, quod vtique de facto isto desideramus. Quamobrem discissa est schola Theologica in factiones varias. Et vnaquæq; familia suam ducit partẽ. Et Augustinus (vt hunc primo proferamus autorem) varius videtur. Etenim in lib. de Geñ. ad literam, cap. 1. & sequentibus ad. 9. vsq; tradit angelicã naturam creatã prius informẽ, dein verò formatã fuisse, per cõuersionẽ ad supremã lucem. At verò lib. de correctione & gratia, angelos malos ait antequã caderent gratiã habuisse. Et in libro Cõfessionũ. 12. cap. 9. versans verba psalmi: Cęlũ cæli Dño, terram autem dedit filijs hominum: per cælũ, intelligẽdos docet angelos sanctos, quos testatur simulatq; cõditos, Deo adhæsisse. Et de malis angelis nihil meminit. At verò in. 12. de ciuitate Dei, cap. 9. Simul, ait, cõdens naturã, & largiens gratiã: hæc tamen dicens, aperto sermone de angelis sanctis, qui Deo hæserunt amore casto loquitur. Quamquã in eodem capite ante hæc verba de omnibus angelis loquens, inquit: Simul vt facti sunt, ei, à quo facti sunt, hæserunt. Et lectitanti Augustini verba in hoc capite planè videbit Augustinum in hoc loco agere, si omnes angeli creati sunt in bona voluntate à Deo. Et per bonam voluntatem amorem diuinæ charitatis intellexit. Nam ait hanc bonam voluntatem non esse ab angelis, nam si ab eis esset, meliores esset à seipsis, quã à Deo essent facti. Vnde colligit hanc volũtatẽ à Deo esse, & in hac creatos esse omnes, insinuat. Cæterum sancti angeli in hac bona volũtate persistẽtes, beatitudinis assequuti sunt plenitudinem: mali verò ab hac bona voluntate deficientes, peccauerunt, & in beatitudine nõ sunt cõfirmati, vt boni angeli. Addit autem fortasis bonos esse magis adiutos, quãmalos, vt in bona voluntate persisterent. At verò non exponit Augustinus quale hoc fuerit adiu-

Augustinus varius videtur de sanctificatione angelorum

Augustinus exponitur

adiutorium. Etenim si in Dei charitate erāt creati, quo superiores erant angeli, vberiori charitate erant donati: quæ maior charitas maiori erat præsidio habentibus. Quāobrem si Lucifer creditur angelorum maximus, vel ex maximorum numero, vtiq; habuit maximam charitatem, simulatq; cōditus erat, maximumq; adiutorium: imò maius quā cęteri angeli, qui illo minores erāt. Cæterum cum maximo hoc adiutorio lapsus est, & alij angeli cum minori adiutorio non sunt lapsi ex ordine minorum angelorum. At verò, si per, adiutorium, intellexit Augustinus, gratiam gratis datam, impensam abundātiorem confirmandis in beatitudine, quàm lapsuris, diceret fortassis aliquis malos angelos obtenturos querimonias cōtra Deum, quòd hoc auxilio orbasset eos. At iniusta querimonia hæc esset: quia Deus omnibus dedit, quæ sat erāt beatitudini assequendæ: quod verò aliquibus liberalior esset, magnificentię diuinæ erat. Et expostulātibus facilè diceretur à Deo, Nūquid oculus tuus nequam, quia ego bonꝰ sum? Origenes porrò homilia. 2. ad Ezechielem casum Luciferi versans: docet Luciferū conditum in gratia Dei. Neq; mirum si sic decernat Origenes, siquidem beatū fuisse Luciferū conditum, in superioribus ostensum est ex eiusdem placito. Cyrillus quoq; lib. 1. in Genesim, in summa gratia credit Luciferum conditum fuisse: & ad ordinē Cherubinorū pertinere fatetur. Porrò autē si ad scholasticos res hæc deuoluatur iudices, varium est iudicium. Magister Sententiarum distinctione. 5. angelos sine gratia fuisse creatos docet. Itaq; boni conuersi sunt ad Deum non ex gratia, sed ex naturalibus suis, & qui benè vsi sunt libero suo arbitrio, gratiam & gloriam promeruerūt, at mali quia malè vsi sunt libero arbitrio, ideò gratiā non perdiderunt, quā habebāt, quia nulla est illis subtracta, at non est apposita ex malo merito suo. Ita gratiā operātem omnibus angelis negat: cooperantē verò sanctis angelis concedit. Nam operās est, quæ culpā abstergit, at angeli innoxij sunt à Deo creati, quare nihil habebant abstergendū. At cooperans gratia, quę est ad cōseruandū in bono, & vt in eodem bono pariat profectū, hāc fatetur angelis sanctis à confirmatione adfuisse. Hanc Magistri sententiam sectatus est Alexāder Halēsis. 2. parte suæ summæ membro. 19. Et Bona uentura dist. 5. q. 1. art. 1. Et Marsilius in. 2. q. 4. ar. 1. Albertꝰ verò Magnus lib. de quatuor coæquæuis. q. 6. art. 3. problema esse ducit: vt Gabriel. q. postrema. dis. 4. huiꝰ. 2. Et Theologi alij non pauci. Fauent Magistro multa: primò quia sicut facientibus, cp præstare possunt, Deus non negat gratiā, ita quoq; & non facientibus illam negat. Angelis igitur vt gratia gratum faciens cōcederetur diuinitꝰ, oportebat primū vt ipsi præstarēt quod suum erat, ergo oportebat illos primò legitimè vti naturalibꝰ eximijs quibus potiebātur, vt ita vtentes rectè, gratia donarentur: & non benè vtētes, illa orbarentur. Namq; euangelica nos admonet lectio: Euge, inquit, serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Fidelitas autem hæc in modico, est sanè rectus vsus liberi arbitrij: & qui hoc fideliter vtitur, æquū est vt supra multa constituatur in Regno Dei. Namq; idoneus vsus liberi arbitrij est talentorum legitima administratio, quæ qui legitimè administrat, illorum promeretur amplificationē, & multiplicationē. Et tu considera, vt rectè habeas Magistrum, Angelos bonos legitimè vtentes arbitrio suo promeruisse de congruo, non de condigno æternæ gloriæ pondus. Etenim nullum est meritum cōdigni, nisi à charitate & gratia Dei procedat. Ex hypothesi autem, quā amat Magister, angeli gratia hac non fuere prædīti in primordijs suis. Quare angeli sancti diligentes Deum super omnia, simulatq; cōditi sunt, nō promeruerūt ex dilectione hac, quā ex naturalibus viribus suis habuerunt de condignovitam ęternam, sed solū de congruo. At verò meritum condigni in angelis Magister admittit post glorificationē, per bona opera, quæ erga nos exercent: de quare infrà. Conuersio igitur sanctorū angelorū fuit hęc dilectio Dei super omnia ex viribꝰ propriæ naturæ. Quam exhibere valebāt, quia nō erant circūdati infirmitate, vt nos, quos pleraq; multa interpellant, ne hanc dilectionem præstemus. Et Gregorius. 32. Moralium ad cap. Iob. 25. exponens verba illa Ezechielis. 28. Omnis lapis precios⁹, est ornamentum eius: docet Luciferū cōditum fuisse capacem gratiæ & glorię, quę adipiscereturꝰ si perstitisset in bono à Deo accepto: at verò hæc capacitas nō est impleta ex culpa ipsius. Et confert hanc capacitatem, foraminibus petræ, quæ non implentur

Obseruaex Augustino si pter gratiam angelis beatis vt beaꝛeturcō cedit adiutoriū fuisse quid quod in nobis?

Magister exponitur.

Gratia operans & cooperans.

Suadeleę in fauorē Magistri.

Conuersio sanctorū angelorū erat dilectio dei sup omnia.

Differitu Thomas.

plentur, sed vacua persistunt. Porrò autē Thomas. 1. par. q. 62. art. 3. duxit aliam partem, motus Augustiniano verbo iā suprà indicato: Condens naturam, & largiēs gratiam. Et angelos ideò credit cōditos in gratia gratum faciente. Cui sententiæ Scotus subscripsit: quamquam iuxta modum suū illam exponit dist. 5. huius. 2. Thomas autem aliam factionem iam memoratam probabilem iudicat esse, quāquam quam ipse est amplexus, existimat esse magis cōsentaneam verbis sanctorū. Et sunt suadelæ huius opinionis ex similitudine corporalium ad spiritualia. Deus namq; creans corporalia, vt viuentia, & animalia, creauit cū rationibus seminalibus: igitur creans angelicam naturam, erat congruum vt crearet eū ratione seminali sibi congrua non ad generationis propagationem, sed ad gloriæ adeptionem. Semen autem vitæ æternæ adipiscendæ est gratia gratum faciens. 1. Ioannis. 3. igitur sunt donati omnes angeli gratia gratum faciente. Istud porrò argumentum suasio est, non tamen conuincens ratio. Namq; ad perfectionē naturalem viuentium illud erat necessarium, vt crearentur cum vi seminaria, ex qua propagarent sibi similia in specie, & proprię mortalitati hoc modo cōsuleretur. Namq; tū perfectū animal censetur ab Aristotele, quādo potens est generare sibi simile ex specie: cætera eñ animalia orbata sunt, & imperfecta. Cæterum angeli etiam si crearentur sine gratia gratum faciente, nihilominus essent absolutissimi, & perfectissimi in proprijs naturis. Fauet nihilominus huic placito Hieronymus exponens Oseam, cap. 3. dicētem: Dilexerunt vinacia, ait angelos, & dæmones creatos fuisse in pinguedine Spiritꝰ sancti. Et Anselmus lib. de casu diaboli hoc itē dogma est amplexus: & indicant in hanc sententiam locū Ezechielis, cap. 28. In deliciis paradisi Dei fuisti: id quod referūt ad Luciferum. Qui amant aliam factionē, hæc & alia soluunt, quæ cum dogmate isto faciunt. Dicunt enim Augustini verbū: Condens naturam, & largiens gratiam: non de gratia gratum faciente, sed gratis data, esse subaudiendum: & Hieronymum intelligendum, in pinguedine donorum naturalium. Itidem qui patrocinantur contrariæ sectæ, Augustinum exponunt, angelos fuisse creatos informes, ordine naturę, non temporis. Quia prius intelligimus esse conditos, quā gratia ornatos, & secundum ordinem tēporis prius fuerūt in gratia conditi, quàm gloria cælesti formarentur: vt Thomas inquit loco indicato. Et ita exponunt Gregoriū nō fuisse creatos beatos angelos, & quantum ad hanc rationem attinet, foraminibus nō plenis fuerunt creati. Cæterū nō est cur in istis insistamus diutiùs, quia fortasis etiam apud antiquos sanctos Theologos fuit dogma hoc nō certū, sed varium, vt modò est. Et ideò quidam dixerunt, quod magis illis arridebat: alij verò aliud.

Suadelę in fauorē Magistri.

Differitur Thomas.

Conuersio sanctorū angelorū erat dilectione super omnia.

¶ Iam verò si meam exoptas audire sententiam, dixerim tibi Magistri sententiam magis præferre libramen diuinæ iustitiæ: Thomæ verò placitum magis dulcedinē diuinę spirat misericordiæ. Etenim ad libramē diuinæ iustitiæ istud pertinet, vt facientibus quod sui iuris est, ipse donet gratiam suam. Ideò videtur satis cōsentire cum ordine diuinæ iustitiæ, angelos in naturalibus cōditos fuisse: vt ipsi naturalia sua rectè Deo impendentes, Deus illis suam gratiā impartiret. At verò dulcedinem spirat diuinæ misericordiæ, angelos in exordijs suis gratiæ gratum faciētis participes facere, vt statim possent mereri de condigno æternæ vitæ præmia. Namque sine huius præsidio non erāt meritum angelicum nisi de congruo. Voluit igitur ad ampliora, & meliora merita suos angelos promouere, vt haberēt vnde statim promererētur, si voluissent, æternam vitam de condigno. Et quia Deus & natura de possibilibus faciūt, quod melius est, hoc melius erat angelis simul atq; erāt conditi, vitā promereri de condigno æternam. Nam quòd mali angeli abutentes diuina dulcedine prolapsi sunt, vndè hęc gratiæ collatio cessit in maiorem illorum pœnam, hoc non detrahit diuinę munificētię, sed illorū superbiam indicat, quia quē debuissent summo laudare studio, quia tot ac tantis muneribus cælestibus illos oppigno rauerat, vice versa spreuerunt tantorū munerum magnificum autorem. Et tu obiter liberum arbitrium considera quā sit sui iuris, quod possit tāta, & tam magnifica Dei negligere munera. Et demū nō est absimile à vero angelos cōditos in gratia Dei. Quia angeli, cū sint naturæ intellectualis, habent ordinē ad æternā vitam. Creauit igitur illos Deus cū omnibus necessarijs huic vitæ assequendæ. Itaq; expediebat vt omnia ne

Decisio quęstionis.

cessaria

cessaria habuisset, vt nulla mora esset, vt ex gratia habita profiberet ad meritū, & ex merito ad præmiū. Et hoc maioris (vt dixim⁹) dulcedinis diuinæ & affluētiæ vberioris erga angelos erat, quam illos sine necessarijs omnibus ad assequendā vitam ęternā creare. Etenim sine gratia gratū faciente nō poterant promereri ex condigno vitā æternam. Namq; vita æterna est finis supernaturam humanā, & angelicā, quare sola natura, aut q̄ ipsa ex se præstare potest quālibet sit heroicū (vt sunt omnia angelica) nō sat sunt vitæ æternæ adipiscēdæ: nisi iuuentur gratia gratū faciente, quę etiā est supernaturalis angelorū pulchritudo, & iuuētur charitate supernaturali, per quā Deus diligitur, non vt naturalis finis angelorū, sed tanquam supernaturalis. Est autem Deus supernaturalis finis, quatenus ipse visus est creaturæ rationalis beatitudo. Quòd si hęc opinio arriserit, dicere oportebit, angelos creatos fuisse cum fide, charitate, & spe. Per fidem enim cognoscebant Deum esse trinum & vnum: & per charitatē poterant amare super omnia Deum, tanquam beatificaturum ipsos diligentes angelos: per spem verò poterāt sperare Deum sui amoris, fidei, & spei futurum esse præmium. Porrò Magistri placitum non adhæc cogendum est, siquidem Magister angelos conditos credit fuisse sine oppignoratione donorum supernaturalium: sed nudam naturam in illis solùm confitetur. Quamobrem neque fidem, neque spem, neque charitatem (quæ quidem sunt supernaturales habitus) fateretur illis adfuisse. Imò nunquam habuerunt fidem, sed pro fide sat illis erat eminens cognitio diuinitatis: & pro charitate amor Dei, quem ipsi poterant præstare ex natura sua: & spem habebant iuxta eandem formam. Et quod Paulus ait, ad Hebræos. 11. Sine fide impossibile est placere Deo: dicet Magistri patronus hoc verum esse in hominibus, de quibus solus Paulus mentionem facit in capitulo prædicto: non tamen de angelis. Qui autem volet magnificare fidei celsitudinem, etiam si dixerit angelos sine fide non potuisse adipisci vitam æternam, non ineptiet. Id quod assertores Thomæ fateri debent. Demum qui Magistrum sectari studuerit, dicat angelos nunquam promeruisse beatitudinem ex condigno, sed solum ex congruo. At verò Thomas fateri debet illos promeruisse de condigno vitam æternam, id quod maiori honori cedit angelorum. Etenim sic promerentes vitam beatam, hanc magis suam esse fecerunt. Namque hoc meritum ex condigno magis sapit æqualitatem iustitiæ, quàm meritum ex congruo, quod non ex legis iustitia, sed ex liberalitate donantis procedit, de qua re alibi.

Angeli sine gra gratum faciente nō poterant promereri vitam ęternam.

Deus quomodo est finis supnaturalis.

Magister exponitur.

Dogma Thomisticū honorificat angelos.

¶ Supersest modò argumentis obiectis in principio facere satis. Ad primū respondebis, angelos fuisse primum viatores, & tūc quia liberi arbitrij erant, poterant hærere, & non hærere Deo; at sancti angeli hæserunt, Deum diligentes super omnia, & cui hæserunt semel, hæserunt semper. Angeli verò mali non hæserunt Deo, & obstinati fuerunt vsque modo. Si verò creatos velis fuisse in charitate Dei, dices angelos peccatores ex habitu dilexisse Deum, non tamen ex actu.

Responsio argumentorum.

¶ Secundo argumento dices, angelis lapsuris data est gratia gratum faciens, vt etiam hominibus perdendis, vt Iudæ proditori, & alijs innumeris. Quæ quidem exhibita est illis, vt esset adiutorio, ne laberentur, si ipsi voluissent tanto adiutorio vti. At verò quia gratia Dei non cogit liberum arbitrium, propterea quidam angelorum adiutorio celesti vsi, beatitudinis coronam adepti sunt: alij adiutorium hoc nihili ducentes, à cælestibus sedibus sunt repulsi. Cætera argumenta patent ex iam dissertis.

¶ Breuicula est quæstio altera si angeli boni beatitudinem suam præsciuerunt, & mali suum miserabilem casum. Et cum Magistro respondere oportebit negatiuè. At dices, Iudæ proditori ostensa fuit sua perditio, & Petro lapsus est à Domino indicatus, cur non angelis? At verò alia est ratio de hominibus, atque de angelis. Quia Petro, & Iudæ præostensus est lapsus propter eorum correctionem, quam Petrus habuit, & Iudas neglexit. At propter hāc rationem lapsus non erat præostendendus angelis malis, quippè qui non erant corrigendi semel lapsi. At verò si præostenderetur, aut amarent suum lapsum, & criminosi essent: aut non amarent, & essent miserabiles creati. Et prius Deus vltor esset, quàm ipsi peccatores.

Breuicula quæstio annexa.

DIS-

DISTINCT. quintæ Disputatio prima.

¶ Num angeli mali in primo instanti suæ conditionis lapsi sunt, & qualis eorũ fuit lapsus, superbia, an inuidia.

Responsio argumentorum.

1. Argum. ET VIDEBITur forsan alicui, lapsum Angelorum apostatantiũ à Deo non fuisse superbiã. Etem superbia est grauissimũ omnium peccatorum. Ergo Angeli apostatæ non potuerunt primo labi in hoc peccatũ: ergò non fuit superbia. Colliges consequentiã, quia nemo repente fit optimus, neque de repente fit pessimus: sed paulatim proceditur aut ad fastigium virtutis, aut ad profundum iniquitatis. Cùm ergo superbia profundum teneat iniquitatis, videtur, angelos ante hanc culpam alias admisisse: non ergo fuit superbia primum angelorum inquorum peccatum.

Breuiola quæstio annexa.

2. Argum. ¶ Præter hæc, autor est Aristoteles, Omnis malus est ignorans. 3. Ethicorum, capitulo primo. ergo vbi nulla est ignorantia, peccatum nullum erit. Porrò angeli nullam habuerunt agendorum ignorantiam, quia erant omnium rerum diuinarum scientissimi, igitur peccare nequibant.

Argum. in diuersum. ¶ In diuersum est, Ioannis. 8. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: at verò in veritate non stare, est à veritatis recto declinare tramite: hoc autem vicio vertendum est: igitur angeli lapsi sunt & peccauerunt.

¶ Disputatio hæc plura inuoluit, & ideo plura sunt euoluenda, vt illa enodetur. Et per ordinem hæc differentur: primùm qualis fuerit angelicus lapsus: secundum erit, an potuerint labi in primo instãti suæ creationis: postremum erit, factum exquirere an tunc in primo instanti lapsi fuerint. Et de primo dubio non est placitorum Theologicorum concordia; imò est varietas. Nam Scotus commentum exquisitum satis inuexit in scholas, quod ante ipsum (quantum recolo) nullus excogitauit: aut, si excogitauit, vt fieri potuit, scriptis non legi mandatum, nisi ab Scoto. Hic ergo lapsum angelicum luxuriæ tribuit, in distinct. hac. Distinxit namque in apostatis angelis duplicem amorem, amicitiæ, & amorem concupiscentiæ: ille est, quo sibi complacuerunt inordinatè, hic verò fuit affectatio superflua beatitudinis, vel excessiua appetentia. Fuit autem iste excessus in altero trium, vel in modo, vel in tempore, vel in causa. In modo sanè, quia angelus malus concupiscens sibi beatitudinem, non propter Dei gloriam, sed propter suam delectationem appetijt: in tempore verò poterat esse excessus, quia noluit Lucifer, & gregales, expectare tempus à Deo præfixum, quod erat terminus viæ angelicæ, quando erant beandi: sed anteuertere voluerunt hoc tempus. Demum in causa poterat esse excessus. Quia disponente Deo vt ex meritis essent beandi proprijs, ipsi citra merita voluerunt, aut affectarunt beari propter suæ naturæ excellentiam. Docet præter hæc amorẽ amicitiæ, quò angeli semetipsos amauerunt excessiuè, fuisse superbiam impropriè, vt hoc det sanctis Doctoribus quibus est commune decretum, superbiam fuisse peccatum angelicum. At verò amorem concupiscentiæ, ex quo sibi concupiscebant beatitudinis bonum, vt in eo delectarentur, tradit fuisse luxuriam, aut peccatum reducẽdum in luxuriã. Quia nimia erat & inordinata delectatio ex obiecto concupito. Sed huiusmodi delectatio, quia spiritualis erat, & de bono spirituali, non est propriè luxuria, quæ propriè est ex Venereis. Oportebat Scotum igitur decreuisse, quale peccatum hoc propriè. Nam quod ipse ait, nimiam delectationem in contemplatione cõclusionis geometricæ esse luxuriã, nihil iuuat. Quia delectatio hæc, luxuria non est. Neq; hominem huiusmodi delectationibus quàm deditissimum, luxuriosum

Dist. 6. q. 2. art. 2.

Luxuria peccatũ angeli ex Scotico cõmento.

Exponitur Scoticum placitum.

Excessus in modo, in tẽpore, in causa.

dixerit aliquis. Nisi ab usu huc sermonem. Non me latet Latinis usurpari luxuriam, pro quacunque exuperantia, vnde Latina est locutio, luxuriat segetes, quando plus satis se tollunt in yberes culmos. At verò hæc usurpatio huic negocio impertinens est. Commentum Scoticum arrisit Gabrieli in distinct. 6. quæstione. 1. conclusione. 4. Et alijs qui iurauerunt in verba Magistri. Sanct. Thom. in 1. parte. quæstione. 63. artic. 3. primum peccatum angelicum existimat fuisse superbiam. Appetendo scilicet citrà ordinem, imò contra ordinem gratiæ & naturæ Deo assimiles esse. Quæ appetentia iniustæ assimilationis fuit ex altero duorum, aut quia noluerunt angeli beari beatitudine supernaturali, sed in proprio naturæ bono asse stiarunt conquiescere, vt Deus in propria natura conquiescit nullo egens, aduentitio bono. Aut si voluerunt beatitudinem supernaturalem, ad quam adipiscendam cõditi erant, expetierunt illam sine meritis habere, cõtra ordinem præscriptũ à diuina lege. Et hoc Thomæ placitum consentaneum videtur testimonijs sanctorum, quibus communis est vox, angelicum lapsum ex superbia fuisse. Damascenus enim libro. 2. de fide, capite. 3. naturam, ait, angelicam eleuasse se contra Deum, qui fecit illam: illique fuisse rebellem. Et Diuus Augustinus, libro. 11. super Geneſim ad literam, capite decimo quinto, & decimoquarto. carpit quorundam sententiam, assererentem angelicum peccatum fuisse inuidiam. Etenim inuidia non potest esse peccatum primum, sed superbia poterit esse peccatum primum. Ecclesiastici, capite decimo. Initium peccati est superbia. Quare postquam diabolus superbiuit contra Deum, inuidit homini. Et rursum idem Augustinus. 12. de ciuitate Dei, capite primo: fatetur item angelicos lapsus ex superbia fuisse. Quia adhærentes plus iusto proprio bono, neglexerunt diuinum bonum. At verò quia Scotum audiuimus dicentem esse superbiam impropriè, non est cur conqueruemur aduersus tam testimonia Sanctorum, quæ omnia interpretabitur fuisse peccatum angelicum, superbiam impropriè. Propterea aliunde paranda sunt contra illius sententiam argumenta. Et equidem si delectationis naturam expendimus, ipsam non posse per seipsam constituere aut virtutis speciem aut vitij, facilè discemus. Etenim quæuis virtus habet suam delectationem in comitatu: item & quodlibet vitium. Itaque est delectatio ex superbia, & delectatio ex inuidia, & in cæteris id genus vicijs, itidemq; de virtutibus erit idem iudicium. Nam. 10. Ethicorum. capitulo decimo: delectationes differunt specie ex operationibus, ad quas consequuntur. Et. 2. Ethicorum, capitulo. 3. operationis comitem Aristoteles delectationem vocat. Itidemque de dolore philosophandum erit, qui contrarius est delectationi. 7. Ethicorum, capitulo duodecimo. Delectatio igitur cum consequatur ex præsentia rei apprehensæ vt conuenientis secundum naturam, ex Aristotelis finitione. 7. Ethicorum, capitulo duodecimo: vbi tradit esse operationem eius habitus, qui est secundum naturam sine impedimento, vt qui vescitur cibo sibi conuenienti, vt cibo sapido, delectatur ex cibo comesto sibi sapido. Necessarium est delectationem iuxta hanc expensionem non posse constituere speciale peccatum. Siquidem comes est operationis, ad quam consequitur, & ad speciem operationis reducitur. Quamobrem delectatio illa, quam Scotus tradit in angelis ex bono amato sibi ipsis ex amore concupiscentiæ, non est speciale peccatum siue luxuriæ, siue quod vis aliud: nàm ex se delectatio non habet speciem, sed ex operatione, cuius comes est, sortitur speciem siue boni, siue mali. Igitur delectari in beatitudine inordinatè, non est peccatum aliquod speciale, sed recurrendum est ad operationem, vnde hæc delectatio processit. At verò hæc delectatio ex amore inordinato propriæ excellentiæ angelicæ processit. Etenim quia inordinate appetijt excellentiam suam, siue multifecit plus iusto suam pulchritudinem, & nobilitatem, ideò plus iusto delectatus est in seipso. Marsilius, quæstione. 5. huius secundi libri Sententiarum, artic. 2. existimat tria simul admisisse crimina angelos malos: & superbiam, quæ originaliter prior est reliquis, & inuidiam, & odium Dei. Superbiam sanè, inordinatè appetentes excellentiam propriam: inuidiam verò, quia Deo resistente proprio, & superbo ange-

Scoticum cõmentum euertitur.

Delectatio nõ cõstituit speciẽ peccati aut vitutis speciẽ.

angelorum desiderio, Deo inuiderunt, dolentes, quod Deus illos excederet potestate: demum ipsum Deum sentientes vltorem inuidiæ, & superbiæ suæ, eum odio habuerunt. Existimat autem hæc tria simul in eodem instanti angelis adfuisse mala, quamquam ordinem habuerint originis. Et continuò vlta esse, Deo de peccatis angelicis sumente commeritas pœnas. Et hic autor sequutus est Magistrum, distinct. 5.

Tria peccata angelorũ

¶ Ioannes verò Maior distinctione sexta huius secundi Sententiarum, quæstione secunda. incertum habet dogma. Existimat enim rem hanc latere Theologos, quale fuerit angelicum peccatum. Nam fieri potuit (vt ipse est autor) hoc peccatum fuisse omissionis, & non commissionis. Namque angelus post creationem suam poterat non conuerti ad Deum quando ad id tenebatur: & in aliud incidere ex industria. Et rursum ait, fieri posse, vt primum peccatum angelicum fuerit odium Dei. Namque repudiat Theologorum decretum, nolle non posse esse primum actum voluntatis. Etenim voluntas est libera libertate contradictionis. Fac igitur vt quando hic puer primò attigit discretionis annum offeratur sibi obiectum displicibile (vt verbo hominis vtar) voluntas tunc libera est, & poterit primò nolle, si quem habuerit actum. Et ad eundem modum docet amorem concupiscentiæ non necessario præexigere amorem amicitiæ. Quia non necessitatur voluntas ad hoc, imò poterit ante omnia habere amorem concupiscentiæ, volendo æquum huic, vel illi homini, aut quoduis aliud bonum. Cæterum arbitror hæc Maioris dogmata non esse admodum consentanea veritati. Puto enim angelorum peccatum non potuisse esse odium Dei, & sermo habetur de primo angelico peccato. Etenim quomodo poterat angelus ante omnia odire Deum, summum esse bonum clare intelligens. Namque etsi libera esset voluntas angelorum, at nulla est libertas, quæ odio prosequatur bonum ostensum sub nulla ratione mali, vt ostensus fuit angelis Deus à creatione sua. Deum odire vt vltorem flagitij angelici, facilè quis dicet. Cæterum Deum odio haberi ab angelis priusquam vltor esset angelicæ prauitatis, alienum est à veritate. Libertas equidem angelica poterat non amare Deum, at aliud est non amare, aliud odire. Namque odium necessariò est de obiecto ostenso sub aliqua ratione mali. Nam bonum, vt bonum, odio non potest haberi. Quod verò inquit esse possibile voluntatem habere actum nolendi primò antequam velit, fortasis si de possibili simpliciter verbà fiant, dandum illi esset: quamquam istud esset rarissimum. Cæterum etsi actus nolendi poterit esse prior quam actus volendi aliquando, tamen actus nolendi semper exigit inclinationem ad bonum. Ea namque nolumus, cuius contraria aut amamus per actum volendi liberum, aut per inclinationem naturalem. Sit ergò ille puer qui nunc primò attigit discretionis tempora, offeratur illi obiectum tristabile, vt verbi causa inimicus eius, odit inimicum suum, vtique ideo odit, quia se naturaliter amat. Itaque negatio semper præexigit affirmationem, à qua pendet. Neque rectè argutatur, intellectus potest habere dissensum, ante omnem assensum: vt si primò offeratur intellectui propositio hæc, aliquid est, & non est, ante omnem aliam propositionem, dissentiet continuò, & non habuit assensum. At verò necessum est concedere intellectum non posse dissentire huic, aliquid est, & non est, nisi saltem in habitu huic consensisset primò, quodlibet est, aut non est. Neque existimo verum, primum peccatum angelicum potuisse esse omissionem, quia omissio præexigit actum aliquem, tanquam causam. Etenim si omissio angelica erat, non se conuertere ad Deum quãdo tenebatur, aut nón diligere Deum quando tempus monebat, vt diligeret, quæram, quæ causa erat angelo, quod non diligeret? Num quia nolebat? ergo habebat actum vnde omissio dissultabat, qui actus erat affirmatiuum peccatum. An quia distractus erat? at in angelo non est distractio, qualis est in nobis, aut subreptio somni, quæ obliuionem pareret præcepti: ex quo constringebatur autorem suum diligere. Cæterum de omisionis culpa alibi disertius agetur.

Ioãnes Maior non probatur.

Omissio exigit actũ tanquam causam.

¶ Iam verò placitis istis absolutis, supererit nostram quoque de re hac difficili satis (quia factum angelicum exquirit) aperire sententiam, quã tibi digeram per conclusiones aliquot, vt perspicaciùs habeat lector, quid velim.

1. Cõclusio ¶ Prima igitur sit conclusio: Certum est, & ex fidei catholicæ præscripto tenẽdum, Angelos apostatas peccasse, dum in cælestibus agebant habitaculis. Hanc proclamant sacræ literæ. Iob. 4. In angelis suis reperit prauitatẽ. Et. 2. Petri. 2. Angelis peccantibus non pepercit Deus. Et Iudas Apostolus: Angelos, ait, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni Dei (aut diei) sub caligine reseruauit. Et Ioannis. 8. Dominus diabolum tradit homicidam fuisse ab initio, & in veritate non stetisse.

2. Cõclusio ¶ Secunda conclusio: Consulto Aristotele, angeli non peccant, neque peccarunt. Hanc habes apud Aristotelem. 9. Metaphysicorum, text. 19. In æternis, ait, non est malum, neque peccatum, neque error, neque corruptio. At Aristoteles angelos credidit esse æternos. Et re vera si ex diuina sapientia non haberemus cæleste magisterium, quod Aristoteles tradidit, rationi naturali satis consentit, Angelos liberos à culpa esse: siquidem splendidissimas habent naturas, & nulla premuntur aut ignorantia agendorum, aut infirmitate ad facienda, quæ nouerunt.

3. Cõclusio ¶ Tertia conclusio: Credendum est nihilominus magis sapientiæ cælesti, quàm terrenæ. Hæc euidens est, quare de hæresi esset arguendus, qui angelos doceret non peccasse. Et Aristoteles quia credidit angelos æternos, dixit nõ peccabiles. At Christiana fides docet, illos à Deo conditos, & factos ex nihilo, & liberi esse arbitrij, ideo nihil est difficile creditu, si illos peccabiles doceat esse. At dices, Aristoteles factum negat, non potẽtiam: non enim ait non posse esse peccatum in æternis, sed non esse peccatum, & cætera. At verò meminisse oportebit, in æternis negãtem esse, negare posse, vt Aristot. tradidit. 3. Physic. tex. 17.

4. Cõclusio ¶ Quarta conclusio: Quale fuerit peccatum primum angelicum, non plane, & in concusse ex diuinis constat literis. Hanc probabis: etenim locus Esaiæ. 14. est, qui in primis præsefert, peccatum hoc fuisse superbiam. Ait enim: Quomodo cecidisti Lucifer, qui manè oriebaris? Nam cæteri loci peccatum demonstrant, non tamen qualitatem. Etenim quod Dominus ait, homicidam fuisse diabolum à principio, non docet nos primum angelicum peccatum fuisse homicidium. Namque ante homicidium, alia perpetrarat diabolus priora peccata. Namque inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Neque inuidia fuit peccatum primum, vt sub hæc dicemus. Cæterum Esaiæ locus rem non conuincit prorsus. Siquidem caput illud Esaiæ ad literam, infelicem casum Nabuchodonosoris ostẽdit. Etenim præsenserat Esaias ex vatidico spiritu, Nabuchodonosorem euersurum Hierosolymam, & templum celeberrimum Salomonis deusturum. Id quod suo metaphorico, & hyperbolico designauit sermone, dicens: Ascendam in cælum, &c. Nam ciuitas Hierosolyma quia in ea vigebat verus Dei cultus, erat tanquam cælum, &c. Decreuerat igitur hic imperator cõscendere Hierosolymam, illamque euertere: huius igitur tyranni superbiam demonstrans Esaias, ait: Quomodo cecidisti, Lucifer, qui manè oriebaris? Confert illum Lucifero propter sublimitatem status imperij sui. Nam familiare est sacris literis excellentiam sanctitatis, aut potentiæ, vel sapientiæ, stellis conferre. Vt Paulus dixit: Inter quos lucetis, tanquam luminaria in firmamento cæli. Et Daniel itidem, capit. 12. Doctores Ecclesiæ stellis confert. Neque subit quod in malum vsurpetur hoc nomen, Lucifer, in scripturis, vt videlicet significet Satanam, neque contextus Esaiæ ad hoc nos premit. Imò, quantum meminisse conceditur, in bonum vsurpari sæpè lego. Iob. 11. Psalm. 109. & sæpè alibi. Non me latet sanctos Doctores ad Satanã verba ista referre: vt Augustinus. 11. super Genes. capit. 24. Nosque rectè factum esse non negamus, ex allegoria tamen, nõ ex sensu literali. Quamquã quidã existimãt allusisse vatẽ ad Satanã, vt superbia Nabuchodonosor ex collatione ad Lucifert superbiam, magis innotesceret. Porrò Theodoretus in Danielẽ exposuit prophetiã prædictã Esaiæ de Nabuchodonosore, vt

Ad Philip. 2.

Lucifer ita bonũ vsurpatur scripturis sanctis.

nos

nos duximus exponendam, & non de Satana. Vt non existimes me nouam commentum fuisse expositionem. Rursum neque locus ille Psalmi. 73. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper: conuincit peccatum angelicum, aut (si mauis dicere) diabolicū, fuisse superbiam. Namque locus ille de hostibus Dei potentibus, vt fuerunt olim infideles, potentissimique tyranni, qui violauerunt sæpè sacrosancta Dei loca, & sanctos Dei famulos opprobrijs, & morte repleuerunt. Et sunt modo ijdem infideles, quorum studium est Ecclesiæ Iesu Christi aduersari, id quod cum animo repositum habeant semper, ideò dixit Dauid: Superbia eorū, qui te oderunt, ascendit semper.

5. Cōclusio ¶ Quinta conclusio: Diabolum inuidia peccasse, expresit sancta scriptura. Sap. capitulo. 1. Inuidia, ait, diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Nam diabolus inuidens homini, quòd beatificandus esset in regno Dei, illi instillauit necem. At inuidia non fuit peccatum primum Satanæ, & complicum eius.

6. Cōclusio ¶ Sexta conclusio: Consentaneum est doctrinis sanctorum, & diuinis scriptis, superbiam fuisse primum diabolicū peccatum. Istam probat locus ille Ecclesiastici. 10. Initium omnis peccati superbia: qui tenuerit illam, implebitur maledictis. Et ideò inter capitalia crimina primum habet locum. Cui accedit, superbiam esse peccatū spirituale, & ideò spiritibus est familiarius peccatum. Namque quæ sublimem habent naturam, sublimia petunt. Quare aër, & ignis, quia sublimioris sunt naturæ, quàm aqua, & terra, ad sublimiora tendunt. Et homines etiam qui igneam magis sortiti sunt naturam vt, cholerici sunt elatiores cæteris, & ad maiora semper aspirant. Superbiam autem hoc loco proprio sermone accipito. Namque multifariam vsurpatur: iam generaliter significat omnem inobedientiam diuinorum mandatorum: ex qua ratione quiuis peccator superbus est, quia transgressor est. Item superbiam dicimus omnem appetentiam excellentiæ siue ex opibus, siue ex literis, siue ex pulchritudine, &c. Et tertiò superbia solum denotat inordinatam appetentiam excellentiæ in præsidentia seu principatu. Iam verò obseruabis, diabolum se amasse propter seipsum. Considerauit enim pulchritudinem suæ naturæ Lucifer, & amator factus propriæ pulchritudinis, sui amoris metam excessit. Nam in seipso conquieuit, & seipso fruitus est, seipsum, sui ipsius finem vltimum constituens. Non enim se ad Deum retulit, vt se amaret propter Deum: imò se propter seipsum duntaxat amauit. Aliud non appetens nisi sibi hærere, oblitus verbi illius: Mihi autem adhærere Deo, bonum est. Voluit igitur sibi hærere, non Deo. Et hic amor amicitiæ inordinatus suijpsius, interpretatiuè erat appetitus diuinæ æqualitatis. Non quòd Lucifer æqualitatem expeteret diuinam, quod prorsus cernebat esse sibi impossibile: at interpretatiuè se propter se amans, & se fruens, erat æquari Deo: cuius solius est se propter se amare, & se solo frui. Ideoque Lucifer fuit summè peruersus, quia fruebatur vtendis. Nempe seipso non erat fruendum, sed vtendum. Hic igitur amor non erat appetentia alicuius excellentiæ extra se, sed nimia, & exorbitans complacentia in semetipso, quasi esset summum bonum. At hic amor superbus erat, quia per illum se amabat Lucifer, tanquam si esset summum bonum. Nam talem amorem sibi impendebat, qualem Deo debuisset impendere. Ideoque erat propriæ excellentiæ non relatiue, id est principatus, aut præsidentiæ supra alteros angelos, aut creaturas alias, sed quia per illum voluit sese facere interpretatiuè summum bonum, vt prædiximus. Et angeli gregales eius, & socij illi cōsentientes eodem crimine sunt innodati. Post hunc autem amorem amicitiæ, quo se Satanas plus iusto dilexit, consequutus amor est concupiscentiæ, quo ambiuit diuinos honores sibi impendi, vt ex radice basiliscl egrederetur regulus. Et hunc amorem cōcupiscentiæ ambientem diuinos honores, diuina narrant eloquia, Matthæi. 4. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris mē. Et ex hac scelestissima ambitione funesta idololatria originem cœpit. Quia igitur ambitio diuini honoris est superba, eius etiā origo, vndè processit, id est, amor amicitiæ, quo se amauit Lucifer etiam fuit superbissima. Vbi vides, si hæc pendis, etiāmsi dicamus Luciferum non expetisse beatitudinem ante tempus, vel sine meritis, quod fuerit peccatum eius, satis

Ad Philip. 2

Lucifer ita bonū vsurpatur scripturis sanctis.

Superbia multifariā capitur.

Hæc obserua diligenter, vt peccatū Lucifer inū palam habeas quale fuerit.

Amor amicitiæ diaboli & cōcupiscētię superbi.

habebimus. Namque difficile hoc iudico Luciferum expetisse beatitudinem supernaturalem, & hoc fuisse peccatum eius, quia illam expetebat inordinatè, hoc est, non ex meritis. Etenim si illam expetebat, aut expetebat habere sibi connaturalem, seu ex natura sua, aut ex gratia Dei, vel ex meritis suis. Et hoc postremum certum est Luciferum non expetisse ex meritis habere illã, quia hac ratione iusta essent desideria beatitudinis. Igitur vel expetiuit illam habere ex gratia Dei, vel ex natura sua. Atqui non hoc postremum expetisset, quia videbat illud esse planè impossibile sibi. Nam Deus solus est beatus ex natura sua: neque obtinere cupiebat beatitudinem ex gratia Dei, quia hoc modo affectare beatitudinem magis deprimebat factum eius, quàm si meritis obtendisset beatitudinem obtinere. Quippe quando ex meritis donatur beatitudo, magis propria est habenti, quàm si ex pura gratia. Ideoque elatio angelica, factuosaque mentis angelicæ præsumptio hunc non permittebat affectum concupiscendi beatitudinem ex gratia Dei. Videtur igitur mihi vero simile, angelos apostatas non affectasse Dei beatitudinem vllo modo, superbia eorum hoc impediente. Sciebant enim beatitudinem esse visionem & fruitionem Dei: at ipsi erexerunt se contra Deum, ideo Deo nolebant frui. Quare in illo nõ affectabant beari: sed solum in seipsis conquiescere, & in seipsis beari, & seipsis frui tanquam vltimo fine. Id quod interpretatiuè est diuinam affectare æqualitatem. Quia solius Dei est, esse in seipso beatum, id quod Paulus non obscurè tradidit. 1. Timot. 6. vocans Deũ beatũ, & solum potentem. Neque puto veram indicatam iam Marsilij sententiam, diabolum hæc tria simul habuisse peccata ante casum suum, superbiam, inuidiam, & Dei odium. Scripsit namque Aristoteles. 2. Rhetoricorum, capitulo. 10. Inuidere maximè solent proximi loco, tempore, ætate, gloria: vnde prouerbio fertur, propinquitas maximè inuidet. At verò angeli non erant Deo proximi aut loco (vt modo loquimur) aut ætate, aut tempore, aut gloria, sed maximè in omnibus istis distantes: quia in finitum distat creatura à creatore. Quomodo ergo inuidebant Deo? Puto igitur non esse propriè vocandam inuidiam, angelicum affectum contra Deum, hoc est, dolorem aut tristitiam, si quam habuerunt tunc de diuina potestate. Est autem modo disputatio solum de angelis tantisper dum viatores erant. Etenim lapsi à cælestibus sedibus inuidos fuisse, nobis tacentibus, scriptura clamat, inuidisse diabolum homini. Erga homines enim poterat vrgeri diabolus inuido affectu. Nam proximi erant hominibus, quatenus homines capaces erant gloriæ, vt ipsi erant: at verò contra Deum inuidia stimulari, sermonis proprietas dicere non ita sinit. Habuerunt fortè tum dolorem de diuina potestate, at hic dolor superbiæ erat proles potius quàm inuidiæ. Neque existimo verum, Angelos malos Deum odio habuisse quandiu erant in via. Etenim cur odio habuissent? Nulla enim ratio mali apparebat tunc, quæ odia angelica excitaret. Namq; quando in via erant, Deus illos expectabat ad præmium, vel vltionem: Deo autem non vlciscente, non erat, cur Deum odio haberent. Quo vsque terminus viæ angelicæ à Deo præfixus accesit: tunc Deo sumente pœnas, ipsi vltorem odio habuerunt. Et vt summatim rem tibi perstringam, dixerim diabolum, & angelos eius, quandiu viatores erant, & vsque modo esse superbos omnibus modis. Et quia transgressores diuinæ legis, iubentis dilectionem Dei super omnia: & quia sublimitatem propriæ naturæ pluris fecerunt, quã par erat, sibi plus iusto adhærentes. Nam dereliquerũt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Et demum sunt superbi, quia à casu suo vsque modo diuinos ambiunt honores, affectantes coli tanquam dij. Non me fugit, Durandum distinctione. 5. quæstione. 1. tradidisse, Angelum peccasse ex inordinato appetitu non circa naturalia (vt ego tradebam dudum) sed ex inordinato affectu circa supernaturalem beatitudinem. Itaque existimat affectum angelorum peccatorum non fuisse malum ex genere, imò bonum, solum tamen esse malum ex defectu circunstantiæ. Ducit hanc partem, quia credit malum esse in voluntario affectu, nisi sit error, aut ignorantia, aut inconsideratio in intellectu. Porrò angeli circa natu-

Differitur placitum cõmune Theologorum.

Autoris placitum.

Marsilius nõ probat.

Inuidia proprie in quibus versetur hominibus.

Diabolos & angelos superbisse omnibus modis.

Durandi placitum.

naturalia erant instructissimi, & sapientissimi, non ergo poterant errare, aut ignorare, aut non considerare naturalia cum omnibus circunstantijs suis. At verò circa supernaturalia quamuis eruditi satis essent in amandis, & odiendis, verum potuerunt deficere in circunstantia volendi, vt videntur defecisse in beatitudinis appetentia supernaturalis, expetendo illam, & non ex meritis. Thomas verò, 1. parte, quæstione. 63. articulo. 3. & Scotus rem istam dubiam traxerunt, si peccatum angeli fuit in inordinato appetitu sui ipsius, aut beatitudinis. Appetendo videlicet illam non ex meritis, aut sine meritis. Et nonnulla sanctorum testimonia videntur præseferre fuisse inordinationem circa beatitudinem supernaturalem. Nam tradunt angelos peccatores si perstitissent, ad eam, quam optabant beatitudinē, peruenturos: vt nos suprà expressimus. At verò siue Anselmi, siue aliorum sanctorum testimonium non facesit nobis negocium. Etenim interpretandi sunt, angelos peccatores, si perstitissent in bono, in quo à Deo conditi sunt, illam excellentiam, quam affectarunt iniustè, habuissent iustissimè. Nam nulla maior excellentia, quàm beatitudinis prærogatiua. Et est simplex relatio in huiusmodi sermone sancti Anselmi, &c.

Durandus nō pbatur.

¶ Et vt Durandum absoluam, arbitror angelos peccatores peccasse citra ignorantiam, & errorem, & inconsiderationem circunstantiarum. Ea namque est libertas arbitrij, vt etiam sub nulla ignorantia rei faciendæ, aut nulla extante inconsideratione, poterit malè agere. Maximè si consuetudo peccandi obfirmata non fuerit. Nam si obfirmatio est in peccato, vtique hæc ipsa obfirmatio corrumpit & vitiat rationis dictamen. Excæcauit enim illos malitia eorum: Sapientiæ. 1. Atque tum intellectum iri arbitror Aristotelem. 3. Ethicor. capit. 1. Omnem prauum docentem, esse ignorantem. Tenetur enim homo huiusmodi, ignorantia persequendi & fugiendi. Et hic propriè prauus est appellandus, quem iugum peccati premit. Verum si hoc non premat, non video esse impossibile hominem fornicari, scientē prorsus esse malum fornicari, & fornicandum non esse. Cæterum ait fornicationem se admittere, non quia ignorat non esse fornicandum, sed quia delectatione fornicaria vincitur. Et ait quoque se benè expendere flagitium suum dignum esse pœna æterna: at statuit sē pœnitere, & destituturum flagitium quod patrare cupit. Et siue hoc sit verum in humanis peccatis, siue non, modo non decerno. At in angelorum delicto quod commiserunt in cælo, quando viatores erant, mihi videtur flagitium illud angelicum non processisse ex errore, aut ignorantia, aut inconsideratione, sed ex mera arbitrij angelici facultate. Neque Aristoteles de angelis parabat tum tractatum, quando illa extulit verba: Malum esse ignorantem quid faciat. Hæsitabis forsitan num Deus exhibuit angelis præceptum aliquod speciale prohibens aliquid, vt dedit Adamo, & vxori præceptum quoddam prohibens id, quod ex suo genere malum non erat, ne vescerentur videlicet de ligno scientiæ boni, & mali. Durandus ex Magistro probabile censuit ita fuisse angelis præceptum exhibitum, vt primo protoplasto. Quare inquit, forte peccatū angelicum fuisse, quia fecit quod à Deo prohibitum erat, sine consideratione tamen prohibitionis. Mihi tamen hæc sententia fidem non facit, quia libera est, & nullis fulta argumentis idoneis. Imò crediderim præceptum nullum illis exhibitum positiuum fuisse, præter præceptum fidei, charitatis, & spei, si tamen in gratia gratum faciente fuerunt à Deo conditi. Quòd si hæc non fuerunt donati sub creatione sua, sat illis erat naturale præceptum de diligendo Deo super omnia.

Angeli non habuerunt speciale præceptum.

¶ Argumenta porrò in principio obiecta solues, si dixeris primo, homines moras trahere siue in virtutum incrementis, seu in peccatorum augmentis, quia morosi sunt in agendo: at angeli morosi non sunt ex nimia sublimitate naturæ, ideoque repentè quidam fuerunt optimi, alij pessimi. At secundo respondebis, id, quod dudum differendo Aristotelis locum, decernebatur. Aut dices ignorantiam facti esse semper in malis.

Solutio argumentorū principaliū

¶ Iam verò ad secundum, quod proponebatur differendum, stylum admoueamus. Quærendum enim pollicebatur nū angeli in primo instanti suæ creationis fuerint peccatores. Namque quædam sunt oracula sacra, quæ hoc admonere videntur,

Disputationis mēbrū secundum.

quale illud est Ioann. 8. Homicida erat ab initio, & in veritate non stetit. Et. 1. Ioannis. 3. Diabolus ab initio peccat. Quibus accedat Augustinus lib. 11. super Genesim capit. 23. dicens, angelum malum non gustasse dulcedinē angelicæ vitæ. Rursum si diabolus, & angeli eius in primo instāti suę creationis non peccarunt, igitur tum conuersi sunt ad Deū: at verò pœnitentia non ducūtur angeli, ergo nunquā peccauerunt, quod est hæreticū, vt suprà disserebatur.

Decisio dubij. ¶ Cæterum credendū est nullū angelū peccauisse sub creatione sua, sed in illo primo instāti inculpatos fuisse, & innoxios: etem hoc insinuāt verba illa, de summa Trinitate & fide catholica cap. Firmiter. tradentia diabolum factū fuisse bonū, & pro sua voluntate factum esse malum. Et omnia illata superiùs testimonia colligentia, angelos factos fuisse à Deo præditos gratia gratum faciente, hoc idem persuadent dogma. Augustinus quoque. 22. libro de ciuitate Dei. cap. 26. Angelis commemorat nō fuisse coæuam malitiā. Porrò autē hæsitabis fortassis, num diabolū asserens, & gregales eius, simulatq; conditi fuerunt, peccasse, nota hæreseos, aut erroris, esset inurendus. Namque si Augustinum consulis. 11. de ciuitate Dei, cap. 13. videbitur, asserentē hoc non esse tanta reprehensione dignū. Nam, ait, dicentē angelos malos statim à sua creatiōe fuisse malos, nō sapere cū Manichæis, qui introduxerunt Deum bonum, & Deū malum: & angelos malos, à Deo malo processisse. Marsilius in hoc. 2. Sentent. quæstione. 3. art. 2. conclusione. 2. fatetur esse probabilem assertionem istam. Et ego arbitror non esse errorem manifestarium, quia nullus sacer locus id euidenter ostendit. Neq; ecclesiæ decretum manifestò decernit hæreticam hanc esse assertionem. Namque hoc asserens angelos in primo instanti creationis suæ culpatos fuisse, asserere non cogitur malos fuisse conditos angelos: id quod Manichæa est væsania, vt Augustinus docuit: sed bonos fuisse conditos ex natura sua, & statim se coinquinasse ex libero suo arbitrio. Non ex natura creationis noxios fuisse, quia creatio inculpata fuit, sed ex insolentia propriæ voluntatis viciatam fuisse naturam à Deo conditam bonam. Et demum cum hoc non sapiat Manichæam dementiam non videtur alium sapere errorem. Quamquam non me fugit locus ille Augustini. 11. super Genesim ad literam, capite. 16. in hæc verba de istis agens: Non frustrà, ait, putari potest ab initio temporis diabolum cecidisse, nec fuisse vllum tempus, quo cum sanctis angelis pacatus & beatus vixerit: sed mox à primordio creaturæ à creatore apostatasse. Porrò hæc verba Augustini non conuincunt. Quia Augustinus expressè contrarium censuit, angelos non peccasse sub conditione sua, vt vndecimus liber de ciuitate Dei, capit. 13. docet, reprobans eos, qui hoc dogma astruxerunt. Rursum indicante Magistro distinct. 3. Augustinus super Genesim, ait, angelicam naturam primò informiter creatam, & cælum dictam: postea formatam, & lucem appellatam. Et Magister subscripsit Augustino, existimans angelos creatos fuisse bonos. Et Origenes enarrans Ezechielem, cap. 2. Serpens, inquit, hostis contrarius veritati, neque tamen à principio, neque statim supra pectus, & ventrem suum ambulauit: sicut Adam & Eua non statim peccauerunt. Admonent quoque hoc idem dogma Genes. 1. locus ille: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona. Et locus alter Ezechielis. 28. In delicijs paradisi Dei fuisti. Qui locus Lucifero aptatur secundum allegoriam, vt etiā ille alter Esaiæ. 14. Quomodo cecidisti Lucifer, qui manè oriebaris? si ergo Lucifer appellatur Satanas, & manè ortus est, non ergo statim se viciauit culpa: aliàs nunquam fuisset Lucifer. Præter hæc Anselm⁹ lib. de casu diaboli cap. 3. diabolū tradit expulisse à se bonā volūtatē, etiā si cū cæteris accepisset originalē iustitiā. Quòd verò indicauimus ex Augustino cōtrariū prę ferērs dogma dilucidabitur, si dixeris, diabolū statim cecidisse, hoc est breuissima morula post creationē suā lapsus est. Et ipse Augustin⁹ se exponit, nō fuisse vllum tēpus, quo diabolus pacatus vixerit, & beatus. Et in eodem lib. cap. 23. semetipsum exposuit amplius in hæc verba: Quod ergo diabolus putatur nunquā in veritate stetisse, nunquā cum angelis beatis beatā duxisse vitam, sed ab ipso suæ conditionis initio cecidisse, non sic accipiendum est, vt non propria voluntate deprauatus, sed malus à bono Deo creatus putetur, alioquin non ab initio cecidisse diceretur. Neq; enī cecidit si talis est factus, sed fact⁹ continuò à luce veritatis se auertit. Itaq; quod Augustinus

Sanctorum testimonia de angelorum innocētia primitiua.

Locus ille probat angelos apostatasse aliquādiu culpatos.

Augustinus sui interpres

stinus suprà decreuerat. 11. super Genesin ad literam, angelos malos nũquam gustasse vitæ angelicæ dulcedinẽ, non habet hũc sensum, angelos peccatores nunquam fuisse bonos, sed quod nunquam beatam perfectamque vitam sanctorum angelorum obtinuerunt. Quia (vt sæpè commonefeci) etiamsi quispiam contenderit ex Augustino, angelos omnes beatos conditos fuisse, at nunquam confitetur Augustinus angelos fuisse conditos cũ consummata beatitudine, qua modo fruuntur sancti angeli. Et hanc, ait, nunquam gustasse diabolum cum cõplicibus suis. Quod gustassent nihil lominus, si in innocẽtia perstitissent. Et hæc si obseruas, non te turbabit Augustini alter locus. 11. super Genesin in fine. 19. cap. in principio. 20. Non frustra, inquit, putandum est ab ipso initio temporis vel cõditionis suæ diabolum cecidisse. Etenim si cecidit, igitur aliquando stetit innocens vt ipse Augustinus pridẽ argutabatur. Quod vero dixit, nunquam in veritate diabolum stetisse, vera narrat, quia nunquam in veritate consummatę beatitudinis diabolus stetit. At verò in veritate innocentiæ aliquando fuit, etiam si non stetit in ea. Aut nunquã stetit, quia in innocentia, in qua à Deo fuit conditus, nunquam fixit animũ suum. Quamobrem certam habeto cõclusionem hanc, angelos omnes in primo instanti non peccasse. Etenim in eo instanti erant omnes innocentes à Deo creati. Et quanquam Marsilius loco prænotato existimet probabile esse, angelos malos in primordio suæ creationis deliquisse contra Deum. Ego verò non illi annuo. Censeo enim illud esse à vero absimile, propter ea, quæ hactenus collegimus. Quanquam de hæresi non audeo damnare dogma hoc (vt prædicebam) satis sit indicare temerarium dogma esse, etiam si non sit hæreticum. At verò oracula, quę ex sacratissimis depromptimus mutis diuidantur ad hũc modum, ne forsitan morentur lectorem. Nã quod dominus ait: Homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: non habet sensum, quem forte quispiam apud se concipiet, ex sermonis Dominici contextu, scilicet, diabolũ in primordio suo; in primo, videlicet, instanti suę creationis, homicidã fuisse. Quippe nondum id temporis Deus hominem condiderat, quomodo ergo erat homicida, si non erat homo, quem occideret? Nam homicidam dicere diabolum tũ quia se occidit peccando contra diuinum numen, abusus est sermonis: quem fateri non cogit diuinus sermo. Etiam si Marsilius, & quidam alij Theologi ita decernant sed gratis. Cæterum si angeli habuerũt species innatas omnium creandorum à Deo, antequam crearentur, etiam angeli peccatores istis speciebus ornati fuerunt. Namque autor est Augustinus. 11. super Genesim ad literam angelos omnes in exordio suæ creationis pares fuisse, & ex nullo horum distinctos, vt suprà vberius fuit admonitum. Iam ergo habuit speciem hominis faciendi sexto die à Deo, & optimè nouit naturam humanam capacem gloriæ futuram. Quare simul atque peccauit angelus, homini inuidit; ideò Dominus ait: Homicida erat ab initio. Nã ex affectu homicida tum erat, & si non ex opere. Quod si species has inditas nõ fatearis, quod dominus ait, ab initio, intellige, in mundi exordio. Nam sextus dies parũ distat à primo, ideò vterque initium mũdi rectè dicitur. Quod verò, in veritate non stetit, ex eo dicitur, quia in gratia gratum faciente, in qua conditus erat, non permansit, sed ab illa excisus sponte est: aut si in gratię gratum faciẽtis vbertate non fuit conditus, sed in naturali puritate, ab hac defecit, ideo v. Dominus ait, diabolum in veritate non stetisse. Et quod Dominus ait de diabolo, intellige quoque de gregalibus eius. Quod verò Ioannes inquit: Ab initio peccat: noli intelligere hoc in primo instantiẽ creationis peccasse: sed, ab initio, intellige, quod modicum distabat à sua creatione. Namque exiguam moram in cælis egit sub innocentia angelica. Quod igitur modicè distabat ab initio, initium vocat Ioannes: quia quod modicũ distat, nihil distare videtur, ex Peripatetico decreto. Augustinum porrò iam absoluimus. Nam dulcedinem angelicæ vitæ, beatitudinẽ omnibus suis absolutã humeris Augustinus appellat; qua modo fruuntur sancti angeli, qua quoque nũquam fruti sunt angeli peccatores. Postremo argumento dicito, angelos apostatas nunquam conuersos fuisse ad Deum etiã num sub viatico statu constitutos, sed tũ cæperunt se benè amare, dein verò in processu vię exarserunt in amore proprio excedentes metas se amandi, amando se, propter se, & non propter Deum. At verò dũ

Sanctorum testimonia de angelorum innocẽtia primitua.

Loci sancti probates angelos apostatas fuisse aliquãdo in culpatos.

Certa decisio quæst.

Marsilius non probatur.

Augustinus sui interpres

Testimonia sacra elucidãtur.

iter vitæ agebatur, poterant hunc detestari autorem, vt deuium à via veritatis, at noluerunt. Imò cæteros angelos sanctos ad idem prouocauerunt detestabile, superbũque flagitium. At angeli sancti illis non consenserũt, imò contra se totos in creatoris sui amorem retulerunt, & illi gratias egerunt, non voce concrepando, sed mentibus iubilando. Et hæc cælestis fuit pugna sanctorum angelorum, & rebellium diui nō numinis: de qua meminit Ioannes dicēs: Factum est prælium magnum in cælo, Michael & angeli eius pugnabant cum Dracone, & draco cum eis. Et vere prelium magnum: nam aduersarij angeli fortissimi spiritus erant. At vero angeli peccatores non potentes angelos sanctos in propriā trahere sententiam, immobiles perstiterunt in cæpta perfidia, & continuò deturbati sunt à summis cælorum verticibus, in profundissimas barathri tenebras, quia obstinati fuerũt in suo elatissimo proposito. Quod vero celerrimum, & velocissimum q; habuerint casum angeli superbi, Lucas admonere videtur cap. 10. dicens dominum dixisse: Videbam Satanam, tanquam fulgur, cadentem de cælo: fulgur autem citissimam habet corruscationem, quæ vix oculis discerni potest.

An angelus peccare potuerit in primo instanti suæ creationis.

Iam vero de tertia sectione huius quæstionis paucula attingere est operæpretiũ. An angeli, videlicet, potuerint peccare in primo instāti suæ creationis. Quia hactenus factum expressimus, de possibili vero nulla facta mentio est, propterea hoc etiam venit in nostram disputationem. Et quidē vanum placita, quia res abstrusa est, vt cætera omnia Theologica, quando diuinum magisterium per sanctas scripturas illa nō docet. Quamobrē D. Thomas in 1. parte quæst. 63. artic. 5. possibile esse peccatū in angelis in primo instanti suæ creationis haud dubium diffitetur. Namq; existimat primam angelicam operationem, esse naturalem, scilicet, cognoscere suā essentiam & illam amare, & per essentiam suam deum cognoscere Deum, & illum amare, erat ad secundam operationem pertinens. At verò quamquam secundum hanc liber erat angelus & poterat ex sua libertate eligere quam vellet, at verò prior operatio, qa naturalis erat, mala non poterat esse. Nāq; si mala potuisset esse, Deus esset autor huius peccati. Quia prior operatio, priorq; motus rei genitæ tribuitur generanti: vt qui nascitur claudicans tibia, illa claudicatio, habet autorem generantem, quia cum defectu tibię genuit prolem suam. Quare, si simulatque angelus conditus fuit, deficere posset, ille defectus Deo tribuendus esset. Durando non arrisit argumentum hoc: illud emeluit, verum esse dicens in agentibus naturalibus, non tamē in liberis agētibus. Ideo ipse non discedens à sententia Thomæ, aliam exquisiuit viam, per quam idem assereret, quod Thomas asserebat. Distinguit igitur, aut angeli fuerunt creati in gratia Dei, aut non: si primum, res certa est, quòd in primo instāti in quo erant in gratia, peccare nequibant. Implicat enim, peccatum habere cum gratia Dei, si verò hac gratia fuerunt destituti in primo instanti, vel habuerunt solummodo naturam tunc non prēditā aliqua cognitione supernaturali, vt fide, vel habuerunt tunc fidem, hoc est, reuelationem diuinorum, quorum cognitio superabat vim naturæ angelicæ. Quod si tum fidem habuerunt, impossibile erat peccatū in primo instanti creationis. Etenim omne peccatum præexigit saltem defectum inconsiderationis, at nulla poterat esse inconsideratio Deo reuelante angelis sua sacramenta. Quod si solum cognitionē naturalem habuerunt, etiam tum non poterant peccare. Quandoquidem ipsi non poterant habere tum inconsiderationem agendorum, aut fugiendorum, & omniū circūstantiarum necessariarum operibus ab ipsis obeundis. Et denium omnia hæc verba semel si dixeris, breuius ages, Angelus scilicet, non potuit in primo instāti habere inconsiderationē, ergo neque peccatum. Ita Theologizat Durandus in 2. Sent. distinct. 5. quæst. 1. At verò, neq; Durandus exactus est, & quod opposuit Thomæ, enervus habere rationes, hoc idem illi obijciam ego. Namque (vt supra dicebā) existimo angelos potuisse culpam admittere, etiamnum citra omnem inconsiderationem, vt etiam Marsilius credidit quæst. 3. huius. 2. artic. 2. Etenim hæc inconsideratio necessariò est error, si nō circa ipsum agibile, saltem circa circumstantiam agibilis error erit, vt ipsemet Durandus quæst. 1. distinct. 5. docet. At verò error hic pœna est, igitur cum pœna præexigat culpā, ante istam inconsiderationem præfuit culpa, & hæc culpa per te etiam procedet ex incon

Durandus non probatur.

inconsideratione, & ita erit processus in infinitum: id, quod absurdum esse quiuis iudicabit. Quare videtur magis consentaneum esse rationi si citra errorē, aut ignorantiam, aut inconsiderationem, peccatū posse admitti à libera arbitrij facultate dicamus. Neq; possum assequi aliud, quàm incontinentem apprehensa, vel visa mulie re, iudicās per intellectum, illā esse bonum voluptificum sibi sine alia consideratione illam posse amare liberè. At verò iudica re mulierem pulchram esse sibi bonum delectabile, non est error, imò verum est iudicium, quod si sine altero iudicio hoc sat est ad amandum mulierem, cōsequens est, nullo opprimente errore, aut nulla seducente ignorantia, aut nulla extante inconsideratione, peccatum admitti posse. Quod si hoc probabile videtur in hominibus, quid quod in angelis? Et fortasis aliquis contēdet intellectu apprehēdēte simplici apprehensione hoc esse bonum delectabile, voluntatem posse liberè amare. Quòd si hoc verum existimatur, idem conficitur, quod prius conficiebatur. Quanquam difficilè hoc iudico & asperum creditu: de qua re alias. Porrò autem siue contra Durandum, siue contra Thomam, plura compingi pos sunt argumenta. Christi enim in primo instanti quo creata est anima meruit, igitur prima eius operatio non fuit secundum rationem naturæ: Nam si esset secundum rationem naturæ, non fuisset meritoria, quia naturalis.

Voluntas citra ignorationē aut inconsiderationē intellectū peccare potest

¶ Rursum angeli in primo instanti creationis meruerunt (est sermo de sanctis angelis) igitur & peccare potuerunt.

Argumenta contra Thomam.

¶ Tertio angeli in primo instāti erant viatores, ergo poterant mereri, & demereri. Namque status viæ hoc poscit. Etenim si in illo instanti non poterant peccare, illud primum instans non esset viāticum instās. Id quod falsum est. Præter hæc, in primo instanti habebant omnia necessaria ad peccandum, & Deus non erat illis impedimēto, quominus peccarent, igitur si tum aderant causæ omnes, quæ sufficiebant ad perpetrandum peccatum, igitur peccare poterant. Quod autem omnes causæ, quę sat erāt peccando, tunc adfuissent, vt posteà, vel inde constat, quia erat plenissima illis cognitio, eratq; plena libertas, igitur sufficientia aderant, nullo impediente.

Durandus non probatur.

¶ Quibus adde operationem illam angeli cam, siquidem est elicita ab angelo, posse esse defectibilem, quatenus est à causa defectibili, at inclinatio naturalis angeli hæc inculpabilis est, vt rerum omnium. Namque hęc inclinatio natiua non est elicita à creatura, sed impressa à creatore, ideo nequit esse mala, aut noxia, verum hic non de hac inclinatione agitur, sed de actu elicito ab ipso angelo.

¶ Adhæc, homo quilibet cum primū tempora discretionis attingit, in primo instanti illo, quo vsum rationis adipiscitur, peccare potest, & fortè multi peccāt in eo instanti, ergo etiā angeli. Fortasis dices, primum instans vsus rationis non esse primū instans esse hominis, ideo dispar ratio est de angelo atque homine. Nunc enim solum inuestigatur num in primo instanti esse angeli, peccare potuerit angelus. Ideò aliam rationem iaciam contra hoc placitum.

¶ Anima nanque rationalis in primo instanti sui esse maculatur originali piaculo, at hoc piaculum Deo non tribuitur. At neque hoc argumentum neruos habet contra dogma prædictum, quia prompta est solutio, animam tunc nullum habere proprium motum, nam piaculum originale, non est actus animæ, quia actuale peccatū non est, imò potius habituale: & contamiatur ex carnis contubernio, non ex propria operatione, quam si haberet, Thomas dixisset illam Deo tribuendam, propterea nouū instruam argumentum. Deus potuit obligare angelos præcepto aliquo positiuo implendo, quam primum creabantur, hoc præceptum vel poterant angeli infringere aut non: si non poterant, ergo nihil merebantur exequendo Dei mandatum: sin verò poterant, ergo poterant peccare.

Placitum Thomæ differitur.

¶ Dices forsitan, mereri poterant angeli implendo, at non poterant peccare non implendo. Quippe in illo instanti erant angeli liberi, non quo ad speciem actus, sed quo ad exercitium: & libertas hæc sat erat merito. At verò contra hoc est, quia huiusmodi actus ab angelo eliciendus tunc ex hypothesi non esset naturalis. Est enim erga præceptum positiuum, & non erga naturale præceptum. Nam esto, primum actum angelorum, nullo extante aduentitio præcepto, naturalem esse, at hic nō est naturalis, igitur hic prorsus liber actus

erit

erit,&quo ad speciem,&quo ad exercitiū. Roborabis hoc argumētum, quia si actus illic primus angeli est naturalis quo ad speciem,& liber quo ad exercitium, quia poterat suspendi ab angelo, igitur poterit tū primo habere omissionē angelus,at omissio non tribuetur Deo, ergo neque actus. Caietanus in commentario ad Thomam 1.parte.quæst.63.art.5.omissionem fatetur possibilem in illo instanti angelorum, at verò hæc omissio nō potest esse prima, quia præexigit actum omissio quælibet, vnde illa pendet. Et ego dicam illi, ergò si in illo instanti omissio erat possibilis, fac esse alicuius præcepti diuini positiui, poterat angelus omittere illud præceptum implere,& illa omissio crimini danda fuisset etiam cum suo actu vnde illa processit, si contendis nullam esse omissionem, quæ non deriuetur ab actu. Et augebis etiamnū hæc omnia, quia proferam in medium actum angelorum, quem alumni Thomæ dicunt primum fuisse amorem, scilicet, suę naturæ propriæ, vtique hic actus amoris, quippe qui liber est, poterit sub præcepto cadere, quia liber est, si non omnino liber, saltem liber est quo ad exercitium, iam igitur poterit suspendi,& omitti: at supponimus esse præceptam à Deo illius executionem. Igitur in primo instāti peccatum poterit esse, siquidem omitti poterit. Quod si ex arbitratu meo huius quęstionis decisionem habere desideras, dixerim tibi columen Thomistici placiti fuisse Aristotelis sententiam, docentem, elemētorum motum esse tribuēdum generantibus. Vndè. 8. Physicorum tex. 4,&. 32. grauia,& leuia docet moueri per se à generante, idemque in. 4. de cælo & mundo. text. comm. 25. vndè dixit Commentator. 4. de cælo & mundo: Grauia,& leuia quantū habent de forma à generante, tantum de vbi: itaq; si partem formæ, partem vbi,& si totam formā, totum vbi etiam habent. Itaque simul habent formam,& vbi cessante impediente motum. Vt si aqua ex parte fit ignis, illa pars, quæ ignis fit, statim euolat ad locum superiorem,& si maior pars fit ignis, simul fit ignis, & mouetur motu ignis. Quare Thomas idem censuit dicendum de angelis, simul atque creatos fuisse actum primū quem elicuerunt, esse generantis Dei, seu creantis. Porrò autem consulendus est Cōmentator Auerroes, qui. 3. libro de cęlo & mundo commēt. 28. pulcherrimè rem istā decernit. Docet ēm grauia& leuia à generante, à quo habent formam, simul quoq; habere motum,& vbi. Namq; qui dat formam, dat quoque consequentia ad formā. Quia igitur graue, vel leue accipit formā à generante, vt si ex aqua fiat ignis, necesse quoque est, vt etiam accipiat accidentia à generante, vnde accepit formam substantialem. At motus accidens est rei, ideo motum accipit à generante,& locum, qui itē accidens est. Præter hæc autem aduertit grauia,& leuia genita habere motum,& vbi, à generante mediatè, non immediatè. Siquidem motus sursum, qui ignis geniti est, vel aquæ genitæ modo, deorsum motus, immediatè est à forma genita. Namq; motus omnis necessariò est à motore, nullo alio mediante, ideò motus iste vel leuis recens geniti, aut grauis, primo & essentialiter à forma genita est, & non competit genito, nisi ex forma genita immediatè. Quapropter censet grauia, & leuia genita moueri per se primo à proprijs formis, vnde immediatè proficiscitur motus ille. Et non formidat concedere Auerroes quod grauia,& leuia se mouent,& quod motus illorum assimilatur motibus animalium secundum quandam rationem. Vt enim animalia habent motorem intrinsecum, vndè immediatè animalis motus procedit, ita grauia & leuia habēt motores intrinsecos qui sunt principia actiua suorum motuū. Quamuis discrimen est inter vtraque. Nā est distinguere in animalibus motorem à moto,& vtrunq; inuicē realē habet distinctionē. At verò in grauib⁹ &leuibus est sānè motor & motū, at hæc secundū modū variū distinguuntur, non secundum rem. Lapis namque se mouet, vt est grauis in actu, at mouetur, vt est in potentia ad locū inferiorem. Vndè habet quod se moueat ratione formę, quòd verò moueatur, ratione materiæ, cui tribuitur omnis potentialitas passiua. Quamobrem cum idem sit lapis grauis actu,& potentia mobilis, motū & mouens sunt idem, at differunt secundum rationem actus, & potentiæ. Vbi si rem librata consideratione expenderis, vi debis haud dubium iuxtà Commentatorem grauia,& leuia, habere inseipsis principium actiuum proprij motus, & quod se mouent,& quòd actu sunt. & quòd motus est immediatè à proprijs formis,& demum

Decisio quæstionis ex Autoris decreto.

Exponitur Commentator.

Motus grauium & leuiū mediatè à generante, sed immediatè à propris formis.

Peripateticum placitum ex Cōmentatore.

mum quod habent principium actiuum sui motus: quanquam lato discrimine discrepāt ab animalibus, etiamsi aliquatenus conueniant. Ex quibus tu discere poteris Aristotelem interpretari, dicētem, grauia, & leuia, per se moueri à generante, intelligendum esse mediante forma generata, non immediatè. Namque (quantum coniectus meus donare mihi potest) Aristotelicus sensus, hic est, grauia, & leuia, simul atque generantur, moueri. Namque statim vt generantur, vel descendunt grauia deorsum, aut leuia se rapiunt sursum: nisi quicquam illis obsistat, nesuum peragant motum. At verò animalia non simul atque generantur suum absoluunt motū: imò multa temporum sperantur interualla, vt proprios perficiant motus. Itemque de viuentibus omnibus idem esto iudiciū. Animalia enim genita non statim generant alia, aut in suum promouentur augmentum vt experientia est locuples testis. At ignis simul atq; genit⁹ est, statim rapitur sursum, & quamuis mediante forma genita, generans genito motum donet & locum, cæterum in tempore nulla est mediatio, nā statim vt genitum est elemētum, suum absoluit motum, & in suum se agitat locum. At in viuentibus multum intercedit temporis, priusquam suos motus perficiant. Propterea Aristoteles motum genitorum elementorum generāti tribuit, quia simul vt generantur proprij motus compotes fiūt. Neque vnquam ipse voluit (ni fallor) in grauibus, & leuibus non esse principium actiuum, sed passiuū proprij motus, vt quidā hoc æuo pessimè philosophātur. Et Auerroes clarum tulit de re hac testimonium, si non somnolēte legisti, quæ præscripsim⁹. Subhæc mecum iterum atque iterum expende verbum Aristotelis, motum grauiū, & leuium tribuens generāti, inniti in proloquio illo, cuius meminit Commentator loco pridem notato. Qui dat formam, dat consequentia ad formam. At verò consequentia ad formam vocat accidentia, quæ necessariò consequuntur ad formā, vt motus sursum, necessariò consequitur ad leuia: vt ferri deorsum, ad grauia. Ex quo colligere licet, non suffragari admodum verbum Aristotelis doctrinæ. S. Thomę. Etenim ad naturam angelicam non erat accidens necessarium vt consequeretur amor propriæ naturæ. Nam si hic necessariò cōsequeretur, quis Thomæ refragaretur? at consequitur liberè, vel Thomistis consentientibus, liberum fuisse illum actum, saltē quo ad exercitium. Quamobrem non sequitur, si actus ille fuisset malus, tribuendū fore creanti propter ea quæ hactenus per sequuti sumus.

Motus grauium & leuiū mediatè generāte, sed immediatè à priis genitis.

Sedulò aduerte Peripateticum sensum erutum ab insipidis commentis.

Peripatetici cum placetum ex Cōmentatore.

¶ Iam igitur has accipe decisorias sententias. Prima esto ex placito Thomæ: Primus actus, quem angeli elicuerunt, nō fuit naturalis actus. Hæc prompta est legenti. 1. par. quæst. 63. art. 5. responsione ad. 4. quo loco credit angelos omnes meruisse in primo instanti suę creationis, at verò angeli mali auersi sunt ab hoc merito, & mortificauerunt suum meritum, ex culpa superueniēte, & angeli boni meritum, quod cæperunt, prouexerunt in beatitudinis cōsumatam gloriam. Igitur si primus angelicus actus fuit meritorius, non fuit naturalis. Et rursum, actus hic non fuit solum amor sui, imò amor sui propter Deū super omnia summè dilectum: qui actus pure liber est. At occines. 8. Ethicorum Aristotelem dixisse, amicabilia ad alterum procedere ex amicabilibus ad se, ergo prius se dilexerunt angeli, quàm Deum. At dicito Aristotelem non hoc sensisse primum esse amorem sui necessariò, sed quod quidquid à nobis amatur, amatur vt nostrum, ideò Deus amatur, quia noster. Quamobrem angelos etiamsi demus per essentias proprias cognouisse Deum, verumtamen nō erat necessarium proprias essentias prius amare, quàm Deum: imo hoc pendebat ex angelica libertate id primum amare, quod maluissent eligere primum. At vero Deū sic amantes, amabant vt suum Deum, & creatorem suum. Porrò autem Caietanus in commentario ad Thom. quæst. 63. 1. part. art. 6. mirum dictu est, quàm insudet in extricando nodo isto in doctrina Thomæ docentis, actum angelicum in primo instanti fuisse naturalem: & rursum asserētis actum illum esse meritorium (vt prędiximus.) Quæ duo, vt dicebamus, videntur se dissoluere. Nam si meritorius fuit in primo instanti, ergo processit actualiter ex charitate Dei infusa, ergo relat⁹ fuit in Deū vt erat obiectum beatitudinis supernaturalis, quomodo ergo naturalis actus ille erat, qui tendebat in beatitudinem supernaturalem, vt in finem charitatis supernaturalis? Et vt se exoneret ab onere huius argumenti,

Sententiā prima.

Primus actus angelicus fuit meritorius.

Collisio in Thoma explicatur malè à Caietano.

argumenti, actum esse liberum bifariam concedit, aut totaliter, aut nõ totaliter: totaliter is liber est, qui est indifferens ad bonum, & malũ: & hic est ex electione prorsus libera: is verò non prorsus liber est, qui tametsi indifferens est, non tamen est ad malum, vel de malo electiuus. Et talem fatetur fuisse liberum actum angelicum in primo instanti, quę libertas satis erat angelo vt actum posset elicere meritoriũ, si quidem gratia Dei prędituς erat vt supponit.

Caietanus disseritur.

At quærendum supereſt à Caietano, quæ indifferentia erat libertatis angelicæ, si non erat ad malum tum indifferens? Et nisi dixerit esse libertatem tum indifferẽtem, quia poterant producere illum actum vel non producere, mihi nõ sublucet, quid dicere potuisset. Quod si hoc voluit curtãtis Mæandris vtitur, vt rem planam obscuraret? Nam facilius erat dicere, fuit libertas illa quo ad exercitium, non tamen quo ad speciem, quàm dicere duas illas libertates, non explicando indifferentiam. Neq; secunda solutio rem istam absoluit, aut nodum enodat. Ait enim esse naturalem angelicum illum actum, quia erat iuxta naturalem gratiæ, & charitatis inclinationem. Nam hac retẽta solutione voca (si libet) omnes actus meritorios viatorum naturales, quia tametsi non sunt simpliciter naturales, sunt tamen naturales homini, vt ex inclinatione gratię operatur, quę inclinatio naturalis est. Ideò alumni alij D. Thomæ aliã inuexerũt enodationem, quę etiã mihi grata non est. Aiũt eñ fuisse actum illum angelicum in primo instanti meritorium impropriè: quia aduertunt fuisse naturalẽ, & aduertunt Thomam dixisse in loco dudum indicato, respondentem quarto argumento. Sic igitur primũ instans in angelis intelligitur respondere operationi mentis angelicæ, qua se in seipsam conuertit per vespertinã cognitionẽ: quia in primo die commemoratur vespere, sed non manè. Si ergo iste actus respondet vespertinę cognitioni, consequens est per actum hũc nõ tendisse angelos in primo instanti in Deũ, vt finẽ supernaturalẽ, sed se dilexisse. Porrò isti non expresserunt, cur vocent actũ impropriè meritorium. Et rursum actus hic procedebat ex gratia gratum faciente: Nam creati sunt in gratia gratum faciẽte. ergo propriè erat meritoriꝰ. Nisi dixerint isti hunc actũ, hoc est dilectionẽ propriæ naturæ, non processisse ab angelis ex inclinatione gratiæ, neque secundum hanc inclinationẽ illum elicuerunt: sed solum iuxta naturę inclinationem. Namq; fieri potest vt homo iustus actum aliquem proferat, non secundum gratiæ inclinationem, sed secundum naturalem propensionem, & multo fortius de angelo hoc idem credi potest. Quandoquidem nullum extabat pręceptũ quod angelos constringeret, vt in primo instanti, actũ elicerent secundũ gratię infusę inclinationẽ. Fortasis hac ratione possent isti vtcunq; fucare placitũ suum, addendo actũ illum primum angelorum fuisse meritorium ex congruo, nõ ex cõdigno: vt nos dicebamus supra dicendũ fore ab exponẽte Magistrum. At verò veritatem huius sentẽtiæ à me propositæ differendam sub hæc mittam: arbitror tamẽ Thomę non congruere. Vt autem asserendus sit Thomas, & extricandus nodus prędictus, quandoquidem illata à Caietano, & & alijs non absoluunt loci præinducti difficultatem, apertè cõfitẽtis, actum esse meritorium in primo instanti, & deindè artic. 6. eiusdem quæstionis Thomas fatetur fuisse actum primum angelicum, dilectionem propriç naturæ. Vt hęc concilientur viderint Thomistę. Namq; quod Caietanus locum hũc postremum interpretatur, dicẽs operationem celebratam ab angelis in primo instanti, esse correspondentem cognitioni vespertinæ, non denotare aliud, quã non esse fruitionem beatam Dei. Nam vt cognitio matutina est clara visio deitatis, ita operatio illi respondens, est fruitio beata Dei. Et ita existimat dilectionem angelicam in primo instanti fuisse ex charitate Dei, & esse propriè meritoriã, & correspõdere cognitioni vespertinæ. Hoc sanè non explet animum meum, quia vigorẽ suum argumentum nõ deposuit, quomodo actꝰ ille erat naturalis, si erat ad Deum tendens vt obiectum supernaturale. At quale quale hoc fuerit, illis relinquo differendũ, quorum interest suos defensare principes. Sub hæc nonnihil de re hac attingam.

Non probatur Caietanus.

Thomistæ alij Thomã asserunt.

¶ Secundam interim accipito sententiam: Non est à vero absimile angelos malos meritorium actum (propriè subaudi meritorium, hoc est ex condigno) nunquam protulisse. Hęc autẽ cõclusio non poterit palã esse, nisi morulas angelicas, quas duxerũt in cęlo, antequam beārentur sancti angeli, & dam-

Secũda sententia.

& damnarentur angeli peccatores, exponamus. Et quidem Thomas artic. 6. quæstionis, nō semel indicatæ, duas duntaxat asseruit angelicas fuisse moras, duabus instantibus discretas, alteram fuisse duxerat moram à creatione sua, quæ vnico instanti comprehendebatur, in quo instanti omnes angeli meruerunt vitam æternam, vt sancti angeli, vt peccatores: postremam vero duxerunt moram in secundo instanti, in quo sancti angeli meriti cæpti in morula prima reportauerūt bonus immarcessibiles: & in eodem instanti angeli peccatores discesserunt à Deo, & à merito cæpto resipuerunt, bene cepta male cōsummātes. Et in eodem instanti obstinati sunt, & à cælo ceciderunt. Et in quodlibeto. 9. art. 8. exponit placitum suum apertius, docēs angelicum actum in secundo instanti vt proficiscebatur à libero arbitrio angelico hoc modo pertinere ad viam angelicam. At vt cōsummabatur præmio in sanctis angelis, aut pœna in peccatoribus, pertinere ad terminum. Itaque secundum instans secundum inchoationem actus à libero arbitrio viæ erat, at secundū cōsummationē, erat termini. Neque mirandum hoc videtur quod idem instans sub diuersis cōsiderationibus, & sit via, & sit terminus. Cajetanus sudat, vt sibi moris est, in exponendo dogmate isto, vere difficili intellectu, etiā Thomistis, vt Capreolus tibi testis erit. distinct. 5. 2. Sentent. quæst. 1. Et vtitur S. Thomas hoc exemplo: Instans enim conuersionis peccatoris in Deum, est instans, in quo gratia gratum faciens infunditur: igitur ex simili, instans vnum erat conuersionis angelicæ in Deum, & gratiæ perfectæ donatæ ex beatitudine. At vero hoc exemplum minime non explet. Etenim contritio, non est contritio, neque poterit esse, nisi formata gratia sit, at meritū poterit esse meritum sine hoc, quod gloria Dei formetur. Imò meritum præmium quod duratione antecedat præmium necessarium videtur, & quantum mea fert sententia, Thomæ hoc placitum asperum est intellectu. Etenim primum instans est purè viaticum instans, non connexum termino, secundum verò non est purè viaticum instans, etenim etiam terminus est. Quia ideo fuit donata corona sanctis angelis, & commerita pœna peccatoribus angelis. At verò in primo instāti actus fuit naturalis angelorum, quia non potuerunt tum peccare, neque angelis erat libertas, nisi quo ad exercitium agendi, vt defensores Thomæ ingenuè testātur. Asserunt enim liberum arbitrium angelicum sub instanti illo non esse flexibile ad bonū, & malum: sed determinatum in bonum: at in secundo instanti (Cajetano autore) flexibilitas erat ad bonum, & malum, & liberum arbitrium prorsus tum erat angelis liberum. Quia ergo instans purè viaticum & nihil commiscens termini, non potitur plena libertate ad bonum & malum: nec, gaudet facultate plena merendo, & bene, & male, quod solet dici scholastico verbo nō potest mereri, & demereri angelus sub illo instanti. At instans nō purè viaticū, quia terminum in se claudit, maiori potitur facultate ad merendum & demerendum. Re vera hoc supergat fidem meam, & si Cajetanus planum esse existimet placitum Thomæ, cui ego suffragari non possum. Credo enim viam hoc amare in suam rationē, esse statum merendi, & demerendi, quod si angeli sub primo momento suæ conditionis non poterāt peccare, neque demereri, cur illud instans sit proprie viaticum, non video: & quod purius viæ, quam secundum non esse queat. Imò illud instans sub quo est maior flexibilitas ad malum, atq; bonum, purius via esti. Vt ex significantia vocum libenter esse arbitror. Quod si secundū instans (vt tu asseris) purius via est, quam primum, igitur nihil claudit terminī, ergo sub illo adhuc angeli non erant sub præmio, aut pœna. Aliam viam est secutus Scotus contra hanc Thomę opinionem in. 2. distinct. 5. respondens quæstioni metæ in distinct. 4. Ideo tres morulas angelicas tradidit ex aliorum sententia, quam tamen ipse probat. Existimo igitur angelos peccatores non habuisse meritū in primo, vel secundo instanti, aut in quouis alio, quia nunquam hæserunt Deo, ipsum actu amando, vt obiectū beatitudinis supernaturalis, sed gratia sibi donata abusi sunt, non referentes se in laudem, & gloriam creatoris sui. Quamuis gratia illis, atque charitas diuina collata sunt, vt eisdē præsidijs gauderent obtinendæ beatitudini, quibus sancti angeli.

¶ At verò in primo instanti omnes angeli seipsos dilexerunt, & à dilectione propriæ naturæ viam suam ad cælestia præmia

Morę angelicæ duæ ex Thoma.

Thomas differitur.

Thomas difficilis in morulis angelicis.

Secunda sententia.

Caietanus non probatur.

Morulæ angelicæ distinguūtur.

mia omnes inchoauerunt, vt sicut cognitionem Dei ex sua essentia inchoabant, ita & amorem Dei ex proprio inchoassent. At in secundo instanti sancti angeli hunc amorem sui, in diuinum amorem retulerunt, sese amantes propter Deum, vt erat obiectum beatitudinis. At mali angeli amorem sui, in semetipsos reflexerunt, se iam superbè amantes, & sibi plus iusto adhærentes. In tertio denique instãti disparis meriti, disparia quoque reportarunt stipendia: in secundo igitur instanti, æternam vitam meruerunt sancti angeli, quippe Deum ex charitate dilexerunt. At primum instans & secundum, viatica instantia erant.

Tertia conclusio respõdens dubio moto.

¶Quare sit tertia sententia: Sub primo instanti omnes angeli poterant peccare. Et patens est sententia, quia tum viatores veri erant. Quod si tum in gratia conditi erant, sub illo instanti amici Dei erant ex habitu charitatis, ideò per accidens peccare nequibant: quamuis simpliciter poterant, quia quatenus viatores erant, peccatum admittere quiuissent, nisi gratiæ infusio obstitisset. At iuxta Magistrũ Sententiarum nihil obstabat tunc, quo minus, si voluissent, peccassent, quamuis non peccaueruntquia cùm optimi conditi fuissent, non continuò erant à tanta naturæ pũritate lapsuri.

Quarta sententia.

¶ Quarta sententia: Consentanea sunt satis rationi hæc tria, quæ præstruximus instantia angelica. Hanc probabis, siquidem tria sunt hæc reipsa distincta, & suo gaudẽtia ordine. Natura nempè, gratia, & gloria. Et horum primum, est natura. Nam primò est quod animale, dein quod spirituale autor est Paulus: dein gratia sequens est, quæ est naturæ nobilitas, & splendor, tandem accedit gloria. Igitur optimè stabiliũtur tria instantia, alterum tribuendum naturæ, alterum gratiæ, postremum gloriæ. Quia quanuis credamus angelos prædditos fuisse ex suo initio gratia, at secundum instans demus gratiæ, quia in hoc instãti sancti angeli gratiam Dei ex vsu habuerunt, vt promererentur vitam æternam. At mali angeli abutẽtes Dei gratia, stipendia peccati retulerunt in tertio instanti. Et equidẽ mihi (quæ est tenuitas mei ingenij) difficile satis est angelos malos tã citò mutatos fuisse ex vno instanti creationis, in alterũ instans perditionis. Et (vt dixi) planè superat fidem meam, in spiritibus nobilissimis, & naturæ constantissimæ tam citò, & facilè mutatos fuisse ex merito cepto, in perditionem consummatam. Propterea ducebam, angelos malos nunquam meruisse, vel exercuisse actum meritorium, ex diuina charitate procedẽtem. Nam de alio merito non est modò mentio. Itaq; sancti angeli à cæptõ bono nunquam destiterunt, imò illud auxerunt. Nam ex natura ad gratiam & ex hac ad sempiternam gloriam prouecti sunt. At mali angeli in natura propria radicem iacientes, meritum nunquam cæperunt. Hęc porrò instantia sunt temporis discreti, etiamnum repugnante Scoto. Quantum autem temporis nostri tum correspondebat instantibus istis angelicis, autor angelorum solum discernere poterit, & angeli ipsi illis vtentes, poterũt dijudicare.

Natura, gratia, gloria.

Quintasententia.

¶Quinta sentẽtia: Dilectio angelica in primo instanti correspõdebat cognitioni angelicæ vespertinę. Etem̃ angelus in primo cognouit Deũ cognitione vespertina. Nãque Deum per suam essentiam cognoscebat. Et tu fige hic grãdum. Angelum enim dicimus cognouisse tunc Deum per suam essentiam, quia nõ per species concreatas, sed per seipsum, hoc est ex seipso intelligebãt Deum, nullo alio accedente, præter actum intelligendi: qui tenet se ex parte potentiæ, & nõ ex parte obiecti. Neq; ad hãc cognitionem naturalem, quam habuit diuinitatis in illo instanti eguit alio quã sua essentia, quæ cùm esset Deo quàm simillima, nullo alio adminiculo indiguit, vt Deũ cognosceret naturaliter, atque amaret. Nãque existimo, naturalem Dei tunc cognitionem angelum habuisse, & naturalẽ dilectionem. Dilexerũt em̃ tum Deum omnes angeli, vt creatorẽ, at nõ vt bonũ supernaturale suum. Et sicut habentes species inditas illis non sunt vsi ad intelligẽdum Deũ, ita habentes Dei charitatem, & gratiã illis nõ sunt vsi ad diligendum Deum. Quia solum Deum dilexerunt tum vt bonum naturale, non vt supernaturale bonum. Hæc autem dilectio Dei naturalis correspõdet vespertinæ notitiæ diuinitatis, quæ erat nosse Deum ex propria angelorum essentia. At verò cognitio supernaturalis Dei quædam perfecta est, quæ est clara Dei visio, & hæc matutina perfecta est: alia verò imperfecta, & est etiam matutina imper-

Quomodo angeli Deũ per suam essentiam cognoscant.

Obserua sedulò.

Matutina cognitio duplex perfecta & imperfecta.

Cap. 28.

imperfecta. Etenim quia supernaturalis est, excellens cognitio est diuinitatis, ideo vespertinam nè vocato. Et fruitio beata est correspondens matutinæ cognitioni perfectę. At verò dilectio supernaturalis Dei, quæ est viatorum, est fruitio imperfecta correspondens cognitioni supernaturali Dei, quam viatores angeli habuerunt. Istis omnibus iunge defendētes probabile esse angelos peccatores peccauisse in primo instanti, vt fuit Marsilius, cuius suprà mentionem fecimus, etiam probabile ducerent, angelos sanctos in primo instanti meruisse beatitudinem. Et fortè dicerent, illud instans fuisse viam & terminū. Et vt Thomas dixit de instanti secundo, esse viam, & terminum, vt supra commemoratum est: ita isti dicerent de primo instanti. Cæterum necessitas excogitandi hęc instantia, & angelicas moras, fuit, vt palàm esset nobis sanctos angelos fuisse prius tēpore viatores, quàm comprehensores: & angelos malos prius tempore (discreto subaudi) fuisse peccatores, & potuisse pœnitere, quam supplicijs tortos. Quæ omnia vix intelliguntur nisi per morulas viā angelorum distinguamus. Porrò de istis hactenus.

Cur moræ angelicæ à Theologis excogitatæ sunt.

Quintasententia.

Quomodo angeli Deū per suam essentiam cognoscant.

DISTINCT. sextæ, Disputatio prima.

¶ Num Lucifer primas tenuerit angelicas.

Obserua se dulò.

Hæc disputatio citra argumentorum strepitū agetur: breuis namq; est, & argumentorum pompa non est dilatāda. Et quidem quòd illi darentur primæ angelicę partes, fuit in causa quia ab Esaia Lucifero confertur. Vnde duxerunt sententiam pręcipuum esse angelum Luciferum, atq; quod Cherub ab Ezechiele vocatur. Cęterū Damascenus. lib. 2. de fide. cap. 4. ex virtutibus angelicis eos solos credit

Matutina cognitio duplex perfecta & imperfecta.

Cap. 28.

corruisse, qui deputati erant terrenis negocijs agēdis, & gubernandis, innumerabiles que ex hoc ordine cecidisse. Vndè illi persuasum erat, Luciferum ex ordine inferiori esse. Quippe hic solus gerēdis humanis destinatus est. Atqui D. Augustinus eandem versans quæst. 12. super Genesin. c. 19. & 23. rem hanc dubiam traxit. Porrò D. Gregor. 32. Moraliū cap. 24. Luciferum suprę mum angelorum esse existimauit: ducens dogma ex Esaia cap. 14. Quomodo cecidisti Lucifer, ait, qui manè oriebaris? Et ex Ezechiele 28. indicato suprà. Et ex Iob. 40 vbi sub nomine Behemoth, Lucifer appellatur, initiū viarum Dei. Quæ tamen testimonia ab Augustino præinducto loco intelliguntur de hæreticis, & apostatis. Quare non colligunt. D. Thomas probabilius censuit esse primū angelorum. 1. p. q. 63. art. 7. Cęterum ex eo quod Lucifero conferatur diabolus, non cōsequitur fuisse primum angelorū. Namq; Lucifer est is ipse qui Hesperus, qui ex Astrologorum traditione Venus est, quæ manè rutilans, & Solis aduentantes annunciās splendores, dicitur Lucifer. At verò Solis secuta aduę sperascentes radios, Hesperus vocitatur. Venus aūt nō est suprema stellarū. Porrò aūt vnū est, quod existimo, dubio procul credendum, Luciferum principatum habuisse in suo ordine. Et quāuis non sit angelus ex suprema Hierarchia, sed ex infima, vt Damascenus colligebat, propriæ tamen Hierarchię primatum habebat, ducor in hāc sententiā quia Matthæi. 25. Dominus ait: Ite in ignem ęternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Igitur diabolus habet angelos sibi subditos, quare habet prę sidentiam. & Dominus apud Lucā: Videbam, ait, satanam, tanquam fulgur de cælo cadentem. Cur obsecro non dixit, vidi angelos malos de cælo cadētes, sed solius meminit satanę? cùm certum sit penè innumerabiles de cælo corruisse? Sanè vt significaret ex nomine satanæ, malorum angelorum principem, quo collapso, cæteros, qui illi hæserunt, collapsos fuisse nobis insinuat. Neq; quia confertur Cherub ideo ex Cherubinorū ordine est cēsendus, quia vt (diximus sępè) translaticius est sermo, & ad literā, Regē Tyriū vocat Cherub ob plenitudinē scientię, vel status sui magnificētiam. Tu lege Magistrū, qui cēset, corruisse promiscuè ex omni ordine angelos

Venus est Lucifer, & Hesperus.

Decisio q. ex Autoris calculo.

malos, ita ex infimo, vt ex medio: & ita ex medio, vt ex supremo. Quamuis Damascenus non ex ouini ordine, sed solum ex destinato gubernandis rebus humanis, putat collapsos angelos.

DISTINCT. septimę, Disputatio prima.

¶ Vndè obstinati fuere apostatæ angeli.

Argument.

IT videbitur alicui fortassis voluntatem esse causam suę obdurationis. Nã Augustl. lib. de libero arbitrio. 3. c. 17 distinguit rationalem creaturã in tres ordines. Aliæ sunt eæ quæ nunquam peccant: aliæ sunt quę nunquã nõ peccãt: aliæ denique quę aliquando peccant, aliquãdo non peccãt. Et huius varietatis causam, volũtatis naturę tribuit. Igitur ex voluntate est, vel quod nunquã peccetur à quibusdam, vel quod semper ab alijs peccetur, aut denique quod vicissitudo sit in peccato.

Argumentum in contrarium.

¶ In contrariũ est is ipse Augustinus, de fide ad Petrum, cap. 3. qui prolixo hæc voluens sermone, in eam se ducit partem, vt credat, confirmationis in bono, quam sancti angeli adepti sunt, diuinam gratiam esse causam, quæ illos stabiliuit in bono: at verò obstinationis prauorum angelorum, diuinam legem esse in causa statuentem angelos à perdita semel Dei amicitia, nũquam amplius reconciliandos. ¶ Et roborãtur hocidem, quia Damascenus libro de fide orthodoxa secundo, capite. 4. Quod hominibus, ait, est mors, hoc angelis casus. Ergo non habuit obstinationem diabolus ex natura sua, sed ex lapsu: sicut homio ex natura sua non est impœnitibilis, sed ex statu. Et quod ipse dixerat capite. 3. eiusdem libri, angelum esse inadeptiuum pœnitentiæ, nõ detrahit præfato sermoni, nam intelligit ex ratione status. ¶ De quæstione hac Origines libro Periarchon, hoc est, de principijs, tradit angelos malos, tandem reparandos, quia nihil est Deo insanabile. Quare ex hoc decreto dæmones aliquando deponent fastum suæ superbiæ, & subijcięt colla Deo. Veruntamen quanquam hoc, vt decretum Origenicum, Thomas carpat, & ecclesia decernat esse hæreticum, tamen fortè Origeni fuit assutum, aut ipse Origenes resipuit à dogmate, & falsum in verum commutauit. Namque in libro. 1. ad Iob, Dæmones censuit nunquam reparandos. Et colligit primò quia Adam semel eiectus à paradiso terreno in paradisum nunquam regressus fuit: ita diabolus semel eiectus à paradiso cælesti, nunquam regredietur in eundem. Secundò, homines peccatores, qui extremum clausere sub peccato diem, non habebunt aditum sempiternò in regnum Dei, igitur neque dæmones. Probat consequentiam, quia dæmones sunt incentores omnium peccatorum, Scriptum enim est, ait ipse: Calcare atria mea non adijcietis. & rursum: Auferatur impius, ne videat gloriam Domini. Ex quibus verbis insinuat dæmonem esse impœnitibilem, quia est autor impœnitẽtiæ, ideò hoc infligitur ei in pœnam à Deo, vt æternò obstinatus persistat. & libro secundo ad Iob ait, Diabolum ex merito suæ culpæ luere pœnas inextinguibiles. At verò Hieronymus scribens Auito, inter cætera cauenda dogmata Origenica, hoc connumerat, quod supra ex libro de principijs expressimus, dæmonas videlicet, tandem mutaturos obstinatam mentem, quam modo gerũt. Quod tamen est erratum pessimum. Vt enim angeli sancti, bonam nunquam deponent mentem, & homines beati, ita neque mali resipiscent. Porrò autem S. Thomas. 1. parte. quæst. 64. artic. 2. obstinatiõnis dæmoniacæ causam retulit in naturam dæmonis propriam, quæ angelica est natura. Censuit enim angelos omnes hoc sibi in propriam vendicare naturam, vt ante electionem, sint mutabiles ex bono, in malum: aut contrà, ex malo, in bonum. Cæterum post electionem firmi, & immobiles persistunt, siue in electo bono, siue in electo malo. Namq; existimat volun

Origenis placitum.

Hieronymus carpit Origenem.

Naturavoluntatis angelicę est causa immobilitatis

voluntatem consequi naturam proprij intellectus: & qualis est intellectus natura, talem pro sua ratione habet voluntas naturam. Nam voluntas mouetur ab intellectu. Quamobrem cum intellectus humanus sit valde mobilis, etenim sæpè mutat sententiam, iam ex obruente carnis affectu, iam ex noua ratione, iam ex nouo effectu, vel ex sexcentis alijs mutare accidit decretum. Ideò homines & ante electionem sunt flexibiles ad bonum, & malum, & post electionē similiter. Quia multa intercurrunt sæpè noua, quæ decretum antiquum mutant. At angeli omnia sciūt habitu saltem, & non pelliciuntur ex affectu sensus, neq; obliuione premuntur, aut noua excogitāt media, sed oblata cōclusione, proprium illius etiam se offert mediū. Quare non habent mobilia iudicia, quia gerendorum omnium habent media propria, per quæ illa sunt gerenda, inde non mutant mentem, neque discursibus ducūtur (propriè loquendo de discursu) sed vt immobiles nos sumus in credendis principijs, ita ipsi circa conclusiones agēdorum immobiles sunt: habent namque promptas causas, vndè sunt sua gerenda. Indeque voluntas, quia agitur ab immobili intellectu, propterea immobilis est: seu in bono, si hoc elegit in primis: seu in malo, si hoc primum electum est. Ante Thomā, hanc est amplexus sententiam Albertus cognomento Magnus in lib. de quatuor coæquæuis. quæstio. 6. articulo. 12. Porrò Henricus Gādensis. quodlibeto. 8. quæst. 11. immobilem dixit esse voluntatem, ex perfectione sua. Itaque voluntas, quò nobilior est, eò profundius se ingerit in obiecto volendo, & illi tenaciùs infigitur. Vnde voluntas angelica, quia excellentis naturæ est, ideò tenacissimè infigitur in volito, seu bono, seu malo. Thomę autē placitum multis quatitur arietibus ab Scoto, in distinct. 7. q. 1. & à Gregorio, & à Durādo in eadem distinct. 7. huius secundi. q. 2.

¶ Et primum est argumentum. Nam angelus ante electionē, vt fatetur Thomas, est liber: ergo post electionem. Probatur consequentia, quia eadem natura est voluntatis eligentis, & non eligentis: ergo si ante electionem erant flexibiles ad bonum, & malum, similiter post electionem. Quod si euaseris argumentū cum Caietano, ante electionē fuisse mobiles angelos, quia tum non erat illis plenum iudiciū de re agenda, vt de colendo Deo super omnia, vt bonū illorum supernaturale: cōtrà erit, quia angeli in primo instanti creationis nulla tenebantur ignorantia agendorum, neque obliuione, neq; inconsideratione: igitur erat illis iudicium plenum de agendis. Et accipit vires argumentum: Angeli in primo instāti (ex Thoma) habuerunt actum meritoriū vitæ ęternę: igitur erat illis & plena libertas, & perfectum iudiciū. Nam meritū citra hęc non contigit. Dices, exigebatur mora, vt plenum assequerētur iudiciū, qua non gaudebant in primo instanti: vtique si ad meritum fuit illis sufficiens mora item & ad iudicandum plenissimè illa non sunt fraudati.

¶ Rursum si ex intellectu congruit immobilitas angelicæ voluntati, iam ergo sancti angeli ex natura sua sunt immobiles in bono, vt angeli apostatę in malo. Probo consequētiā, ex paritate rationis hinc, & istinc idem suadentis. At hoc est hæreticum dogma, angelos bonos esse confirmatos in bono ex natura sua. Quia excluditur Dei gratia.

¶ Præter hæc (vt nos induximus suprà Augustinum) fortassis sancti angeli perstiterūt in bono, quia maiori à Deo sunt donati prędidio, quàm angeli peccatores, ergo immobilitas nō est adscribenda naturę voluntatis angelicæ, sed Dei gratiæ, quando in bono est vt sanctorū angelorum. Ad hæc, fac angelos sanctos nō confirmatos à Deo in gratia sua, aut nō statim fuisse donatos præmio, vt censuit Nicetas Gregorij Nazianzeni scholiastes, cuius nos meminimus suprà, cuius fuit placitum, non illico confirmatos à Deo angelos sed expectasse diem Dominicę resurrectionis. Sequitur tū sanctos angelos fuisse à peccato prorsus immunes, & non solum hoc, quia ita verū fuisset, si dogma Niceticum veritate gauderet, quin etiā illos illo tēporis spacio fuisse impeccabiles. Probatur collectio, quia erāt immobiles in bono semel electo. Quòd si impeccabiles erant ex natura suæ volūtatis primò eligentis bonum, vtiq; nō egebant confirmatione, vt impeccabiles redderentur. At Nicetas contrarium docuit, angelos sanctos eguisse confirmatione, vt fierent impeccabiles. Et existimat sanctum Gregorium Nazianzenum in oratione de Paschate idem hoc

Origenis placitum.

Thomas sequitur Albertum.

Henricus.

Hieronymus carpit Origenem.

Argumenta contra Thomam.

Naturavoluntatis angelicę est causa immobilitatis

12. de ciuitate Dei. capite. 9.

In scholijs ad secundā orationē in pascha.

sensisse, & alibi sæpè, vt nos suprà indicauimus. Ait enim angelos esse quidem mobiles ad malum, at difficulter mobiles, & loquitur hæc, angelicæ naturæ vim natiuam explicans.

Græcorum Doctorum placitum.

¶ Et quantum arbitror hæc est Gregorij Nazianzeni sententia, & Basilij, & Damasceni, angelos ex natura sua esse quidē immobiles in bono hoc, ęgerrimè mobiles ad malum, vt autem prorsus sint immobiles in bono egere gratia Dei illos stabiliēte, & roborante. Subdam verba Damasceni, quia aliorum patrum superior sermo verba iā expresit. Capitulo igitur tertio secundi libri de fide orthodoxa: Omnino, ait, secundum volūtatem diuinam & præordinationem supra nos sunt, semperque circa Deum existunt, ęgrè, difficulterque in malum mobiles, sed nō immobiles. Nunc autē immobiles non natura, sed gratia. Quod si dixeris hæc vera esse ante electionem, quia tū sunt mobiles, quid ergo est quod ait esse immobiles per gratiam? Igitur ante, & post electionem immobilitas in bono tribuenda est diuinæ gratiæ, & non naturæ angelicę. Legendus est tibi Basilius magnus libro de spiritu sancto. cap. 16. vbi postquam tradiderat angelos esse spiritus aereos, aut ex igne immateriali, ait angelos esse ad vitium, & virtutem vertibiles, ideoq; egere auxilio Spiritus sancti. Legesimiliter. D. Gregoriū Naziāzenū in sanctam Pentecostē apertè testantē, angelos, ex Spiritu sancto habere immobilitatē in bono: & interpres eius Nicetas exposuit, nō ex natura sua angelos esse in bono immobiles.

Angeli ex natura sua ęgrè mobiles ad malū, & propēsiores ad bonum.

¶ Et rursum in oratione in Christi natiuitatē: Verū, ait, vt non omnino immobiles, ad malum subaudi, sed ęgrè mobiles existimem, ac dicā, mihi persuadet ille ob splendorē Lucifer, qui propter superbiā caligo effectus est, ac nominatur, &c. Itaque quātum verba horū sanctorū prę se ferunt, immobilitatem in bono, non tribuunt naturę angelicæ, imò cum natura angelica vna sit angelis omnibus cōmunis, hanc tradūt esse ægrè mobilem ad malum: cæterū non prorsus immobilē. Volētes ex hoc discrimen statuere inter libertatem humanā & angelicā, quia illa facilè voluitur ad malū: at angelica ęgrè voluitur. Igitur obstinatio dæmoniaca nō ascribenda propriè est naturæ, quę sanè mobilis est ex se ad malū & bonum: imò ęgrè ad malum, & facilè ad bonū. Fortasis horum sanctorum placita exponet Thomæ assertor, & illi cupiēs ferre patrociniū, angelos ante electionē habere naturam mobilem, at verò post electionē non est mobilis angelica natura, sed vel fixa in electo bono, aut obdurata in electo malo. Neq; mirum est, si electio tantū valeat vt ex mobili libertate reddat immobilē. Etenim nos ipsi experimur, si assuescimus alicui operi, & moras diuturnas trahimus in exercendo illo, veluti quadā necessitate ferri in opera consueta, quia consuetudo, est altera natura. Quod ergo nobis præstat consuetudo, hoc angelis præstat electio. Et vt habitus non tollit substantiā nostræ libertatis, at modum nouum præbet, ita electio angelica modificat angelicā libertatem, illam nouè immobilitando in electo bono. Porrò autem istud dogma Thomæ, quod fuit Alberti, & Henricus fere idem sapit, si intelligat ex vna dūtaxat electione immobilitari angelos ad omnia alia eligibilia: dogma est sanè difficile, cui ego fidem nō habeo. Quis ēm credet hęc? Electionem vnā, A, vel, B, eligibilis, reddere angelos penitus immobiles ad reliquas electiones? Imò si hęc electio facit immobiles, ergo angeli semel elegerunt quidquid eligendum sempiternò erat, & deinà prima electiōe nulla superest electio. Id quod falsum est, quia ita angeli boni, vt mali multa volunt, & nolunt, iuxta temporum decursus. Namque postquam sancta Iesu Christi cœpit ecclesia, multa mali angeli excogitarunt machinamenta, vt illam euerterent, quæ ante ecclesiæ secula non excogitarant, neque amabant. Vnde legimus in Apocalypsi: Misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine: id quod vexationem tædiosam ecclesię, quā passa est à satana, facile denotat. Et rursum antequam verbum caro fieret, non machinatus est diabolus experiri si filius Dei Christus erat, vt post quàm esurijt, post quadragenariam inediam, tentauit experiri. Et ita discurres in cæteris. Igitur multa vult diabolus, quæ prius in animo nō habebat, & multa ex temporis processu eligit, quæ prius non elegerat. Et de sanctis angelis idem dicito. At verò si sensus sit dogmatis huius ex electione reddi immobiles angelos, quo ad bonum vel malū, illud

Exponitur & differitur Thomas

Differit Thomas

Duplex ctio ange rum, & pl na, & n plena.

Cap. 12.

Alio sensus Thomistici dogmatis.

illud, quod tum elegerunt, ita quod illius oppositum non possunt eligere, quæ est immobilitas secundum quid, non tamen simpliciter quo ad omnia eligibilia, vero similius est placitum. Verbi causa si elegit angelus, A, non potest oppositum, A, eligere: at poterit. B. oppositum eligere, vel, C. &c. Quamuis etiamnum difficile dogma est. Namque etiamsi angelus non possit eligere contrarium eius, quod semel elegit, vt contrarium, A, ecquid non poterit non eligere, quod semel elegit, hoc est non poterit suspendere actum electionis ex libertate, quam habet contradictionis. Etenim ad habendum se negatiuè non necesse est, quòd illi nouum medium offeratur, imò sine oblatione medij, potest non eligere, quia negatio est, non eligere, ideo non exigit nouum medium. Demus enim quòd offertur angelo conclusio cum proprio medio, vt intellectus angeli nō habet discursum ad alia media, istud vt demus, ad electionem erit: non tamen est necessariū, vt suspendat suam electionem angelus, nō eligēdo, quod elegerat. Et rursum ex Thoma Angeli duas electiones habuerunt, alteram sanè non plenam, quando in primo instanti creationis suæ erant. Tum enim secundum Thomisticum placitum non erat plena libertas, vt Caietanus exposuit, & tunc angeli non erant plenè mobiles, quia non erāt mobiles ad malum, quanquā mobiles conceduntur ex Thoma libertate cō tradictionis, quod Thomistæ dicunt angelos tum fuisse liberos quo ad exercitium, non quo ad speciem actus. At in secundo instanti erat plena libertas, quia tum flexibiles omnino erant & mobiles prorsus ad bonum & malum. Sed en tibi grande dubium. In illo instanti erant immobiles, siue in bono, siue in malo, nam secundum hoc instans iuxta placitum Thomæ fuit angelis terminus & via: ergo si erat terminus & via, angeli tum erant mobiles simpliciter, & immobiles simpliciter. Id est prorsus mobiles, & prorsus immobiles. Neque iuuat si dixeris in instantaneis, idem esse, fieri, & factum esse. Hoc enim verum est seruato eodem genere. Itaque simul est mereri, & habere meritum: & beari, & esse beatum: at non simul est mereri, & esse beatum ex merito. Quia meritum & præmium sunt genere diuersa. Nam mereri est viæ, & esse beatum est termini.

Differitur Thomas.

Duplex electio angelorum, & plena, & non plena.

¶ Iam verò recensitis placitis aliorum, nō temerè me facturum censui, si decidendæ huic quæstioni conclusiones aliquot exponam, vt mihi tandem quid magis collibeat iuuante Christo, aperiam. Sit ergo prima conclusio, Obstinatio diaboli & angelorum eius ex fidei præscripto est & credenda & confitenda. Hæc prompta est Matthæi. 25. Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Et Lucæ. 10. Videbam Satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Hanc quoque docet Petrus secunda catholica. capite. 2. Rudentibus inferni, ait, detractos, tradidit cruciandos: & aliàs eandem habes conclusionem.

Cōclusio. 1 decisoria.

¶ Secunda conclusio: Hæc obstinatio diaboli, est, quòd eius voluntas est ligata ad benè volendum. Hanc docebit Matthæus. cap. 22. Est enim ibi sermo de quodam male vestito, qui ausus fuit vestibus laceris sacras nuptias pro sanare, qui ligatis manibus, & pedibus, mādatur foras mitti, & in tenebras exteriores ejici. At verò hic locus apertè insinuat damnatorum animos ligatos esse ne bene velint. Nam non est sermo de ligatura manuum, & pedum, quibus spiritus in inferno detenti carent. At sermo est de ligatura spirituali ex qua ligantur animi illic detinendi, ne possint benè velle. Namque quamuis ibi tanquam in carcere sint detinendi spiritus maligni, cæterum ligatura hæc sempiterni carceris, pendet ab animorū ligatura, sempiternisque vinculis: ex quibus in pœnitentiam malefactorum excitari nequeunt. Nam (vt Hieronymus est autor, denarrans Ecclesiasten) in inferno nulla est pœnitentia. Lege caput. 9. vbi traditur non esse apud inferos aut opus, aut rationem, aut sapientiam, aut scientiam, &c. Ideò monet Sapiens inibi vt instemus bonis operibus, quo ad viuitur, quia exhalato vitali spiritu, nulla est pœnitentia, aut meritum boni operis. Dæmones igitur qui damnati iam sunt, libertatem suam ligatam etiam habebunt ne possint bene velle: vnde dixit glossa quædam. 1. ad Corinthios. 6. tractans verba Pauli: Quæ conuentio Christi ad Belial? sicut Christus non potest male velle, ita neque dæmon potest benè velle. At verò occines fortasis mihi illud Diui Dionysij libro de Diuinis

2. Conclusio.

Diabolus non potest velle benè.

nominibus capitulo. 4. parte. 4. Itaque, inquit, quòd sunt & ex bono sunt, & boni sunt, & pulchrum, bonumque desiderant, vt sint, viuant, & intelligant, quę subsistūt desiderantes. Et est sermo de dæmonibus. Igitur si pulchrum amant, & bonum, non sunt obstinati in malo. Rursum, est in dæmonibus synderesis seu vermiculus conscietiæ, ex quo dolent de peccato commisso, & intelligunt se peccasse aduersus Deū. Adhæc Iacobus ait, Dæmones credere, & contremiscere: at verò credere diuina, & illa expauescere, bonum est. Præter hæc Lucæ. 16. diues ille epulo salutem æternam suorum consanguineorum amabat, & hoc bonum est. Nō ergo sunt obstinati in malo. Porrò autem isti arietes modicum arietant nostram conclusionem. Etenim Dionysius exponendus est de naturali inclinatione dæmonum, quę vtiq; ad bonum est. Cupiunt enim beatitudinem, & suam naturam amant, quę bona est, & pulchra, ex Dionysio, loco prænotato. At verò voluntas libera ipsorum etiā amat bonum, quia nemo operatur ad malū aspiciens, vt Dionysius testatur: & malum, vt malum, eligibile non est, ideo etiam liberè quod vult dæmō sub boni prætextu & ratione vult. Cęterum quia bonum est ex causa integra & malum ex defectu, autor est Dionysius cap. 4. de diuinis nominibus, propterea diabolus non benè vult, quod bonum vult, quia ex malo fine vult. Et rectè Magister docuit distinct. hac septima dicens diabolum aliquando velle, bonum quod Deus vult fieri, tamen non benè velle. Siquidem non ex bonis circunstantijs vult, quia omnia vult contra Dei gloriam, & omnia quę vult, ex tumore animi vult. Non me fugit Durandum in hac distinct. 7. quæst. 2. dixisse non esse sibi hoc valdè exploratū dæmonem non posse exercere actum bonum moraliter cum omnibus suis circunstantijs sibi debitis. Et Ioannes Maior in distinct. hac non abhorret admodum ab hoc dogmate, & alij Theologi idem sapiunt. Quippe non legunt in scriptura sacra contrarium decretum, aut ex concilijs non probatur. Quanquam indubitatum habent, dæmones nō posse meritum exercere, at quod non possint moraliter benè agere, non vident vnde sit negandum. Nā locus ille psalmidici Psalmo. 73. Superbia eorum, qui te oderūt, Domine, ascēdit semper: non colligit. Nā ad literā (vt suprà aiebamus) nō de dęmonibus est intelligēdus. Neque locus alter. 1. Ioannis. 3. Diabolus ab initio peccat: etiam conuincit, quia Ioannes per hæc verba solum demōstrat diabolum esse in continuo peccato. At etiam si sit quispiam in peccato, poterit benè moraliter agere. Exemplo sunt Iudæi, & Saraceni. Itaque non ducunt esse hæreticum dogma, si quis istud assereret. Ego autem arbitror non esse tutum dogma tradente domino Ioannis. 8. Ille homicida erat ab initio. Igitur ab initio affectat hominum necem, & perditionē diabolus. Et si aliquando legamus, dęmones subuenisse hominibus, & ostendisse herbarum vires ad hominum medelam, aut aliās exhibuisse salubria consilia: totum hoc ex malo fine est vt hominibus imponat, sub benè volentis prætextu. Semper enim est homicida, & quod ab initio fecit, nunquā non tentat, hoc est, humanam perditionē exquisitissimis, & occultissimis fraudibus procurat. Nā inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Neque ab re dixit sanctus Dionysius lib. & cap. iam indicatis, in dęmonibus esse furorem irrationalem, & concupiscentiam dementem, & imaginationem præcipitem, atque proteruā. Quippe in cunctis actionibus diabolicis hæc reperire licebit. Namque opera diabolica ex istis tribus, quæ Dionysius dudum denarrabat, ceu ex scaturiginibus ꝓdeunt, ex furore irrationali, vnde phanatici hoc furore acti diuinant: & ex concupiscentia dementi, seu stolida, quia desideria dæmoniaca sunt stolida, sunt enim contra Deum: denique præceps est diabolus, atque proteruus, quia nunquam se subdet Deo, neq; mādatis diuinis colla submittet. Imò ambulat extento collo contra Deū. Et nulla proteruia maior. Non ergo poterit benè moraliter operari, siquidem pessimos hos comites habet. Quod si diabolus homicida semper est, inuidꝰ, furēs, demēs, ꝓteruꝰ, atq; pręceps, ex pessimis istis principijs agēs, nunq̄ benè moraliter aget. Adhęc, si potest benè moraliter agere, poterit ergo acquirere bonos habitus morales, vnde licebit dicere diabolum bonū esse moraliter, ego verò illum prauū moraliter nūcupo: imò omnis mali actus moraliter incentorem, & architectum, vt verbis Gregorij Nazianzeni vtar.

Dionysius exponitur.

Durādi placitum & Ioānis Maioris. & Scotꝰ idē insinuat distinct. 7. 2. Sent. artic. vltimo.

Autoris decisio.

Scaturiginēs diaboli cæ.

Scoti Durandi & Ioānis Maioris placitū nō probatur.

¶ Ter-

Tertia conclusio.

¶ Tertia conclusio : Causa obstinationis diabolicæ non est ex habitu infuso à Deo cogente dæmonem ad odium Dei. Hæc est contra Petrum Aureolum: & prompta est, quia Deus non est autor peccati, neq; cogens ad peccatum, quia Deo autore, nemo fit deterior. Est autem argumētum ꝓbans Deum posse odium sui infundere in dæmones. Nam quod Deus potest cum causa secunda, poterit se solo: at Deus concurrit ad odium, cum libero arbitrio, ergo poterit se solo causare odium. At vero respōdebis, Dei odium bifariam capi posse, aut vt est qualitas quędam, & sub hac ratione à Deo poterit produci: aut sub ratione odij, & culpę, & sub hac ratione nequaquā. Itaque Deus si causaret odium, hoc nō esset sui odium, sed qualitas quædam, quæ odium esset Dei, nisi à Deo solo causaretur: odium igitur dæmonis, quo se agitat semper in Deum, non est à Deo, nisi solum quantum ad substantiam suam, non tamen quo ad deformitatem culpæ, quæ solum à libero arbitrio est.

Autoris decisio.

Quarta cōclusio.

¶ Quarta conclusio: Causa obstinationis diabolicæ, non est, quia Deus conseruat peccatum suum, quod in cęlo admisit. Hęc est contra Scotum, qui hanc videtur insinuare, vt Maior illi tribuit. At verò non video, quo modo Deus sit conseruator culpę, cuius non est autor. Solum namque illa conseruat, quæ ipse facit, at peccatum non facit, ergo neque conseruat.

Idē tribuitur Scoto à Marsilio in. 2. q. 5. art. 6

Scotistarum dissensiones diabolicæ.

Quinta cō clusio.

¶ Quinta conclusio est: Obstinationis diabolicę causa non est pœna, quam patitur, aut beatitudinis, quam cernit, perpetua carentia. Hæc est contra Gregorium Arimineum, & Ioannem Maiorem in distinct. hac. Greg. enim obstinationem ait diabolicam ex duobus pendere, & quòd nō possunt habere bonā voluntatē, & quod non possunt carere mala. Primū procedit, quia Deus illos nunquā excitabit ad pœnitentiam, secundum verò originem habet, quia dæmones, sempiterno orbatos se aduertūt ęternæ fœlicitatis, ex parte vna, & ex parte altera se torqueri ignibus æternis experiuntur, inde excitantur perpetim vt Deū odio habeant. Et propterea nunquam carebūt mala volūtate, At verò cruciatus, & ignes non sunt causa obstinationis, imò obstinatio, punitur ex igne, & tormentis. Et pœna non est causa culpæ, imò contrà culpa, causa pœnæ. Obstinatio autem idem est, quod induratio in culpa, ideoque culpa est. Neque causa peremptoria cur dæmones perseuerabunt citra bonam voluntatem, est, quia Deus non feret illis suppetias. Etenim liberi arbitrij conuersio ex duobus pendet, ex auxilio spiritus præuenientis facultatem liberi arbitrij, & ex motu liberi arbitrij. Nō ergo dęmones ex eo solū obstinati perseuerant, quia Deꝰ non emollescet mentes eorum.

Scotl Durandi & Ioannis Maioris placitū nō probatur.

Ex duobus pendet obstinatio diabolica.

Non probātur Gregor. & Maior.

¶ Sexta cōclusio: Obstinatio diabolica nō videtur tribuenda naturæ propriè angelicę. Hęc iam suprà probata est, quando differebatur Thomæ placitum. Et equidem si ex natura hoc habent angeli, vt post plenam electionem sint immobiles in bono, aut in malo, vtiq; non erat illis necesse præfigere tempus certum viæ, at verò omnes scholastici Theologi certum tempus viæ angelis à Deo testantur fuisse prę scriptum, sub quo illis facultas esset merēdi, aut demerendi, & à malo retrahere pedē, & ad bonum se ducere. Cæterum si ex natura sua post plenā electionem immobiles sunt in bono, aut in malo, ipsi sibi præfigunt terminum vię, ex natura sua, & non adeo necesse erat vt illis præfigeretur viæ mora. Eodē accedat August. lib. 3. de libero arbitrio cap. 17. expresse docēs, creaturam rationalē, esse tripartitā, alia sanè est, quę nūquam peccat, alia verò quę semper peccat, alia deniq; quę aliquando peccat, aliquando non peccat. Post quę subdit voluntatē esse in causa, aut quod semper peccetur, aut quod aliquando peccętur. Neq; huius rei alia est quærenda causa, excepta voluntate, quæ est prima causa peccati. Et in primo libro retractationū hunc retractans locum cap. 9. non retractat nisi solū quia videbatur dixisse volūtatem esse causam, quod nunquam peccetur. Et ait se nō meminisse gratię Dei: & causa fuit quia in libro de libero arbitrio nō agebatur cōtra Pelagium aduersarium diuinę gratię, at agebatur contra Manichęum aduersarium liberi arbitrij, at in bono nunquā excluditur gratia Dei, vt ipse est autor ibidem. Si ergo obstinatio diabolica est nunquam à peccato cessare, & hoc dādū est voluntati creaturę rationalis, vt primo principio, consequens, nō esse tribuendā obstinationē naturę angelicę. Prętęr hęc August. libro de fide ad Petrū, longo hoc ages sermone cap. 4. cōfirmationem san-

Sexta conclusio.

Tripartita est creatura rationalis.

ctorum angelorum tribuit gratiæ Dei, & obstinationem peccatorum angelorum esse, quia diuina lex hoc statuit, vt semel perditam à dæmonibus gratiam. nunquã restaurarent. Id quod Theologis celebre est, angelis esse præfixum tempus viæ ad promerendam beatitudinem, aut illam æterna amittere iactura, vt dudum dissere bamus.

Septima cõclusio.

¶ Septima conclusio: Dęmon peccans in cælo, non solum sibi complacuit propter se superba complacentia, sed ex sua voluntate libera sibi hæsit immobiliter. Quam vt discas obserua peccatores quosdam hęrere suis culpis immobiliter, quia apud se decernunt hærere semper fœcibus, sordibusve peccatorum. Alij verò, nõ ita apud se statuunt, sed tandem onus peccati deponere animo reponunt. Diabolus ergo & angeli eius, non solum erexerunt ceruices contra Deũ, sed etiam se infixerunt in inani sui celsitudine & ab illa dementi concupiscentia nunquam auelli affectarunt. Sed ais, cur ita immobiliter vicio suo hæserunt? Dixerim tibi cum Augustino ex prauitate suæ voluntatis, & inani sua insolentia illam affectationem immobilitatis processisse: & in hac voluntate, & in illo eodem inani affectu vsq; modo persistũt. Itaque quærenti, cur non resipiscunt? dicerem, quia nolunt, At vlterius rogitabis, possunt ne resipiscere? dixerim non possunt. Cur ita? si vlterius à me exigis respõdebo, quia iam non sunt viatores, & elapsum est tẽpus pœnitentiæ aptũ. Itaque si Deus instituisset longiorem moram viaticam angelis, quam instituit, possent sanè resipiscere à suo affectu immobili. Porrò autem Deus pro sua altissima sapiẽtia breue voluit esse angelis viaticum spacium, fortasis quia iam sciebat Deus à malè cęptis non desituros, aut propter aliam causam Deo soli notam. Nam, obsecro, quis scrutabitur tantum arcanum, cur breuiculo spacio angeli suam peregerũt viam? At verò hoc certum tene, æquale fuisse hoc viaticum spacium & angelis superioribus & inferioribus & in hac re non fuerunt dispares. Non tamen hominibus idem præfinitur viaticum spacium, nam quibusdam longiuscula est vita, alijs breuiuscula, alijs productissima, alijs denique strictissima, etiam si vna sit natura omnium hominum. Et hoc etiam me ducit in admirationem, si angeli specie differunt (vt Theologis quibusdam & satis celebribus confessum est) cur sublimiores angeli nõ habuerunt moram breuiorem, quia acutiores & perspicaciores erant? Et cur angeli inferiores productioremviam non habuerunt, quia non ita perspicaces erant? Nisi fortasis dixerit aliquis omnes angelos, ita supremos, vt medios, & infimos (quantum attinet ad cõuersionẽ ad Deũ) æquè faciles esse, & de auersione idem dicendum. Ideò quia omnibus erat ad hũc effectum celebrandum æqua facultas, vna sunt prædita mora. Et istud est, quod Bonauentura tradidit hac distinct. quæst. & art. 1. angelos esse immobiles ratione status, quia non sunt viatores: & vulgatior est hæc Theologorum sentẽtia, quam pro viribus satis exposui. Imò Marsilius quæstione. 5. 2. Sententiarum. art. 3. existimat Thomam solo verbo discrepare à via hac. Nam quòd ait angelos esse immobiles post plenam electionem, intelligendum est, iuxta viam Dei ordinariam, nam ex potentia Dei absoluta sunt mobiles, idest, quia Deus ordinauit tempus viæ certum, quo elapso redditi sunt immobiles. Ego verò Marsilio non subscribo. Credo eũ Thomam immobilitatem tribuisse naturę angelicę, vt liquidum est aduertenti, quod supra tradidimus enarrantes Sancti Thomæ placitum. Quanquã non dubito Thomam credidisse subesse diuinæ potentiæ angelos peccatores reducere ad viam iustorum. Etenim cor regis in manu Dei est, sicut diuersiones aquarum: & quocunque voluerit, diuertet illud. Idemque censeto de diabolicis mentibus, in manu Dei esse. At si fecisset secundum Thomã, esset præter naturam angelicam: id quod nos (pace tanti viri dictum sit) non asserimus. Sed si à Deo fieret, nõ futurum esse præter angelicam naturam, sed secũdum eam, at res certa est, hoc nunquam futurum.

Hæc obseruasi sapis.

Marsilius non probatur.

Expositur Thomas.

Viaticũ spacium angelis æquale non hominibus.

¶ Octaua conclusio: Quod volunt, aut nolunt angeli facinorosi, malè volunt & nolũt. Hęc ꝓbatur ex prioribus. Quamobrẽ quod Iacob⁹ ait, dęmones credere: tu intelige malè credere, nã ex coactione credũt, non spõtaneè, ideò subdit, & cõtremiscũt, quia inuiti credũt. Et reprehẽsa etiam fuit confessio illa dęmonis Marci. 1. Scio quòd sanctus Dei sis. quia coacta fuit ex euidentia miraculorũ extorta, & ex timore potestatis

Octaua cõclusio.

statis Christi, Christū confitebātur dæmones, quasi demulcentes Dominū, ne cum illis malè ageretur. Et similiter de dānatis animabus intellectum volo, illas nō benè, sed malè velle, quidquid volūt, aut nolūt. Ex tetra enim & putida damnatorum affectione, quam habent contra Deum, volūt, quod volunt: aut nolunt, quod nolunt. Vndè epulo ille, etsi blando sermone loquebatur cum Abraham, vocans illum patrem, &c. at hæc omnia vt sibi consuleret eloquebatur, ne cōsanguinei illo si demergerentur, supplicia sua augerentur. Ex affectu igitur naturali processerunt preces illius diuitis. Quare primum sua spectabat. Precatur enim vt mittat Lazarum, qui ardores igneos aspersione aquæ mitigaret.

Hæc obser ua si sapis.

9. Cōclusio ¶ Nona conclusio: Obstinatio damnatorum, siue angelorum, siue hominum admittit synderesim. Est autem synderesis naturale iudicatoriū. Hanc cōclusionem docet liber Sapientiæ, cap. 5. Vbi sub persona impiorum multa referuntur, quæ synderesin facilè ostendunt esse in damnatis. Quale illud est. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & cætera. multa alia indidem hauries, quæ huc spectant. Item & Esaiæ cap. 66. & Mar. 9. idem traditur, vermē damnatorum non moriturum.

Marsilius non probatur.

¶ Et rursum Dionysius lib. de diuinis nominibus, cap. 4. parte. 4. commemorat in dæmonibus naturalia esse splendidissima. Igitur naturale iudicatorium splendidum habent, & ipsi sciunt sanè se offendisse diuinum numē grauissimè: at non dolent de læsione diuini numinis, propter ipsum numen, sed dolent propter pœnæ acerbitatem, quam experiuntur. Et quamuis Deū odio habent (est enim illis quàm infensissimus) cæterum optimè nouerunt odium Dei esse peccatum, & malum. Et vt homines quidam sapientissimi pessimos gerunt affectus, ita dæmones. Vndè quod Sapientiæ. 5. legimus, damnatos agere pœnitentiam, tu intellige quia dolent de peccatis anteactis: at hic dolor non est vera pœnitentia, Deum reconcilians sibi, quia non ex amore diuino dolent de malè actis, sed quia seipsos naturaliter diligunt, ideò dolent de peccatis, vnde torquentur. Porrò autem scisciteberis forsitan, cur angelicus lapsus est irreparabilis, & hominis lapsus reparationem est consecutus? Dixerim tibi. Homine enim primo collapso, posteritas tota collapsa est. Ideoque tota natura læsa est. Incumbebat igitur autori naturæ, illam reparare, ne suæ sapientiæ detraheretur, quia condiderat naturam, quam totam peccatum protoplasti perdiderat, ideo is ipse, qui autor erat humanæ naturæ, ex sua clementia fuit reparator. Cæterum collapso Lucifero, non tota angelica natura collapsa est. Quia angeli non propagantur ex angelis, sed ab vno Deo creātur. Quapropter etiam si innumerabiles angeli ceciderunt (quia draco traxit secum tertiam partem stellarum) cæterum non propterea collapsa est tota angelica natura, vt egeret reparatore. Imò plures superstites fuere in cælis, quàm fuere cadentes. Iam verò (vt clausula sit disputationis huius) argumenta omnia, siue quæ fecimus inter disputandum, siue quæ obiecimus in principio, solutionem promptam habent ex iam dissertis. Ideo non sunt vlterius inculcanda.

Exponitur Thomas.

Octaua cōclusio.

Dānati non verè pœnitent.

Apocal. 12.

¶ Distinct. 7. Disputatio. 2. Num dæmones futura calleant, & illa prędicere possint.

Argum.

ET videbitur tibi forsan dæmones ventura prę sentire. Etenim primo Regum, cap. 28. diabolus, Samuelem agens, prædixit Sauli belli Iudaici casum ex Philisthæis, & mortem Saulis, atque Ionathæ filij eius. Et in libro Numerorum, cap. 24. & 23. Balaam Propheta idololatra etiam multa prædixit in laudem Iudaici populi ventura. Nam de Christo Domino multò antè edidit vaticinium, dicens: Orietur stella ex Iacob, &c. Adhæc Satrapæ Philisthinorum, sanitatem suæ gentis prędixerunt. 1. Regū. 5. & 6. At isti erant diabolici vates. Quippe Philisthæi magos suos, & diuinos suos sacerdotes consuluerunt.

Argum. in contrarium

¶ In diuersum est Esaiæ locus. 47. vbi ironicōs ait: Saluent te augures cæli, qui con-

templabantur sidera, vt ex eis annunciarēt ventura tibi: ergo dæmones latent futura. ¶ Disputatio hæc non est æquè grauis vt prior. Etenim facilem habet decisionem. Sunt enim futura quædam, quæ naturaliter sunt futura, vt Solares eclypses, Lunæque deliquia & temporum mutationes. Et hæc dubio procul patent dæmonibus, aut quia habent species innatas rerum naturalium omnium, aut quia ex subtilitate suæ naturæ sine negocio hæc apprimè nouerunt, vt suo loco diximus. Et quamquam in naturalibus istis effectibus discrimē sit, quiā cælestia sunt certissima vt Solis, Lunæq; deliquia, cōiūctiones, oppositiones, aspectusque varius astrorum: at verò temporum mutationes non adeò sunt inuiolabiles. Etenim non semper ver æstuat, aut hiems riget, quamquam vt plurimum proprias asseruant qualitates. Verum hæc differentia dæmonibus est nota. Quia recte callent quis astrorum aspectus, stellarumve dominium, annum est immutaturum. Porrò autem sunt alia futura quæ pendent ex electione Dei, aut ex electione nostri vel angelici arbitrij, quæ sanè nō patent dæmonibus ex natura sua, nisi illa à Deo vel aliās reuelentur. Namque quæ sum facturus crastina die, non est mihi notum, ergo neque dæmonibus. Et rursum, si sciret diabolus quæ ex electione nostra pendent, vtique non aggrederetur sæpè sanctos Dei cum suo dedecore, vt Paulum est aggressus, & victus recessit. Et Iob iti dē est fortiter aggressus, & fortiter etiā deuictus. Et Christum Dominum callidè in deserto tentauit, & ex tentatione non reportauit triumphum, imò cōtrà Christus de truculento triumphauit hoste. Quos nunquam tentasset diabolus si exploratū habuisset, passurum se repulsam: ergo dæmones latent, quæ ex electione nostra pēdent, & multo vehementius quæ ex diuina. Nam quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi spiritus Dei: vt quæ sunt hominis, spiritus hominis. 1. ad Corinthios, cap. 2. At verò quia splendidissima sunt sortiti dæmones naturalia, multa coniectant de huiusmodi operibus, quæ ex electione Dei, aut nostra pendent: vndè sæpè diuinant ventura magis ex callidis cōiectibus, quam ex certa scientia. Quamobrem oracula suis exhibentes, amphibologicō vtuntur sermone, vndè vtcumq; res cesserit, possint sua oracula euentui rei aptare, ne redarguātur de mendacio. At verò si quando certissima de rebus abditissimis ediderunt responsa, illud sanè fuit reuelante Deo per sanctos angelos suos, vt Augustin⁹ autor est libro contra Faustum. Quamuis plerumque responsa rogati, falsa exhibuerunt, vt Eusebius fuso ostendit sermone libro de prępa ratione Euangelica libro. 4. cap. 8. & 9. Cæterum disputatio est, quonāmodo dæmones suos phanaticos mouent vates, vt futura prædicant, aut prænuncient. Et quidem diabolus potens est mouere vehementer hominis phantasmata, & illa mouendo, in uicem componere, vt futura repræsentēt, aut abdita, quæ sunt iam in re. Item mouere potest sensus exteriores, per quædā exteriora, quæ ipse diabolus ex subtilitate naturæ suæ exhibet: quæ quā quam sint præstigia quædam, sensus existimat esse vera, vt quidam nostra ætate Pincię, denastatione Romanam sub Carolo Quinto in eodem instanti, sub quo Romæ agebatur, ipse in phiala vitrea Pinciæ ostendit. Cuius rei sunt pleraq; multa exempla alia. ¶ Ad argumenta in principio obiecta responde bis primo, rem esse controuersam satis, si fuit verus Samuel, quem excitauit Saulis diligētia, aut fuerit dæmō, Samuelem agēs. Quam ego in præsentia dirimere nolo. Siquidem in prologo posteriore ad Esaiam non parcè rem istam egimus. Verum siue fuerit verus Samuel, siue fict⁹, dicere oportebit reuelasse Sauli venturos euētus suos, & suorum Deo docente. Et res est in aperto: nam si verus erat Samuel, vtiq; latebat eum bellicus ille Saulis euētus, nisi ex Dei reuelatione notitiam adipisceretur. Si verò fuit Dæmon agens Samuelis personā, etiam latebat eum certa eiusdē rei notio. Et quamquam conijcere posset ex aduersariorum potentia, Saulis casum, non tamē ita certò rem deprompsisset (vt deprō psit) nisi ex sanctis angelis didicisset. Et ad eundem modum cætera solues argumenta vt iam cum Esaia, cap. 41. certissimè dicamus: Annunciate nobis quæ ventura sunt in futurum: & sciemus quia Dij estis vos. Qui locus est interpretandus de venturis, quæ pendent ex diuina volūtate, aut humana electione, ideoque dixit, quæ vēntura sunt in futurum, hoc est, quæ longè sunt à conspectu nostro. Quomodo autem dæmones sciant, habes apud Magistrum

Futura quædam naturaliter, alia ex electione futura.

Dęmones quomodo suos mouēt phanaticos vates.

Locus Esaię exponitur.

strum in distinctione hac: & multa notanda docet ex sententia sanctorum Doctorum: illum consule.

¶ Distinct. 7. Disputatio. 3. Nũ dæmones possint trãsmutare materiam corporalem.

Dæmones quomodo suos mouẽt phanaticos vates.

Argum.

ET videbitur fortè alicui, potestati dæmoniacę hoc subesse. Exodi enim septimo legimus Pharaonis maleficos suis veneficijs fecisse ranas &c. sicut Moses fecerat: & non solùm fecerunt secundũ delusionem oculorum, verũetiam verè, & realiter. Namq; locus sacer ait, incantatores Ægyptiacos fecisse similiter, vt Moses fecerat. Et glossa Augustini huius loci, ita tradit, vere fecisse maleficos, serpentes, atque ranas.

Argum. in diuersum.

¶ In diuersum est. Nam operatio naturalis exigit agens naturale, at verò neq; sancti angeli, neque scelesti angeli, sunt agentia naturalia, igitur nequeunt transmutare materiam.

¶ Disputatio hæc vt facilius actitetur præstruenda sunt quædam, veluti fundamenta erigendo ędificio, vt nullum sit sub hæc offendiculum in vocum significãtia. Sunt ergò ex arte variæ transmutationes quædam per commixtionem, instar earum, quas pharmacopæi, in suis pharmacopijs

Transmutationes variæ, ex arte.

faciunt. Nam varia inuicem commiscent, vt mel cum saccaro, & rosis vnde componunt saccarum rosaceum. Et alias innumeras præstant mistiones, ad sua pharmaca concinnanda. Alia est transmutatio ex depuratione materiæ in partes formaliores, vt Alchimicis est in vsu. Vnde per alãbycũ multas exhibent destillationes aquarum. Et tentant adeò expurgare materiã, vt rem deducant ad quintam (quam ipsi vocitant) essentiam. Alia rursum est transmutatio quæ rem soluit in suas partes, vt lapidem in pulueres. Porrò autem omnes has transmutationes probatum habemus à bonis, & malis angelis exhiberi posse. Namque nemo subtilius varias in vnum commiscere poterit res, quàm angelus, vt nemo magis affabrè poterit sublimare materiam, aut soluere, quàm ipse. Cæterũ est alia ex natura transmutatio, quę est ad formam, idest, per quam forma extrahitur de potentia, & gremio materiæ. Et hæc, gemina est: nam alia est ad formam perfectã, qualis est forma animalium perfectorum: alia verò est ad formam imperfectam, qualis est animalium imperfectorum, vt sunt ranæ, cyniphes, insecta quoque animalia, quæ sunt vespæ, muscæ, apes, &c. hoc genus. At verò neque perfectas formas, neq; imperfectas angelus producere potest. Cęterum formas imperfectas, nonnunquam præstant non generando, sed applicando generatiua occulta arte. Sub certa enim ratione nouerũt dęmones hæc ex natura fieri, quã rationem actiui, & passiui obseruantes, & illa inuicem applicantes, huiusmodi imperfecta præstant. Quamuis nõ sunt generatores, aut productores ranarũ, aut aliorum huiusmodi. Namque vt is, qui applicat lignum igni, non est causa ignis, nisi per accidens: & olitor, qui mandat semina terræ, non generat olera: vt neque agricola, fruges, sed tantum sunt causa per accidẽs: ita de sanctis angelis, & dæmonibus dicere oportebit, si quando hæc insolito cursu naturæ exhibuerint. Namq; animalia, generantur ex decisione seminis, at nullus angelorum potest decidere ex se semen, igitur non potest generare. Sunt nãque spiritus, ideo nequeunt decidere semẽ ex seipsis. Quæ verò ex putri materia progignuntur, vt spontanea, illa etiam ab angelis non possunt generari. Quia ex aspectu cælesti & ex putri materia sunt generanda. Quòd verò in codicibus legimus fœminas quasdam ex dæmonibus incubis fœcundatas fuisse, non subinde deducendum est in argumentum, quo quis existimet dæmones esse generatores. Imò non generant, sed solum applicant semen viri ad vuluam fœminæ, mira subtilitate, qua pollent. Et refertur à Cõmentatore Auerroe, fœminam virginem quandam, dum aquis balnearibus se lauaret, attraxisse forte semen virile, quod à viro in eodem balneo fuerat excisum, & citra virilẽ amplexum fuisse fœcundatam. In quem propè modum diabolus poterit infundere semen in muliebrem vuluam, vnde ipsa concipere

Transmutatio ex natura.

Dæmones nõ sunt generatores, imò neque sancti angeli possunt esse effectuum naturalium productores.

Locus Esaiæ exponitur.

re poterit. Et ferũt quẽdam, Merlinum nomine, hac ratione fuisse cõceptum. At verò Merlini huius non fuit pater diabolus, qa ex diabolo nõ fuit decisum semẽ, vnde ipse processit: sed solũ fuit causa per accidens: si fides huic rei datur. Ad hæc agentia non viuentia agunt producendo in materię cõceptacula formas similes proprijs: vt ignis, producit formam ignis in materiam. At angelus habet angelicam formã, quã materia excipere non potest. Quippe si hæc angelica produceretur forma, non per generationem produceretur, sed per creationem, quia est forma spiritualis per se existens. Nullatenus igitur angeli sunt productores, aut possunt esse naturalium effectuum: sunt autem causæ per accidẽs, vt diximus. Porrò autem si vera narrasset Strabus, exponens caput septimum Exodi, nullo negocio liberi essemus ab hac disputatione. Ille namque putat serpentes, ranasque, quas Pharaonis incãtatores scriptura commemorat fecisse, fuisse delusorias, & phãtasticas. Citatq; in suũ suffragiũ Pauli locũ, posteriore epistola ad Thessalonicenses, cap. 2. Cuius aduẽtus, ait, erit secundũ operationẽ Satanę, in omni virtute, & signis, & prodigijs mẽdacibus. Igitur signa, quę præstiterũt Magi Pharaonis, fallẽtia erant: quare nõ erant veri illi serpẽtes nec veræ ranæ, sed præstigiosæ. Quippe diabolica erant signa, & ideo mẽdacia. Cæterũ Augustinũ cõsule, lib. 20. de ciuitate Dei, cap. 23. hunc eundẽ locũ Pauli versantem, quẽ gemino sensu donat, quorũ alter est, diabolica esse falsa signa: alter verò, nõ esse falsa omnia diabolica præstigia, at verò eò dici à Paulo mẽdacia, quia animo malo illa edũtur à diabolo, nẽpe decipiẽdi spectatores. Et hũc magis probat sensum. Nõ enim necessum videtur, omnia opera prodigiosa diabolo esse falsa, quippe si homines, qui Magiã naturalẽ nouerũt, mirabiliter quædã operãtur, nõ lusorię, sed verè, quid si dæmones illa verè prestẽt, qui sunt sapientiores cũctis philosophis, & sapiẽtibus terræ? Imò minimus dæmonũ grãdi in teruallo superat omniũ philosophorũ, & præteritorũ, & presentiũ, & futurorũ sapiẽtiã. Et multa legimus scripta ad effectus mirabiles edendos qui edũtur secundũ arcanã vim naturæ. At hæc diabolo est satis cõspicua, ideò illos verè exhibere poterit. Circũfertur libell⁹ Alberto Magno inscriptus, de mirabilibus naturæ, & alter voce Hispana, flores Romanas, nũcupatus, qui habent vmbrã magiæ naturalis, quibus ne scio si verè plura docẽtur ad patrãda mirãda naturæ quæ ignarus diabolo tribueret. Nos de hac re plura docuimus in declamatione in Epiphaniã Dñi. Istis tamen adde si quæ diabolus verè operatur, vt veras ranas, aut serpentes, &c. arbitror huiusmodi quia non ex consueto naturæ cursu fiunt, nõ esse tãtæ periodi, quantæ, quæ cursum naturæ seruãt: vt fœtus septimestris, non tam lõgæuus est, vt qui nouem mẽses agit in mulieris vtero. Moses ergo coram Pharaone miraculũ est operatus, ex virga faciens serpẽtem. Nam ad preces eius Deus produxit formam serpentis. At diabolus nullum fecit, neq; facere potuit miraculũ: nam ipse nõ potuit producere formam serpentinã, sed ex semine, seu ouo serpentino præter naturæ cõmunem cursum, non tamen præter naturam, ille serpens productus est. Sciebat enim diabolus vt posset accelerari partus serpẽtis ex ouo, & illa quæ necessaria erant, occulta arte adhibuit. Verũ hoc difficile forsitã iudicabitur. Namq; ex virga factũ serpentẽ legimus à Mose, & maleficos fecisse similiter, ideo oportebit dicere serpẽtem nõ semper ex ouo progigni, sed nõnunquã ex alia materia, ideoq; occultè malefici virgã illam adhibitis naturalibus agentibus reddiderunt materiã aptam, vt serpens fieret..

¶ At verò quæret aliquis, nũ dæmones facere possint aurũ ex ferro, vt chymistæ se facere arbitrantur? Hoc est num dæmones possint tradere veram artem alchymiæ? Diximus enim dæmones posse transmutare materiam, per sublimationem, vt faciũt chymistæ. Et Niphus disputationibus ad Auerroem, narrat, quendã Ioannem Neapolitanum veram accepisse à dæmonibus chymicam artem: & Arnaldus illam fatetur se consequutum. At verò nulla est ars hæc, quia mẽdax est. Neque mirum, quod à mendace, & mendacij patre diabolo doceatur. Quia (vt diximus) diabolus non potest veras naturas rerum producere, ni si per medias naturales causas, ideo neque aurum, neque argentum facere poterit, nisi iuxta naturę ordinem, etiam si (vt commemorabam) accelerare poterit hunc ordinem, at non mutare. Et à quodam huius artis perito didici, aurum chymicum, aut

Placitum Strabi.

Paulus exponitur.

Magia naturalis.

Serpẽs quo modo productus et à maleficis.

Vera ars chymistarũ an sit dęmonis.

Diabolus non potest effectus naturales per se producere, nisi causis naturalibus admotis.

esse verum aurum, aut argentū: quia etiā si ad decimum vsque annum posit imponere aspectibus videntium, at, decēnio elapso, impostura deponit. Et quod non sit verum aurum, chymicum aurum, inde deprehendes, quia nō sortitur veras auri proprietates. Non enim cōfortat cor, id quod auri est, & ita experientia compertum est. Quia igitur aurum in arenosis, aut subterraneis progignitur locis, & argentum & alia metalla habent venas subterraneas, vnde prodeant, istis sublatis dæmō nihil præstare poterit. Quapropter nulla sublimatio, aut destillatio aurum exhibere poterit. Ideo neque Aristoteles, neque eius Cōmentator chymicā artem probant. Neque Albertus Magnus, neque peritissimi alij philosophi. Ex istis colligę veneficas artes, quibus mulieres vtuntur ad amatoria, nihil efficere posse nisi per causas naturales, quas diabolus occultissimo ingenio admouet. Nam quod duo corda cerea configantur acubus, aut aliud simile veneficiū, quid nocere poterit, aut iuuare, vt homo, cuius nomine cor configitur, exiccetur, nisi ex causa naturali occultè admota? nihil vtique. Vndè quòd beatus Iob percussus est à Satana vlcere pessimo, nō eo fuit quò Satanas per se morbum inferre potuit, nisi adhibitis naturalibus læsiuis. Itidem neque sanitates donare poterit per se, nisi ex pharmacis, quæ ipse apprime nouit. Nam sicut medicus, quamlibet sapientissimus, sanitates per se præstare nequit, neque morbos, nisi adhibitis sanatiuis, aut morbidis. Ex quib⁹ collige vanas esse imagines, quas Astrologi conficiunt, certam constellationem obseruantes cęli: sub qua in auro, vel alia electa materia insculpunt, aut formāt Saturni, aut Mercurij, aut aliam quam ipsi probant sculpendā, alligandas brachijs tradentes, ad parandam sanitatem vel cordis, vel cerebri, vel ad conciliandos humanos fauores, vel ad prolongandam vitam. Et re vera hæ imagines sunt imposturæ insipientium: quas potentes non facit constellatio, sed hominum insipientia veneratur. Quoniam quærendum est, si ab imagine Saturni, vel Leonis, vel Mercurij donatur salus, aut quatenus est imago, & hoc minimè, quia figura nihil facere potest (nō est enim de qualitatibus actiuis) neq; præstat hunc effectū hęc figura ex cōstellatione. Namque si constellatio longæuitatē, verbi gra, causaret, in imagine illa sibi subdita vtique quia actus actiuorū sunt in patiente benè disposito, figura esset dispositio, ad huiusmodi longæuitatem excipiendam: id quod fieri non potest. Siquidem figura ad hoc non præparat, quia ipsa prępparatio esset actio, qua vtens Saturnus, influeret in auro, vel lapide, longæuitatem. At (vt diximus) figura non est de genere qualitatum actiuarum. Nam tametsi figura iuuet motum, quia illum celeriorem facit, vt sphærica figura est testis, tamē ad formas naturales non præparat, imò illas cōsequitur, vt forma sphærica sequitur elementa. Neq; deniq; materiæ dāda est hæc virtus. Nam si quando lapidi, vel auro virtus adest, non est, quia insculpitur ex hac vel illa figura, sed ex qualitatibus sibi naturalibus. Ideò vana est hæc imaginum Astronomicarum obseruatio. Porrò autē corpora humana, vel alia quæuis deferre facillimè ex loco in locum, & nubes, & vētos dæmones possunt: vndè & excitare pluuias, grādines, & tempestates possunt: non generādo nubes, sed illas ex partibus in alias deferēdo ocyssimè, vt ex Aphrica in Hispaniam, aut contrà. Et sunt talia quę quidam, quos scholares Hispana vox nuncupat, factitasse sæpè memorantur. Vnde ille ignis, qui deussit Iob armenta, nō fuit factus à dæmone, sed ab eodē deiectus est à cælo in terram. Vt neque turbo irruens in quatuor angulos domus, continentis Iob prolem, à dæmone factus est, sed aliūde aduectus. At verò quæ ex vi naturæ procedere non possunt, eneruis est dęmō, illa exhibere, quia (vt diximus) q̄ potest, potest vtens viribus naturæ. Quare cōuertere vxorē Loth in statuā salis, non ex arte diabolica, sed diuina fuisse factum, crede: aut hominem conuertere in bestiā, &c. Hæc namque viribus naturæ non subdūtur. Quòd verò ex figmentis Poētarum commemorantur Circeis artibus homines versos in bestias, illud sanè præstigiū fuit, non veritas. Diabolus enim sua calliditate, aut mutat phantasiam, vt homo imaginetur se esse pecudem, aut exterius corpora bestialia formet apparenter, loco hominum illa substituens. Tu lege Thomam de re hac. 1. par. q. 114. art. 4.

¶ Porrò argumentum in principio obiectum, patentem habet per ea, quę disserta sunt, solutionem. Hinc iam cōllige tibi, quam

Serpēs quo modo producti ad maleficia.

Vera ars chymistarū an sit dęmonis.

Imagines Astronomica arte factę vanæ & superstitiosę.

Diabolus non potest effectus naturales per se producere, nisi causis naturalibus admotis.

Dæmō excitare potest tępestates.

Dęmons aut angelica potestas non se profert, ad ea quæ prę sta re natura non potest.

Resp̄onsio argumenti.

quàm verè scriptum sit Iob. 41. cùm sermo agatur de dæmone: Non est potestas, quę ei comparetur super terram: vtique re ctè, nam vim naturæ corporalis dæmō superat. Omnis igitur effectus, quem naturę vis corporea producere potest, ipse quoq; vtens vi naturæ itidem poterit, & velocius exhibere poterit, quàm natura. Quia quātum ad modum operandi dæmō naturam excedit, licet quantum ad substantiā operationis exceditur, quia tantum se habent dæmones, vt agricolæ, vt supra meminimus, & Magister in litera ex Augustino commemorat. Vndè neq; possunt mouere cælum, neq; totam terram, vt S. Thom. est autor. q. de malo. 16. art. 9. Quibus neque posse, addēdū est, cætera elemēta mouere. Intellige tota: vt totam terram, totā aquam, &c. Nam de partibus, res confessa est. Et horum ratio est, quia hæc. Nam si tota elemēta dimouere posset, ex natiuis, quibus sita sunt à Deo, locis, posset dæmō totum ordinem vniuersalem naturæ peruertere, id quod Deus sibi tantum inuertē dum pro sua voluntate subiecit, & non dæmonibus, imò neq; angelis sanctis. Quia etiam si natura corporalis, quantum ad effectus particulares dæmonibus, sanctisq; angelis sit subdita, at verò ordo vniuersalis totius naturæ corporalis, principi naturæ Deo solum subditur. Vndè neq; dæmones vertere possunt cęlestes globos, quos si vertere potuissent, illos motitarent aut tardiùs, aut velocius, quam agitantur modò, & vniuersitatem rerum pessum darēt: tanta est illorum malignitas. Porrò autem differere, si hoc nequeunt, quia prohibentur à Deo, aut quia ex natura istud non possunt, alibi est excutiendum. Nam facultas naturalis videtur illis adesse, vt angelis motoribus, quia fortè dæmones quidam ex natura sua sunt potētiores, quàm ij, qui cælorum sunt motores. At de istis huc vsque meta esto.

velocius agit dæmō quā natura.

Dæmones neq; angeli sancti possunt inuertere vniuersalē naturæ ordinem.

¶ Distinct. 7. Disputatio. 4: Nū angeli in corporibus assumptis vitalia administrent opera.

ET videbitur alicui forsitan angelos in corporibus assumptis vitalia administrasse opera. Etenim in huiusmodi corporibus loquūtur angeli, & emittunt vocem sensilē. Nā audibilis est ab his, cum quibus verba faciunt, at verò loquutio est opus vitale, nam emittere veram vocem significantem, animalium est. 1. Argum.

¶ Adhęc, dæmones ex assumptis corporibus generant prolē, vt memorabatur exacta iā disputatione. Et Augustinus ita esse probat. 15. de ciuitate Dei, cap. 23. Tradit em̄ ex certissima se accepisse fama, dæmones quosdam, quos Faunos & Satyros vocant, mulierū tentasse coeubitū, & cū illis concubuisse. Et quæstionem hanc, de dæmonū cū fœminis concubitu, mouerat Augustinus. 3. lib. de ciuitate Dei, cap. 4. & dimiserat non solutam: quam tamen, lib. 15. loco dudum indicato videtur decernere. 2. Argum.

¶ Si ergo ex certissima fama dæmones quosdam succūbere traditur viris, instar fœminarum, quos succubos vocant, alios verò incumbere fœminis, instar virorum, vnde incubi vocitantur: generant ergo dæmones.

¶ Cui accedat quod legimus in sacra Geneseos historia, cap. 6. Videntes filij Dei, filias hominū, quòd pulchræ essent, acceperunt eas in vxores. At verò filij Dei hoc loco denotāt angelos ex interpretatione Septuaginta, & Tertulliani, & Lactātij Firmiani, lib. 2. diuinarū institutionū, cap. 15. Quorum autorum hæc mens est, angelos quosdam custodiæ humanæ traditos esse à Deo: qui sanè pellecti sunt ex pulchritudine mulierū, & illis se cōmiscuerūt. Quapropter angelicam dignitatem amiserunt. Etem̄ in cælū regressi, à cęteris angelis non sunt recepti in cęlestia habitacula: quia maculatores fuerant angelicæ dignitatis, & detrusi sunt ad hæc nostra. Et isti sunt incensores omnium malorum, & hos angelos vocant dæmones cęlestes: quippe qui à cælo sunt depulsi. Cæterum ex commistione horum angelorū cum fœminis progeniti sunt quidam, qui mediam tenebant naturam, inter angelos, & homines, quos vocitant dæmonas terrestres. Et Augustinus etsi indubitatum habuit sanctos angelos non fuisse commistos fœminis, tamen 3. Argum.

men de præuaricatoribus angelis, nō palā diffitetur. Etenim Augustinus non potuit admodum dogma horrere hoc, credens, quātum sermonis prætextus demonstrat, dæmones esse corporeos, vt alibi vberius demonstrauimus. Igitur dęmones saltem habent exercitiū vitalium operationum.

Argum. in diuersum.

¶ In diuersum est, quod legimus in Tobia, Angelum dixisse Raphaelem, se verè non comedisse cum Tobia iuniore, etsi apparenter cum illo vescebatur. Si ergo in assūpto corpore non vescuntur angeli, neque bibunt, vt Raphael angelus dixit Tobiæ, cap. 12. conficitur, reliqua opera vitalia in assumptis corporibus ab angelis non administrari.

¶ Disputatio hæc quāuis olim dubia erat, iam modo in dubium verti non potest, an gelos in assumptis corporibus vitalibus non fungi muneribus. Et sermo fit duntaxat de vitalibus officijs, quæ sine corporis contubernio exerceri nequeunt. Nam intelligere, amare, & odire, vitales sunt actiones, quas tamen angeli, sine corporis assumptione, obeunt, & in corpore assumpto similiter. Has autem extra mitte disputationem hanc, nam de illis solum agitur sermo, quæ ex corporis communione fiunt. Et harum nullam angelis damus, neque sanctis, neq; præuaricatoribus. Quippe per oculos, & aures, cæteraque instrumenta, quæ in assumpto corpore formāt, illi non vident, neque audiunt, neque olfaciunt per nares, vt neque per manus tangunt, neque generant, aut generare possunt, neque loquuntur per ora, instar animalium. Et in cæteris functionibus eodem discurrito modo. Quorum omnium ratio hæc est, quia corpora assumpta non sunt viuentia, ideò per illa, vitalia opera

Exponitur Augustinus

administrari nequeunt. Et D. Augustinus qui. 15. de ciuitate Dei, cap. 23. non ausus est diffiteri demonas commisceri cum fæminis, in. 21. de ciuitate Dei, cap. 6. ait dæmones diuersos esse, ideo delectabilia illis adesse diuersa in natura corporali: quamquam eos non delectari corporalibus fatetur, vt animalia cibis, at vt spiritus signis, vbi insinuat dæmones non teneri amore mulierum. Et re vera locus ille Geneseos iam propalatus excitauit ingentem in re hac difficultatem, quē edisserit Hieronymus libro de quæstionibus Hebraicis, & varias tradit de re hac sententias. Et Augustinus Septuaginta lectionem ostendit, quæ dubium magis auxit. Nam transtulerunt: Videntes angeli Dei filias hominum. Et Aquila transtulit: Videntes filij Deorum. Et Symmachus vertit: Videntes filij potentum. Nam Hebraicè legimus, Elbim, quæ vox Hebræis polysemia est, Deum significans, & potentes, atque principes, vt alibi est demonstrandum. Porrò Diuus Cyrillus libro. 3. super Genesim hunc eundem versans locum, translationis Septuaginta etiam meminit, quæ: Angelos Dei habet, & non, filios Dei. Existimatq; impium esse dogma, angelorū asserere coitum cum mulieribus. Sunt namq; spiritus, ideo eos non tenent carnis illecta-

Dæmones libidine laborant.

menta. Quamuis dæmones existimat libidine laborare quia genus dęmoniacum ad omne opus prauū pronū est. Cęterū coitū dæmonum cum feminis omnino ducit esse iniquum figmentum, quia fieri non potest, spiritus cum fœminis commisceri. Et Theodoretus in quæstionibus ad Genesim. q. 47. idem sapit, quod Cyrillus. Et ambo isti locum interpretantur ad hunc modum: Videntes filij Dei, ideſt, filij Seth qui dicuntur filij Dei ex diuina imitatione, filias hominū, ideſt, filias Caim, se commiscuerunt cum illis. At mirum dictu est, cur isti autores dixerint criminosos fuisse hos filios Dei, de grandi stupri crimine eos accusantes. Siquidem scriptura docet, hos filios Dei, filias accepisse hominū in vxores, at coniugia non sunt stupra. Neque docet rursum polygamos fuisse, sed solum accepisse vxores. Adhæc ridet, aut verius, subsannat sententiam Lactantij, & Tertulliani iam commemoratam. Itidemque Theodoretus dæmones, ait, generasse homines, & giganteam gentem dæmoniacā esse prolem. Cæterum Augustinus, diuersum sapit, quippe qui non damnat assertionem hanc, tradentem, coitum dæmonum cum mulieribus, tanquam impium dogma, tametsi nihil definiat. Et. 3. lib. de ciuitate Dei, capit. 4. Varronem profert, censentem fabulamentum esse, homines esse filios Deorum: quamuis permittendam esse credit fabulam hanc, vt homines ad magna animentur. At verò si Platonis dæmones animalia sunt, cur non generabunt animalia? siquidem perfecta esse animalia & non orbata, Plato plane fateretur dæmones esse.

Cyrillus & Theodoretus expenduntur.

¶ Iam

Locus Geneseos exponitur.

Decisio ex autoris placito.

¶ Iam verò (vt rem semel dicam) censeo, dæmones non posse generare neq; dæmones alios, neq; mistos ex homine & dæmone. Quia dæmones sunt substãtiæ spirituales, & nullum effectum naturalem præstare possunt, nisi naturæ facultate intercedẽte, vt suprà disputatiõe proxima est dissertum. Neque quia gigantes geniti sunt, qui erant homines portentosi, & monstrosi, ideo generatio eorum tribuenda est dæmonibus: id quod fuit Lactantij argumentum. Imò ipsa natura humana tum potẽs ante diluuium erat, & valida nimis, ideo, valentissimos generabat homines. Nihilominus dæmones quosdam esse incubos, alios succubos, ex creberrima fama videtur recipiendum, vt Augustinus de Faunis dixit, & Satyris. Et æuo nostro quædam monialis, dæmonem habuisse incubum confessa est. Et innumera sunt hominum testimonia testantia dæmones, (quos Hispana vox [duendes ò duen de casa, ò trasgos] appellat) solicitasse fæminas ad coitum: & quosdam monachos Ægyptios à succubis dæmonibus tentatos fuisse legimus. Non quod dæmones carnaliter commisceantur cum fæminis, quia illos carnalis voluptas non afficit: at curant facere, quod præter suam naturam est, vt homines inescent ad turpe facinus. Et (vt iam commemoraui) semen aliunde acceptum ex viro scilicet, mouendo fæminas ad libidinem illis infundunt. Vnde ipsi tum non generant, at sunt causa sine qua non. Et propterea dixit Cyrillus, dæmones libidine laborare.

Curante diluuium geniti sunt Gigantes

Dæmones incubi, & succubi.

Argumẽto rũ solutio.

¶ Superest iam, postquam hæc transcurrimus, argumenta in principio obiecta diluere. Et primo dicito, loquutionem, esse formationem vocum significãtium: quare si vox desideratur, itidem & loquutio desiderabitur. Quamobrem cum angeli animalem vocem non possint formare, non loquuntur animaliter, vt ita loquar. Est enim vox, sonus ab ore animalis prolatus: angeli autem nõ sunt animalia, ideò vocem animalem non edunt, ad Peripateticum dogma si sermonem componimus istum. Porrò autem in loquutione duo expendere oportebit, alterum, esse sonum audibilem, aliud significantem, aliud verò est esse sonum plectro linguæ formatum aërem verberantis ad palati concauitatem. Iuxta priorem rationem non abre dices, angeli sermonem, aut dæmonis esse loquutionem. Est enim sermo angelicus, sonus audibilis, aliquid aliud à se significans: at verò iuxta posteriorem rationem non est loquutio, ideò neque vitalis functio. Quamuis loquutio non connumeratur inter vitales functiones, quia solum propria est rationalibus creaturis, hoc est hominibus: cæterum & est vitalis functio, quia humana functio est. Namque bruta loquelam non habent, quamquam diuina eloquia sermones angelicos, loquutiones vocant vt vocem angelicam, propter causam iam exhibitam.

Inloquutione duo sũt.

¶ Argumento secundo respondebis, Augustinus, in eo loco Faunos esse, & Satyros ex fama creberrima, quæ illos tum vulgarat, credit, & hos tentare fæminas ex fide aliorum, certum existimat. De dæmonibus autem, si coire queant cum fæminis, & libidine tangi, nihil temerè tradit definiendum in eo loco. Et in. 21. de ciuitate Dei, capit. 6. non moueri dæmonas ex delectabilibus corporalium rerum dixit, tanquam animalia ex cibis solùm commemorat, at de voluptate libidinis, meminit nihil.

Argum. 1. solutio.

¶ Tertia obiectio neruos sibi ex loco sacro iam indicato conciliat. Cęterum locus ille iã est expositus: intelligendus est enim de filijs Seth, & filiabus Caim. Etenim consuetum est in scripturis sanctos viros, filios Dei vocare: quamquam speciali priuilegio pacificos diuinæ musæ filios Dei vocant: Beati, ait Dominus, pacifici, quoniã filij Dei vocabuntur. Rursum beatos vocant sanctæ literæ filios Dei, Sapientiæ. 5. & Ioann. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, ideſt, fideles habent potestatem ex Deo, ingrediendi cum beatis vitam æternam: quorum absoluta est diuina filiatio. Verum omnes, quos imbuit Dei spiritus, filij Dei vocantur, ad Rom. 8. Qui spiritu, ait, Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Quia igitur Seth fuit vir sanctus, & iustus, filij atque nepotes ex illo trahentes carnis originem, etiam & morum deducebant sanctimoniam. Hacque ratione huiusmodi filios, Dei filios vocat. Cõtràverò filios Caim, vt homicidæ, seu fratricidæ filios, filios hominum diuinæ appellant literæ, insinuãs nobis ex hoc sermone Moses, mala increbuisse in orbe ante diluuiũ ex huiusmodi connubijs. Etem vxores illę traxe-

Expositio locus scripturæ.

Matth. 5.

Ioan. 1.

traxerunt maritos ex sancta progenie ortos, ad facinora perpetranda immania, quæ ipsæ, imitatæ parentes scelestos, fieri admonebant. Tertullianus autem, & Lactantius in hoc dogmate non sunt audiendi, vt neque in plerisque alijs.

DISTINCT. octauę, Disputatio prima.

¶ Nũ angeli cordis humani intima callere valeant.

1. Argum. ET videbitur alicui forsitan posse angelos nostra callere intima. Etenim cogitatus nostri sunt spiritualia accidentia quædam, ergo non latent angelos. Probatis collectionem. Excellentior est substantia spiritualis, quàm accidẽs spirituale: at substantiam spiritualẽ angeli cognoscunt, quippe seipsos norunt, & cæteros angelos.

2. Argum. ¶ Adhæc, qui intuitiuè intuetur aliquid, nouit quoq; accidẽtia eiusdẽ, vt qui albedinẽ videt, illius etiã intẽsionem intuetur. At verò angeli intuitiuè cernunt animã rationalem, ergo illis patebit quoduis accidens animæ rationali inhærens. Sed cogitatus nostri hærent animabus nostris, ergò isti patent angelis.

3. Argum. ¶ Rursum, in anima rationali sunt species intelligibiles, actꝰ intelligẽdi, sunt habitus intellectiui, atq; potẽtiæ: hæc autẽ cur nõ patebunt angelo, siquidẽ sunt obiecta angelicæ mentis? quippe quæ intellectilia sunt, igitur nõ latent angelos. Quòd si hęc angelis sunt conspicua, cur non amor, vel odium voluntatis? Nam quamquam ante quàm velit, aliquid, vel nolit nostra volũtas angelum lateat, quid demum volitura est, aut nolitura, quia est causa libera, & incertum habet effectum, at postquam effectum ediderit, vel amorem, vel odium vel quoduis aliud, iam illud est ens intellectile, ergò angelum non latebit.

Argu. in diuersum. ¶ In diuersum est locus ille celebris Hierem. 7. Prauum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes. Et secundũ aliam literam, legimus: Prauũ est cor omnium. Et idem sensus innuitur. Concinit Apocalypsis, cap. 2. & Psalmus septimus. & 2. Paralipomenon, capit. 6. idem habetur, in hæc verba: Tu solus nosti corda hominum, &c.

¶ Disputatio hæc, quamquam habet conclusionem confessam ab omnibus Theologis, angelos latere intimos nostros cogitatus, at verò in modo asserendi eandem conclusionem, non est plenarius cõsensus. Siquidem Scotus, in hoc secundo. dist. 9. quæst. 2. existimat angelos latere nostræ mentis arcana Deo prohibente, non tamẽ ex natura vel cõceptuum nostrorũ, aut ex angelica impotẽtia, arcana nostra angelos latent. Etenim cogitatus nostri sunt proportionatum obiectum angelicis mentibus, ergo si Deus non vetaret intuitum, vtique angelus quiuis seu bonus, seu malus, arcana nostri pectoris patentia haberet. Et placitum Scoticum habet sectatores. At Thomas. 1. par. quæst. 57. artic. 4. aliam ducit partem, angelos impotentes esse ad huiusmodi intuitum. Natura enim sua ipsos celat de illis cogitatibus cordis. 1. ad Corinth. cap. 2. Quæ sunt hominis, solus nouit spiritus hominis. Et rursum, quia actus isti sunt liberi, igitur non patent angelis, & præter hæc si dæmoni arcana nostri pectoris essent in propatulo, nũquam aggrederetur nos sine victoria. Quippe palàm illi esset quid mens apud se in penetralibus abditissimis suis cõderet. Quibus accedat & illud, quia angeli intelligũt per species concreatas: verũ hæ species solũ illa repræsentant, quæ naturalia sunt, ergo cogitatus voluntarios non repręsentabũt, quia sunt cogitatus nostri alterius ordinis, quàm sint naturalia. Scotus verò has repudiãs inditas species, existimat cogitatus nostros, suapte natura esse intellectilia obiecta ab angelis, nisi Deus hoc vetaret, & interdiceret dęmonibꝰ. Et fauet Scoto, quod est intellectile ab homine, intellectile etiam erit ab angelo, quippe angelus superior est, quàm humanus intellectus; at homo nouit sua arcana, ergo angelus

Varia de disputatione placita.

etiam ex natura sua illa intueri valeret, nisi illis interdiceretur. Vnde facilè soluere-tur argumentum quodlibet contra Scotum iactum, hærendo vestigijs Scoticis. Quia quamquam intima nostri pectoris, non sunt naturalia, sed voluntaria, nihil impedit, quominus sint intellectilia ab angelo. Quippè cogitatus animi nostri, non sunt supernaturalia obiecta, ideò sunt proportionata obiecta angelicis mentibus.

In. 2. Sétét. dist. 8. Durandus hæret in re hac, & veluti pendula auis, in nullam flexit calamũ suum partem. At verò Durandi argumentum illud, quod nonnihil apparentiæ videtur habere contra S. Thomam non habet operosam solutionem. Argutatur enim hoc modo, si ex eo latent angelos nostri cogitatus, quia sunt voluntarij, igitur, operationes nostræ exteriores, illos etiam laterent, quippe pleræque sunt voluntariæ.

Thomas defenditur à iaculo Durandi. Dixit namque S. Thom. respõdens tertio argumẽto quæstionis iam prænotatę motum appetitus sensitiui, qui in homine est, aut phantastica cognitio quatenus subiacent voluntatis imperio, & motui, hac ratione non sunt patentia angelis, nisi solũ secũdum naturã eorum, vt naturales sunt motus ex se, & non liberi: ad eundẽ modũ actus etiam exteriores si secundũ se expẽdantur, vtiq; conspicui sunt angelis: at, vt à voluntate imperantur, latent angelos.

Quest. decisio. ¶ Veruntamẽ, vt in absoluto tibi sit quid velim in disputatione hac, has, quas subdã, conclusiones sumito.

1. Cõclusio ¶ Primaq; sit conclusio: Angeli ex natura sua non possunt intueri nostri pectoris intima. Idest mentis cogitatus, vt voluntarij sunt, & ipsas voluntarias affectiones. Hanc probo, quia si angelis ex natura sua, hæc, quæ diximus, constarent, vtiq; cogitatus angelici alios angelos non laterent: at hoc videtur incommodum. Etenim consequens esset, dæmones in propatulo habere quidquid sancti angeli cogitant: & nihil mea interest, si dixeris non semper in propatulo esse quia distantia nimia impedimento erit, quominus in aperto sint. Etenim ego de angelis loquor, & dęmonib⁹, quos distantiæ intercapedo non impedit, hypothesi admissa, quòd distantia exigatur, quam rem suprà disseruimus. Quod vero etiam sub interstitio debito sancti angeli se celare possint de dæmonib⁹, Chrysostomus Homilia sexta, ad caput quartũ, Matthæi testari videtur, dicens, Angelos sanctos, dæmones etiamnum præsentes, se celare: igitur quamuis sit moderata distantia, angeli sancti, se abscondere possunt à dæmonibus. Cur, obsecro, se abscondere possunt, nisi quia suos cogitatus, & voluntatem latentem possunt facere? Dicet Scotus, aut qui illi patrocinari studuerit, ex natura rei dæmones posse scire cogitatus sanctorum angelorum, & contrà. At verò, Deo prohibente, celantur illis: verùm hæc prohibitio nullibi legitur. Oportebat autem Scotum locum authẽticum exhibere, vt illi fidem haberemus. Nullus autem locus expressè hoc docet, Deũ prohibuisse hoc, neque interdixisse dæmonibus, aut quòd nostri animi non videant arcana, aut angelorum sanctorum.

Angeli sancti se celare possunt dæmonibus.

Non probatur Scotus.

¶ Secundo argumento idem vt colligas, obseruabis, Deum mouere voluntatem nostram liberè, hoc est, ex diuina motione non sequitur necessitas in volendo, aut nolendo: at etiamnum Deo mouente, voluntas liberè mouetur: & non necessariò mouetur: vt nos latè diximus in primum Sententiarum. At verò natura ex diuina motione necessariò mouetur, quia Deo non potest repugnare, vt voluntas repugnare potest. Actorum. 7. Vos Spiritui sancto semper restitistis. Secundò obseruabis, angelum non posse immediatè mouere voluntatem nostram, sed tantum mediatè. Hoc est exhortando, & docendo, aut excitando phantasticam vim, & appetitum. At verò quamlibet exhortetur fortissimis rationibus, & vehementer moueat phantasiam, & appetentiam sensualem, non sequetur necessariò actus volendi, sed volũtas habebit tum actum in sua potestate.

2. Argum.

¶ Tertiò annotabis, Deũ (quem diximus dudũ liberè mouere voluntatẽ) mouere nihilominus immediatè. Nã ipsa volitio, aut nolitio, effectus est immediatè à Deo proficiscens, noq; hoc est peculiare in actibus liberis, imò omnib⁹ cõmune est effectib⁹, etiam non liberis, esse effectus immediatè à Deo procedentes, vt alibi est ostensum. Quæ omnia si in vnum composueris, videbis apertè cur angelos latent ex propria natura rei cogitatus voluntarij nostri. Etenim mouente angelo voluntatem nostram, actus non sequitur necessariò, sed

3. Annotatio.

sed est in potestate voluntatis elicere, aut non elicere: quia liberè ipsa se mouet.

Obserua hæc vt planè intelligas Thomę placitum.

Igitur actus voluntarius, quia non necessariò sequitur ad motionem angelicam necessariò latet angelum, hoc est, intuitiuè non videt angelus voluntatis actum. Deus autem, etiam si moueat liberè, at verò quia mouet ad actum immediatè, & ipse actus voluntarius, est diuinus effectus, saltem quantum ad substantiam actus, id quod dixerim propter culpabiles actus, ideo non ex ea parte, qua liberè voluntatem mouet, & ipsa liberè mouetur: sed ex ea parte, qua immediatè mouet Deus voluntatem, Deo sunt conspicui actus liberi: vndè etsi angelus naturam non moueat immediatè, quantum ad formam, sed tantum mediatè applicando actiua passiuis, cæterum effectum naturę scit euidenter.

Angeli sancti se celare possunt dæmonibus.

Non probatur Scotus.

Quippe ex sua motione mediata necessariò consequitur naturæ effectus: qui cum non sequatur necessariò ex motione volũtatis ab angelo, fieri non potest vt euidẽs sit angelo actus voluntatis, nisi ex effectu, vel ex signis, rem coniectet. Vt nos ex vultu, ex incessu, ex nutibus colligimus interna: vt Medicus ex venarum pulsatione, corporis valetudinem coniectat. Quòd si obieceris, Deus ex placito philosophorum quorundam immediatè mouet cælum primum, nihilominus motus ille cælestis, qui à Deo est, patet angelis. Responsio est aperta, Deo motitante cęlum, cælum necessariò mouetur, quare angelis constabit hic motus tanquam naturalis quiuis alter effectus. At verò voluntatis actus non necessariò sequitur, vt non semel diximus. Idem dicito, angelicos cogitatus latere alios angelos propter eandem causam. Et si hoc oculatè dispexeris, nullum est offendiculum in Thomæ placito: quod existimo certum esse. Neque argumenta, quibus arietatur, tanta sunt, quanta videntur.

2. Argum.

3. Annotatio.

1. Cóclusio ¶ Secunda conclusio: Angeli nostros intelligunt cogitatus per signa quædã. Hæc à S. Hieronymo in comment. ad Matthęi, cap. 17. traditur: Diabolus, inquit, non est peccati autor, neque cognoscit nostra intima nisi per signa. Et Augustinus in. 11. super Genesim, testatur cogitationes nostras esse notas dæmonibus, per signa: alioqui nunquam tentassent homines sine victoria. & in libro de Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 63. dæmonẽ tradit incertos habere cogitatus nostros. Et Origenes, lib. 1. cõment. ad Iob, diabolum tradit scire voces nostras, & opera, at mentis arcana illũ latent, quia si paterent cunctis bonis operibus insidiaretur. Quibus etiã accedat Hieronymus cõment. ad Lucã, cap. 11. versans verba illa: Iesus sciens cogitationes eorũ: ait, Scire cogitationes, indicium esse diuinitatis Iesu Christi, quia arcana sciebat humani pectoris. Et D. Augustinus. 2. lib. retractationum, cap. 33. agens quod ipse dixerat libro de diuinatione dæmonum, dæmones, videlicet, mira facilitate cognoscere animi nostri cogitatus, hæc eadem moderans verba, inquit, se rem profundissimã tradidisse: ideoq; se latere fatetur quomodo cognoscant dæmones nostri pectoris intima, an virtute spirituali, vel quouis modo.

3. Cóclusio ¶ Tertia conclusio: Angeli cognoscunt cogitatus aliorũ angelorũ, non per signa externa, sed quia angelus vnus ordinat suos cogitatus in notitiã alterius, & quia illos dirigit vt cognoscantur ab altero, ideò alter poterit illos cognoscere. Vt enim data est hominibus propriorũ expressio cõceptuum, imò & brutis: ita angeli habent suum modũ exprimẽdi propria mentis arcana, vt alijs angelis euidenter pateant, & solũ illis, quibus intendũt angeli explicare. At hæc expressio est per ordinationẽ proprij cogitatus, ut alteri pateat. Existimat autem Thomas quæst. de veritate. artic. 4. ad. 11. angelum per species innatas, non solum cognoscere angelũ alterũ, sed etiam cogitatus & intẽtiones angelicas ad se ordinatas. At verò non est in absoluto hoc exponere. Siquidẽ in quæstionibus eisdem de veritate. q. 9. art. 12. & in quæstionibus de dæmonibus, tradit, cogitatus angelicos nõ posse patere per species angelis inditas. Quoniã species istæ solũ naturam cũ naturalibus cohærẽtijs indicãt, non volũtaria, qualia sunt cogitatus, & angelici affectus: ergo species inditæ angelis ipsos cogitatus ostendere nequeunt, neq; ordinationẽ illorũ ad alium angelũ. Nam quamuis tantæ sint excellentiæ apud asse clas Thomæ istæ species vt possint assimilari Petro, vt sedenti, aut scribenti, aut currenti, nõ tamen vt cogitãs est, aut vt volẽs, vel nolens est, quomodo ergo assimilabũtur ad repræsentandũ angelũ vt ordinãtẽ

Differitur Thomas & expẽditur.

suos conceptus ad manifestationem eorũ dem apud alterum angelũ? Siquidem hæc ordinatio est voluntaria.

¶ Et rursum, supereſt quærere quid nam sit hæc ordinatio. Nam si est actus voluntatis, hic speciebus congenitis non subditur, si verò est actus cogitationis voluntarius, ideò etiam non subditur. Verum hæc satis sit indicasse, alumni S. Tho. viderint.

4. Cõclusio ¶ Quarta conclusio: Actus voluntatis suapte natura sunt occulti omnibus, nisi soli Deo, & habentibus. Hæc patet ex præscriptis sermonibus, vnde colliges vnum actũ voluntatis non celare alium, ne progrediamur in infinitum. Etenim ipsi actus quatenus liberi, eatenus occulti sunt. Hæsitabis fortasis num habitus infusi vt fides, charitas, spes, patebunt dæmonibus? Etenim si cogitatus nostri nõ patẽt, quia liberi sunt, multo minus habitus isti infusi patebunt quia supernaturales sunt, & eminentioris ordinis, quàm sit tota natura. Et quidem iuxta Thomam tradentem species innatas angelis esse necessarias, & has solùm significare naturalia, videbitur prompta alicui responsio, hos habitus supernè infusos dæmonibus esse reconditos. At verò Scotus, qui has negligit species, habitus istos forsitan crederet patere dæmonibus, quippe etiam existimat Eucharistiam dæmonibus patere. At verò de huiusmodi re alibi erit opportunior disputatio.

Argumentorum responsio. ¶ Iam supereſt argumenta facta in principio absoluere. Et primo dicito, Quamuis sit substantia excellentior accidentibus, at verò, non propter maiorem excellentiam essendi, dæmoni occuluntur conceptus, & affectus animi nostri, sed quia liberi sunt, & hac ratione totam naturã operationum naturaliũ facilè superant. Quare non subijciuntur clarę notitiæ angelorum siue sanctorum, siue peccatorum.

2. Argum. responsio. ¶ Secundo argumento respondebis, non esse prorsus verum videntem aliquid, videre etiam accidentia illius. Nam videt visus herbas, & nescit herbarum vires. Quippe herbarum vires sunt subditæ superiori potentiæ, vt illi pateant. Nempe cogitatiuæ hominum, aut æstimatiuæ brutorum. Proindeque qui intuetur animam rationalem, non intuetur cogitatus eiusdem: namque hæc intueri superioris est potentiæ, quàm sit angelica, hoc est diuinæ.

3. Argum. solutio. ¶ Tertio dices, species intelligibiles, & potentias animæ, & habitus conquisitos, hęc patere angelis. Quippe hæc necessaria sunt, & naturalia. Nam quamuis habitus antequam ingenerentur, sint voluntarij, at geniti naturalem habẽt inclinationem. Hęc igitur nõ sunt prorsus libera, ideò angelis patent clarè & intuitiuè: at verò actus intelligendi, qui voluntarij sunt, latent, vt amor, & odium, voluntaria. Et iam per hęc sublucebit motus, quos vocant primos, patere etiam angelis, ex sua natura. Quippe qui naturales sunt, & non liberi. Nam impossibile est quin visis obiectis tangamur: & ad apprehensionem obiectorum necessariò consequuntur. Quamobrem notitiam angelicam non fugiunt. Et actũ voluntatis antequam edatur, & post editum, angelus ex sua natura non potest intuitiuè hunc actum videre: quippe semper illum latet, si voluntas vult, aut non vult. Quapropter etiam post editum nescit euidenter volũtatis actum angelus. Quippe, vt dixi, euidenter seu intuitiuè illi non constat, si volũtas illum edidit. Quamquam à posteriori ex effectu, vel signis, poterit angelus apud se cogitare quid nos velimus, aut quid cogitatione voluamus. Et multò subtiliùs, & perspicaciùs, quàm nos ipsi, à posteriori dijudicat, & coniectat, animi nostri affectus, atque cogitatus, vt iam induximus Augustinum libro de dæmonibus hoc probantem.

Angeli à posteriori coniectant pectoris nostri intima certius quã humana solertia.

¶ Vnde angeli ex natura sua nesciunt euidenter quanti sit meriti opus quod vident à nobis exerceri, neque etiam quanti sit demeriti. Etenim meritum pendet à charitate Dei nos imbuente, & ab animi nostri intentione. At verò quidquid sit de charitate, quæ nobis infunditur, siue sit conspicua angelis, siue non, hoc vnum certum est, intentionem animi non esse angelis conspicuam, nisi ex effectu. Quapropter etiam si poterint pro acrimonia suæ mentis conijcere angeli magnitudinem, aut exiguitatem meriti, ex magnitudine & præstantia operis, non tamẽ intuitiuè cernere. Idem dicito de demerito, cuius expensio etiam ex intentione, & animi conatu vehementiore, aut flaccidiore pendet. Non temerè tamen dictum puta, quod semper dico, ex natura esse occulta nostri pectoris arcana angelis, ita sanctis, & innoxijs, vt noxijs: quia angelis innoxijs nota sũt aliquãdo, vel in verbo aut

Deo

Deo reuelante, at angelis noxijs, nunquã sunt euidenter & intuitiua notitia manifesta. At verò rogitabis forsitan, iam ergo sancti angeli falluntur sæpè & dæmones: siquidem nõnunquam coniectabunt nos intendere ex opere, quod cernunt, & nos aliud intendemus. Et putabunt nos velle A. verbi causa, & non volumus. A. sed. B. Igitur decipientur. Dixerim tibi, angelos sanctos nunquam istorum deceptione teneri. Etenim suspensum tenebunt suum iudicium, & non decernent de cogitatu nostro quicquam, donec citra fallentiam discernere queant. At verò angeli apostatæ, quòd fallantur in dijudicatione cogitatuum humanorum, non dubito: quia lego apud Dionysium, capit. 4. de diuinis nominibus, habere dæmones cõcupiscentiam dementem, & furorem irrationalem, & imaginationem proteruam, & præcipitem: ergo precipitant suum iudicium non nunquam, & ideò falluntur. Et sæpè inuadunt cum furore irrationali sanctos Dei, ducentes apud se reportandam ex congressu victoriam, & sæpè seducuntur, & in cassum iaciunt virulenta tela sua: vt fortassis accidit cum sanctis martyribus, & alijs Ecclesiæ Iesu Christi heroicis viris. Et quamquam acumine mentis polleant, at dementia, & furor, qui agitat eos contra Dei famulos, ad præceps, & fallax iudicium cogit.

Dæmones falluntur in dijudicandis concep tib⁹ nostris.

Angeli à posteriori coniectant pectoris nostri intima certius quã humana solertia.

DISTINCT. nonæ, & decimæ, Disputatio prima.

¶ Num ordo Hierarchiarũ cælestium aptè distinguatur à beato Dionysio.

1. Argum. IT videbitur fortassè alicui inepta esse Hierarchiarum cælestium, & ordinum horũ distinctio. Etenim omnis Hierarchia cælestis ex angelis constructur, at angeli eò appellantur, quò nuncia deferunt. Hoc enim Græcis est angelus, quod Latinis, nuncius. Si ergo sunt angeli, omnes sunt nuncij, & omnes mittuntur à Deo, non ergo aptè distinguitur Hierarchia prima ab alijs, quòd illa non mittatur ad nostra, cæteræ autem nostra disponant.

¶ Secundò, nam Paulus Apostolus, nullo excepto angelo, tradit, omnes esse administratorios spiritus, missos propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Si ergo sunt administri electorum, & omnes legantur ad gerenda, & administranda humana negocia, consequitur quod prius. 2. Argum.

¶ Adhæc Esaiæ. 6. Seraph purgat Prophetæ labia excãdenti calculo, quem forcipe de altari tulerat: igitur Seraph non secernitur ab inferiori Hierarchia. 3. Argum.

¶ In diuersum est, quod Dionysius decernit, libro de cælesti Hierarchia, capitulo. 6. &. 7. Argu. in diuersum.

¶ Disputatio hæc expositionem vocis huius, Hierarchia, petit. Quam tamen vocem Sanct. Dionysius libro, cui titulum ex eadem voce fecit, cap. 3. definit, dicens, Esse sacratum ordinem, scientiam, & operationem, quæ ad Dei similitudinem pro viribus nititur, ac pro modo suo ad illius imitationem ex indulta sibi diuinitus intelligentiæ luce subuehitur. Et quibusdam interpositis, rursum ait: Hierarchiam esse sacratam penitus quãdam distinctionem, quæ sit imago diuinæ pulchritudinis, &c. Est autem obseruandum, vt planiora reddantur Dionysij verba, Hierarchiã, nomẽ esse Græcum, quod Latinis sacer est principatus. Principatus autem duo subindicat, & principem, & multitudinẽ sub ipso administratam principe. Atqui quantum est ex principe, siue cælestia agmina, siue terrestria vnam constituunt Hierarchiam. Siquidem cælestia, & terrena ab vno Deo sacratissimo gubernantur principe. Vt quamuis multa regna agantur sub vnius regis moderamine, at verò, quantum est ex rege vno, vnum dici potest regnum. Cæterum si non princeps, qui præest, sed ipsa multitudo, cui præest, consideretur, iam tũ sub vno principe multæ possunt esse politicæ gubernationes. Secundũ quod variæ gentiũ conditiones, & mores, varias postulant leges, variaque Hierarchiæ quid sit.

regimina. Et ex regimine vario, regnum quoque varium est: vt regnum Aragonum diuersum est à regno Castellæ: quamuis sub vno Rege Hispaniæ moderetur.

Alia est hominum, alia angelorum Hierarchia.

Quamobrem quia homines aliam possunt moderationem, quàm angeli, quippe qui diuersam sunt sortiti naturam ab angelis (ex sensibilibus enim subuehuntur ad intelligibilia) ideò regimem varium sibi petunt, quàm angeli, qui à sensu non pendent. Quapropter Hierarchia Ecclesiastica, alia est à cælesti, quia homines diuersi sunt ab angelis. Rursum autem, & quia angeli inuicem naturæ splendore variè discrepant. Nam quidam sunt Deo similiores, quàm alij, propterea in ipsis necesse est diuersas statuere Hierarchias. Et quia multitudo, citra ordinem confusio est, ideo Hierarchiam sacratissimum, aut sacratiorem esse ordinem, dixit Dionysius, & scientiam & operationem, quia ex vario modo sciendi arcana diuina, & ex varia actione Hierarchiæ distinguuntur. Nam Hierarchia prima immediatè à Deo suscipit illuminationem, purgationem, & perfectionem. Media verò Hierarchia à prima, & infima à media.

Hierarchia imago est diuinæ pulchritudinis

Ideoque commodè satis Dionysius dixit Hierarchiam esse imaginem diuinæ pulchritudinis. Imitatur enim Hierarchia cælestis diuinam pulchritudinem, & sapientiam. Vt enim Deus actiones Hierarchicas exercet in primam Hierarchiã, ita & hæc in mediam, & hæc in infimam. Nam prima Hierarchia sacratissimas, quas à Deo excipit illuminationes, purgationes, & perfectiones, in mediam transfert. Namque quòd Dei munere sortita est, sine inuidia communicat mediæ, & hæc eadem, quæ excipit à prima, sine diminutione transfert in postremam.

Cęlestis Hierarchia est gubernatio cęlestis.

Sunt ergo Hierarchiæ istæ cælestes, cælestes quædam gubernationes, diuinæque politiæ. Namque Hierarchia, est sacra quædam gubernatio. Vnde quædam est gubernatio cælestis, quæ est sanctorum angelorum, alia verò est ecclesiæ gubernatio, quæ in terris agit, & hæc Ecclesiastica Hierarchia ab ipso Dionysio nuncupatur. Vt autem in gubernatione politica seu ciuili, triplex est ordo, (sunt namque optimates, & qui sunt primores in populis, vt sunt magistratus, prætores, tribuni: & sunt medij, & sunt infimi, qui sunt ex promiscua plebe, vt sutores calcearij, cerdones, & cętera) ita in gubernatione cælesti triplex est etiam ordo. In vnaquaque enim Hierarchia sunt primi, medij, & postremi, vnde conficiuntur ex triplici gubernatione cælesti ordines nouem. Primam igitur Hierarchiam, trino distinxit Dionysius ordine, nempè ex Seraphinis, ex Cherubinis, atque Thronis. Secundam verò Hierarchiam alijs tribus concinnauit ordinibus, ex Dominationibus, Virtutibus, & Potestatibus: vt vltimam ex Angelis, Archangelis, Principatibus. Quamuis nonnihil discrepat ab hac Dionysiaca ordinum distributione Diuus Gregorius enarrans caput Lucæ. 15. Homilia ad Euãgelia. 34. Namque Gregorius Virtutes in postrema recenset Hierarchia, & Principatus in secunda. Cæterum potiùs in re angelica crediderim Dionysio, quàm Gregorio, si vnquam sibi aduersantur. Thomas verò eos conciliat. 1. par. quæstione. 108. artic. 4. At verò prima Hierarchiarum tribus præhabitis ordinibus distincta primas tenet angelicas: quippe quæ ad nostra gerenda nõ legatur à Deo: sed in valuis tota fixa pẽdet Sanctæ Trinitatis, vt Dionysius autor est, cuius placito multi ex nobili etiam classe Theologorum subscripserunt. Hæc igitur cælestia semper tenet loca, Deoque semper assistit, cæteræ verò Deo ministrant in operibus obeundis pro salute hominum necessarijs. Nisi quòd Dominationes etiã ad exteriora non descendunt administranda: sed Dominationes dicuntur, quia disponunt de agendis ab angelis inferioribus, quam agendorum dispositionem tradunt exequendam cæteris inferioribus angelis. Vndè ex Daniele didicimus, angelorum quosdam assistere, & alios ministrare. Nam ait: Milliamillium ministrabant ei, & decies centena millium assistebant ei. Et quidam crediderunt plures esse ministrantes angelos, quàm assistentes, alijs contrà asserentibus. Cæterum (vt diximus) assistentes sunt Hierarchiæ quatuor, ministrantes verò sunt Hierarchiæ quinque. Vnde si sermo de Hierarchijs vertatur, plures sunt ministrantes, quàm assistentes. Verùm quia fieri potest, vt Hierarchiæ quatuor, quia sunt præstantissimæ, & Deo quàm simillimæ, vberiori

Prima Hierarchia.

Hierarchię ministrates alię, alię verò assistentes Deo.

vberiori numero fuerint conditæ angelorum, quàm quinque inferiores, ideò non est improbabile plures esse assistentes angelos, quàm ministrantes. Et Danielis sermo, referendus non est, quasi præscripserit angelorum miriadas, sed vt ex numero tanto, quanta sit cælestium agminum penè infinita multitudo à nobis conijectare liceat. Lege Thomam quæstione. 1. partis. 112. artic. 4. Porrò autem Magister ordinem dixit esse multitudinē cælestium spirituum, qui aliquo munere gratiæ assimilantur. Vndè resultat dubium, si distinctio ordinum ex gratia pendeat, an à natura donetur? De qua re, & Thomas, & Bonauentura hac distinctione sibi consentiunt, initium distinctionis esse à natura, complementum verò esse à gratia. Namque finis, quem respicit angelicus ordo, Deus est. Vt igitur Deus est finis naturalis angelorum, hac ratione ordo angelicꝰ est ex natura: at verò vt Deus est finis supernaturalis, sub hac ratione angelici ordines prodeunt ex Dei gratia. Lege Thomam in. 1. parte. quæst. 108. artic. 4. Cur autem tam varijs appellationibus, tamque diuersis illustrentur ordines angelici titulis, Dionysius est legendus de cælesti Hierarchia, capitulo. 7. & 8. Seraph enim ab excellentia charitatis diuinæ cognomen illustre obtinuit, vt nos exactiùs in dilucidationibus nostris ad Esaiam, capit. 6. tradidimus. Cherub autem, ab eminentia sapientiæ ex qua antecellit inferiores ordines: Throni verò, propter immobilitatem, quam habent in Dei amore, & contemplatione, quam quia excellentiorem habent, quàm cæteræ Hierarchiæ inferiores, nomine cælestium sedium hic ordo promeruit cognominari: Dominationes, quia gerenda ab alijs subiectis angelis disponunt, vt Potestates, à vi expulsiua malignorum spirituū: & Virtutes propter eximia quæ Deo iubente præstare solent miracula. Neque putes Potestates eò dici, quò potentiam naturalem habent arcendi, aut abigē di cacodæmonas. Hoc enim si existimas, falleris. Namque potentiores sunt dæmonum nōnulli, quam potestates istæ, de quibus sermo agitur. Siquidem si ex omni ordine sunt collapsi mali angeli, qui collapsi sunt ex ordine Seraphico, aut ex Cherubico, &c. potentiorem habent naturā, quàm Potestates, quæ pertinent ad mediam Hierarchiam. Ideoq; Potestates has intellige ex supernaturali potentia appellatas eisdem diuinitus elargita. Ex qua superiores cacodæmonas, etiam Luciferum ipsum abigere, & arcere possunt: vt etiam homines qui sunt multo imbecilliores, quàm demones, potestatem nonnunquam hanc à Deo sibi parant arcendi, aut abigēdi malignos spiritus. Neque solum in potestatibus istis hoc verum est, imò in omni ordine idem dicito. Etenim Seraphim qui in vestibulis dicuntur à Dionysio esse Sanctæ Trinitatis. 4. cap. de diuin. no. non ex amore naturali, quem habent erga Deum, sed ex amore, quo flagrant supernaturali, Seraphim appellitātur. Et Cherubim non ex plenitudine naturalis scientiæ, qua sunt imbuti, sed ex supernaturali, qua replentur scientia, appellantur. Ex hac enim supereminent inferioribus angelis. Nam si de scientia naturali vertas sermonem, omnes angeli ex æquo sunt sapientes: vt suprà dicebatur. Quamobrem Dionysius tradens Hierarchiam esse sacratum ordinem, scientiam, & operationem: per scientiam, supernaturalem, intellige, & per operationem, etiam diuinam subaudi: ita Throni ex immobilitate quadam, & quietudine quadam illis diuinitus supernaturam elargita Throni appellantur. Nam hoc immobilitatis dono fulgentiores sunt, quàm cæteri inferiores. Rursum, Dominationes non ex naturali dominio, quod habent erga inferiores angelos, sed ex supernaturali dominatione cognominantur. Itidemque Potestates, vt diximus, & Virtutes, ex miraculorum supernaturalium administratione nomen sunt sortitæ. Nam quamquam mirabilia quædam præstare ex sua natiua potestate possint angeli, vt Exodi. 6. malos præstitisse angelos legimus, & multo vehementiùs credi par est bonos præstaturos, si expediret. Cæterum miracula, quæ sunt supra naturam, vt mortuos suscitare, nisi ex præstigio, aut cæcos illuminare, &c. nequeunt. Quapropter Virtutes non ex naturali virtute edendi mirabilia, sed ex supernaturali, ita appellitantur. Tametsi de infima Hierarchia non ita in propatulo res est hæc. Namque Principatus dicuntur, vt præsunt prouincijs,

Prima Hierarchia.

Ordo angelicus & est à gratia & à natura

Ordines angelici vnde cognominé tur.

Hierarchię ministrātes alię, alię verò assistentes Deo.

Obserua sedulò.

Dionysius exponitur.

cijs, & Archangeli, vt præsunt Principib⁹, & Angeli vt præsunt particularibus hominibus, id quod ex natura videntur habere, & non ex supernaturali munere. Cæterum quia hæc præsidentia est in remouendo malo, & promouendo bono, & malum illud est in primis malum æternum, & bonum hoc est æternū maximè. Quia temporalia mala, quæ remouent, & bona, quæ promouent, illò vniuersa spectant, quò beati euadant mortales. Quare consequens est etiam hanc Hierarchiam, nominari ex supernaturali munere, vt cæteræ. Hinc iam disces quomodo rectè suprà diximus ex Magistri decreto, ordinem esse multitudinem cælestium spirituum, qui aliquo munere gratiæ assimilantur, vnde nos dicebamus ordines angelicos ex gratia absolui diuina. Ex quibus patet apud dæmonas non esse Hierarchiam. Nam Hierarchia est sacratus ordo, at dæmonum execratus est ordo, quia ad malum est. Quare qui ex ordine Seraphico ceciderunt, non sunt Seraphim, quia non flagrant Dei amore, sed algent diuino odio, & qui ex Cherubico prolapsi sunt ordine, iam non sunt Cherubim, quia non diuina imbuuntur scientia, sed diuinorum tenentur ignorantia. Quia vt autor est Dionysius. 4. capit. de diuinis nominibus, vires intellectus, quibus Deum cernere poterant, clausas habent, in cæteris autem similis erit discursus. Porrò autem etiam si nomina primæ Hierarchiæ dæmonibus non congruant, at verò aliarum Hierarchiarum appellationes ab illis non subtractas legimus. Siquidem in Paulo legimus: Cuius aduentus erit secūdum operationem Satanæ, in omni virtute. 2. ad Thessalonicens. capit. 2. Igitur Satanicæ dicuntur virtutes. Et Dominus ait: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Lucæ. 22. Sunt ergo nominandæ potestates. Et rursum Paulus ad Ephes. 6. dæmones principes vocat, & rectores tenebrarum harum, Domino concinens, qui dixit, potestatem tenebrarum. Et rursum à Domino dæmones, angeli dicuntur Matthæi. 25. Qui paratus est, ait, diabolo, & angelis eius. Et dicens, angelos eius, facile insinuat Satanā esse præsidentem cæteris, tanquam Dominum suis ministris. Et ita est, docente Magistro, apud dæmones esse prælationes, & superiores posse cogere inferiores, vt imperia exequantur. Cæterum, etsi hæ appellationes illis donentur, non subinde credas has appellationes esse Hierarchicas. Etenim Virtutes Hierarchicæ sunt ex supernaturali dono, vt Potestates, & cæteræ simili modo. At verò diabolicæ virtutes, atque potestates sunt noxiæ, ideò tenebrarum dicuntur, quare non sunt supernaturales. Quòd verò angeli, appellantur à Domino non eò est, quod dæmones sint nuncij diuinorum legatorum, vndè tractum est angeli nomen, sed quia sunt ministri Satanæ, ideò dicuntur angeli eius. Et obserua, Dominum non appellasse dæmones, angelos, simpliciter, sed angelos diaboli, quia sunt ministri eius.

Magister exponitur.

In dæmonibus nō est Hierarchia

Dæmones habent suas prælationes

¶ Iam verò vt enodatius exponam, semel ve dicam, petere libet definitionem Hierarchiæ aliam à priori descriptione. Et, quantum arbitror, Hierarchia commodè definietur, si dixeris, Hierarchiam esse multitudinem angelorum, vel hominum ex sacratis ordinibus distributam. Quæ definitio tam congruit Hierarchiæ cælesti, quàm Ecclesiasticæ. Namque istæ non differunt, nisi quòd illa quidem agmina cælestium spirituum comprehendit, hæc verò hominibus viatoribus contenta est. At verò terreni principatus, hoc est, profani, non sunt Hierarchici. Quia tametsi ordinibus distribuantur profana imperia, (nam est ordo imperantium, & obedientium, & est ordo agentium, & patientium,) veruntamen illi ordines non sunt sacrati: quippe qui non tendunt ad cælestia bona captanda, sed bono temporali adepto, satiantur. Ideò non sunt Hierarchicæ potestates, profana, vt Magistratus, Imperatores, Reges, Duces, &c. Porrò Ecclesiastica Hierarchia etiam differt à cælesti, quoniam cælestis, vnaquæque tribus duntaxat ordinibus contenta est, & absolutissima: at Ecclesiastica pluribus, quàm tribus ordinibus resplendet. Nam est ordo Pontificum, sacerdotum diaconorum, subdiaconorum, &c. Sunt præter hæc, Hierarchicę operationes tres, totidemque passiones, vt abutamur voce. Nam illuminatio, purgatio, & perfectio, à Dionysio libro de cælesti Hierarchia, capit. prænotato recensentur esse Hierarchiæ operationes. Quippe superiores angeli hæc agunt erga inferiores, & in-

Prophani principatus nō sunt Hierarchici.

Hierarchicę operationes tres, quę sunt.

fe-

feriores eadem recipiunt à superioribus. Namque superiores illuminant, purgant, & perficiunt inferiores, ita etiam & inferiores illuminantur, purgantur, & perficiũtur. Cęterum Albertus Magnus distinct. hac. 9. hæc tria non differre censuit, sed ratione duntaxat, ita vna eademque actio, vt docet agenda, illuminat: vt tollit ignorantiam, purgat: vt promouet angelus superior inferiorem ad sublimia diuinitatis penetranda, hac ratione perficit. Possemus autem, & has secernere operationes, si dixerimus illuminationem esse de arcanis diuinitatis, de quibus superiores angeli inferiores erudiendo illuminant. At verò quãdo docent ea, quæ ad purgationem ecclesiæ catholicæ, & perfectionem sunt necessaria, tum demum purgant, & perficiunt. Et iuxta hanc interpretationẽ nihil opus est exquirere quale est illud quod angeli superiores ab inferioribus expurgant, quã doquidem nihil habent, vnde sint purgandi. Quippe purgatio referenda est ad ecclesiam. Siquidem eruditio de purgatione fideliũ, & perfectione, purgatio appellatur, & perfectio. Verum illuminatio est pertinens ad ipsos angelos, vt quando sunt edocti de incarnatione diuiniverbi, secundum hanc verè fuit illuminatus Gabriel angelus: itidem de passione & resurrectione dices, &c. At verò magis cõsentit expositio prior Dionysio, qui re vera ipsos angelos purgari, & perfici fatetur inseipsis. Neque purgantur à sordibus, vt Esaias. cap. 6. purgatur à Seraph altero, à reatu polluti labij, sed purgantur ab ignorantia diuinorũ arcanorum, quando illa docentibus superioribus angelis assequũtur. Non me latet Durandum in quæst. 3. distictionis vndecimæ infrà agitãdæ male habuisse has actiones Hierarchicas. Nã solicitè exquirit quę nã sit hæc illuminatio? Num sit productio alicuius luminis spiritualis? & hoc non. Nã angeli non possunt hoc lumen in alios angelos infundere. Aut si dixeris, esse, angelicum intellectum confortari ab alio angelo: etiam hoc videtur non absoluere difficultatem. Namque hæc confortatio est intensio luminis intellectualis angeli. Verũ hæc intensio non fit nisi recipiendo alium gradum luminis, at verò hunc nouum gradum luminis non potest producere angelus in altero angelo. Et demum inibi multa inculcat super re ista. Et ipse se absoluẽs docet, Deum solum illuminare immediatè angelos, quia ipse lumen creat intellectuale in ipsis: at verò angeli inferiores per quandam consequentiam illuminantur à superioribus, qui natura prius à Deo illustrantur. Namque illustratis superioribus angelis, continuò claresçunt diuina mysteria cęteris angelis. Vt, verbi causa, montes prę excelsi prius illuminantur à Sole, à quibus sensim deriuat Solis illustratio in partes humiliores. Nisi quod absimile est in hoc, quòd angeli superiores, quãdo à Deo illuminantur, continuò cęteri illustrãtur: quamuis prius natura superiores, quàm inferiores. At verò cur obsecro Durandus tantùm hæsit in hac Hierarchica actione, & non hæsit in cæteris, hoc est, in purgatione, & perfectione angelorum? Namque (mea sententia) æqua pulsant mentes nostras difficultate hæc duo, vt illud primũ. Nam idem agam exquirendo, qualiter angeli purgant, num infundendo puritatem aliquam, aut subtrahẽdo impuritatem, itidemque de perfectione exquiras. Porrò autem si Scoti commentum collibuisset, quod tradidit. quæst. 2. huiꝰ distinct. 9. fortasis facilius haberemus hanc illuminationem angelicam. Docet namque locutionẽ angelicam fieri, quia vnus angelus producit intellectionem in alterius angeli mẽte: vndè diceret quispiam, angelos superiores eò illustrare inferiores, quò in eorum mentes producunt intellectiones earum rerum, quas retegere alijs cupiũt. Verum huic commento obstat, quia iuxta hanc rationem, etiam angeli inferiores illuminarẽt superiores. Siquidem isti illos alloquũtur. Nisi dixeris locutionẽ, & illuminationem se habere vt superius, & inferius. Nã omnis illuminatio, est locutio: non tamen contrà. Quia quando inferiores alloquuntur superiores, non colloquũtur ad retegenda diuina mysteria, sed rei alterius gratia: ideoque non illuminant, neq; purgãt, neque perficiunt inferiores superiores. Aliàs enim esset transitus ex Herarchia inferiore ad superiorem, id quod est impossibile. Namque in Hierarchia ecclesiastica istud est frequens, inferiores promoueri ad statum superiorum: at in cęlesti fieri nequit. Et hæc locutio superioris angeli cum inferiori, non omnis est illuminatio, sed illa solum, quæ retegit Dei arcana. Nam alię locutiones, quæ de alijs rebus possunt fieri

Proplant principatus nõ sanctæ rarchici.

Quomodo purgantur angeli & à quo.

Vtrum illuminatio sit cõfortatio.

Hierarchicę operationes tres, quę sunt.

Durandus non probatur.

Ex Hierarchia inferiorinõ fit promotio.

inter angelos huiusmodi non sunt illuminationes. Et huiusmodi locutio, de qua me minimus, verè cõfortat angelos inferiores: quia magis clarescunt mentes angelicæ quando maiora, & profundiora diuinitatis arcana ex relatione superiorum discũt. Et hæc confortatio nõ est intensio ex nouo lumine ab angelo infuso, imò fit ex hac illuminatione extensio luminis gloriæ ad ea, ad quæ prius non extendebatur. Et Dominus Iesus confortabatur ab angelo, cæterum sine noui habitus infusione. Vt ergo angelus confortabat Christum, sine infusione, ita angeli superiores, hoc idem præstare possunt absque creatione noui luminis. Et equidem sermo apud nos sæpè est confortatorius, sine productione alicuius qualitatis nouę. Vt amici sæpè in laboribus suos amicos blando sermone gratisque verbis confortant. Et sicut Magister, docẽdo discipulum, nihil imprit in mentem discipuli, tamen discipulum illuminat ex propositis paradigmatibus deducens sensim discipulum ad meliora. Ita propemodum angeli superiores sunt tanquã magistri de mysterijs diuinis, inferiorum angelorum. Quare concedendum videtur illuminari à superioribus inferiores efficienter, & non per quandam consequẽtiam, vt Durandus existimat. Etenim docere, est agere: vt discere, est quodammodo pati. At verò angeli superiores, vt diximꝰ, sunt tanquam Magistri inferiorum, vt infimi sunt Magistri hominum. Et re vera Magister erudiens discipulum confortat mentem discipuli: si quidem quæ abdita sunt discipulo, ipse manifestat, vt ita manifestata discipulus planiùs discat, Quòd si mens discipuli adeò hebes est, vt neque manifestata à magistro assequatur, si Magister insistens exempla proponit sensibilia, & particularia condescendens ruditati discipuli, tum etiam confortat mentem discipuli ex propositis particularibus exemplis. Quapropter Thomas in. 1. parte. quæst. 106. artic. 1. Horũ meminit duorum quando angelus superior illuminat inferiorem. Quippe illuminatio, est manifestatio veritatis absconditæ: at verò superiores angeli manifestant abdita diuinitatis mysteria inferioribus, ideoq; illuminãt. Atqui hęc manifestatio veritatis est cõfortatio mẽtis angelicę. Namq; quodãmodo crescit sine intẽsione mẽs ex manifestata veritate. Vndè bifariã credit cõfortationẽ esse, & ratione obiecti (quando obiectũ intellectile manifestum proponitur) & ratione virtutis intellectiuæ (quando illi in particulari res ꝓponitur, vt sensim ad vniuersalem apprehensionem deuehatur.) Quæ duo angeli superiores, subitò præstant inferioribus. Vnde ait angelos inferiores cõfortari ex cõuersione superiorum ad ipsos. Hoc tu intellige, confortari inferiores, quia se attemperant illis superiores: & iuxta captum inferiorum illos diuina docent arcana, vt optimus quisq; Magister se suo accommodat discipulo. Non tamen est influxus propriè alicuius luminis, quia vt S. Thomas commemorat quæst. de potẽtia. 3. art. 7. ad. 11. Angelus non operatur in alio angelo. &. 1. part. quęst. 111. art. 1. ait, Angeli possunt imprimere in intellectum nostrum cõfortando, nõ tamen imprimendo lumen, & multominus in alterũ angelũ nõ poterunt influere lumẽ. Dandus tamẽ est nonnullus influxus, quem cõcedimus magistris erga discipulos, quos fatemur quodãmodo influxisse doctrinam in suos discipulos, & hic influxus est efficiẽtia doctrinę. Arist. eñ. 2. Physic. consultorem testatur esse causam cõsulti effectus efficiẽtę: igitur doctor erit etiã causa efficiẽs doctrinę, aut disciplinę, quam excipit discipulus. Quibus expensis poterit tibi, vt cunq; referari, quid velint istæ actiones Hierarchicæ. Quas cessaturas post iudicij diem in confesso habeto. Siquidem iam tum non sunt necessariæ, postquam tradiderit Christus regnũ Deo Patri. Namque actiones illæ sunt ad gubernationẽ Hierarchiæ ecclesiasticæ: at postquã sponsa Christi Ecclesia prouecta fuerit in thalamũ cęlestem cum sponso Christo, non erunt Hierarchicę actiones, neq; cęlestes, neq; Ecclesiasticę. Nã Paulus est autor, tũ euacuabitur omnis principatus, virtus atq; potestas. 1. ad Corinth. 15. Manebunt tamen Hierarchiæ quantũ ad gradũ & distinctionẽ, quam modò retinẽt, at quantum ad officia quę erga homines modò prẽstant cessabunt. Etenim neq; Dominationes disponẽt degerendis, neq; Virtutes exercebũt miracula, neque Potestates arcebunt satanicas vires, neque Principatus angelici prẽsidebunt prouincijs, neq; Archangeli principibus, neque angeli tutelares erunt hominum. Et similiter suprema Hierarchia nõ docebit mediã neque

Angeli superiores quomodo illuminant.

Angeli superiores sũt tanquã Magistri inferiorum.

Duo sunt cocuntia quando angelus superior illuminat inferiorem.

Exponitur Thomas.

Angelicum modo influant in alteros angelos.

Hierarchiæ manebunt semper gradus suos & ordinẽ seruantes.

neque hæc infimam. Hæc namque omnia aguntur modò ad consummationem sanctorũ, quibus consummatis, necessaria nõ sunt: propterea ab omnibus istis vacabitur, quando Deus fuerit omnia in omnibus.

Solutio argumentorũ in principio obiectorũ.

¶ Iam verò argumenta diluere operępretium erit. Et primo argumento respondetur, ex Dionysio cap. 5. cęlestis Hierarchię omnes spiritus illos cælestes communi appellatione, angelos vocari, quia societatẽ habent vnius naturæ spiritualis, & omnes ex ratione hac sunt Deo quàm simillimi. Cæterum, & si hoc nomen, Angelus, sit commune cælestibus spiritibus omnibus, etiam supremis, at nomina supernorum spirituum pecularia, non sunt communia. Non enim Seraphim, aut Cherubim, &c. dicuntur inferiores angeli. Namq; hoc nomen, Angelus, est tanquam genericum, & cætera nomina sunt specialia, ideoque nõ communicantur omnibus. Et quamuis nomen hoc, Angelus, deriuatum sit ex Græco sermone, & significet nuncium, à verbo, ἀγγέλω, cæterum nomẽ est significans substantiam spiritualem. Ideoque omnes cælestes spiritus, imò & dæmones ipsos significat, quia etiam societatem naturæ habent cum reliquis beatis spiritibus. Quamuis igitur spiritus illi beatissimi, quos prima habet Hierarchia, non mittantur, imò neque Dominationes, vt prædiximus, cæterum angeli sunt nõ ex officio, sed ex natura. Qui verò legantur, vtroque modo angeli sunt, & ex officio, & ex natura: ideoque commune nomen vsurpant, tanquam speciale.

Angelus nomen cõmune & speciale est.

Ad argumẽtum secundum.

¶ Paulo verò respõdebis, omnes angelos esse administros electorum gratia. Namque prima Hierarchia etsi non delegetur ad nostra, at diuinam voluntatem atq; decretum de gerendis erga electos, manifestat mediæ, & media postremæ, quæ legatur ad nostra: ideoque omnes Hierarchiæ cælestes, vel mediatè, vel immediatè, electorum curant salutem. Neque mirum: siquidem Hierarchiarum Dominus tantoperè curauit eandem.

Angelos modo influant in alteros angelos.

Hierarchiæ manebunt semper gradus suos & ordiné ictuantes.

Ad tertium argumentum.

¶ Tertio argumento respondet Dionysius. 13. cap. cęlestis Hierarchię. Primo quidem respondet, angelum illum expurgantem Esaiæ polluta labia, esse quidem Seraph dictum, non quia esset ex ordine Seraphico, sed ex officio Seraphico nomen sibi vsurpat. Etenim Seraphim illuminant, & purgant cæteros, nam ab eis deriuatur & illuminatio & purgatio in cæteras Hierarchias. Igitur à purgandi munere, non à natura, dicti sunt Seraphim.

¶ Secundo verò respondet ex cuiusdam Theologi, quẽ non nominat, sententia fuisse quidem ex ordine Seraphico angelum purgantem Esaiam, quippe quamuis ipse met immediatè non mundauit vatis labia, eius tamen autoritate facta est mundatio, ideoque Seraph mundat Esaiæ labia polluta. Namque illa nostra esse dicimus, quibus nostram autoritatem damus, vnde Papa dicitur absoluere, vel Episcopus, quando ex eorum autoritate, excõmunicationis vel delicti fit absolutio. Et hæc solutio non est admodum dissentiens à prima, nã vtraque idem fere sapit, Seraph non mundasse immediatè Esaiam, sed angelum inferiorem. Nam res indubitata est, angelum purgantem Esaiam non sua id præstitisse, autoritate, sed primum ex diuina, dein ex supernorum angelorum fecit autoritate, vt ex dictis patet. Porrò autem vtraque solutio argumentum absoluit, iuxta Dionysium, qui habuit in sententia angelos illos supremos non mitti. Verum dicit aliquis, duo Seraphim introducuntur cap. 6. Esaię, quorum alter solus purgat Esaiæ labia, at verò alter astat Deo, & non purgat. Quęrendum igitur est cum duo isti Seraphim introducãtur tanquam nomine, & natura socij, & alter eorum non expurgauit labia prophetæ, nihilominus Seraphim appellãtur, igitur non ex purgatione reliquus est dicendus Seraph, sed ex natura seraphica. Porrò ego huic hæsitationi hoc afferrem responsum, Seraphinos illos, visos Esaiæ, eò appellatos Seraphinos, quia ardentes, & incensos illos vidit. Nam Hebræis, Seraph, ardentem denotat, itaq; non expurgatione appellantur Seraphim, sed potius ex ardore, quo ardere visi sunt Esaiæ. Lege dilucidationes nostras ad caput Esaiæ sextum.

¶ Dubitat aliquis, num isti nouem angelorum ordines, quos S. Dionysius commemorat, fixam habeant autoritatem in scripturis? an solum ex traditione sanctorum sint credendi? Respondebis, ex fide tenendos esse hos ordines angelicos. Namq; de Seraphinis mentio fit Esaiæ. 6. & nullibi aliãs in scriptura Seraphinorum habetur mentio

quęst. annexa angelorũ ordines ex fide sunt tenendi.

mentio: at verò Cherubinorum scriptura sæpissimè meminit. Geneseos. 3. Dominus statuit Cherubim ante paradisum, qui humanum arcerent ingressum. & Exodi. 25. tabernaculum fœderis obumbratur Cherubicarum alarum cõtextu. At verò apud Ezechielem cap. 10. Cherub habetur pro eo, quod dixerat in capitu. 1. facies bouina vbi trãsiderat visum illud mirabile ex quadrifido aspectu, Bouis, Hominis, Aquilę, & Leonis: at cap. 10. nõ dixit facies bouis, at Cherub. & in capitulo. 11. Cherubim, animalia vocat alata, & quadrisidi aspectus. Cæterum non possumus dubitare quin Cherubim angelos denotent in scripturis sacris, vt liquido constat ex commemoratis locis. Et ex sexcentis alijs, quæ priorib⁹ coagmentari possunt, quæ superuacaneũ erit referre, quia obuia sunt loca lectitanti sacra volumina. De Thronis autem, & Dominationibus, & Potestatibus Paulus frequenter meminit ad Colossenses cap. 1. Et. 1. Corinth. cap. 15. Et sæpè alibi. Angelorum autem nunquam non meminit scriptura: Archangelorum autẽ rarior est mẽtio. At Paulus. 1. ad Thessal. 4. Archangelorum meminit: In voce, ait, Archangeli, & in tuba, &c. Et Iudas disceptationẽ Archangeli Michaelis cum diabolo recenset. Series autem horũ ordinũ, quã Dionysius præscripsit, ex scripturis non habetur: nẽpè primos esse Seraphinos, post quos Cherubini, &c. At istud ex traditione sanctorum recipiendum est. Lege declamationẽ nostram ad Esaiam, quam de angelis contexui. Tu lege distinct. 10. Magistri indicãtis sententiam, dicẽtem omnes angelos mitti.

¶ Distinct. 9. & 10. Disput. 2. Quomodo angeli inuicẽ loquantur.

Argum. 1.

ET fortasis videbitur alicui angelica locutio esse impossibilis. Etenim vel inuicem loquuntur ex cogitatione, aut ex nutibus, & signis: si ex cogitatione, igitur cogitatio vnius angeli erit patẽs alteri: igitur superflua est locutio. Sin ex signis, num hæc signa sunt natiua angelis, an ex angelico placito? si sunt natiua, etiã non est necessaria locutio, quippe naturalia angelorũ omnibus angelis sunt perspicua: vt natura angelica, speciesque intelligibiles, viresque angelicæ, ex natura sua manifesta sunt cunctis angelis. Quod si ex placito angelorum hæc signa, vel nutus isti pendent, igitur quærendũ est hoc placitum angelicum instituens signa ista, vndè innotuit angelis, vtiq; si per alia signa, esset processus in infinitum, id quod admitti nequit.

Argumentum in diuersum.

¶ In diuersum est Dionysius, qui libro de cælesti Hierarchia cap. 7. tradit angelos inferiores didicisse Christi maiestatẽ, & gloriam à superioribus. Nam Esaiæ. 63. introducuntur angeli quidam hæsitantes, & alij docentes. Quærunt enim: Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? &c.

¶ Disputatio hæc sinuosa plus satis est, & implexa, ideoque placita variant mirum in modum. Conueniũt sanè omnes in traditione hac, angelos sibi inuicem loqui, & hoc deducunt ex Paulo. 1. ad Corinth. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum. adiuncta glossa eiusdem loci ordinaria angelos tradẽs sibi loqui per signa, & nutus. Quãuis locus hic Pauli metaphoricus est, & secundum hyperbolem sumendus, quasi diceret, etiam si angeli haberent linguas, quęsi adessent, vtiq; essent dissertissimę, at si harũ compos esset homo, charitate tamen esset orbatus, linguarum angelicarũ facũdia non satis esset illi vt gratus esset Deo. Ideoque est alter locus Zachariæ. 2. Ecce vir, angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eũ surge, &c. Et August. lib. de diuinatione dæmonum tradit, angelos malos ab angelis sanctis quædam discere. Et in libro de cura pro mortuis agenda, testatur, animas defunctorũ plura discere ab angelis, qui ex nostro illò transferunt sese. Et in Lucæ. cap. 18. legimus colloquium diuitis illius purpurati cum Abraham. Quòd si animæ separatæ colloquũtur, & angeli cum animabus, mirum non est si asseramus & mutuam habere angelos colloquutionem. At de modo quem seruant siue angeli, siue animæ separatę in loquendo inuicem, res abdita satis est, & fortasis ab hominibus non satis cõprehẽnsibilis. Quare Durandus multis iactatis

Animę separatę nostra discutiebant angelis.

Distin. 11. quæst. pen-nult.

ctatis contra aliorum sentētiam, in hoc se conduxit placitum,vt angelus angelo loquatur ad eundem modum,quo loquitur homini formando vocales in aere sonos, aut ex assumpto corpore, ita inuicem colloquuntur.Sed contra eum est, quia angelus loquitur homini non solum per formatas in aere voces, aut ex assumpto corpore,quæ locutio exterior est,& sensilis,imò etiam loquitur homini locutione interiore,mouendo phantasmata. Quæ (vt supra patefecimus)mouere potest. Iam ergò poterunt etiam angeli loqui inuicem locutione interiore,&nō sensili sono : vt ergò hęc locutio interior erit? Namque angeli non habent phantasmata,quippe sunt substantiæ spirituales, & phantasmatibus non indigentes.Scotus distinct.9.q.2.alium inuexit commentum, angelos inuicem loqui, quia loquens in audientē imprimit conceptum de re quapiam,quam illi patefacere studet.Porrò hæc Scotica opinio(quantū conijcio)aduersaria est Peripateticę philosophiæ.Nam. 9.Metaphysi. traditur intelligendi actionem,esse immanētem: at Scotus illam facit transeuntem.Imò neq; Plato, qui visionem fieri extrà mittendo sanciuerat,ausus fuit affirmare visionem esse exeuntem ab oculo,sed lumini exitum dedit,quod mixtum cū externo lumine species in visum conueheret. Et vt propius agam in commentum hoc, sciscitor ab Scoto,si imprimit angelus in angelum conceptum suum,num voluntarie, an coactè excipitur hęc impressio ? Non sanè coacta erit impressio : aliàs angelus audiens,coactè audiret , & omnis auditio angelica tædiosa esset,quia coacta:quod absurdum est.Quòd si voluntaria est,igitur ex voluntate audientis angeli procedit, quod excipiatur intellectio loquentis angeli. Igitur priùs innotescit angelo loquēti, voluntas audituri suam loquelam , quā in illum imprimat suam locutionem . Iam quærendū supereſt,vndè ergò voluntas audituri angeli constabit angelo loquuturo? Vt ergo ista voluntas audituri manifestatur loquuturo sine intercedente impressione conceptus,ita poterit alioqui manifestari,etiam si nunquam imprimatur conceptus.

Secundum argument.

¶Adde istis iuxta hanc sententiam,angelus inferior producit in angelum superiorem conceptum,& ita Hierarchia inferior ageret in superiorem : at esset in potentia relata ad inferiorem, id quod esse contra Dionysiaca decreta in libro de cęlesti Hierarchia locis iam citatis firmissimè tene,& nullatenus dubites. Nāq; superior Hierarchia est influēs vel quasi influēs in inferiorē,& inferior recipiēs est, &nō influēs. Et rursum,fieri potest dæmones loqui nonnūquā cū angelis sanctis:&horret animus cōcedere dæmonas producere posse quicquam in sanctos angelos. Dices,angelos superiores posse cogere inferiores ad audiēdum eos,hoc sanè est mihi difficile creditu.Nam sicut locutio est actio voluntaria,ita & auditio,voluntaria erit, & nō coacta.Et quia volūtaria,existimo ad auditionem non posse cōgi,tametsi ad alios actus coactionem esse posśibilem non diffiteamur.Et quid præter hæc Scotus dicet de animabus separatis,vt istæ videlicet suam formāt loquelā?Nū anima vna ,producet in alteram animā conceptum suum ? & quidni? ex argumento namque Scotico idem colligendum videtur.Namq; colligit:Angelus potest producere cōceptum in seipsum,ergo in alium angelum:probat consequentiam, quia vnus angelus est subiectū proportionatum respectu alterius.Ego verò itidem colligam, anima potest in se producere cōceptum,ergo in aliam animam. Contra quod argumētum factum vim habet. Et argumentum Scoti flaccidum est. Dicerem enim facilè angelos non esse subiectum proportionatum ad recipiendam huiusmodi conceptus impressionem, nisi relati solum ad Deum,cuius respectu sunt in potētia , at verò inuicem non sunt in potentia, nisi sicut discipulus est in potētia relatus ad magistrum, vt supra dicebamus, quando de illuminatione agebatur. Et rursum , angeli quando loquuntur animabus , etiam secundum Scoti placitum, imprimunt conceptus,at, quomodo conceptus angelici hæreant animabus , quæ sunt multò alterius speciei , quàm angeli non est promptum videre.Namque huiusmodi cōceptus,quippe qui sunt sublimioris potentiæ, vt aptabuntur viribus inferioribus,obscurum est. Et accedit istis omnibus,quia si conceptum potest imprimere,cur non species intelligibiles?Siquidem Scotus inditas negat. Cur etiam nō amorem,non odium ? Quæ vtiq; falsa esse iudico.Et demum suprà tradebamus,angelos nō posse effectum aliquem naturalem extra

Durandus nō probatur.

Argumentum in diuersum.

Scotcum non probatur commētum de angelica loquela.

Argumenta contra Scoti placitum.

Animę separatę nostra discūtabant gelis.

tra se producere, nisi applicando actiua passiuis, & effectum productum dicebamus non esse ex angelo, tāquam ex causa per se, sed tanquam ex causa sine qua nō. Si ergo effectus naturales non potest producere, vt sunt generatio ranarum, aut aliorum viuentium, quomodo effectū, qui est ordinis sublimioris poterit extra se producere, qualis est conceptus angelicus? Quā obrem non esse subscribendum Scoto in dogmate isto ego facilè dixerim, etiamsi Okam quodlibeto primo. q. 8. illi subscripserit, & alij, qui Scoti sunt alumni. Gregorius Ariminensis in distinct. 9. &. 10. huius secundi existimat angelorum loquelā fieri per quædā signa intelligibilia, quæ sunt illis tanquam spirituales quædam voces, quam sententiam sub hæc enodabimus. Thomas verò in. 2. Sentent. distinct. 12. q. 1. artic. 3. locutionem tradit fieri angelorū per quædam signa intelligibilia expressiua angelici conceptus. At in. 1. part. quęst. 107. art. 1. commemorat geminam angelorum locutionem, aliam quidem interiorē, aliam verò exteriorem: per primam loquūtur sibi ipsis ex actu intelligendi, quem apud se formant: per secundam verò loquūtur alijs angelis formando actum intelligēdi non vt apud se retineant cōclusum, imo vt alteri manifestent angelo. Itaque locutio angelica est ordinatio conceptus angelici vt alteri manifestetur. Vult enim angelus aliquando manifestare propriæ mentis conceptus, & ex voluntate hac ordinat & dirigit suum conceptum, vt alteri manifestandum. Est autem conceptus mentis ex duplici causa occultus in nobis, prima quia voluntarius est, nam voluntaria tecta sunt alijs: secūda est causa, ex corporis mole. Namque non sat est nobis ad propalandum animi nostri cogitatus, quòd velimus alijs manifestare, nisi accedat expressio per os, & linguam, quæ sunt instrumenta manifestatoria internorum conceptuum. At verò angeli quia mole non premuntur corporea, ideò statim vt volunt suos propalare alijs cogitatus, illis propalant, & alijs angelis sunt manifesti. Itaque ipsa voluntaria ordinatio cogitatum manifestandi, est locutio exterior in angelis, in nobis verò voluntas manifestandi non est locutiō exterior ex corporis obstaculo, sed ipsa vocalis expressio verbi mentalis concepti, est locutio exterior vocalis: de qua modò sermo vertitur. Addit istis in eadē quęstione. art. 4. angelos posse inuicem loqui ad quamcūque distantiam. Itaque nō est necessaria distantia certa vt suos in aliorū angelorum notitiam, deducant cōceptus. Etenim cum intellectio angelica sit spiritualis, abstrahit à loco, & tempore, vt Caietanus colligit. Pōrrò autem, etiamsi demus abstrahere à tempore nostro, non abstrahit locutio angelica à tempore discreto, quod est mensura actionum angelicarū vt Thomas testatur, & nos etiam contesta ti sumus. Vt ergò tempori huic subditur angelica locutio, ita quoque dicerēm locutionem angelicam nō subiacere loco Physico. Etenim quanuis nullus esset physicus locus, angeli possent inuicem loqui per vacuum, si daretur. Et qui fatentur angelos conditos fuisse ante conditam naturam visibilem, locutionem faterentur angelicam sine distantia locali. Quippe si locus nō extat, distantia localis desiderabitur. At verò: quòd angelis non sit necessaria certa distantia localis, si non vera, certè imaginaria, ego videre non possum. Aliàs ad infinitam distantiam possent inuicem loqui, id quod falsum esse dixerim. Et Bonauentura distinct. 10. huius secundi, rectè censuit quæst. prima. articulo. 3. angelos ad certā, & finitam distantiam suos producere intellectuales sermones, quia virtutis sunt finitæ, ideò finitam amant distātiam. Quātum autem spectat ad dogma præfatum. S. Thomę de angelorum loquela, dixerim etiam animum meum non explere. Quandoquidem ista voluntaria ordinatio exponendi proprium, quem angelus gerit, conceptum alteri angelo, est lanè voluntaria, vt autor fatet: ergo est de se occulta omnibus alijs angelis, quia voluntaria omnia de natura sua obtecta sunt & ipsa se ab alijs celant vt supra cōmemoratum est. Iā quęrendum restat si hęc voluntaria ordinatio est de se obtecta, quod huius est manifestatoriū signum? quisve nutus hanc exponit? Et de signo, quod exhibueris, aut nutu adhuc rogitabo, est ne voluntarium signum, an naturale? Quod si voluntarium est, idem voluis saxū, quale Sysiphus quōdam voluebat. Etenim etianū signum erit de se obtectum, & egebit alio exponente, de quo similis texetur quæstio. Sin verò naturale est, vtiq; angelica naturalia sunt omnibus angelis perspicua: ideòque nihil

necessa-

Gregorius de angelorum locutione.

Thomas de angelorum loquela.

Conceptus mentis ex duobus nobis occultus

Os & lingua sunt organa manifestatoria internorum conceptuū.

Non egent angeli distātia certa ad loquēdum ex Thoma.

Autoris cēsura ād Thomę sentētia

Voluntaria sunt obtecta ex natura sua.

necesse est angelos loqui inuicem, siquidē exprimentia signa propriorum cogitatuū naturalia habent, quæ illis tacentibus, palā facient reliquis angelis, quæ intra angelicas mentes geruntur. Quia (vt diximus) naturalia omnibus patent angelis. Neque iuuat si dixeris cum Capreolo in hoc. 2. dist. 11. quæst. 1. esse partim voluntaria signa hæc, partim naturalia. Etenim qua sunt volūtaria, obtecta sunt, quà naturalia sunt, ex sua natura retecta. Et necessariò apprehendent te angustiæ argumēti dudum expositi. Bonauētura. quæst. 1. art. 3. distinct. 10. huius secundi, aliud excogitauit commentum, vt loquelam expromeret angelicam. Ait enim hāc celebrari ex protensione speciei intelligibilis, quam angelus penes se habet. Itaque cum sibi loquitur angelus, hanc contuetur speciem, cuius aspectus est loquutio interior angeli: at verò quando instituit alteri suos palā facere cōceptus protendit ex voluntate sua hanc speciem, tāquam intelligibile signum proprij conceptus, quæ protensio ad alterum angelum angelica est loquela. Cæterū hęc commentatio est sinuosa & scrupum habens non leuem. Siquidem species intelligibiles etiam secundum Bonauenturam sunt angelis congenitæ, at verò huiusmodi angelicæ species omnibus angelis sunt quàm notissimæ. Sunt enim illis congenitæ, & connaturales, vt ergò essentia cuiusuis angeli alijs angelis est manifesta, neque alijs angelis celari potest: ita quoque & species congenitæ sunt angelis omnibus prōptæ, & perspicuæ. Quapropter non est necessaria protensio specierum vnius angeli ad alterum angelum, vt intelligantur conceptus angelici, quia sine protēsione sunt aperti. Adde Bonauenturam has species appellare signa conceptuum, at verò hęc signa sunt naturalia, & non possunt ipsa patentia facere conceptus voluntarios, aut si possunt, non est necessaria protensio specierum, aut locutio angelica. Nāque bruta (autor est Aristoteles) per signa quædam naturalia suos explanāt affectus, vt experientia, non indicante etiamnum Aristotele, locuples est testis. Nam quia orbauerat bruta natura loquela, consuluit brutis, elargiens illis signa naturalia quędam, vt corporis gesticulationes quasdā, aut vt quasi vocales oris sonos, vel stridores, quibus suas alijs brutis propalarent internas affectiones. Si ergo signa habēt naturalia angeli, quæ sunt species intelligibiles, aut quęcūque finxeris alia, quorsum laboratur in quærendo exquisitè loquēdi angelorum modo? fortasis Bonauentura per protensionē speciei, intellectum voluit volēdi actum, per quem angelus suam dirigit intentionem propalandam in alterum angelum. Quod si hoc amabat dicere, vtique parum discrepat à Thoma, & eādem subit difficultatem dogma hoc, quā subiuit Thomæ. Ex istis inferas, non esse credendos nutibus naturalibus fieri loquelam angelicam, vt putat Marsilius in 2. Sententiarum. quæst. 7. artic. 2. Sunt sanè apud hominer præter loquelam nutus quidam, vt quando digito compescimus labellum, silentium indicamus: & quando extendimus indicem digitum, rem prę sentem adesse, quam quærebamus, demonstramus, vt quando etiam caput inclinamus, annuimus: & quando auertimus, abnuimus. Cæterum isti nutus extacito consensu eorum, inter quos gerun tur, sunt significatiui, etiam sine voce: vocis namque vicem administrant, at latet vtique nos si huiusmodi nutus sint recepti ex tacito angelorum cōsensu. Quod si ita esset, etiamnum esset locutio aliqua citra nutus hos, nempè illa, quæ hos nutus instituit. Et ordinaria glossa, quę hos nutus commemorat, vel hæc angelica signa, nihil docet qualia sint huiusmodi, quæ introduxit angelica signa. Quanquā etiam indicat non certum esse glossema, quia per angelos etiam intelligendos docet viros perfectos. Vndè linguæ angelorum, erunt itidem sermones hominū perfectorum. Nicolaus tamen exponens inibi eundem Pauli locum, tradit, in angelis esse quoddā naturale, quod est alijs notū, & quando angelus vult alteri loqui, istud naturale, quod habet alijs notum, ordinat & dirigit ad exponendum suum conceptum. Sed obsecro quale est hoc naturale? Nicolaus non expresit. Et rursum varios exponent angeli per locutionem conceptos suos: quid ergo vnum est tantum naturale signum, quo vtantur angeli ad immensam siluam suorum conceptuum exponēdam? Aut si tot sunt naturalia signa, quot sunt conceptus exponendi, vtique penè infinita habebunt naturalia signa à Deo indita: id quod angelicæ simplicati-

Non egent angeli distā tia certa ad loquēdum ex Thoma.

Capreolus non probatur.

Autoris cē sura ā Thomę sentētia

Bonauentura de loquela angelorū

Bonauentura dissentitur.

Voluntaria sunt obtecta ex natura sua.

Bruta nutibus sibi à Deo inditis suos exponunt affectus

Quales sint angelici nutus dissentitur.

Pauli locus exponitur.

Dissentitur Nicolaus.

ti de-

ti detrahere quis non videbit?

Decisio quę stionis. ¶ Iam verò vt tandem aperiam quid pusillitas afferat mea, de re hac dixerim vtique cum Ioanne Damasceno in libro. 2. de fide orthodoxa. cap. 3. Non lingua (inquit) & auditu indigẽt angeli, nã sine sermone voce prolato tradunt sibi suas intentiones. Et Augustinus libro. 12. super Genesin ad literam. cap. 17. Angeli cogitationes suas, ad nutum voluntatis, modo occultant, modò communicant, quibusdam obstaculis spiritualibus positis, vel remotis: sicut sensibiliter videmus circa corpora. Cæterũ si ad nutum voluntatis, seu pro libito angelico, angeli suas celant cogitationes, aut retegunt, quæ sint ista obstacula nescio, nisi sit localis distantia aut angeli voluntas se celans, de quibus iam suprà commemoratum est. Quamobrem hoc certum, & inconcussum habeo, angelos sibi inuicem loqui: quis autem est hic modus, quo suas alijs nudant cogitationes, me fugit.

Certum est angelos sibi inuicem loqui. Quanquam compertum habeo, angelos posse nudare suas cogitationes quibusdã, & non omnibus. Quia possunt dirigere, & intendere istis, & non alijs se patefacere, at modum, quo hæc celebrantur ab angelis, fateor me nescire. Quamuis illud apertius est, vt loquantur Deo, quia Deo loquuntur, suos in Deum dirigentes conceptus, vt homines etiam loquimur Deo. At verò apud nos, si vnus homo loquitur vni, alij qui sunt æquè proximi etiam audient, nisi surditate oppilatas habuerint aures. In angelis non item, imò possunt loqui vni, quem sermonem alijs angelis circunstantibus occultare valebunt, quia ad nutum suæ voluntatis, occultant, vel nudãt suos cogitatus: vt prædixit pridem Augustinus. Modus porrò quo loquũtur nobis in absoluto est, nam vel loquuntur voce in aere formata, aut in assumpto corpore, aut mouendo phantasmata, vt loquutus est Angelus Ioseph in somnis dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, &c. At verò forsitan quæret aliquis, angeli in Dei essentia vidẽt conceptus suos, quia omnia vidẽt in verbo clarè viso: quid ergo opus est locutione, siquidem nuda habent omnia in Dei essentia? Thomas in 1. parte. quæst. 107. artic. 1. respondens argumento tertio, tradidit angelos beatos nõ egere aliquo excitatiuo, vt suos cõceptus inuicẽ pandãt, quandoquidem in verbo vidẽt seipsos: & quidquid est in ipsis, & quidquid ad alios est ordinatum. At verò angeli secundũ propriã naturam indigent aliquo incitatiuo, vt alios excitẽt ad audiẽdum, quo gaudent angeli non beati vt dæmones, vndè forsan quispiam rapiet occasionem opinandi, angelos beatos non sibi inuicem loqui, siquidem nõ necesse habẽt suos alijs nudare cõceptus beatis, quandoquidem omnia illis sunt retecta in diuina quam vident, essentia. Porrò aũt si hoc veritate constat, nulla esset necessaria illuminatio, quam tradidimus suprà angelos superiores exercere erga inferiores. Imo, prsus cessarent actiones Hierarchicæ. Quæres prompta est. Nam si omnia vidẽtur in verbo à beatis angelis, nihil opus facto est, vt illuminentur inferiores à superioribus.

Angeli quo modo loquuntur Deo.

Angeli quo modo loquũtur nobis.

Matth. 2.

Beati non omnia sciũt in verbo. Ideò dicito, beatos angelos omnia videre in verbo, quæ ad beatitudinem spectant, at verò quædam sunt, quæ non vident in verbo, vt sunt multa gerenda circa nos, quæ Deꝰ suo dono reuelat supremis. Et vt per hos medij, & per hos infimi angeli illa discant. Et quantum ad hæc necessaria est locutio superiorum angelorum cum inferioribus, pandens diuina secreta. Quamuis (vt supra commonefaciebam) locutio differt ab illuminatione. Namque omnis illuminatio confortat, quia declaratio intelligibilium confortat intellectum ad intelligendum: & rursum illuminatio est de arcanis diuinis, quæ duo non necessariò habet locutio. Quippe istis duobus orbari potest, vt ex præscriptis liquidum est. Nam angeli sępè loquuntur non de rebus arcanis, sed de rebus alijs siue hominũ, siue naturalium rerum, &c.

Loquutio & illuminatio vtcunque differunt.

¶ Primo argumento dices, angelos sibi inuicem loqui, quomodò autem sibi inuicẽ loquantur rem abstrusam esse diximus.

Dubitatio annexa. ¶ Annexa est dubitatio exigua, num omnes homines assumendi sint in nouem ordines angelicos. Nam Dominus ait: In resurrectione neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut angeli Dei in cælo. Matthæi. 22. vnde videbitur omnes homines esse assumendos ad cælestes angelorum choros. At verò Dominus non hoc intendebat, omnes homines assumẽdos ad ęqualitatem angelorum. Nam pueri recèns baptizati discedentes, non discedunt ex tanto merito, quantum erat illis necessarium vt subuehantur ad ęqualitatẽ

tatem angelici præmij. Nam angelorum sanctorum merita etiamnum infimorum fuerunt præexcelsa merita, tum ex sublimitate naturæ, quæ quidquid conatur, vehementer conatur, ideò conata amorē Dei, vehementer est conata: tum etiam ex impetuosa tentatione, quam sustinuerunt sancti angeli à Lucifero & gregalibus suis. Quam quoque Dei adiuti præsidijs superauerunt. Porrò puerile meritum exiguū est, quippe nullo gaudent, nisi eo quòd sibi ex regeneratione baptismatis accesit. Quod si itidem dixeris eos, qui post vitæ lapsus plerosque, tandem, morte vrgente exiliter, at sufficienter conuertuntur ad Deum, & decedunt, non esse subuehēdos inter choros angelicos, hoc est ad paritatem præmij angelici, fortas[illegible] Quamuis iudicia Dei abyss[illegible] latronem illum, qui socius fu[illegible] crucis, & crucifixum Christu[illegible] esse iam iam vitam exhalans, est consecutus, non dubito ad paritatem cum sanctis angelis fuisse exceptum. At hic ex vehemētia sue cōtritionis illud obtinuit, vt omnes alij obtinebunt, qui sub mortē fortiter in Deum sese conuertunt. Neq; non de istis est sermo, sed de his qui exiliter, sufficiēter tamen tum temporis ad Deum conuertū tur. Quod verò Dominus apud Lucam docet homines esse futuros æquales angelis, non de omnibus hominibus beatis puto intelligendum, omnes relaturos æqualia præmia cum sanctis angelis. Quia ad manum sunt infantes mortui in Christo, qui non referent paria cum sanctis angelis. At intelligere oportet esse futuros æquales, quantum ad immortalitatem, quam possi debunt homines æqualem cum cęlestibus spiritibus, ideò non egebunt nuptijs, quæ restaurant humanam mortalitatem. Et de huiusmodi æqualitate intellige locum, vt ipse contextus te apertè docebit. An verò sit decimus chorus statuendus beatorū hominum, qui paria nō reportabunt prēmia cum beatis angelis, Magister distinct. 9. decimum futurum negat esse ordinem hominum: sed omnes homines assumēdos affirmat inter choros, & ordines angelicos. Id quod testimonio D. Gregorij homilia. 24. ad cap. 15. Lucę confirmat. At verò Lucas commemorat cap. 15. drachmas decem, ex quibus vna perdita, & inuenta decimū ordinem hominum videtur significare. Nam tametsi pleriq; præexcelsi meriti paria reportabunt cum angelis prēmia, veruntamen maxima pars hominum non in tantum meriti fastigium subuehitur, vt iam prædiximus. Et de pueris mortuis in Christo dubitare nequeo illos non esse assumēdos ad ordines angelorum. Quippe tantum per sanguinem Christi abluti in lauacro regeneratorio cælesti adipiscentur regna. Et Diuus Bonauentura in distinct. 9. recēsitis aliorum placitis, hoc selegit quod dixmus placitum tanquam probabilius, decimum ordinem esse statuendum in cælestibus habitaculis pro ijs tantum, qui ex hac excesserunt vita, cum exiguis meritis. Apud quē multa in dist. hac legere poteris [illegible] modo distinguendi Hierarchias: il[illegible]cto: nam indidem hauries.

Angelorū sanctorum excelsum fuit meritū ex duobus.

Beati non omniscisse in verbo.

Locus Lucæ exponitur.

Nuptiæ restaurant humanā mortalitatem.

Decimꝰ ordo hominū non magni meriti.

DISTINCT. vndecimæ, Disputatio prima.

¶ Num sancti angeli destinentur humanæ tutelæ.

Argum. 1.

ET videbitur fortasis alicui non esse hominibus necessaria angelica præsidia. Etenim Deꝰ, autore Iob. c. 7. custos est hominū: ergò nō egent alio custode.

Argum. 2.

¶ Secundo colliges idem, homines non egēt angelo custode: igitur angeli nō sunt custodes naturæ humanæ. Probatur antecedens: nam sat est hominibus Dei gratia, & liberum arbitrium, vt promereantur vitam beatam: igitur si hæc sufficiunt, superflua est angelorum custodia.

Argum. in diuersum.

¶ In diuersum est locus ille Matthæi. 18. Angeli eorum semper vidēt faciem patris mei. Quæ verba tractans Hieronymus in comment. eiusdem loci, ait magnam esse dignitatem animarum rationalium. Nam vnaquæque angelum in suam custodiam delegatum habet.

ti detrahere quis non videbit?

Decisio quæstionis. ¶ Iam verò vt tandem aperiam quid pusillitas afferat mea, de re hac dixerim vtique cum Ioanne Damasceno in libro. 2. de fide orthodoxa. cap. 3. Non lingua (inquit) & auditu indigēt angeli, nā sine sermone voce prolato tradunt sibi suas intentiones. Et August. libro. 12. super Genesin ad literam. cap. 17. Angeli cogitationes suas, ad nutum voluntatis, modò occultant, modò communicant, quibusdam obstaculis spiritualibus positis, vel remotis: sicut sensibiliter videmus circa corpora. Cæterū si ad nutum voluntatis, seu pro libito angelico, angeli suas celant cogitationes, aut retegunt, quæ sint ista obstacula nescio, nisi sit localis distantia aut ang[illegible] tas se celans, de quibus iam sup[illegible] moratum est. Quamobrem hoc [illegible] & inconcussum habeo, angelos [illegible] cem loqui: quis autem est hic mo[illegible] suas alijs nudant cogitationes, me fugit.

Certum est angelos sibi inuicem loqui. Quanquam compertum habeo, angelos posse nudare suas cogitationes quibusdā, & non omnibus. Quia possunt dirigere, & intendere istis, & non alijs se patefacere, at modum, quo hæc celebrantur ab angelis, fateor me nescire. Quamuis illud apertius est, vt loquantur Deo, quia Deo loquuntur, suos in Deum dirigentes conceptus, vt homines etiam loquimur Deo. At verò apud nos, si vnus homo loquitur vni, alij qui sunt æquè proximi etiam audient, nisi surditate oppilatas habuerint aures. In angelis non item, imò possunt loqui vni, quem sermonem alijs angelis circunstantibus occultare valebunt, quia ad nutum suæ voluntatis, occultant, vel nudāt suos cogitatus: vt prædixit pridem Augustinus. Modus porrò quo loquūtur nobis in absoluto est, nam vel loquuntur voce in aere formata, aut in assumpto corpore, aut mouendo phantasmata, vt loquutus est Angelus Ioseph in somnis dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, &c. At verò forsitan quæret aliquis, angeli in Dei essentia vidēt conceptus suos, quia omnia vidēt in verbo clarè viso: quid ergo opus est locutione, siquidem nuda habent omnia in Dei essentia? Thomas in 1. parte. quæst. 107. artic. 1. respondens argumento tertio, tradidit angelos beatos nō egere aliquo excitatiuo, vt suos cōceptus inuicē pandāt, quandoquidem in verbo vidēt seipsos: & quidquid est in ipsis, & quidquid ad alios est ordinatum. At verò angeli secundū propriā naturam indigent aliquo incitatiuo, vt alios excitēt ad audiēdum, quo gaudent angeli non beati vt dæmones, vndè forsan quispiam rapiet occasionem opinandi, angelos beatos non sibi inuicem loqui, siquidem nō necesse habēt suos alijs nudare cōceptus beatis, quandoquidem omnia illis sunt retecta in diuina quam vident, essentia. Porrò aūt si hoc veritate constat, nulla esset necessaria illuminatio, quam tradidimus suprà angelos superiores exercere erga inferiores. Imo, pr[illegible] sus cessarent actiones Hierarchicæ. Quæ res prompta est. Nam si omnia vidētur in [illegible] s angelis, nihil opus facto est, [illegible] tur inferiores à superioribus.

Beati in omnisciē in verbo. [illegible] beatos angelos omnia videre [illegible] æ ad beatitudinem spectant, at [illegible] quædam sunt, quæ non vident in verbo, vt sunt multa gerenda circa nos, quæ Deus suo dono reuelat supremis. Et vt per hos medij, & per hos infimi angeli illa discant. Et quantum ad hæc necessaria est locutio superiorum angelorum cum inferioribus, pandens diuina secreta. Quamuis (vt supra commonefaciebam) locutio differt ab illuminatione. Namque omnis illuminatio confortat, quia declaratio intelligibilium confortat intellectum ad intelligendum: & rursum illuminatio est de arcanis diuinis, quæ duo non necessariò habet locutio. Quippe istis duobus orbari potest, vt ex præscriptis liquidum est. Nam angeli sæpè loquuntur non de rebus arcanis, sed de rebus alijs siue hominū, siue naturalium rerum, &c.

Loquutio & illuminatio vt differant.

¶ Primo argumento dices, angelos sibi inuicem loqui, quomodò autem sibi inuicē loquantur rem abstrusam esse diximus.

Dubitatio annexa. ¶ Annexa est dubitatio exigua, num omnes homines assumendi sint in nouem ordines angelicos. Nam Dominus ait: In resurrectione neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut angeli Dei in cælo. Matthæi. 22. vnde videbitur omnes homines esse assumendos ad cælestes angelorum choros. At verò Dominus non hoc intendebat, omnes homines assumēdos ad æqualitatem angelorum. Nam pueri recèns baptizāti discedentes, non discedunt ex tanto merito, quantum erat illis necessarium vt subuehantur ad æqualitatē

Angeli quo modo loquuntur Deo.

Angeli quo modo loquūtur nobis.

Matth. 2.

tatem angelici præmij. Nam angelorum sanctorum merita etiamnum infimorum fuerunt præexcelsa merita, tum ex sublimitate naturæ, quæ quidquid conatur, vehementer conatur, ideò conata amorē Dei, vehementer est conata: tum etiam ex impetuosa tentatione, quam sustinuerunt sancti angeli à Lucifero & gregalibus suis. Quam quoque Dei adiuti præsidijs superauerunt. Porrò puerile meritum exiguū est, quippe nullo gaudent, nisi eo quòd sibi ex regeneratione baptismatis accesit. Quod si itidem dixeris eos, qui post vitæ lapsus plerosque, tandem, morte vrgente exiliter, at sufficienter conuertuntur ad Deum, & decedunt, non esse subuehēdos inter choros angelicos, hoc est ad paritatem præmij angelici, fortasis nō inepties. Quamuis iudicia Dei abyssus multa. Quia latronem illum, qui socius fuit Dominicæ crucis, & crucifixum Christum, Dominum esse iam iam vitam exhalans, est confessus, non dubito ad paritatem cum sanctis angelis fuisse exceptum. At hic ex vehemētia sue cōtritionis illud obtinuit, vt omnes alij obtinebunt, qui sub mortē fortiter in Deum sese conuertunt. Neq; non de istis est sermo, sed de his qui exiliter, sufficiēter tamen tum temporis ad Deum conuertū tur. Quod verò Dominus apud Lucam docet homines esse futuros æquales angelis, non de omnibus hominibus beatis puto intelligendum, omnes relaturos æqualia præmia cum sanctis angelis. Quia ad manum sunt infantes mortui in Christo, qui non referent paria cum sanctis angelis. At intelligere oportet esse futuros æquales, quantum ad immortalitatem, quam possi debunt homines æqualem cum cęlestibus spiritibus, ideò non egebunt nuptijs, quæ restaurant humanam mortalitatem. Et de huiusmodi æqualitate intellige locum, vt ipse contextus te apertè docebit. An verò sit decimus chorus statuendus beatorū hominum, qui paria nō reportabunt prēmia cum beatis angelis, Magister distinct. 9. decimum futurum negat esse ordinem hominum: sed omnes homines assumēdos affirmat inter choros, & ordines angelicos. Id quod testimonio D. Gregorij homilia. 24. ad cap. 15. Lucę confirmat. At verò Lucas commemorat cap. 15. drachmas decem, ex quibus vna perdita, & inuenta decimū ordinem hominum videtur significare. Nam tametsi pleriq; præexcelsi meriti paria reportabunt cum angelis prēmia, veruntamen maxima pars hominum non in tantum meriti fastigium subuehitur, vt iam prædiximus. Et de pueris mortuis in Christo dubitare nequeo illos non esse assumēdos ad ordines angelorum. Quippe tantum per sanguinem Christi abluti in lauacro regeneratorio cælesti adipiscentur regna. Et Diuus Bonauentura in distinct. 9. recēsitis aliorum placitis, hoc selegit quod dixmus placitum tanquam probabilius, decimum ordinem esse statuendum in cælestibus habitaculis pro ijs tantum, qui ex hac excesserunt vita, cum exiguis meritis. Apud quē multa in dist. hac legere poteris de modo distinguendi Hierarchias: illò te mitto: nam indidem hauries.

Angelorū sanctorum excelsum fuit meritū ex duobus.

Decimꝰ ordo hominū non magni meriti.

DISTINCT. vndecimæ, Disputatio prima.

¶ Num sancti angeli destinentur humanæ tutelæ.

Beati in omnibus in verbo.

Loquutio & diuisio tionis differentia.

Locus Lucæ exponitur.

Nuptiæ restaurant humanā mortalitatem.

Dubitatio annexa.

ET videbitur fortasis alicui non esse hominibus necessaria angelica præsidia. Etenim Deꝰ, autore Iob. c. 7. custos est hominū: ergò nō egent alio custode. Argum. 1.

¶ Secundo colliges idem, homines non egēt angelo custode: igitur angeli nō sunt custodes naturæ humanæ. Probatur antecedens: nam sat est hominibus Dei gratia, & liberum arbitrium, vt promereantur vitam beatam: igitur si hæc sufficiunt, superflua est angelorum custodia. Argum. 2.

¶ In diuersum est locus ille Matthæi. 18. Angeli eorum semper vidēt faciem patris mei. Quæ verba tractans Hieronymus in comment. eiusdem loci, ait magnam esse dignitatem animarum rationalium. Nam vnaquæque angelum in suam custodiam delegatum habet. Argum. in diuersum.

¶ Disputatio hæc certam & fixam habet responsionem, angelos esse à Deo delegatos hominibus in custodiam. Est namque fidei hoc decretum: cui contraueniens hæresim amat. Hanc conclusionem probat locus indicatus Matthæi. 18. quamuis Caietanus eundem locum agens conclusioni suadendæ, existimat non conuincere. Etenim angelus, est idem quod nuncius: quare, angeli eorum, interpretatur ipse, nuncij eorum semper vidēt faciem patris mei. Itaque angelos secundum commentum Caietani, esse nuncios precum nostrarum probat ex hoc loco, non tamen, quod singuli angeli sint singulis hominibus præpositi. At vero Chrysostomus, & cæteri patres ex hoc loco existimant probatam singulorum fidelium à singulis angelis custodiā. Et re vera angelus in scripturis nō semper est nomen officij, sed sæpe est nomen naturæ, vt suprà ex Dionysio ostensum est. At sunt plura testimonia sacra, quæ idem probant, angelos delegari ad humana præsidia. In Ecclesiaste legimus: Ne dicas corā angelo, non est prouidētia: qui locus ostendit angelos esse hominum custodes. Et in Ecclesiastico legimus etiam cap. 17. Invnā quanque gentem præposuit rectorem. Id quod glossa de angelis intellectum voluit. Nam angeli præsunt gentibus, & prouincijs: vnde Danielis. 10. traditur: Princeps Persarū restitit mihi: & per principem, angelum inibi, cui credita erat Persis, Hieronymus intellexit. Et inde Paulum dicentē, sapientiam loqui non huius seculi, neq; principum huius seculi, qui destruūtur, intellexit Hieronymus ad angelos malos esse referendum. Obserua autem locum Danielis prædictum varias habere expositiones. Quidam enim ad principem malū referūt. Itaque Daniel precabatur dominū vt solueret diuturnam ex Babylone captiuitatem, quæ presserat filios Israel, & angelus quidam, qui Danieli apparuit lineis indutus vestibus, preces Danielis Deo obnixè porrigebat. Expostulat autem hic angelus cum principe Persarum, quippe illi repugnabat. At verò Michael angelus delegatur à Deo in adiutorium Danielis, & vt angelus alter qui Danieli suffragabatur obtineret quod cupiebat. Iam vero si princeps Persarum diabolum denotat, eò sanè resistebat Danieli precanti, & angelo sancto iuuanti, quo Iudei ex malo exēplo infidelium Persidem incolentium corrumpebantur. Ideoque hoc Persarū princeps iniquus amās animas perdere fidelīū Iudæorum, obluctabatur precibus Danielis. Erat verò obluctatio hęc & repugnantia, quia ad pessimos mores, & corruptissimos incēdebat Iudęos: vnde fieret vt indigni essent qui soluerentur à captiuitate. At verò Gregorius. 18. Moraliūm suorū non ita intellectum voluit locum, vt Hieronymus insinuat intelligendum, cuius placitum indicatū est: imò per principem Persarum, sanctū angelum intellexit, qui principatum Persidis obtinebat. At hic resistebat angelo, & Danieli, non ex cōtentione, sed vtilitatem Persarū cupiens. Persę enim ex fidelīū cōuersatione Iudęorū, lucrabātur Deo. Ideò angelus hīc desiderabat Iudæorū moram in Perside. Et hāc moram precabatur Deū ex cuius precibus credebat Daniel captiuitatem non soluendam pro votis suis, donec Michael angelus, qui tū erat princeps Synagogæ, vt modò totius creditur ecclesiæ principatū gerere, iuuit Danielem etiā idē precatus coram Deo, quod Daniel precabatur. Et quanquā cum Gregorio locum interpretemur, nullā crede fuisse discordiā inter sanctos angelos. Namq; hos latebat Dei volūtas, si tum scilicet erat soluēda captiuitas Iudaica an non, & donec nō constitisset illis vtrum esset Deo placitum, aut quod soluerentur Iudęi tum, aut quod retinerentur, diuersa precabantur. Non ergo omnia nota sunt sanctis angelis in diuina essentia, vt hic locus satis ostendit, si illum exposueris Gregoriana expositione, vt etiā suprà cōmemoratum est. Cæterū de expositione huius loci satis. Quia vtraq; expositio plausibilis videtur. Est igitur locus alter custodiam probās angelicā, Esaię. 62. Posui, ait, supra muros tuos custodes. Et glossa per, custodes, tam apostolos, quàm angelos intellexit. Et prętер hęc locus ille psalmidici idē probat: Angelis, inquit, suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Quem locū sub hęc enodabimus. Porrò aūt hæsitabit, & non incōmodè, aliquis, nū ex fidei prescriptō tenēdū est singulis hominibus ita fidelibus, vt infidelibus, esse singulos angelos deputatos ad tutelā. Quod dubium Magister Sentent. in dist. hac mouit. Et quanquā non fixam expromat sententiam, illi videtur magis placuisse, multis hominibus vnum angelum

Fidei decretum angelos tutelares esse decernens.

Loci sacri custodiam angelicam suadentes.

Danielis locus exponitur.

Inter angelos nulla est discordia.

Beatis angelis in Dei essentia non sunt omnia nota.

Num singulis hominibus singuli angeli designētur ad tutelam

gelum deputatum in tutelam, quàm quod singulis sint angeli singuli ascripti ad præsidium. Nam tametsi vnus solus præsit multis, ille nihilominus est angelus singulorum, vt prælatus, vel episcopus qui præest episcopatui, appellatur proprius sacerdos, aut Episcopus singulorum. Et sub hac ratione fortassis intelliget dicta Sanctorum, vt Beati Hieronymi interpretabitur sermonem dicentis, esse magnam dignitatem animarum rationalium, &c. vt supra fuit indicatum. Et ego Magistri placitum si amarem in patrocinium eius indicarem Chrysostomum homilia. 3. ad epistolam ad Colossenses, tradentem ante Christi natalia multis gentibus vnum esse angelum designatum in custodem, exceptis personis quibusdam celebribus, vt fuit Iacob, Isaac, &c. qui ob celebritatem, & personę dignitatem hoc priuilegio fruebantur, vt vnus vno angelo potiretur. Et colligit hoc, indicans locum Genes. 48. Angelus, inquit, qui pascit me ab adolescentia mea, vsque in præsentem diem. Vnde probat Iacob vnum habuisse angelum. Cæterum hunc locum citat Chrysostomus iuxta Septuaginta versionem. Nam veritas Hebraica, non angelum, sed Deũ legit. At verò sub Christo, iam singulis hominibus exhibentur singuli angeli in tutelam. Et indicat locum Matthæi, vt probet hoc quod, dixerat. Nam Dominus ait: Nolite contemnere vnum ex pusillis istis, nam angeli eorum vident faciem patris mei, qui in cælis est. Et obseruabis Chrysostomum intellexisse locum de fidelibus non de infidelibus. Itaque singulum hominum singulo potiri angelo ad tutelam, priuilegium voluit esse fidelium, non infidelium. Et iuuat satis Chrysostomi intelligentiam ipse literæ contextus. Nam Dominus de pusillis inibi sermonem habet, qui credunt in Christum, & non de omnibus sermonem faciebat, nisi de fidelibus, quos admonet Dominus non esse contemnendos, tametsi paruuli, & contemptibiles videantur, siquidem habent angelos sanctos, & beatissimos spiritus in custodes. Quod si tanti fiunt à Deo, vt in eorum præsidium excelsos, & beatos deleget spiritus, vtique sunt magni pendendi. Et Diuus Basilius in eandem cedit sententiam. Enarrans enim verba psalmi. 33. Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum: docet vnicuique credentium donatum esse angelum ad præsidium. Nam psalmus hoc commemorat dicens immittendum aut interserendum esse angelum in circuitu non omnium, sed timentium Deum: at infideles non sunt ex numero timentium Deum. Et in libro contra Eunomium tertio idem Basilius inculcat, singulis fidelium tradẽs præstitum esse à Deo angelum, qui sit illis pædagogus, & pastor. At de infidelibus nihil meminit. Addit præterea Basilius angelica nos destitui custodia si grauissima peccata admittamus: vt apes diffugiunt fumum, stercoraque columbæ. Quod si fideles orbantur præsidio angelico ex maximis peccatis admissis, infideles multò fortiùs, quia nunquam non infidelitate premuntur, nunquam illo gaudebunt, vt Basilij commemorata verba præseferunt. Quamobrem certum esse credo fideles singulos, singulis custodibus angelis gaudere. Vnde in Actis apostolicis capite. 12. Petro missum fuisse angelum, qui carceris vincula solueret legimus. Et post hæc veniens Petrus ad domum Mariæ matris Ioannis, qui intra domum erant, non credentes puellæ affirmanti, Petrum adesse in ianuis, dixerunt angelum eius esse. Et in Ecclesiastico capite. 33. traditur Deum fecisse vnum contra vnum, & duo contra duo, & bonum contra malum, &c. Si ergo dęmon vnus vexat fidelem vnum, competens est diuinæ sapientiæ vt contra singulum dęmonem, singulum quoque angelum sanctum distribuat: vt quantum malignitas diaboli suaserit, angelica veritas dissuadeat: & quantum ille ad malum prouocat, tantum iste ad bonum incitet. Et Diuus Dionysius libro de cælesti Hierarchia capite septimo, ordinem commemorat esse diuinæ sapientiæ suprema dispensare per media, & infima per media. At medij sunt angeli inter Deum, & homines, qui infimi sunt rationalium, quare mysteria gratiæ, & salutis sacramenta Deus dispensauit per angelos. Namque Gabriel nuncius fuit æternæ salutis nobis tum donandæ, quando missus est ad Mariam virginem. Et simul atque natus est Dominus, & introductus est Dei filius in orbem terrarum hu-

Chrysostomus de custodia angelica.

Varia versio loci sacri.

Inter angelos nulla discordia.

Beatis angelis in Deiscientia non sunt omnia nota.

Locus Matthæi expéditur.

Num singulis hominibus singuli angeli designétur ad tutelam

Basilius de angelico præsidio.

Vnusquisque fidelis suo custode potitur angelo.

mana indutus infirmitate, angeli melodis vocibus natiuitatem noui infantis pastoribus nunciant, &c. Pleraq; multa sunt sparsa in scripturis, quæ cum istis faciunt, quæ Dionysius vberi sermone prosequitur. Quapropter negocium æternæ salutis ab hominibus conquirendæ, etiam mandatũ est angelis, vt illud strenuè curẽt ab hominibus consequendum. Est autem scopus hic præcipuus angelicæ custodiæ, nos promouere ad vitam æternam. Quia quamuis corpora nostra custodiant, ne infelicibus subdantur casibus, & inopinatis non premantur angustijs, at verò nõ hic est scopus angelicæ tutelæ, sed nos ducere ad vitam, quam speramus, æternam. Ideoque fidelũ precipua est cura angelis. Id quod Paulus non obscurè docet, dicens: Omnes esse administratorios spiritus, missos ꝓpter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Expende locum, & mihi fidem habebis. Namque solum fideles sunt, qui hereditatem capiunt salutis: & Paulus docet, spiritus administratorios esse Dei angelos, propter hos. Cæterum non orbantur infideles angelicis præsidijs. Nam angelica hæc custodia illis cedit ad maximam vtilitatem, ne labantur in multo peiora peccata, quàm labuntur. Et quanquam ex vitio infidelitatis nõ promoueantur ad æterna bona, verum ex angelico præsidio à maioribus malis retrahuntur: & aliqua bona perficiunt, quæ non perficerent, nisi ex angelica suggestione. Quid? quòd nonnulli infidelium non nunquam ad Christi fidem conuertuntur angelis sanctis suadentibus, & Deo cooperante? Et demum, sicut habent vexantes cacodęmonas, habent quoque defendentes calodęmonas, hoc est sanctos angelos. An tamen quilibet infidelis suo gaudeat angelo custode? Crediderim partem affirmatiuam veram esse. Et quòd quiuis infidelium suum quoq; aduersarium, malum angelũ, ideò et suũ patronũ, habet sanctũ angelum. Quanquam (vt dicebam) præcipua cura angelorum circa fideles impenditur. Et propter hanc causam sancti commemorati Doctores fidelibus aptant custodiam angelorum. Non quia ducebant infideles angelico orbari præsidio. Imo Basilius libro. 3. contra Eunomium prouincias ab angelis custodiri docet, indicans locum illum Deuteron. 32. Quando diuidebat Altissimus gentes, quando sepa-

Scopus angelicæ custodiæ.

Infideles habent angelicæ præsidia

Cacodęmõ & calodæmon.

Chrysostomus & Basilius exponuntur.

rabat filios Adam, iuxta numerum angelorum Dei. Hoc namque modo ipse legit iuxta Septuaginta interpretes. Et Magister ita legit. Ergo cum prouinciæ & vrbes possideant infideles pleraſque multas, consequitur etiam infideles, præsidiarios habere angelos. Itidem Gregorius Nazianzenus idem fatetur in oratione habita ad centum, & quinquaginta episcopos, angelos præsidiarios esse vrbium. Vt in oratione in sanctum baptisinum testatur angelos esse adiutores nostros. Et quod scias amplius, est, angelicam custodiam esse de perfectione naturę humanę. Quia hominis natura est angelica inferior, propterea ad sapientiam diuinam hoc attinebat, præsidium naturæ humanæ collocare in natura angelica. Nam sicut cælestia corpora gubernant elementa, & mista, ita cælestes angelos gubernare humanos spiritus, ordo est diuinæ bonitatis, & sapientiæ. Quamobrem siue fideles, siue infideles homines tantisper dum hic agitur degendo mortalem vitam, præsidio angelico non fraudantur. Quamobrem primis parentibus, hoc est, Adam, & Eua hoc potiti sunt præsidio angelico, quia quanquam perfectissimos credamus illos à Deo conditos, cæterum labi poterant, & à diabolo inuadi, vt inuasit illos diabolus & tandem lapsi sunt. At angelica illis præstita custodia, si non profecit illis ne laberentur, profecit vt à lapsu erigerentur. Nam angelus custodit, seruato iure liberi arbitrij: propterea ąque etiamsi angelus custodiat, at verò custoditi labuntur sæpè. Datus ergo illis est præsidiarius angelus, quia istud attinet ad naturæ humanę dignitatem, vt dirigatur ab angelis. Quamuis hæsitabit aliquis, num, si perstitissent protoplasti in innocentia, angelos præsidiarios haberẽt tũ homines, quia videtur, non egere pædagogo & pastore angelico tum homines, siquidem labi nõ poterant, neque lapsu mẽtis, neque corporis. Quia fuissent & impeccabiles, & immortales. At verò angelica præsidia cò traduntur, quo preſeruent à malo homines, & in bonum inducant. At verò quia homines tũ poterãt in melius ꝓficere, ad maiꝰ emolumentũ naturę humanę & ad maiorẽ eruditionẽ prouehi, atq; ꝓfectũ, illis adfuerũt angelica patrocinia. Non vt eruerentur à malo, sed vt magis ꝓficerẽt in bono. Beati verò

Lege Origenem homilia. 5. ad Matth. 18. vbi rem hãc dubius vertat.

Præsidium humanæ naturæ collocatum fuit ab angelis post Deum.

Adam & posteri, etiam si seruarent innocentiã habuissent angelica patrocinia.

verò qui neque obnoxij sunt detrimento alicui, neq; ꝓficere possunt in bono, quia consummatum habent omnium bonorū cumulum, ideo tum cessabit in cælestibus regnis angelica custodia. Et item qui æterna experiuntur supplicia, hoc angelico solatio priuabuntur, quippe neque ad bonū prouehi possunt, neque à malo erui, quod patiuntur. Custodia igitur angelica illi tūtum donantur, qui cum viatores sint, & malis sint obnoxij, & corporis & animi in bonum prouehi possunt sempiternum. Quapropter nullus viatorum quātūlibet illum fingas prefractæ mentis, & induratissimi animi, non fraudatur angelico gubernaculo, quia dum viuitur de nullius salute desperandum est. Ideoque quia nullius viatoris conclamata est salus, neque deficitur angelico viator gubernaculo, etiam si Antichristum in mediū proferas, non deseretur ab angelica præsidētia, vt habeat nempe quidquid sibi necessarium est, vt declinet à malo, & faciat bonum. Quòd si nullus destituitur diuina vocatione, & diuino adiutorio incitante, & iuuante, & exhortante ad salutem, cur angelico destituetur adiutorio? neutiquam. Quod verò Basilius tradebat ex grauissimis peccatis hominem destitui angelico adiutorio, tu intellige rectè in hūc sensum, si homo sit obstinatissimus in delictis suis, & perditissimæ, & negligentissimæ vitæ, hunc angelus custos non ita solicitè curat, vt alios, qui angelicis parent monitis. Quia igitur istis non sedulā exhibent operam angeli, quia contemptores sunt peruicacissimi angelicarum exhortationum, ideò dixit Basilius, hos homines ab angelica destitui custodia. Cęterum nunquam prorsus destituuntur, tātisper dum spiritus vitæ comes fuerit. Aliās conquererentur de diuina iustitia, quod sibi necessario adiutorio essent destituti.

Beati homines non egent angelica custodia neque damnati illa potiuntur.

Viatores omnes fruūtur angelicis gubernaculis.

¶ Infantes autem, qui ex ergastulis maternorum vterorum nondum in hanc se prò diderunt lucem, si proprijs fruuntur angelis, vertitur in dubium. Res latens est: quia satis illis videtur si angelo materno custodiātur, quia nōdum in has nostras se dederunt auras, ideò tanquā aliquid matris recēsentur. Vnus autē est Christus Dominus, qui apud homines agēs, non habuit custodem angelum. Etenim ipse beatus erat & viator, & secundū quòd comprehensor erat, angelo non egebat custode, at quatenus viator etiam non egebat angelo custode. Nam ipse est caput angelorum, ad Colossenses secundo, & custodia est vel ad arcendum mala, aut ad ꝓmotionē in bonū. At Christus malis animi subiacere nō poterat, quippe qui impeccabilis erat, & mala corporis ipse spontane⁹ subibat, & De⁹ erat omnipotens vt illa à se depelleret, quando voluisset. Et maiorem scientiam habebat ad euitandum omnia corporis mala, & maiorem potentiam, quàm angeli omnes, quapropter custodes, seu tutelares angelos non habuit. Et demum angelorum dominus non est vt temporalis Dominus, qui seruis custodibus eget. Imò potius angeli Christi egent gubernaculis. Quare angeli illum adorant vt Dominum, cui non possunt præesse, sed necessariò debent subesse: ideo accesserunt angeli aliquando, quando inediam in deserto ferebat, & ministrauerunt ei. Et quanquam ex mortalitate paulò minor sit angelis, nihilominus Christi mortalitas non egebat angelica defensa, quia sat illi erat diuinitas, cui coniuncta hypostaticè erat. Vndè insinuans se non egere angelica custodia, ait: An non putas quia possum rogare patrem, & ipse exhibebit plusquam duodecim legiones angelorum? Lege Thomam quæst. 113. primæ partis. artic. 4. & Bonauenturam dist. hac. Porrò obijcies fortasis illud Psalmi: Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis: id quod de Christo exponitur Matthæi. capite. 4. Et suffragatur huic loco alter Lucæ. 22. Descendit enim angelus, & confortabat Dominum Iesum: id quod pertinere videtur ad custodem angelum. Huic secundo respondebis primò, quàm priori, si obseruaueris Dionysium libro de cælesti Hierarchia capite. 4. tradidisse, vniuersa quæ dispensantur à Deo erga homines, dispēsata fuisse per angelos. Lucæ. 2. Actorum. 7. ad Galatas. 3. patent loca probantia hoc. Ideò angelus descendit confortaturus Dominum: at hæc confortatio nō fuit interior, addens vires Christo, vt qui confortatur ex cibo, sed solum exterior, vt qui aliū laudat, illum vtcumque confortat. Lege Hieronymum libro. 2. dialogorū contra Pelagiū de cōfortatione hac.

Christus nō habuit angelum custodiū quatenus homo.

Christus cõfortatur exteri⁹ ab angelo, & tentatur etiam exterius à Satana.

Ad primum verò obiectum locum quem ex Matthæo. cap. 4. protulimus paulo antè, respondebit tibi Augustinus enarrans psalm. 90. diabolum malè intellexisse, vel aptasse locũ psalmi capiti, ratione sui, quod illi non aptatur nisi ratione membrorum. Christus igitur non habuit custodem angelũ. Objicies etiamnum contra prescripta illud Hieremię. c. 51. Curauimus Babylonẽ, & non est sanata: relinquamus eã: igitur angeli deserunt suos clientulos ex eorũ obstinatione. At verò Hieronymus in glossa locum rectè intellexit, esse intelligẽdum sublatum esse angelicum præsidiũ à Babylone tãtisper, dũ patuit hostibus subuertentibus eam. Quantum ad hoc igitur relicta est Babylon, non tamẽ quòd Babylonij fuerint simpliciter destituti à suis angelis tutelaribus. Insistes etiamnũ si angelica custodia est ad humanã perfectionẽ spectans, Christus qui fuit homo perfectissimus, illa quoq; fuit potitus. At si custodia angelica humanę est dignitatis, ministeriũ angelicum maioris est celsitudinis, quod concedimus Christo.

Angeli deserũt suos clientulos quo ad aliquid non tamen omnino.

¶ Vertũt in dubium, num cõfirmatis hoc sit etiam tribuendum angelicum præsidiũ? Siquidem peccare nequeũt, saltem criminaliter, & beatissima deipara neq; venialiter. Quorsum ergò illi tribuenda angelica custodia? Porrò obseruãdum est, cõfirmatos in Dei gratia impeccabiles esse, non ab intrinseco, vt beati, qui ex clara Dei visione peccare nequeũt, at non possunt peccare cõfirmati ab extrinseco, quia omnia incitantia ad peccatũ ab illis submouẽtur, & omnia quę amorem Dei suadent, & ad illũ mulcent, habẽdum, illis donantur. Ideoq; angelica custodia est necessaria, vt hæc cõfirmati obtineant. Quid? quòd etiamsi alia desiderentur, satis est, cõfirmatos posse, pficere ad maioris charitatis augmenta? quare vt hæc incrementa habeant, necessaria illis sunt angelica præsidia. At verò est locus vnus apud Esaiam. cap. 5. qui dissertis videtur obsistere: Auferã, ait, sepẽ eius, &c. Id quod ad custodiam angelicam referunt interpretes. Igitur præsidijs angelicis viatores orbari possunt, item stulti perpetua amentia superfluã haberent angelicam custodiam. Sed primo dicito synagogam Iudæorum orbatam esse angelico Michaelis præsidio, qui illis prærat, Danielis. 10. iam verò illis nõ præest, illorũ peruicacia illud exigẽte. Quia iã nõ sunt Dei pop⁹ Iudęi, sed synagoga Satanæ. Ideo ait Esaias: Auferam sepem eius, & erit in direptionẽ. At quilibet Iudęorum per se angelico gaudet præsidio. Secundo dicito, amentes perpetuos eisdem præsidijs gaudere, saltem vt liberentur à corporis malis.

¶ Porrò autem vt nihil sit, quòd desideres in disputatione hac, est quidã locus in Ioã ne qui videtur nõnihil pugnare cum angelica custodia. Non necesse, inquit, habetis, vt aliquis doceat vos: vnctio ei⁹ docet vos de omnibus. Quòd si fidelibus est vnctio sancti spiritus docens, & erudiens de faciũ dis, quid opus est angelicum habere magisterium? Cui accedat locus alter Matthęi. 16. Tu, ait, es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam, & portę inferi non præualebũt aduersus eam. Si ergo ecclesia Iesu Christi fundata est supra firmã petram, & cateruę infernalium spirituum nõ possunt illã obruere ex domini verbo, quid necesse est quòd custodiatur ab angelis? Cęterum scito propter confidẽtiam primi loci hęreticos huius qui subsannasse Doctores ecclesiæ, & ecclesiæ œcumenica risisse concilia. Quia sibi fidentes in vnctione spiritus sancti, quã Ioãnes cõmemorat, cætera spernunt, alioqui immemores Paulũ dixisse ad Ephesios. c. 4. Deũ dedisse ecclesię suę pastores, & Doctores ad cõsummationẽ sanctorũ. Idemq; cõmemorat. 1. ad Timoth. 3. Vngit ergo spiritus sanctus suos fideles, verũ ex doctrina Doctorũ ecclesię, & ex suis sacramentis. Nam episcopi sunt quibus incũbit illuminare, purgare, & perficere fideles, autor est Dionysi⁹ lib. de cęlesti Hierarchia. At verò angeli sunt Doctores & ductores hominũ inuisibiles. Vt ergo visibiles doctores sunt per quos De⁹ inungit suos fideles, ita inuisibiles isti doctores sunt, per quos idẽ præstat Deus. Ad secundum locũ respõdebis, Ecclesiã Iesu Christi fundatam esse supra firmissimã petram, at verò est illi custodia angelica vt Christi impleatur verbũ, pollicens ab aduersarijs non esse eandẽ deijciẽdã. Namq; per angelos suos illi ꝓuidet prędia necessariavt semper triũphet in Christo. Et quia ecclesia vexatur ab hostibus visibilibus, & inuisibilibus, ideò illi prouidetur de custodia visibili, quę est per pastores, & Doctores ecclesię, & per seculi principes, & de custodia inuisibili, quę est ꝑ sanctos angelos.

Lege Albertum Magnũ libro de quatuor coęuisq; 8. quæ tãgẽt hanc rẽ sat.

Hęreticis strictæ ligatam habẽt cõfidentiã.

Ecclesia habet custodiã visibilẽ & inuisibilẽ

¶ Ad ar-

Ad primũ argument.

¶ Ad argumẽta in principio obiecta respõdere supereſt. Primo dicito, Deum eſſe cuſtodem vniuerſalem vniuerſorum, cuius ablato præſidio vniuerſa collaberetur protinus. At verò voluit eſſe angelos particulares hominũ cuſtodes, vt ſuã generalem cuſtodiam in executionem deducerent. Quemadmodum ipſe eſt cauſa vniuerſalis; & inſtituit nihilominus cauſas particulares, quia infimas moderatur per medias, & has, per cauſas ſupremas, vt ſuprà prædictum eſt. Quare cùm ſint homines infimæ notæ in gradu ſubſtãtiarũ intellectiliũ hos regit per angelos ſuos, vt etiã angelos ſuos inferiores per ſuperiores illuſtrat, &c.

Lege Albertum Magnũ libro de quatuor coæquæuis, quæ. 8. quæ nõ réhancre ſat.

Ad ſecundũ argum.

¶ Secundo argumento dicito, quãuis gratia Dei, & liberum arbitrium, ſint ſat promerendæ vitæ æternæ, cæterum angelica præſidia parant mentes noſtras, & illas adornant, vt ſe faciles præbeant gratiæ Dei ſuſcipiendæ. Nam incitant nos ſanctis exhortationibus, vt præparemus corda noſtra Deo, & poſt partam Dei gratiam, docent inuiſibili ſuggeſtione, vt immobiles ſimus in itinere ſancto cæpto. Iſtis adde, angelos tutelares aliquando ſuos clientulos orbare ſua præſentia: at verò affectu cuſtodiæ nũquam orbant. Quia volantes aliquãdo in cælum, corroboratos illos dimittunt, donec à cælo deſcendant, quanquam modica eſt abſentia. At verò in terris agẽtes angeli, Deum clare vident, quia Deus vbique eſt.

Hæretici ſtrictæ inem habẽt cõfidentiã.

DISTINCT. duodecimæ, Diſputatio prima.

¶ Num Deus creauerit rerũ vniuerſitatẽ ſimul, an ſucceſsiuè.

Argument.

ET videbitur alicui fortaſsis vniuerſa in temporis momento condita fuiſſe. Namq; agẽs infinitæ poteſtatis, agit in inſtãti, at Deus eſt huiuſmodi, ergo. &c.

Ecclesia habet cuſtodiã viſibilẽ & inuiſibilẽ

Antecedens patet, quia mora actionis ideò adeſt, quia agens habet repugnantiam ex paſſo, quam ſenſim agens vincens morosè agit, at infinitæ poteſtati nihil poteſt repugnare, igitur ſi non habet repugnantiã, nunquam pertinetur, quin in puncto habeat ſuã actionem Deus.

¶ Secundo illud colligi videtur ex loco Eccleſiaſtici. 18. Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul. Cũ quo etiam facit locus alter Geneſeos. capite. 2. Iſtæ ſunt generationes cæli, & terræ, in die in quo creauit Deus. Igitur ſimul in die vno cæli, & terra ſunt formata. Ad hæc Iob. 40. Behemoth, quem feci tecum. Igitur beſtiæ ſimul factę ſunt cum hõmine.

2. Argum.

¶ In contrarium eſt Geneſeos caput primum, quod ſeriem dierum, quam Deus habuit in condendis rebus deſcribit exactè.

Argum. in cõtrarium.

¶ Diſputatio hæc eſt cõtrouerſa propter Auguſtinum, qui. 1. libro. ſuper Geneſin, cap. 7. & 5. ſuper Geneſin. cap. 12. & ferè in omnibus libris, credidit, Deum, vniuerſam hanc, quam conſpicimus molem, feciſſe ſimul, hoc eſt, in vno inſtanti. Et. 5. ſuper Geneſin. cap. 2. indicat lo tum illum Deuterõ. 4. Dei perfecta ſunt opera. Deus igitur perfectiſsimè operatus eſt mundũ. At verò mora in agẽte videtur imperfectam reddere actionẽ: igitur actio diuina tũ fuit inſtantanea. Ad hæc, illi fauet quia quãdo Deus produxit materiã primam, nũ illam informem, an. formatam produxit? Non informem: quia materia ſuum eſſe habet à forma, quare materia vel non eſſet, aũt ſi erat, vt erat, forma & actu potiebatur. Quod ſi formis erat prædita, num iſtæ formæ erant commiſtæ, & confuſaneæ, aũt proprijs ſpeciebus diſtinctæ? Non primũ, quia ſi commiſtæ erant formæ, neceſſum erat, miſcibilia eſſe ante commiſtionem. Nam miſtio eſt miſcibilium alteratorum vnio, primo degeneratione ad finem. ergo ante miſtionem formarũ, erãt formę actu, quod eſt falſum. Quia nõdum cõditę erãt. Igitur formę in materia non erant commiſtæ, ſed neq; erãt cõfuſaneę in ea, quia idẽ conſequitur præceſſiſſe formas ante cõfuſionẽ, igitur erãt formę creatę diſtinctę ſecũdũ ꝓprias ſpecies, quas Deus ſimul creauit cũ materia: igitur omnia creata ſunt à Deo ſimul. Albertus Magnus libro de quatuor coæquæuis, quæſtione. 12. art. 5. ſubſcripſit Auguſtino, omnia fuiſſe à Deo ſimul

simul condita, etiam si sentetiam contrariam, vniuersa fuisse sub, pprijs diebus seorsum creata probabilem duxit: vt ferè credat disputationem hanc problematicam esse. Tu lege eundem in hoc. 2. distinct. 12. artic. 1. Porrò Augustinus libro de Genesi contra Manichæos. 1. cap. 7. in principio Deum condidisse cælum, & terram interpretatur, quia in exordio rerum Deus cõdidit angelos, qui significantur per cælum: & condidit molem elementariam, confusam & commistam, quam terram vocat Moses, & aquam, & abyssum, propter eius imperfectionem. Et quia ex illa cuncta prodierunt proprijs formis distincta Deo autore, & illa suppeditante materiã ideò terra, & aqua, & abyssus appellatur. At verò hoc placitum videtur nonnihil redolere Anaxagoræ commentum, cuius meminit Aristoteles. 10. Metaphysi. tex. 20. qui censuit vniuersa facta esse vnum in principio mundi, quia omnia sub confusanea mistione fuerunt facta. Dein verò intellectus diuinus per segregationem secreuit quædam ab alijs, vt apparerent sub pprijs formis. 1. Metaphysicorum. cap. 3. Itidem & Empedocles, qui ætate fuit posterior, quàm Anaxagoras Clazomenius, idẽ censuit: Nisi quod Empedocles non omnia asseruit mista in mundi exordio, vt Anaxagoras, sed tantum elemẽta conmiscuit, nõ cæteras rerum species. Per litem autem ex elementis omnia generauit. 1. Physic. tex. 23. Horum commentum sequutus cecinit in sua metamorphosi Ouidius:

Ante mare & terras, & qp tegit omnia cælũ,
Vnus erat toto naturę vultus in orbe,
Quem dixere Chaos, rudis indigestaque moles.

Quòd si Augustinus ex omnibus elementis rudem quandam, indigestamque fatetur molem in principio fuisse, prædictis astipulari philosophis præsefert. Quamuis dicet aliquis, quo modò, si omnia facta iuxta August. sunt in temporis momẽto, præcesit illa rudis, indigestaq; moles, quã Augustinus terram, aquam, abyssumque appellitat? Quia miscellaneum erat elemẽtorum, ex quo miscellaneo cuncta erant in proprijs speciebus facienda. Nisi dixeris Augustinũ naturę ordinem, nõ temporis, in prefato significasse sermone. Itaq; prius intelligimus vniuersa veluti cõfusa, latitasse in elementaria substantia, dein in pprias species prodijsse, vt in pisces, & plantas, & bestias, &c. Porrò autẽ hoc Augustinianum placitũ non arrisit veteribus Theologis, neq; Græcis, neq; Latinis. Nam Basilius homilia secunda hexameron credit omnia in senario dierum numero à Deo esse condita, & die septimo requieuisse Deũ ab omni opere, quod patrarat. Etsi huic sermoni ipsemet videtur aduersari homilia prima hexameron, Deum tradens in momẽto se eisse omnia, & minus quàm in momento. Quibus verbis, instãs significat Basilius esse, sub quo vniuersa fuerunt à Deo condita, citra vllam, vel minimam morulam. At Basilium tu subintellige, non quia vniuersa machina rerum visibilium in instanti cõdita fuerit, sed quod singulis diebus seriatim conditum aliquid fuit in instanti, & non sub interuallo temporaneo cõditum fuit. Itaq; pisces in instãti, & aues, & virgulta omnia in instanti, &c. non sanè sub vno sed sub diuersis instãtibus, hoc est, sub sex instantibus, ad senarium dierum pertinentibus. Et D. Ambrosius libro. 1. hexameron, cap. 7. demonstrat, cur Deus nõ omnia simul cõdiderit, nempè ad exemplum nostrum, & imitationem. Quibus subscripsit Damascenus libro. 2. de fide orthodoxa. cap. 7. cum quibus Chrysostomus facit homilia. 22. in Ioannem. Et Dionysius libro de diuinis nominibus cap. 4. dicit lucem primam fuisse informem, & distinxisse nostrorum dierum trinitatem. Et Gregorius Nazianzenus in oratione in nouã dominicam, idem quod cæteri, fatetur: & in poesi hæc carmina memoriæ prodidit:

Principiò lumẽ summus creator Olympi
Fecit, vt accessu lucis iucundior esset
Tota operis magni facies, at postea cælum
Sydereũ, facinus mirabile, duxit in orbẽ.

Et venerabilis Beda in commẽtario in Genesin in eandem it sententiam, seriem dierum seruasse Deum in condendis visibilibus rebus. Et D. Gregorius. 32. Moraliũ istis omnibus attestatur cap. 1. tradẽs omnia simul facta fuisse quo ad substantiam, non quo ad speciem. Nempè quia Deus simul fecit elementa, quæ erant substantia materialis rerum condendarum. Et Hilarius. 12. de Trinate: Homo, inquit, post tẽpus, post solem, post lunam factus est. Et demum concors est sanctorũ Doctorum veterũ sententia ab Augustino plane differens.

Augustinus differit locum Geneseos.

Anaxagoræ & Empedoclis placita de creatione.

Augustinus differitur.

Augustinus non arrisit veteribus Theologis ex placito de creatione.

Basilius exponitur.

Gregorius exponitur.

Decimo quæstionis.

rēs. Cæterū si meā de re hac consulis sentētiam, dixerim tibi certam esse ex fide inuiolabili tenendam rerum ex nihilo creationem. At verò quem modum creator omnipotens in condendis rebus sequutus fuerit, non facile est dictu, neque peruium intellectu. Vt elegantissimè docuit Origenes, Homilia. 4. in Esaiam: Scimus, ait, mūdum factum, & lucem, & tenebras. A quis quoq; incubasse spiritum Dei, sed quando, vel quomodo sint genita, nescio. Vexlantur enim à Seraphim priora operū Dei. Et item seculū desituruni scimus, sed quanta sit futura iustorum retributio, quanta improborum tribulatio, nescimus: quia Seraphim etiā contegebāt pedes diuinitatis. Propterea q; mirari nō subit cut Augustino subierit omnia simul tradere condita à Deo. Cæterum quia sensum literalem in primis oportet præ oculis habere, in enodandis diuinis scripturis, vt Basilius. 3. Homilia Hexameron docuit, imò est sanctorum vulgatum documentum: præsertim quando ex huiusmodi literali cōtextu nulla cōsequitur absurditas, ideo videtur plausibilius esse reliquorum sanctorum placitum, quam Diui Augustini in re hac: quippe ex plano literæ Geneseos sensu hoc docetur distinctis diebus res productas esse à Deo. Quibus absolutis à mirando opificio quieuisse Deum. Quamquam quis nō mirabitur Augustiniani ingenij sublimitatem, quæ tam acutam inuexerit diuinæ scripturæ interpretationem? Cæterum si Moses propter Augustinum illud caput primum Geneseos scriberet, ego amarem Augustinianā expositionē. Verum quia non propter Augustinum, sed ad rudem scribebat Moses populum, vt illum erudiret de creatione rerum, ideò non aliud voluit denotare Moses ex verbis Geneseos, quàm quod illa præseferebant in primo videlicet die creatum cælum, & terram, & & aquam, & aerem, & ignem. Quamquā ignis non meminit, sed terræ, aquæ, & aeris. Nam aerem intellexit in verbis illis: Spiritus Domini ferebatur super aquas. Vt multi Græcorum, & Latinorum, non ineptè interpretati sunt. Ignis autem non expressit mentionem sub nomine ignis: quia sat erat lucis meminisse, quæ cognata est igni. Ideoq; in primo die factum esse ignem subindicauit dicens: Fiat lux, & facta est lux. Quamuis lux hæc tum cōdita, alia fuit ab igne, verum propter germanitatem naturæ sub luce congruè significatur. D. Augustinus lib. 13. de ciuitate Dei, cap. 16. indicat quandam sententiam, scilicet, aerem subintellectum fuisse sub verbis illis: Spiritus Domini ferebatur super aquas. At verò ignem subindicatum fuisse sub nomine cæli. Quia cælum iuxta hoc placitum, naturam habet igneam. At verò Rabbi Moses, quem S. Thomas indicat. 1. par. q. 66. art. 1. respondens postremo argumento, dixit ignem significari ex verbis illis: Et tenebræ erant super faciem abyssi. quia ignis in propria sphæra non lucet. Aērē verò ex verbis prædictis denotari: Spiritus Dñi ferebatur super aquas. Thomas verò ab vtroq; dissensit placito. Existimat enim Moses suppressisse mentionem aēris, & ignis, quia non sunt adeò nota hominibus. At ex verbis prædictis: Spiritus Domini ferebatur super aquas: Spiritum sanctum esse subaudiendum, qui tanquam artifex supremus, non ex essentia sua, sed ex effectu ferebatur sup aquas, hoc est, super materiam, ad formandam illam, rerumque proprijs formis distinguēdam. Porrò autem (vt diximus) plerique Doctorum per verba illa: Spiritus Dñi ferebatur super aquas: aērem intellexerunt. Et re vera aer est satis nobis notus, non ex visu, at ex tactu, & auditu, quando agitatur. Et quamquam ignis elemētum occultū sit, at ignis mistus satis est sensibus perspicuus. Et quamquam lux illa primo condita non erat ignis sphæricus, quia hic in proprio non lucet globo, cæterum satis est germanitatis inter lucem, & ignem. Ideò censuerim non esse à vero absimile, quod tradidimus, nihil lædentes saniorem sententiam, quam in cunctis præferimus. Quamobrem cæli, & quatuor elementorū Moses meminit, quæ primo die fuerunt condita: & omnium horum, vel expressè vt terræ, & aquæ, aut suppresse fit mētio. Et quod sancti Doctores nonnulli tradiderunt materiam fuisse creatam informem, & quod materiæ informitas fuit tempore prior, quam formatio, propterea dixerūt, quia elementa, quæ primo formata fuerunt die, erant tanquam materia formandorum mistorum in consequentibus diebus. At verò elementa in primo die nō fuerunt plenè formata, hoc est, decorata speciebus rerum: vt sensim in quinario dierū

Sensus literalis aliis præferēdus.

Primo die creata sunt cælū & elementa.

Quibus verbis significetur creatos fuisse aērē, et ignem.

Autoris placitum.

Exponūtur sancti Doctores.

sequente factum est: sub quo quinario terra vestita est plantis, & metallis locupleta, & aqua piscibus exornata, vt aer volatilibus venustatus, ideò dixerunt fuisse materiã informem prius tempore, quàm assequeretur suas formas. Tametsi D. Augustinus iuxta sententiam, quam ipse excogitauit, censuit materiam primam nõ fuisse prius tempore informẽ, sed origine duntaxat. Nam ipse cẽsuit vniuersa esse simul facta, vnde conuincebatur concedere informitatem materiæ secundum originem, non secundum durationem temporis præcessisse. Quia materia secũdum se informis est, & prius intelligitur informis, quã splẽdore illustrata formæ. Thomas loco pridem indicato Augustinum cæteris sanctis conciliat, & recte, quamuis ego facilè dixerim Basilium, Damascenum, Gregorium, &c. qui autores fuerunt placiti prioris, nõ de materia prima intellexisse suam opinionem, sed ipsa elementa vocauerunt materiam: & aptè, quia sunt secunda materia mistorum. Et hæc materia prius tempore fuit informis, quã formata, ad sensum præhabitum. Porrò Augustinus de materia prima intelligendus venit, quæ sanè creata fuit sub formis particularibus, ideò non prius tempore fuit informis quàm formata, sed natura, vel origine. Ex istis aptissimè colliges dogma fidei alienum esse à dogmate Anaxagoræ, aut Empedoclis. Isti enim creatum ferunt miscellaneũ quoddã rerum, quod dixere Chaos. Itaq; in exordio nulla erat rerum distinctio, at ex dogmate fidei didicimus in exordio mundi creatum fuisse cælum, in propria sanè specie, qua modo visibus se spectantibus nostris ostendit, item terram, & aquam, creata fuisse sub proprijs speciebus, &c. nulla igitur commistiotum, nullaque erat confusio rerum creatarum. Abyssus autem cuius meminit diuinus sermo, non miscellaneum, rerum ve Chaos denotat: sed totam elementorum molem, à terra protensam in cælum vsque, quandiu sine lucis perfusione erat, vocatur abyssus: Et tenebræ, inquit, erant super faciem abyssi.

Augustinus exponitur.

Dogma fidei de creatione.

Locus scripturæ exponitur.

Responsio argum.

¶ Argumento igitur primo dicito, Deum esse agẽs infinitæ potestatis, & agit ex voluntate sua, nõ ex necessitate naturæ, quare si voluisset, potuisset vniuersa in momẽto creare, at voluit per dierum sex interualla creare vniuersa.

¶ Secundo dicito, vniuersa creata fuisse simul. Ad hunc sensum dixit Ecclesiasticus, quia exiguo interstititio distabat creatio rerum quarundam, à creatione aliarum. Nam sub hebdomada dierum, omnia fuerunt absoluta.

Ad secũdũ.

¶ Loco verò ex Genesi prolato respondebis, diem per syllepsin esse accipiẽdam, singulare pro plurali, hoc est, in die, pro in diebus, & est familiare scripturis sanctis.

Ad tertiũ.

¶ Quarto deniq; obiecto vt respondeas, scito, apud Hebræos, Behemoth significare elephantem. Namque elephas, ex vasta, quã gerit corporis mole, multarum aliarum bestiarum æquat magnitudinẽ, ideò appellatur Behemoth. Quod ergo ait: Ecce Behemoth, quem feci tecum. Sub hoc sensu accipito, idest, ecce rem mirabilem, quam fecit Deus, vt bestiam maximam & horribilem ciurem fecerit Deus, vt habitaret cum hominibus tanquam bos: & ad hominis imperium mansueseceret, & dirigeretur. Quem feci tecum, id est, quem feci vt tecum habitaret, vt sub humano gubernaculo dirigeretur: & hæc est diuina bonitas, vt homini exiguo, tam vastam bestiã subderet. Itaq; non significat bestias creatas esse simul cum homine. Obseruabis autem præter hæc, Magistrum Sententiarum infrà in dist. 15. dixisse, hanc sententiam, docentem vniuersa creata fuisse per temporum interualla, Ecclesiam amare Catholicam, magis quàm eam, quæ simul putat, omnia à Deo esse facta. Exponit autem sententiam Augustini, vniuersa esse simul facta, non formaliter, sed materialiter: hoc est, vniuersi maiores, & præcipuas partes, vt cælos, astra, elementa, hæc simul esse condita sub proprijs speciebus, quibus modo subsistunt: cætera verò post modum fuisse sub sua distinctione creata, vt sunt plantæ, pisces, &c. At verò materialiter in principio erant iam creata, quia materia ex qua erant condenda fuit in principio condita. Porrò quia ex canone scripturæ accepimus creationem rerũ, & canon planissimè indicat sex dierum interualla, certior est sententia Doctorum, quæ literæ scripturæ magis hæret.

Iob exponitur.

Distinct.

¶Distinct. 12. Disputatio. 2. Num angeli fuerint cõditi ante visibiles creaturas.

Argum. T videbitur alicui fortasis angelos præcessisse machinæ huius visibilis creationem. Etenim Deus habitat lucem inaccessibilem. Igitur oportebat vt primũ opus eius lux esset, & nõ tenebræ. At quãdo mundum visibilem condidit, à tenebris opificiũ suum inchoauit, ergo ante has tenebras lucem aliquam condiderat, & non videtur alia nisi natura angelica, quæ lux spiritualis est.

Argum. in contrarium ¶In contrarium verò est quia die septimo requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat. Igitur in spatio sex dierum creati sunt angeli, alioqui die septimo nõ requieuisset Deus ab omni opere quod patrarat. Namq; si prior fuit condita angelica natura, iã pridẽ erat cessatũ ab eius conditione.

¶ Item Ecclesiast. 18. Qui viuit, &c.

Argum. 2. ¶De disputatione hac Græci Theologi, atque Latini tractatores non sibi conueniunt. Imò isti illis controuertunt. Est igitur Basilius qui in secunda homilia Hexameron existimat, quòd ante quã Deus hoc mundi spectaculum mirabile ederet, iam olim naturam angelicam præextitisse. Putatque si quid aliud exceptis angelis creatũ fuit à Deo, antequam cælũ & terrã cõderet, lucem esse: in qua creati erant angeli, vt argumentum Manichæorũ fugiat: colligens duos esse autores & lucis, & tenebrarum, quia exordium mũdi huius visibilis ex tenebris fuisse legimus. Ipse autẽ non ex tenebris inchoationem primam rerum fuisse fatetur, sed ex lumine vt iam diximus. Subscripsit Gregorius Nazianzenus Basilio in oratione in Natalem Dñi, dicens Deum amantem suam in alios diffundere bonitatem, cogitauisse primũ facere angelos, & eius cogitatio est eius operatio. Ideoque ex sua bonitate creauit angelos, tanquam lumina quædam secundaria à lumine primo, quod ipse Deus est, cõdita. Post modum verò fecit hunc mundũ visibilem, & corruptioni obnoxium. Itaq; apud hos celebres Doctores duplex mundus statuitur, alter intellectilis mũdus, qui angelorum est, & hic primò formatus est, alter verò visibilis, atq; sensilis mundus, & hic creatione fuit posterior. Et ante hos extitit Origenes, lib. 2. periarchõn, tradẽs Deum ante visibilia fecisse angelicas mentes, posteà verò condidisse visibilia, vt angeli maliin corporibus luerent malè gestorum pœnas. Et huius Origenici commenti meminit Hieronymus in Apologetico contra Ruffinum, libro primo ad finem. Et Theophilus Alexãdrinus, libro primo, agit contra Origenem, impium esse asserẽs dogma Origenicum, Deum creasse mundum hunc mira varietate ornatissimũ, in supplicium dæmonũ. Et blasphemum itẽ est, tradere Deum expectasse angelorum crimina, vt mundum hunc conderet. Vndè confici videtur, Deum non cõditurum mundũ spectabilem istum, nisi ex peccatis angelicis ad eundẽ fabricandũ incitaretur. Hilarius etiam, lib. 12. de Trinitate iuit in Græcanicam Theologiam. Docet enim inibi contra Arium, nihil mirum si credamus filium esse ante omnem creaturã patri coæuum, si angeli sunt antiquiores creaturis visibilibus. Amat idẽ dogma Damascenus, lib. 2. de fide orthodoxa. cap. 3. Et Hieronymus idem sapit commentario ad Titum. Atqui re vera occasionem vel maximã acceperunt Theologi isti sic dogmatizandi (quantum ego reor) quia nullam prorsus Moses de conditione angelorum mentionem fecit. Inde fortasis rati sunt angelos iam conditos olim, antequã creaturæ visibiles conderentur. Theodoretus autem quæstione. 3. in Genesim, hanc mouit quæstionem: & Græcus alioquì autor Græcanicam istam non amauit Theologiam. Existimat enim angelos simul cœpisse cum creaturis visibilibus, hoc est, cũ cælo, & terra. Et primum argumentũ eius est, quia angeli habent circunscriptam naturam, ergo à loco circunscribuntur. At verò ante cælum, & terram, nullus erat locus, qui angelos definiret, & circũscriberet, igitur tum non fuerunt creati. Hoc argumẽtum tamen facilè eluitur. Etenim spirituales sunt angeli, ideò loco non egent, etiam si non omnem possunt replere locum, vt Deus: at à loco physico non pendent. Secundum eiusdem argumẽtum est, quia ad Hebræos, cap. 1. Omnes angeli sunt administratorij

Basilius ante tenebras censuit lucem cõditã

Duplex mũdus intellectilis & visibilis.

Moses non fecit mẽtionem de angelorũ creatione.

Theodoreti argumenta soluũtur

nistratorij spiritus: missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis: at verò ante cælum conditum, non erant homines, quibus essent administraturi angeli, igitur ante cælum non fuerunt conditi angeli. Verum neque hoc argumẽtum propositum colligit. Etenim non est præcipuus scopus angelicæ creationis hominis esse administros, sed eò conditi sunt quò mundum absoluerent, qui constat ex natura purè corporea, & ex natura purè spirituali, & ex natura media. Censet tamen autor iste nõ esse dogma impium, angelos esse antiquiores creaturis visibilibus omnibus, vt multò post Theodoretum Thomas decreuit opusculo. 13. cap. 17. vtrumque placitum siue Græcanicum, siue Latinorum contrarium, quod mox subdemus, non esse contra fidei catholicæ veritatem, quia vtrumque credit probabilem habere veritatem. Porrò autem Augustinus, lib. de ciuitate Dei. 11. cap. 9. negocium istud agit, quando angeli fuerint à Deo creati exquirens. Et putat cum visibili fuisse creatos creatura. Et citat locum ex lib. Iob, cap. 38. iuxta Septuaginta interpretum versionẽ: Quando facta sunt sidera, me laudauerunt voce magna angeli omnes. Vnde colligit cum cælo factos fuisse angelos. Alij verò ex eodem loco voluerunt esse antiquiores angelos cunctis visibilibus, quia dicunt, angelos fuisse antiquiores, vt diuinam maiestatem laudarent. Porrò hæc commentatio friuola est. Namque Deus nõ eget laudibus vel humanis, vel angelicis. Et si vera narrassent, oportuisset fateri, angelos fuisse æternos, vt æternis laudibus Deum cõmendasset. Et S. Gregorius, in. 32. Moralium suorum, cap. 10. sapit quod Augustinus, angelos simul conditos cum natura corporali.

Decisio quæstiõis excalculo autoris.

¶ Quod si post recensitas autorum celebrium sententias, meam exquisieris, dixerim tibi Græcanicam de re hac opinionem mihi non placere. Neq; illam firmis ex sancta scriptura fulcris esse potitam. Imò diuinæ literæ, si scrutentur diligentiùs, hãc opinionem non probant, ne dicam reprobant. Namque quod ait: In principio creauit Deus cælum, & terram: non video, nisi proteruias, vt seruari possit, si cõtendis, angelos creatos fuisse ante cælum, & terram. Nam si angeli erant iam conditi, non ergò in principio fecit Deus cælum, & terram. Imò in principio fecit angelos, quia prius illos condidit, quàm cælum, & terram.

¶ Rursum Lucæ. 14. legimus Dñm dixisse: Videbam Satanam tanquam fulgur de cælo cadentem: Satanas igitur de cælo cecidit, ergò non fuit ante cælũ. Nam si fuisset, non cecidisset de cælo. Dices, de cælo cecidit; hoc est, de sua celsitudine. Sed quãdo nihil vrget, vt à literali sensu discedatur, non est discendũm. Præter hæc, Petrus commemorat. 2. epist. cap. 2. diabolum in tartarum esse deturbatum à Deo, rudentibusq; inferni traditum. Ergo si ante mũdum hunc visibilem erant angeli, vtique mali angeli ante mundum conditum hũc cecidêrunt, & erat tum tartarum, & infernus locus, quò sunt deiecti. Nam sicut ante mundi constitutionẽ sancti angeli fuissent donati coronis promeritis, ita mali etiam sua, ante mundi constitutionem, experirentur supplicia. Erat igitur infernus locus, antequam cælum, & terra fierent. Non ergo solum angeli sunt antiquiores cælo, imò infernus est antiquior, & erat locus ante omnem locum, id quod plusquã fictitiũ videtur. Et istis accedat, quod in Esaia legimus. 14. cap. Luciferum dixisse: Ascendam in cælum, &c. At verò si nõdum erant cælum, neq; astra, neque latera Aquilonis, quomodo dicebat? Ascendam in cælum, &c. Quamquam hic locus non tam premit vt commemorati propter sermonis allegoriam. Et demũ, extra de summa Trinitate, & fide catholica, cap. Firmiter. Videbis Ecclesiam decernere angelos simul esse creatos cum creaturis corporalibus. Et quamquã olim disceptatum fuerit super re hac, quantum arbitror, iam nõ licet disceptare. Putat porrò Augustinus, Angelos cõditos die primo, quãdo Deus dixit: Fiat lux, & non esse factos die secundo, aut tertio, aut quarto, &c. aperte docet in. 11. de ciuitate, cap. 9. Vnde tu mecum considera si secundum Augustinum omnia simul facta sunt, cur horret dicere in secundo die, vel tertio, &c. non esse factos, docens hos dies propria habuisse opera? Nã si simul facta sunt omnia, senarius dierum non distinxit Dei opera. At verò loco indicato expresse testatur in singulis diebus distincta esse condita opera. Albertus Magnus, lib. de quatuor coequæuis. q. 12. art. 8. Augustinum tradit, non dissentire à cæteris sanctis. Vnde docet ex Augustino

Quotodie angeli fuerunt creati.

Albert' Magnus conciliat August. cũ cæteris idẽ dist. 12 huius. 2. docet.

gustino omnia simul esse facta, quę nō po test motus & virtus cælestis facere, sed egēt proprio motore. Itaq; cęlū, astra, elemēta, animalia perfectiora, vt Bos, & Leo, & Homo, &c. quæ egēt proprijs motoribus. Nam Sol, & homo, generāt hominē. 6. Physicorum, tex. 26. Hæc igitur præcipua vniuersi facta sūt simul, at verò cętera alia, quę potest virtus, & motus cæli exhibere, vt virgulta, pisces, plantæ, serpentes, &c. Verum hæc cōcordia non exprimit, quōmodo fuerit seruatus ab August. senarius dierum in condendis rebus. Siquidem si astra, cæli, &c. sunt simul creata, & homo, & animalia, quæ non possunt ex putri materia fieri, igitur non fuit homo factus sexto die: & rursum luminaria non sunt condita quarto die. &c. quia hæc omnia ex August. simul facta fuere in primo die. At quale quale hoc fuerit, missum faciamus, & cū Origene affirmemus homilia. 7. in Matthæum, Deum nō indiguisse spatio dierū vt crearet cælū, et terrā, & cętera omnia, quæ memorantur interuallo sex dierum creata. Verum tandē ait, Deum omnia fecisse sub senario dierū interstitio. Etquāuis iudicabit Deus viuos, & mortuos, in momento, vt Paulus docet, cęterum vniuersa hęc visibilia non fecit in puncto, vt suprà dictum fuit. At verò (vt ad priora se reducat oratio) queramus angelicam creationem cur suppresserit Moses. Nan angelos esse creaturas Dei fatendum est necessariò, si fidem catholicam amamus: vt Psalmus commemorat: Laudate eum omnes angeli eius. Et rursum: Benedicite angeli Domini Domino. Et præter hæc Psalmus. 73. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Et ad Hebræos. 1. angelos esse Dei creaturas satis ostēditur. Et Deus ipse autor solus fuit angelorum, vt Dionysius meminit cap. 4. cælestis Hierarchiæ, angelos dicens ex sola participatione Deitatis fuisse felices, & in 4. cap. de diuinis nominibus idem commemorat: & sæpe alibi. Et tu obiter aduerte Dionysium vocantem angelos antiquissimas, & supremas substantias, vt inde colligas fortè Dionysium censuisse, quod cæteri Græci doctores commemorati censuerunt: angelos esse antiquiores, quam creaturæ omnes visibiles. At, vt dixi, vetustum fuit Græcorum Theologorum placitum: at post ecclesiæ decretum non deducendū est in opinionem. Cùm igitur solus Deus fuerit angelorum creator (non enim credimus Auicennæ commento, angelos superiores creasse inferiores, hoc enim deliriū suprà explosum est) cur ergo tacuit Moses angelorum creationem, in dubium, & merito vertimus. Videbatur enim non esse prętermittēdas nobilissimas creaturas, imò explicanda videbatur angelorū creatio in primis. Hoc argumentum mouit Iulianum apostatam, vt conuicijs debaccharetur in Mosen, & fabulosam existimaret historiam Geneseos, quia suppressa est nobilissimarum rerum creatio. Lege Cyrillum secundo libro contra Iulianum Imperatorem. At ipse respondens Iuliano, ait, consultò factum fuisse à Mose. Namq; populus Iudaicus rudis erat, & nō erat capax tam sublimis creationis. Ante quem Basilius homilia. 1. hexameron, idem scripserat. At verò istis obstat, quòd in Genesi fit mentio Cherubim: nam Cherub cōcredita est custodia paradisi terreni, ne hominibus exulibus illò pateret accessus. Item Genesis. 15. & Exodi. 14. fit angelorum mentio. At Nicolaus, & ante eum Theodoretus hoc edisserentes, aliam rationem magis amauerunt. Nam eò factum fuisse dicūt, quia populus Iudaicus pronus erat ad idola, ex Ægyptiaca seruitute illis assuetus colendis: at si audiret angelos esse excellentiores vniuersis visibilibus, illos coleret tanquam Deos, quibus Moses succurrit, angelorum creationem tacens. Porrò etiam huic obsistit, quod Cyrillo, & Basilio. Siquidem frequenter facta est mētio posteà angelorum in scriptura, & nusquā legimus Iudæos coluisse angelos, tanquā Deos. Augustinus verò angelos censuit creatos primo die, & horum creationem, si non expressè, saltem subintellectè Mosen insinuasse, quando ait: Fiat lux. & quā do dixit: In principio creauit Deus cælū, &c. Itaque in cælo subnotatur angelica natura, quia immortalis est. in luce verò subnotatur angelica scientia. Nam tenebras esse supra faciē abysi, significat angelos fuisse prius natura, vel origine informes: dein verò dicente Deo: Fiat lux: angelicarum mentiū illustratio, ex diuina sapientia denotatur. Neq; videtur allegorica expositio. Nam lux est, quæ manifestat, ideò videtur lux propriè significare scientiam rerum, quæ notionem, ex qua res igno-

Resurrectio, & iudicium finale in puncto erūt, at creatio rerum non fuit in puncto.

Quotidie angeli fuerunt creati.

Albert. Magnus conciliat August. cū cæteris idē dist. 12 huius. 2. doct.

Iulianus impius debacchatur in Mosem.

Quæst. 2. in Genesin.

ignotæ, notæ fiunt. Lege Augustinum. 4. super Genesim. Et Thomas in hac dist. 12. quæst. 1. ar. 2. docet apud Augustinum lucem denotare propriè cognitionem rerũ, quæ lux spiritualis est. Neq; abhorret hoc à philosophia Peripatetica: quippe Aristoteles. 3. de anima, tex. 8. intellectum vocat lumen. Augustinus porrò ad modum prędictum Theologizat, vt oblatrantibus hæreticis obsisteret: & quærentibus, cur Moses angelicam prætermisit naturam? responderet, non esse prætermissam, imò insinuatam in verbis istis: In principio creauit Deus cælum, & terram: hoc est naturã angelicã, & corporalẽ simul à Deo fuisse factã, vt cap. Firmiter: suprà indicatũ decernit. Similiter occinẽtib⁹ hęreticis, cur De⁹ à tenebris suũ opificiũ inchoauit? Respondet ipse, illas tenebras, non fuisse tenebras has visibiles, sed rerum occultationẽ, quæ prius erat, quàm rerum notio. Ideoq; ait: Tenebræ erant super faciem abysi. Quia angelica prius natura erat informis, nõ habens rerum creatarum notiones, dein verò habuit notionem. Non prius tempore, sed origine. Quibus accedat & hoc aliud, esse quosdã ex Theologica classe, qui hoc ipsum indagantes dubium, collegerunt angelorum creationem ex verbis illis: Spiritus Dñi ferebatur super aquas. E quorum numero est Caietanus, enarrans Psal. 17. Ipse autem legit aliter hũc locum, scilicet, Spiritus Domini volabat super aquas, aut Cubabat, aut, Mouebat aquas. Hos autem spiritus Domini volãtes super aquas, docet esse orbium cælestium motores, qui agitant cælestes globos. At verò primo die, quando conditi sunt à Deo angeli, nõ erat tum cælorum motus, vt Thomas testatur in hac distinctione, non cœpisse cæli motum nisi secundo die, quando factum est firmamentum in medio aquarum. Deus enim non egebat cęlorum motibus, ad res producendas, neque angelorum ministerio ad res creandas, vt suprà iam tradidimus, contra dogma Platonicum in Timęo. Credebat enim Plato Deum non occupari erga rerum inferiorũ administrationem: sed negocium angelis inferioribus mandare gerendum, autor est Cyrillus libro. 3. contra Iulianum. Quid? quod Caietanus contendẽs explicare locum, vnde sumatur angelica creatio, maius dubium inuoluit, num angeli sint motores orbiũ? nã nullus est sacer locus qui hoc ostendat, nisi ex philosophorum traditionibus habetur, & ex dictis Sanctorum colligitur. At quantum attinet ad locum præinductum, videlicet: Spiritus Domini ferebatur super aquas: Augustinus, lib. de Genesi imperfecto, cap. 4. multifariam interpretatur, primò de Spiritu sancto, quam interpretatio nẽ probat Basilius homilia. 2. in Genesim. Itemque Cyrillus, lib. 2. contra Iulianum, & lib. 3. & cæteri Patres non pauci. Alia verò est interpretatio, animam viuificantem esse spiritũ illum Domini, quã Chrysostomus, homilia. 3. in Genes. probat. Tertia est, quæ per spiritum intellexit ventũ, vt Chaldęus paraphastes intellexit. Nam ventus agitabat aquas, & illas quoquo versus impellebat sua vehementia. Et huius expositionis Basilius homilia. 2. in Genesi n meminit, & illam non reprobat. Et hãc recipiunt Hebræi multi, & satis cõsona est diuinis literis, quibus consueta est phrasis per, spiritum, subintelligere flatum, vt nos declamatione nostra in diem sanctum Pẽtecostes cumulatius tradidimus. Et Theodoretus quęst. 6. in Genes. idem sapit. Quã quam Hieronymus in quæstionibus Hebraicis ad Genesin, per spiritum, hoc loco, Spiritum sanctum esse intelligendũ credit. Neq; puto esse impium dogma, hanc expositionem, vt Ambrosius Catharinus in annotationibus suis obiecit temerè Caietano: quia probabilis est expositio, vt ex prehabitis patet. At vtcunq; interpreteris, angelos non oportet subintelligere. Est enim violenta nimis expositio. At verò (quantum mea fert sententia) Moses nõ intendebat in cap. primo Geneseos, angelorum creationem docere. Etenim eius institutum fuit, visibilia omnia demonstrare diuinum esse opus. Sciebat enim Iudæos proniſsimos esse ad adorandos visibiles Deos, ex Ægyptiaca funesta edoctos consuetudine, qui boues, & armenta colebant vt Deos, & astra, & Solem, & Lunã, ex more gentium ducebantur in Deos, ideò ostẽdit hæc vniuersa Dei esse opera: ideoque non habere numen, quippe quæ creaturæ erant, & non creator. At verò de angelis nihil opus erat mentionem inibi facere, quia ad inuisibilia nõ tollebãt animos Hebræi, neque exquirebant Deos inuisibiles. Ideoque Aaroni dixerunt, Exod. 32. Fac nobis Deos, qui nos præcedant: & vitulum conflatilẽ

Intellectus est lumen.

Augustini induſtriacõtra hæreticos.

Angelica natura pri⁹ informis, de informata luce diuinæ sapiẽtię

Locus Geneſeos explicatur.

Obserua hęc sedulò cur Moſes de angelorum creatione non meminit.

flatilem erexerunt in Deum. Nō ergo quia timebat Moses Hebræos adoraturos angelos tanquam Deos, ideo non expressit illorū mentionē, quia rudis populus, & ad idololatriā decliuis inuisibiles Deos negligebat: & visibiles Deos gētiū summopere affectabat. At tacuit angelorū creationē, quia si illā expressisset, debuisset Hierarchias, & ordines angelicos, & nomina, & officia, saltē generatim, exponere: id q̄ Iudæi nō assequerētur rudes, & inculti. Nāq; maximi Philosophi, atq; Theologi vix illa capiunt, multo minus rudis & ineptus ad capienda sublimia populus cepisset, ideò prudentissimè illorum creationem subtilē tio delitescere tum voluit. Quamquā post modum mentionem faciat de angelis, tanquam de Dei ministris, non tamen ex professo egit de illorum creatione. Sat erat dixisse, Dei esse ministros. Neque propterea legimus angelos adorasse, tanquam Deos, Iudæos. Et hoc satis est, vt Iulianum absoluamus. Est tamen Esaiæ locus prioribus sociandus, qui angelorum creationem suadet: Qui educit, ait, in numero militiam cęli. Esaias. 40. Per militiam autem cæli, etiā si Hebræi astra intelligant, at verò ex Luca, cap. 2. didicimus etiam angelos intelligere: Et facta est cum illo multitudo militiæ cælestis. Deus igitur solus educit angelicam militiā in numero. Quippe ex nihilo eduxit illos in immensam multitudinē, quam solus ipse dinumerare nouit. Et aptè angelici Chori militiæ conferuntur, propter eximium ordinem, quem, Deo autore, seruant Hierarchiæ cælestes. Hæc autē nostra non ita capito, vt credas Augustini sententiam dicentem angelorum creationē, esse subaudiendā ex verbis illis: In principio creauit Deus cælum. & per illa: Fiat lux: esse irrationabilem, imò est sanè rationabilis satis sententia. Neque Augustinus fuit primus inuentor huius expositionis. Etenim si Basilium cōsulis homilia tertia Hexameron, videbis, illum retulisse hanc expositionem, quam Augustinus est amplexus, & ex subtilitate commendasse, nō tamen illi hæsit, quia literæ nō admodum congruebat. Et D. Bonauentura distinct. hac. art. 3. idem sapit. Et Albertus Magnus, lib. de quatuor coæquæuis. quæst. 8. bifariam docet diuinas à sanctis literas exponi, aut hærendo rationi, aut hærendo literæ. Quare dixit, expositores, qui caput Geneseos primum exponunt secundum quod litera præsefert, docentes creationis opera fuisse distincta secundum interualla sex dierum, literam amasse. Nam vulgatā vocum significantiam obseruant. At verò Augustinus literam non est interpretatus secūdum vulgatam vocum significationē, sed secundum rationis subtilitatem, distinguentis creationis opera, non secundum interualla dierum, sed secundum angelicā cognitionem, & secundum ipsorum operum propriam distinctionem: & per cælū, intelligentis angelos, &c. Id quod ego exēplo alio ostendere possum, in materia cōceptionis Deiparæ. Nam Doctores quidā hærentes literæ sacræ, illam sub originali conceptam fuisse contenderunt, alij verò rationem sectantes, dixerūt, illam excipiēdam esse à lege communi. Quare vtrumque placitum Ecclesiæ censura probauit: neutrum docens esse contra catholicam Fidem. Ita in præsentia dicere oportebit. Si iuuat tamē discere vt distinxit Augustinus dies sex creationis, leges librum. 11. de ciuitate Dei, cap. 7. quo loco docet, primum diem esse ex cognitione angelica. Cognouerunt enim angeli seipsos primùm: quam cognitionem, ipse appellat cognitionem vespertinam. Secūdum autem diem vocat cognitionem firmamenti, diuidētis aquas ab aquis. Et ita ex cognitione angelica distinguentis Dei opera, senariuin dierū distinxit. Neq̄ tamen Augustinus hāc expositionem, vt certam, & indubitatam inuexit, sed vt probabilem duntaxat. Neq; S. Thomas. 1. parte. quæst. 66. art. primo, ab illa discessit. Et Hebræorum doctiores etiam tradiderunt quod Augustinus, ipso inconsulto, Deum omnia fecisse simul in temporis momento. Et ordinem fuisse in creatione non temporis, sed naturæ. Non tamen sub silentio trāsibo placitum Augustini alterius, hoc est, Eugubini, qui lib. de perēni philosophia. 7. cap. 9. contendit in principio solum fecisse Deum, terram, & aquam, inuicem cōmista, & confusa. Quorum duorum elementorum commistionē Poētæ dixere Chaos, rerum omnium principium. At ex huiusmodi commista mole terræ, & aquę, fatetur hic autor cælum, & astra condita esse, ex subtilissimis horum vaporibus sursum versus latis. Et Sol iam à Deo productus, materiam excitauit aèreā. Et hoc suum commentum putat Theologiam

Locus Geneseos explicatur.

Iulianus absoluitur.

Angeli chori militis cōferuntur.

Obseruahęc sedulò cur Moses de angelorum creatione non meminit.

Placitum Augustini rationabile

Diuinę literæ bifariam exponuntur.

Augustinus de distinctione sex dierum.

giam esse Mosaicā. At verò Augustinus, libro de Genesi imperfecto ad literam, primo credit creata die terram, aquam, aērē, & cælum. Per, cælum, intelligens, ignem. Credebat enim cælum esse naturæ igneæ, vt Hebræis confessum est, cælum igneum esse, quare cælum, samahim vocant. At verò vt meminit Damascenus, lib. 2. de fide orthodoxa, cap. 5. ex verbis illis: Fiat lux: ignis subintelligendus venit, id quod (vt suprà dicebamus) est propter cognationē inter lucem, & ignem nostrum, quia ętereus ignis inuisibilis est. Basilius autem homilia prima Hexameron. tradit, Spiritum sanctum in primo die dictasse tantùm cælum, & terram, esse facta. Namq; hæc sunt extrema, & in extremis subintelliguntur media. Neque alienum est hoc ab Aristotelica Philosophia. Namque. 2. de cælo. tex. 18. argutatur Aristoteles, si terra est, ergo ignis est. Nam si priuatio, quæ est indigentior, est, habitus quoq; erit, qui opulentior est. Porrò terra est tanquam quædam priuatio, & ignis tanquam quidā habitus. Adiecit tamen Basilius, in terra comprehendi ignem. Nam ex lapidibus ferro percussis, ignis excutitur. Etenim micantes scintillas quotidie ex silice videmus. Item in aqua, aër comprehēditur, siquidē exhalantes vapores ex aqua frequēter cernimus.

Cælum igneam habere naturā.

Terra est tā quam priuatio & ignis quasi habitus.

¶ Ego verò dixerim primo Augustini Eugubini sententiam non esse probandam quidquid sit de sententijs alijs. Quoniam existimo nullum fuisse Chaos in exordio mundi: quod materiam faciēdis operibus Deo subministraret. Siquidem (vt suprà commemorabam) Moses apertè distinxit cælum, terram, aquam, spiritum, &c. Eugubina igitur est Theologia, non Mosaica. Poętarum sanè est hoc figmentum, chaos tum fuisse rudē, indigestamq; molem, nō tamen Spiritus sancti documentum.

Decisio ex autoris decreto.

Augustinus Eugubinus non probatur.

¶ Secundo dixerim (quod supra aiebam) in primo die creata fuisse quatuor elementa cum cælo. Quāuis diuina scriptura non facit mentionem nisi trium, terræ, aquæ, & aēris, non tamē ignis expresse meminit. Et (nisi me mea fallit opinio) ideò factum est, quia illorum elementorum solùm meminit diuinus sermo, quæ Deo tum seruierūt in operatione aliqua. Terra enim seruiuit Deo, quia ait Moses ex verbo Domini. Genes. 1. Producat terra herbam virentem. Aqua verò, quia scriptura inquit: Producant aquæ reptile aquæ viuentis. De aēre verò: Spiritꝰ Dñi ferebatur super aquas. Illas namq; siccabat, vt die secundo extaret arida, vt olim in Exodo, cap. 14. Spiritus Dei, idest, ventus vehemēs siccauit mare Rubrum, diuidens illud in diuisiones, vt psalmus cecinit. Et Theodoretus, q. 9. in Genes. per verba hæc: Spiritus Dñi ferebatur, &c. docet aptissimè intelligi aērem, cuius natura est facilè ferri, & agitari, & citat psalmū: Flauit spiritus eius & fluent aquę: quia flante Euro stillant pluuiæ. Quāquā hoc ego facilè non dixerim, si interpretemur per, Spiritum Dñi, ventum, vel flatū, vt etiam paraphrastes Chaldæus interpretatur, primo die siccasse aquas, vt terra extaret. Namq; hoc videtur pertinere magis ad opus secundi diei, quando congregatæ sunt aquæ in locum vnū. Nam quod ait, post diem secundum dixit Deus: Congregentur, &c. accipiunt quidam tempus præteritum perfectum, pro plusquam perfecto, dixit, pro, dixerat. Ferebatur ergo spiritus, hoc est motabat, aut agitabat aquas. At verò ignis nullā habuit tum operationem, quam legamus. Propterea scriptura, quia ignis tum non seruiuit Deo in operatione aliqua, illius suppressit mētionem. Vndè hinc colliges angelorum tacuisse Mosen memoriam ob eandem causam, quia nulla eorum tunc fuit operatio. Imò cōsultissimè Spiritus Dei illorum nō fecit mentionem. Nam si fecisset vtiq; Hæretici grandem ansam blasphemandi contra Deum arripuissent. Nam dicerēt fuisse angelos Dei cooperarios, atq; adiutores in mundi fabrica. Nam propterea cogitarent illorum factā esse memoriam. Et vtiq; multi hac phrenesi sunt acti, vt illud ducerent esse verum, angelos fuisse in creandis rebus Deo cooperarios: etiamsi nec minimam occasionē habuerunt ex scriptura. Quid si scriptura in creatione rerum fecisset illorum mentionem? Hæc poteris addere prioribus nostris sermonibꝰ, quos suprà de re hac protulimus.

Obserua.

Cur angelorū creatio fuit à Mose suppressa.

¶ Iam superest argumentis in principio obiectis facere satis. Et primo dicito, angelos fuisse cum rebus visibilibus simul creatos, quamuis Græci autores quidam vel nobilissimi, hoc non amarunt placitū. Et Augustinus non existimat hæreticum esse, illos esse antiquiores, quā sit vniuersa visibilis

Responsio argumentorum.

visibilis creatura, modò non coæternos dicat aliquis esse Deo: vt habes. 11. de ciuitate Dei, capit. 32. vt suprà dissertum est. Veruntamen Deus non fecit tenebras.

Antenebræ præcesserũt lucem.

Tenebræ enim sunt priuatio lucis, cæterum ex ordine diuinæ sapientiæ tenebræ præcesserunt lucem. Quandoquidem lux est quæ manifestat manifestanda, oportebat igitur primum creare manifestanda, & deinde creare lucem manifestantem. Nam si præcessisset lux manifestans, antequam Deus quicquam condidisset, videretur incongrua creatio, cum nihil fuisset manifestandũ. Ideò Deus fecit prius cælũ, & terram, & elementa sine lumine, & deinde fecit lucem manifestantem opera sua. Vnde quod Manichæi sibi credebant ex vsu esse, nihil pro eis facit, vt liquet. Non enim Deus inchoauit opificium suum ex tenebris, quia tenebræ non habent autorem: at consequutæ sunt tenebræ ad opera Dei facta sine luce, propter causam iam traditam. Quid? quòd Deus in primo die angelos fecit, qui pleni erant luce diuinæ sapientiæ? Et quamuis erant sparsæ tenebræ visibiles, erat nihilominus lux quædam spiritualis, hoc est, natura angelica, quam tunc Deus condiderat. Non ergo totum Dei opificium tenebrosum erat. At hæc natura angelica non prior fuit quã visibilis creatura, sed simul cum ea, vt sæpè commemoratum est.

Cur angelorũ creatio fuit à Mose suppressa.

Quæstio an nexa de natura cæli.

¶ At verò subit etiam nonnihil, citra argumentorum strepitum, de cælorum substantia actitare: quæ actitatio præcedentibus disputationibus est satis amica. Et inuenio Diuum Ambrosium libro primo Hexameron, capit. 6. censuisse sectandam esse sententiam, asserentem, cælum ex fumo habere compactam substãtiam: & quia fumus est exhalatio calida, & sicca, id quod igneam sapit naturam, videtur consequens ad sentẽtiam hanc cælum esse igneum. Alijs contrà substantiam visum est habere aqueam: alij verò ex quatuor elementis cælum constituunt. Dama scenus lib. 2. de fide, cap. 5. ex Basilio existimat, cælum aqueum esse, cui sententiæ non pauca concinere videntur. Nam. 2. Petri, cap. 2. Mundus, inquit, qui factus est prior, & cæli de aqua, & per aquam constituti. Etiamsi nostra lectio non hæc sit, at modo prædicto legit Beda, & Græca lectio sic habet. Facit cũ hac opinione locus Geneseos: Fiat firmamentũ in medio aquarum. At verò firmamentum, cælum est. Si ergo hoc factum est in medio aquarum, pertinet ad naturam aquæ. Theodoretus autem, & Gennadius in Genesin, tradiderunt cælum esse fluentis naturæ ex se ipso, aqueæ, scilicet, at ex diuina arte firmatum fuisse, vt subsisteret: & propterea appellatum, firmamentum, quia aquæ fluxibilitas firmata est, & consolidata. Et Esaias, cap. 42. & 44. Ego solus, ait, extendi cælos. Et apud Hebræos, rachia, vocatur extẽsio, nempè quia cælestis substantia ductilis est, vt aquæ substantia: & aqua in orbẽ extensa, & consolidata, (vt glaciem videmus consolidari ex flante Borea) facta fuit cælum. Et Hieronymus epistola ad Oceanum, dixit nomen cælorum esse ex aquis deductum. Nam vocantur, samahim. Et quamquam præfata placita, varia sint, at in vnum coincidunt, cælum eandem habere materiam cum elementis. Hoc paucis probatur. Nam si habet, cælum substantiã elementariam, consectarium est, habere materiam eandem cum elementis. Vnde etiã conficietur, vt videtur cælum suaptè natura esse corruptioni obnoxium, id quod ex diametro pugnat cum Peripatetico dogmate, quod iunctis vmbonibus asserit, cælum suapte natura esse incorruptibile. At Ambrosius mirum in modũ repugnat Aristoteli. Docet enim esse blasphemũ, & cum euangelicis literis, & cum Psalmis pugnantem assertionem cælum esse incorruptibile. Etenim Matthæi. 24. Dominus, ait, cælũ, & terra transibunt. Et in Psalmo 101. Initio tu, Dñe, terrã fundasti, & opera manuũ tuarũ sunt cæli. Ipsi peribunt, &c. Quamquã hæc reprehensio euadi potest. Namq; scriptura nõ est intelligẽda q̃ natura cælorũ sit corruptioni obnoxia, at quia cælestẽ, quẽ modò voluit motũ, deponettã dem in die iudicij. Propterea, ait, cælũ periturũ, aut trãsiturũ. Fuit autẽ Ioãnis Grãmatici placitũ, cælũ eandẽ cum elementis sortitũ esse materiã. Nã si esset alterius rationis, haberet materia cæli, vndè cõueniret cũ materia generabiliũ, & corruptibiliũ, & haberet vndè differret ab eadẽ. Quare illã esse cõpositã cogetur assertor fateri. Et qui hoc dogma recipiunt, nõ cogũtur, cælum astruere esse corruptibile. Dicũt enim materiã cælestẽ nõ esse in potentia ad aliã capiendã formã substantialem, quia propria

Sensus scripturæ de cælorũ mutatione.

Ioãnis Grãmatici placitũ de cælorũ substãtia

Responsio argumentorum.

Varia lectio.

forma cælestis explet totã materiæ cælestis appetentiam. Thomas verò. 1. de cælo, lectione. 6. cælũ fatetur esse compositũ ex materia, & forma. Et si materiam cælestem non esse eiusdem rationis, sed longè alterius à materia sublunarium tradat esse. Quod verò sit cõflatum ex materia & forma, inde colligit. Nãq; cælum nõ est pura materia, quippe pura materia, nihil agit: at cęlum actiuũ est: neq; est pura forma: esset ẽm purus actus, & hac ratione mobile nõ esset cælum, quapropter necessariò existimat Thomas esse fatendũ, cælũ esse ens in actu: hoc est, compositũ ex materia, & forma. Porrò autem neque argumentum illud Philoponi vrget, neque hoc Thomæ conuincit. Philopono enim dicendum videtur materiam cælestem esse longè differententem à sublunari materia: at verò seipsa differt, & seipsa conuenit cum nostra sublunari. Quoniam simpliciahoc habent, & seipsis conuenire, & seipsis differre ab alijs: propter eminentiam, quam habent in substantia sua. Materia igitur analoga est ad materiam cælestem, & sublunarem: at illa cælestis gradum habet supremum, quia non est in potentia ad formas substantiales, sed semper in actu est. At nostra infimum tenet gradum. Quamquam non me fugit Peripateticos distinguere inter has duas voces, materia, & subiectum. Quippe materiam dicũt referri ad futuras formas, vt æs est materia fabricãdę statuę, & lignum materia insculpendæ figuræ: at subiectum præsentẽ respicit formam, quã complectitur. Argentum enim iam formatum ex figura hominis, vel cuiusuis alterius, subiectum est formæ receptæ, non materia. Lege Themistium. 1. Physic. in digressione de priuatione, & potentia materiæ. Et Alexandrũ in principio Meteor. Et Auerroem, libro de substantia orbis. Quã obrem iuxta hanc rationem, cælũ non habet materiã, sed potius est subiectũ suę formæ. Verũ in prędsentia cõfundimus vtrũq; vocabulũ. Argumentũ verò S. Thomæ impetit Auerroem. Quamobrem placitum Auerroisticum, disserẽdum est in primis. Hic sanè in paraphrasi lib. 1. de cælo, & mũdo, docet, cęlũ esse simplex, & non cõpositũ ex materiæ & formæ coitu. At verò maiorẽ gerere similitudinẽ cũ materia, q̃ cum forma, ppter tres causas. Primò, qa sensibile est, est ẽm visibile cęlũ: & omnia sensibilia sunt materialia. Secũdò, quia est in potẽtia ad vbi, est enim mobile localiter. Tertiò quia corpus est, & nõ spiritꝰ. Nihilominus similitudẽ est substãtijs abstractis propter suã, quã gerit in substãtia sua simplicitatẽ. Est quoq; formis similis, quia existẽtiã suã habet in actu, & nõ est in potẽtia, vt generetur, & corrũpatur. Et ante secula Auerroistica Themistius hoc amauit placitũ, vt tibi testis ipse erit. 3. Physic. in expositione, tex. 3. Hæc autẽ, quæ ad mentẽ Auerrois, & Themistij expressimus, maiorẽ habebũt lucem, si tu obserues, cęlũ apud hos æquiuocã habere significationẽ. Iam enim significat cõpositum ex natura mouente, & natura mota, hoc est, ex intelligentia, & orbe. Et hac ratione est cælum velut animal quoddã se mouẽs. Et ita fatetur Auerroes libro primo, de substantia orbis, cælum esse compositum, & non simplex. Altero verò modo cælum significat solũ ipsam orbicularem substantiam: & hanc fatetur Auerroes esse substãtiã corpoream, simplicem, mobilem, atque sensibilem. Hæc autem substãtia est sanè in actu, quia actu existit, & non est in potentia ad reciprocandam suam formam, sicut substantia materiæ primæ, quæ multis formarum reciprocationibus, & successionibus gaudet. Et non est etiam in actu, quia per se non est actiua, nisi iungatur illi intelligentia mouens. Nam submota intelligentia, orbis non moueretur, & cessante motu, actio cælestis desideraretur. Ex quibus propatula est solutio Themistici argumẽti. Nam fatebitur Auerroes, cælum, secundo modo, non esse actum, neque prorsus esse ens in actu, nisi quadam tenus ratione, vt expressiusꝰ. Propterea enim dixit Cõmentator esse cælum instar materiæ, & instar formæ, quãuis refert materiã magis, quã formã: quia sola substantia orbicularis cæli, subducta intelligẽtia, nõ est actiua.

¶ Iam verò tot peragratis autorum placitis, reliquum erit, quid nos seligamus ex tanta varietate sententiarũ demõstrare.

¶ Et primam accipito conclusionem: Cælum non habet materiam elementariam, hoc est, vniuocam cum nostra elementaria materia. Hæc conclusio quamuis quibusdam sanctis Doctoribus & Græcis, & Latinis non arrisit, placuit porrò Dionysio libro de cælesti Hierarchia. cap. 4. quo loco Peripateticã videtur sectari sentẽtiã.

Cælum

Solutur argumentum Philoponi.

Aliud est materia, aliud subiectũ ex Peripatetico dogmate.

Auerroes exponitur.

Nota Auerroisticę opinionis expositionem.

Cælũ apud Auerroem æquiuocũ est.

Quæst. decisio.

1. Cõclusio

Cælum ex sua natura esse incorruptibile, vnde consequitur, cælum segregatam habere naturam ab elementorum natura: essęque quintam quandam essentiam, excedentem planè elementariam substantiam. Et Aristotelis est argumentū, hoc probās. 3. de cælo, tex. 31. Nā elementa cōponunt mista, at cęlū nullam subintrat, neq; subintrare potest mistionē, igitur non coeūt in vnitatem materiæ. Et locus sacer ex Petro indicatus soluitur, si obseruas phrasin esse diuinæ scripturæ, cælū, aerem, vocare, atq; nubes in aere pendulas. Matth. 16. Rutilat triste cælum: hoc est, nubes rutilant. Vnde D. August. in. 3. super Genesin ad literam, cap. 2. locum hunc interpretatur de aere. Nam sub diluuio soluti sunt vapores in aquas vehemētisimas. Ideoq; Petrus ait, tum cælos, ex aqua in aquam esse solutos: etiāsi iuxta vulgatam editionem locus hic nihil proposito nostro officit. Secundū vero, q̄ produximus argumentū, nō leuē habet difficultatē, quonāmodo illud sit habendū, quod Moses scripsit: Fiat firmamētum in medio aquarum. Id quod tractans August. 2. lib. super Genesin ex cuiusdam sententia cōmemorat, locū esse intelligendū de loco interstitio inter nubicos vapores, & aquas. Itaq; aēr intermedi⁹ inter nubes, & aquas, quæ alluunt terrā. Infima igitur aēris regio, quæ media est inter nubes, & aquas inferiores, hoc est, fluuiatiles, fontales, atq; marinas, iuxta hanc opinionem, firmamentum est locatū inter aquas superiores, hoc est nubes stillantes pluuias, & aquas inferiores. Et hoc placitum commendatur ab Augustino, & probatur à Pico Mirandulano in Heptaplo suo. Huic tamen commento prompta est obiectio, quia Deus fecit luminaria in cæli firmamento, at in aere non sunt Sol, & Luna: sed in æthereo corpore. Alijs placuit totam molem sphærarum cælestium firmamentum vocitare. Etenim non agitatur cælum varijs motibus, vt corpora inferiora, non augetur, & minuitur, &c. sed irrequieto, & illo continuo, & vniformi agitat motu. At verò nō in tota mole glōborū cælestiū Deus locauit Solē, & Lunā, vt perspicuū est. Adde qa hæc sphærica moles, quomodo diuidit aquas superiores, ab aquis inferioribus, id q̄ firmamēto scriptura tribuit? Alij ad aeris supremā regionē locū hunc retulerūt: quia hæc regio firma est, & non cōcutitur varijs motibus, vt media, atq; infima. Et huius commētationis August. meminit, cap. 7. lib. 3. super Genesin. Cui obstat, hāc supremam aeris regionē agitari ex motu cælesti, neq; diuidere aquas ab aquis. Porrò arrisit alijs sensus mysticus, quādo literalis est admodū difficilis. Crediderūt ergo firmamentū esse distinctonē sanctorū angelorū à diabolo, & angelis eius. At hic sensus friuolus est, & à Basilio nō probatur, quia literalis sensus est inuestigādus inprimis. Propterea igitur quidā per firmamentū, cælū sidereum sunt interpretati, q̄ putāt igneum esse. Et hoc tēperatur à cælo crystallino, q̄ aqueū existimāt esse. Iuxta quā interpretationē intellectū volūt Psalmū dicētē: Extendēs cælū sicut pellē: qui tegis aquis superiora eius. Et alibi: Benedicite aquæ, quæ super cælos sunt, Dño. Neq; ab hoc Bedæ interpretamēto abhorret Basili⁹, credēs crystallinū cælū ardores tēperare firmamenti ignei. Hoc tamē interpretamētū August. nō probat. 2. super Genesin, cap. 2. Nā quāuis Deus tam vastā aquarū molē posset imponere cælestib⁹ verticibus, at hoc nō fert natura rerū, vt grauissima pōdera aquarū, violētissimè supra cęlestia detinēātur iuga. Et quāquā fideliū null⁹ inficiabitur Deo subesse aqueam molē detinere supra cęlestes sphęras, at verò nō quærimus quid possit Deus, sed quid magis naturę rerū sit consentaneū. Est tamē argumentū colligēs cælos esse igneos, & aqueos ex etymologia hui⁹ nominis, samahim, q̄ (vt quidā dicūt) Hebręis significat, cęlū. At verò, samahim, ignem, & aquā significat. Nā deriuatur nomen ab, es, q̄ ignem denotat Hebraicè, &, ma, aquā. Mihi autē verior est interpretatio, samahim, hoc est, ibi aquę: qa cęlū quod dā factum est in medio aquarum. Argumētum autem eluitur, si fateamur cęlum ex stellarum fulgore referre ignem, vt etiam propter suam diaphanitatem, aquam. Vndè etiam empyreum cęlum vocitatur, non ex natura, sed ex imitatione. Et cęlum crystallinum itidem aqueum, ob eandem causam. Thomas in. 1. parte. q. 68. art. 1. varias de re hac indicat sententias, de natura, inquam, cęlorum & nihil tandem decernit: sed Problematicam dimittit quæstionem. At re vera, quāquam discedamus à sancto rū Doctorū placitis in re hac, periculi nihil est, qppè res agit̄ physica, nō Theologica.

Aer sępè cę lū vocatur.

Cælū apud Aucrroen æquiuocè est.

Infima regio aēris si est firmamē tum.

Daniel. 3.

Etymō nominis Hebraici, samahim: sed verior est interpretatio, samahī, hoc est, semaim, hoc est ibi aquę. ex Rabbi Ioseph: quia firmamētū factū est in aquarū medio.

Quæst. decisio.

1. Cōclusio

Sanctorum autoritas quando habet pondus

Nam etiamsi in re fidei, & morum multum habet ponderis sanctorum autoritas, at in re physica non tantum prævalet: nisi quando rem physicam diuinus docet sermo. Nã Philosophorũ sunt sectati sancti in rebꝰ physicis placita. Firmamẽtũ igitur sanctis Doctoribꝰ variũ est nomẽ, iã enim cælum sydereum significat, iam machinã 8. sphærarum cælestium, hoc est septem planetarum, & octauæ sphæræ. Et hoc firmamentum diuidit cælum crystallinum, quod ex imitatione aqueum, & aquæ supremæ dicitur, ab aquis inferioribus, etsi non immediatè. Et profectò vocare cælum aqueum, & vocare igneũ, quod Doctoribus catholicis quibusdam in vsu est, non abhorret à phrasi philosophica.

Theologicæ appellationes de cęlis consentiunt Aristoteli.

Nam summus philosophorum Aristoteles, libro de motibus animalium, Lunam, ait, propter eandem similitudinem pertinere ad naturam terræ. Id quod tradidit propter obscuritatem, quam Luna præsegerit. Lege Commentatorem Auerroem in. 2. de cælo, comm. 32. Et propter eãdem rationẽ stellas pertinere ad naturam ignis quis prohibebit dicere, quia fulgẽt tanquã ignis? Secundũ quem modũ apte dixit etiã Origenes, homil. 4. in Matth. Lunã habere naturã humidam: ex effectu lunari Lunã cõsiderãs. Credit tamen Basilius firmamẽtum nõ eo dictũ, quòd solidũ sit, sed potius propter eius tenuitatem, & insensibilitatẽ. Et hoc forte dixit, quia omnes cæli solidi sunt, & si soliditas causa esset appellationis, omnes cæli essent dicendi firmamentũ, quia omnes soliditate gaudent. Iob. 37. Tu forsitan cũ eo fabricatus es cælos, qui solidissimi, quasi ære fusi sunt. Quamquã hæc soliditas, non duritiem denotat. Nam cęli non sunt duri, neq; molles: sed firmitatem cælestis substantiæ denotat.

Decisio quęstionis.

¶ Ego tamen per firmamentũ, intelligo in fimã aeris regionẽ, quam vocant expãsionem Latini, aut extensionem, ex voce, Rachia. Itaq; Deus in medio elementi aquæ, quod pertingebat à terra in nubiũ locum vsque, Deus fecit hãc extẽsionem, ideſt aeris infimã regionẽ, quæ diuideret aquas superiores, ideſt, locũ aquarum superiorum (qui est locus nubium, vbi generantur pluuiæ in aeris regione media) ab aquis inferioribus, hoc est marinis, &c. Et quod subditur in eodem capitulo, Deum locasse luminaria magna in firmamento, non hoc firmamentum significatur: sed ipsum cælum, quod sublimem habet naturam cælestem. Nam in eodem cap. hæc vox, cælũ, æquiuoca si ab aliquo putetur, non desipiet. Namq; ipsam aeream expansionem vocat cælum: & ipsum, quod verè est cælum, vocat cælũ, dicens: In principio creauit Deus cælum & terrã. Quare nihil prohibebit firmamẽtum multiuocũ inibi esse. Cum ergo ait, Solem, & Lunam Deũ collocasse in firmamento, Hebraicè legimus, in Rachia, hoc est, in extensione. At oportet intelligere nõ in expansione aerea Solẽ, & Lunam esse à Deo locata, sed in expãsione cælesti. Nam cælorũ etiam expansio est, vt meminit Psalmographus: Extendens cælum, sicut pellem. Quod si forsitan hæc legens multa te tenet admiratio, ex tanta varietate & perplexitate placitorum ne te teneat admiratio, quia caput primum Geneseos est respersum multa obscuritate, & obiectum nimia caligine, propterea diuersæ volitant in exponendo sententiæ.

Duplex firmamẽtum aereũ & cæleste.

1. Cõclusio

¶ Iam verò si philosophicè iuuat hæc agere, secundam accipe conclusionem: Cælũ non habet eandem materiam cum elementaria materia, imò est longè alterius rationis. Hanc habes ex Aristotele. 8. Metaphy. tex. 12. & 10. Metaphy. tex. 10. Et ratio est quia materia sublunaris est in potentia essentiali, ad reciprocandas formas substãtiales: ideò, est principium generationis, & corruptionis: at verò cælestis materia nõ habet potentiam essentialẽ ad recipiendas formas, quia cælum est ingenerabile, & incorruptibile, at tantum habet potentiam ad vbi, ideſt, ad mutandũ locum, non secũdum se totum, sed secundum partes.

3. Cõclusio

¶ Tertia sit conclusio, Auerroisticũ placitum, cęlum si pro orbę sumatur, nõ esse cõpositum ex materia, & forma, sed esse substantiam simplicẽ probabile est. Hæc probatur: Nam si haberet formam, quæ cælũ componeret, non esset necessaria intelligẽtia mouens. Probabis illatum. Etenim illa forma cælestis esset principium motus cælestis, & quia forma est perpetuanõ egeret intelligentia mouente. At verò hoc argumentũ eneruabitur fortasis, si dixeris formam cæli corpoream si illud cõponimus, non satis esse ad motum cæli perpetuandum. Nam forma corporea, quia finita est ratione materiæ, nam materia limitat formam: quare cum sit finita nõ, potest exhi-

bere

Firmamẽtũ & cælũ, polysemata.

bere motum infinitum. At intelligentia (vt dixit autor de causis) est infinita ex inferiori parte, & finita ex parte superiori, hoc est infinita, quia caret materia limitãte, & finiente. At est finita ab autore Deo, qui illi dedit finitam essentiam. Quia ergò habet quãdam infinitatem, propterea etsi à forma procedat motus cælestis, at verò ab intelligẽtia erit motus infinitas. Porrò existimo magis esse amicum Theologico dogmati, si dicamus, cælum habere formã componẽtem à qua proficiscitur cæli motus, & operatio, ad quam consequitur etiã lux stellarũ, diaphanitas cælorum, & cætera accidentia cælestium corporum. Nam ego non video quomodo hæc accidentia consequantur intelligentiam mouentem. Quamuis enim Auerroes credat cælũ non agere summota intelligẽtia, illud sanè est, quia motus cælestis, qui est sibi naturalissimus, est calefactiuus horum inferiorum, autor est Aristoteles. 4. Meteo. capitulo. 4. Et rursum, quia per motum adducitur, & abducitur generans. 2. de generatione, tex. 55. At verò hic motꝰ cælestis, quia naturalis est, habet principium intrinsecum, non materiam, non intelligẽtiam, igitur formam substantialem. Nam natura est principium motus, & quietis, eius in quo est. Vt est celebre apud Aristotelem.

Cælum est compositũ ex materia & forma.

Duplex firmamẽtum aereũ & cæleste.

2. Cõclusio

Argum. 2. ¶ Tradidimus præterhæc suprà angelos non esse causas naturalium effectuum, nisi applicando actiua passiuis, non efficiẽdo, vel influendo. Quare hoc solo nomine intelligentia aget, quia per motum quo circũuoluit suũ orbẽ, applicat cælestes vires istis inferioribus. Igitur operatio luminis cælestis nõ est pertinẽs ad intelligẽtiã per se & primò, sed ad formã cælestem pertinens erit. Et si concedamus cum Astrologis influentiam, idem conficies. Quod si dixeris, cælum est simplicius corpus, quã elementarium corpus, hoc sanè fatemur, quia cælestia corpora sunt puriora, quàm elementaria, & sunt abhorrentia ab omni generatione, & corruptione. Et deniq́, vt dixit Aristoteles in libro de mũdo, quem nuncupauit Alexandro, sunt diuina cælestia corpora, propterea sunt simpliciora: non quia carent compositione ex materia, & forma. Vnde angelos superiores, simpliciores diximus suprà esse, quàm angelos inferiores, quamquam & superiores, & inferiores non sunt compositi ex materia, & forma: at ex maiori perfectione, maior adest illis simplicitas. Ita etiamsi cælestia, & elementaria corpora sint composita, at verò quia cælestia sunt diuiniora corpora, ideò simpliciora. Namque etiã pronunciamus elementa esse simplicia corpora, quanquam sunt composita: at dicuntur simplicia quia non sunt mista ex elementis. Cælos verò dices etiam simpliciores elementis, quia non sunt misti, neque possunt ingredi mistionem aliorum: id quod familiare est elementis.

3. Cõclusio

Cur cæli sunt simpliciores elementis.

¶ Quod si cælum genericum est nomen, atque specificum, & species captanda est à forma, cælum vtique habebit formam sibi intrinsecam.

Argumẽtũ contra Auerroem.

4. Cõclusio ¶ Postrema iam sit conclusio ad priores conclusiones consectaria: Cælum ex natura sua neque est aqueum, neque igneum, sed habet sublimiorem quandam naturã. Hanc te docebit Aristoteles. 1. Meteo. capit. 4. Vbi Anaxagoram indicat dicẽtem, cælum, & astra ignea esse. Et ridet hunc philosophum ex hoc puerili placito, & capite. 2. ostendit cælum esse alterius naturæ, quàm elementa. Et capite. 3. multa colligit argumenta, quæ istud probent. Nam si Sol igneus esset, sphæram sublunarẽ iam deuastasset vniuersam. Huic tamen responsio esset argumento, sphæram igneam non deuastare orbem: neque mirum si Sol, etiamsi esset igneus. Nam humiditas aquæ, atque frigiditas, & aeris humiditas impedimento sunt, dicet Anaxagoras, quominus machina vniuersi deureretur. Et demum colligit, cælum habere motum proprium circularem, longè diuersum à motu elemẽtorum, qui rectus est. Ergo habent cæli, & elementa diuersam naturam. Neque diffugies argumentum, si dixeris etiam ignem agitari circulariter in propria sphæra. Nam illud habet ex motu primi mobilis. Tu cætera lege apud Aristotelem, quia in præsentia hæc dixisse sit satis. Magister tamen Sententiarum etiam insinuat sibi arrisisse placitum, docens, cælum habere eandem materiam cum elementis, sequutus multorum Sanctorum sententiam.

¶ Distinct. 12. Disputatio. 3. Num materia habeat esse ex se, an solùm mendicatò habeat à forma.

1. Argum. ET forsitan alicui videbitur materiam totum suum esse mutuatum habere à sua forma. Nam. 7. Metaphysico. text. 49. Materia non est quid, neque qualis, neque quanta. Et. 5. Physic. comment. 8. materia nō habet aliquid actus admisti in suam substantiam. Et August. 12. confessionum illam vocat esse prope nihil.

7. Metaphys. tex. 49

2. Argum. ¶ Secundo idem colliges, quia materia nō potest intelligi sine forma, ergo neq; habet esse nisi à forma. Collectio prompta est, quia quod dat esse, dat intelligibilitatē. Antecedens est Aristotelis. 2. Physic.

3. Argum. ¶ Tertio idē probabis: Fac materiam esse sine formæ contubernio, iam tum habebit esse: at esse est formæ, ergo inuoluit contradictionem, quod sit sine forma.

Argum. in diuersum. ¶ In diuersum est. Materia ex se habet, quòd sit materia, & non à forma, & quòd sit ens in potentia, & quòd sit substantia. Nam esse substantiale materiæ non est à forma, vt neque esse potentiale, aut materiale, sed à Deo hoc sibi vendicat materia, hoc esse. Nam si hæc sortiretur materia à forma, forma crearet ipsam materiam, quod est inopinabile. Quod verò sit substantia materia, autor est Aristot. 2. de anima, cap. 1.

¶ Disputationem hanc huc vocaui, quia controuersam illam video inter primarios Theologos. Etenim Thom. in. 1. par. q. 66. art. 1. confessum habet, Deo non subesse facere materiā informem, imò necessario quando materiam creauit, illā creauit formatam. Implicat namq; apud hunc autorem, materiam esse sine forma. Namq; si est sine forma, est in actu existendi, & erit ens actu: at verò actus existendi est à forma, & ita quando est sine forma, est cum forma. Ante Thomam amplexus Albertus est hoc placitum libro de quatuor coæuis. Et cum Thoma conuenit Bonauentura, reclamantibus tamen Scotō, Henrico Gandensi, quodlibeto. 1. quæstione. 10. Gregorio Ariminensi, & plerisque alijs non infimæ notæ Theologis. Quibus diuersum sapere à prioribus collibuit. Ego verò (vt breuiter rem expediam) memini Themistium ex sententia Alexandri, in primo Physic. & in libro. 2. naturalium quæstionum, quæstione. 7. tradidisse, entium, quædam esse per se, & ad se: alia verò esse ex relatu ad alia: vt lignum de se lignum est, at vero bipedale est non ex se, nam est bipedale quia refertur ad pedale. Ita docet materiam esse de se aliquid. Quod verò sit in potentia, non ex se habet, sed relata ad formam, iuxta quam traditionem dixerim tibi materiam esse de se actu materiam, & de se habere esse suum substantiale, & de se est quædam entitas, vt hæc entitas. Itaque etiamsi materia est de se nuda ab omni forma, vt sit capax omnium formarum, quia quidquid recipit aliud, est nudatum ab illo, at non est nudata à se ipsa, neque materia est in potentia materia, sed actu est materia, & actu habet suum esse materiale. Et hoc non habet à forma, à qua sibi conquirit esse formale. Neque ideò tamen duplex est actus existendi in composito, sed vnus actus est existendi. Et obserua materiam dubio procul esse essentiam distinctam à forma, at verò vnaquæque essentia habet sibi germanam existentiam, ideò materia habet sibi germanam existentiam, & intrinsecam. At verò existentia, quam sibi ex societate formæ conciliat, aduentitia est sibi, & si sit essentialis toti composito. Est ergo materia de se entitas quædam actu materia, & hoc non habet à forma. Capimus autem hoc loco materiam, pro substantia materiali: at substantia materialis, non est à forma. Etenim suprà docuimus ex Themistiana traditione materiam esse relatiuum nomen ad formam venturam, & subiectum relatiuum ad formam præsentem. At substantia hæc (quam vocitant philosophi materiam) de se est entitas quædam, aut substantia quædam, habens sibi propriam existentiam. Vnde cōficitur, Deū potuisse separare hanc substātiam materialē à forma: quia est hæc substantia habēs esse suum materiale de se, & nō ratione formę. Et ad argumentū Alberti, & Thomæ, respondetur, Deo operante, sepa-

Decisio ex autoris decreto.

Materia est essentia distincta à forma & habet existentiam propriā distinctam à formæ existentia.

sèparata materia à forma, est sanè materia actu, & substantia materialis, habens esse actu materiale, non tamen est ens actu simpliciter, quia esse ens actu simpliciter, est ens habens speciem & formam: at materia de se neque quid est, &c. 7. Metaphys. tex. 8. & quod suprà est commemoratum ex Commentatore. 5. Physic. materiam non habere aliquid actus admisti, est verissimum. Actum enim formalem nullum de se habet, sed sustentatur per posse, vt habetur in libello de substantia orbis. Et si Commentator libello dudum indicato, non veretur concedere, materiam cælestem esse actu, vt suprà dissertum est. Et Augustinus dicens materiam esse prope nihil, quia est nuda ab omni actu, aduersarius est Themistio. Quia non nudauit materiam August. à seipsa. Dissèrta si recte tenueris, argumenta in principio disputationis huius facta recte etiã solues: quia promptã illorum habebis solutionẽ.

Decisio ex autoris decreto.

Materia ex essentia distincta à forma & habet existentiam propria distinctam à forme existentia.

DISTINCT. Decima tertiæ, Disputatio prima.

¶Nũ ante mũdi constitutionem, an sub mũdi exordio lux creata fuerit, & qualis.

1. Argum. ET videbitur alicui forsitan, lucem formatam fuisse antè quàm omnia conderentur hęc visibilia. Etenim tenebræ nunquam fiunt nisi ex priuatione lucis. At verò in principio legimus, tenebras sparsas fuisse super faciem abysi. Igitur tenebræ istæ priuabant lucem iam extantem. Præcesit ergo tenebras lux. At tenebræ fuerunt in primo die: ante primum igitur diẽ erat iam lux.

2. Argum. ¶ Adhæc Basilius homilia. 2. Hexameron tradit angelos fuisse ante mũdi creationẽ, at angeli non degebant in tenebris, imò in luce, quia lux est, quæ donatur beatis, nõ tenebræ, vt ex Paulo colligit ad Colossenses. 1. Fuit ergo lux antequam mundana à summo opifice crearetur machina. Et idem docet Theodoretus quæstione. 6. super Genesin, & eisdem verbis quibus Basilius rem hanc expresserat, lucem quandam fuisse priorem, quàm tenebras, quas legimus in exordio rerum mundum occupasse.

3. Argum. ¶ Præter hæc Strabus interpretans verba illa: In principio creauit Deus cælũ, & terram, per cælum intellexit cælũ empyreũ, at hoc cęlum est micantissimũ: (ideo enim vocatur empyreum) igitur lux præcessit tenebras: & ante quam Dñs dixisset: Fiat lux, iam erat lux.

Argu. in cõtrarium. ¶ In diuersum est literæ sacræ contextus, ex quo didicimus tenebras prius offudisse abyssum, quàm quod lux fuerit.

¶ Disputatio hæc duo inuestigat, alterum est de origine lucis: alterum verò de eius natura. Et hoc postremum primò disseretur. Nã Democritus existimauit lumẽ esse ex corpore lucido defluxionẽ: ex cuius placito Aristoteles in problematibus dixit idem. Et Empedocles lumẽ esse corpus etiã tradidit: quia censuit lumẽ succesiuè diffundi, quamuis hæc succesio nos lateat. Contra quos omnes in. 2. de anima. tex. 70. Aristoteles docet lumen non esse ignem, neq; defluxionẽ ex corpore lucido, neq; diffundi morose, sed subitò: quia si illustratur pars Orientis, simul illustratur Occidentalis pars. Vnde lumen, quod per laternas extrà micat, indicio nobis est, lumen non esse corpus. Etenim partes laternæ penetrat subito. 2. Posteriorum tradente Aristotele, tex. cõm. 12. Et re vera si lumẽ esset corpus, eius præsentia in aère, vel aqua esset generatio, & eius absentia esset corruptio aeris: id quod sensu didicimus esse falsum. Et rursum, si lumẽ esset corpus, quando infunditur lumen, vel in aquam, vel in aerẽ, esset dimensionum penetratio. At verò 5. Topicorũ, quod legimus lucem esse subtilissimam speciem ignis, cap. 3. sermo est ex aliorum placitis. Quæ tamen placita Augustinus amauit. 7. super Genesin ad literam, cap. 15. dicens, lucẽ & aerem, esse corpora proxima spiritibus incorporeis. Et tertio de libero arbitrio, capitul. 5. & in

Lumẽ quid sit ex Aristotele.

epistola ad Volusianum lumen primas tenere partes in corporibus asserit. Id quod (vt diximus) ex Democriti, & Empedoclis commentis dimanauit. At Aristoteli danda est fides maior quàm Augustino.

Aristoteli in philosophia maior est fides adhibẽda, quam S. Doct. secus in Theologia.

Nam tractandis rebus naturalibus Aristoteles facilè superat sanctorum Doctorum ingenia, vt contrà in tractandis diuinis abeis superatur. Scito tamen hæc distinguenda esse, lux, lumen, splendor, radius. Nam lux qualitas est denominans corpus lucidum, vt lux Solis, Solem lucidum denominat: lumen verò effectus est lucis. Est enim actus diaphani secundum quod diaphanũ est. 2. de anima, tex. 69. Nam aqua tum actu transparens est, vel aër, quando lumine illustrantur, aliàs in potentia sunt diaphana, non actu. Splendor autem reflexũ est lumen, vt Sole directè non ingrediente fenestram, ex Solis tamen reflexione illuminatur. Et est splendor quasi luminis effectus & actio. Radius verò est incidẽtia luminis, vnde vt variè sunt incidẽtiæ, rectæ, refractæ, reflexæ, ita varios esse radios perspectiui meminerũt.

1. pars quæstionis.

¶ Iam verò (vt ad primum institutum regrediamur) aduertendum est, ex Strabi sẽtentia cælum empyreum esse primo die creatum, & simulatq; conditum, fuit repletum angelicis spiritibus. At verò quamquam hoc cælum lucidissimum esse traditur, non est illa lux, quæ luxit primo creationis die, & creata distinxit, vel demonstrauit esse distincta. Cæterũ dicet aliquis, vt ergo erant tenebræ super faciem abyssi, si cælum empyreum lucebat? Vtique dicendum est, cælum illud, aut non lucere exteriùs propter maximam eius raritatẽ, aut quod lux eius est claritas gloriæ, multo diuersa ab hac luce visibili nostra, vt S. Thom. commemorat. 1. parte. quæst. 66. artic. 3. vel fortassis propter immensam distantiam ab elementaria mole non lucebat super abyssum. Et Thomas existimat ante Bedam, & Strabum, Basilium fuisse autorem huius traditionis de cælo empyreo. Egò verò non lego apud Basilium, neque apud Theodoretum hanc vocem, cælum empyreum, sed sub hęsitationis nota tradiderunt. Si quid erat præter angelos factum ante mundi constitutionem, erat lux: at quæ aut qualis hæc lux fuerit, nihil decernunt. Quamquam mihi satis grata est hæc sententia, ante cætera fuisse cælum empyreum conditum, & terram. Nã lego Matth. 25. Percipite regnum, quod paratum vobis est ab origine mundi. Vtique quia hoc cælum, quod est sanctorum requies, & locus in principio in ipsa mundi origine condebatur. Nam mundi visibilis creatio in gratiã sanctorum est. Omnia enim Deus fecit propter electos. Quare illorum in principio orbis, statim parauit sedem, quæ est empyreum cælum. Arbitror autem sub censura meliore, in primo die cælum hoc, vastasque elemẽtorum moles factas à Deo esse, sub tenebris tamẽ, quas alioqui ipso eodem die luce visibili illustrauit. At verò cælestes alij omnes globi siue planetarij orbes, vel astratus orbis, cum primo mobili conditi sunt à Deo in quarto die. Nam in hoc die commemorantur, Solem, Lunam, stellasq; à Deo conditas esse. Ideò apta tum erat cælorum creatio: quia stella est densior pars orbis. Ideoque tum cœpit cælestis motus, siue primi mobilis, siue aliorum orbium, tuncque tempus, quod lux primi diei distinguebat, in manè, & vesperam distinxit: Sol, & Luna in noctem, atque diem. Itaque virgulta, & arbores, & quæ sunt diei tertij opus, facta sunt à Deo ante cælestem motum: vt facilè ostenderet, se non indigere motu cæli, vt viuentia, cæteraque produceret. Et quamquam animalia quinto die commemorentur à Deo esse condita sub motu, & tempore. At quia Deus illa subitò fecit, vt ex Basilio suprà nos docuimus, ideò etiam per motum cæli illa Deus non fecit, sed solus ipse autor fuit. Et quamquam scriptura præseferat, Solem, & Lunam, esse in eodem loco, nam ait illa posita esse à Deo in firmamento, cæterum quia ex certissima calculatione non sunt in eodem cælo, sed in differentibus, ideò non oportet intelligere in eodem loco esse posita, imò singularis numerus vsurpatur pro pluratiuo, vt aliàs. Posuit igitur in firmamento cæli, hoc est, in firmamentis cælestibus. Aut si mauis, iuxta Hebraicam vocem in firmamento, hoc est in extensionibus cælestibus. Nam Solem, vt Astrologi commemorãt in quarto orbe, & Lunam in primo Deus collocauit.

Orbes cælestes omnes cum astris suis excepto empyreo quarto die facti sunt.

Nota expositionẽ sanctę scripturę, Gen. c. 1

¶ Quòd verò ex Bedà celebratur, quatuor esse coæua, quæ primo die à Deo fuere cõdita, materiã primã, cælum, tẽpus, & angelicam

Beda exponitur.

licam naturam, hoc verum est, non de tempore, quod cælestis motus orbium habet in affectionem suam. Nam vt dixi, motus hic cepit quarto die, & solare tempus diui dens diem ac noctem (vt diximus) tunc etiam cepit, neq; de hoc cælo visibili istud intelligendum est, vt ex præscriptis etiam patet: sed de cælo Empyreo tu intellige, & de tẽpore, quod lux illa primæ diei distinguebat in vesperam, & manè.

Solutio argumentorũ

¶ Reliquum est, argumentis facere satis. Primo dicito, tenebras illas non fuisse priuationem lucis visibilis iam extantis, sed mox futuræ. Basilio & Theodoreto respõdebis, illis confessum fuisse angelos præcessisse multo æuo creationem rerum visibilium: ideò dixerunt sub hęsitatione, lucem fuisse prius conditam At vt iam patuit, angeli fuerunt conditi die primo, ideo non eguerunt luce antiquiore, quàm essent visibiles creaturæ. Quid? quòd etiam si daremus Basilio, angelos æuum habuisse antiquius, cæterum non est sufficiens, aut necessaria collectio, igitur erant in inuisibili luce: quia angeli non reguntur sensibus vt lucem visibilem poscant, sunt enim spiritus. Et si Basilius aliter censens de natura angelica existimauit angelos creatos in luce. Postremo argumento inter differendũ oblata est responsio. Cæterum Hebræorũ pleriq; existimant lucem primo die creatam, fuisse Solem, & Lunam, vt diuiderent diem & noctem. Quod verò scriptura cõmemorat quarto die fuisse creata luminaria magna, dicunt esse accipiendũ per analepsin. Nam quia quarto die commemorantur stellarum creatio, ideò simul cõmemoratur creatio Solis, & Lunæ: quæ alioqui creata fuere in primo die. Nam ait: Apellauit lucem diem, tenebrasq; noctem. At verò Dionysius. 4. cap. de diuinis nominibus existimat, lucem primi diei, & sequentium duorum fuisse informem, hoc est, imperfectam lucem. Ipsa, inquit, ea lux, & si tunc erat informis (quod & diuinus Moses ait) quæ prima distinxit, & definiuit dierum nostrorum trinitatem. Si ergo lux illa prima, quę primos tres dies distinxit, ante quartum diem erat imperfecta, & informis, equidem non erat lux Solis, lux primi diei, nam lux Solis formata est, & absolutissima. Et in hanc sententiam ferè est confluxus doctorum. Quæ autem, aut qualis fuerit illa lux informis primo die creata, scriptura nõ commemorat. At verò quod Nicolaus Lyranus huic obiecto respondit, gratis dictum est. Ait enim lucẽ solis esse primò factam, at dixisse illam informem fuisse creatam Dionysium quia vsque ad diẽ quartum non accepit vim influxiuam circa inferiora hæc. Lege ipsum in glossa huius loci. At verò hoc sanè sine causa legitima dixit. Nam vnde ipse hoc collegit, ex diuinis eloquijs, aut ex sanctorum doctrinis? proferat, & credemus ei. Neque solus hoc censuit Dionysius, imò D. Basilius in homilia secunda hexameron lucem illam primogeniam dixit non fuisse Solem, sed aliam lucem, quæ se fundebat in orbem, & se contrahebat. Vtiq; quia illa lux suo ortu, & occasu, manè & vesperam faciebat & diem ac noctem distinguebat. Et Chrysostomus homilia. 6. in Genesin ita cẽsuit die quarto Solem & Lunam creata fuisse. Et lucem primæ diei alterã fuisse. Hebræorum tamen placitum non damno.

Nicolaus non probatur.

Orbes cælestes omnes cum astris suis excepto empyreo quarto die factisunt.

Hebræorũ placitum, Solé, & Lunam primo diei dantes

Nota expositionẽ sanctę scripturę, Gen. c. 1

Dionysius exponitur.

Beda expo nitur.

¶ Et tandem quæstio istis annectenda illa est, an lumen habeat esse reale, an intentionale? quia de re ista litigatur à philosophis & lis hęc se transtulit ad Theologos, adeò vt ducantur partes diuersæ, & factiones satis contentiosæ. Et nos rem istam egimus proprio loco, hoc est, in commentarijs nostris ad secundum de anima, ideò in præsentia dixerim, lumẽ verè habere esse reale, & non intentionale, quamuis nonnihil sapiat intentionalia. Etenim lumen (vt diximus) est effectus lucis vniuocus cũ luce. Nam lux est tanquam quoddam lumẽ primitiuum, & ideò vegetius est, quia est in suo fonte, hoc est, in luminoso corpore. At lumen est tanquam lux quædam deriuata à primitiua luce: at vero si esset species lucis, & non vera lux, vtique non esset effectus vniuocus lucis, imò esset ęquiuocus. Nam species albi, non est effectus vniuocus albi: imò ęquiuocus. Quibus adde lumine, & motu, cælum agere in hæc inferiora. At vero si esse intentionale haberet, non ageret cælum verè & realiter sed intẽtionaliter, id qđ puerilis est philosophia. Et rursum, experimento sensili videmus mare intumescere, & detumescere, ex luminis lunaris accessu, atque recessu.

Quæstio annexa.

Lumen & lux, vt differant.

¶ Adhæc, quod est actus realis, non habet esse intentionale, at. 2. de anima vt suprà est indicatum, lumen est actus diaphani, quatenus est diaphanum. Nam lumen red

dit quod erat in potentia diaphanum, actu pellucidum, & transparens. Hoc autem intentio facere nequit, neque species visibilis. Alia lege apud Thomam. 1. part. quæst. 67. artic. 2. Habet autem nonnihil saporis de intentionali esse. Etenim lumen existēs etiam supra sensoriū, sentitur propter suā eximiam subtilitatem, & spiritualitatem, & quia sine lumine interno, & externo non celebratur visio.

Lumen sapit intentionalia.

¶ Rursum lumina duo non se commiscēt in medio, vt liquidò commōstratur ex duabus vmbris, quas duo lumina in obiectum parietem mittunt, instar specierum sensilium, aut intelligibilium: quæ quamuis sint in eodem subiecto, non tamen faciunt vnam speciem. Etiamsi sint duæ species sensiles eiusdem speciei, vt duorum alborum. Itidemque philosophaberis de intelligibilibus. Fortasis hæc obseruantes Scotus, & Egidius Romanus in. 2. Sentētiarum distinct. 13. Itemque Ioannes Asianus, tradiderunt lumen habere esse intentionale. Et Durandus. quæst. vltima huius distinct. fatetur nonnihil sapere lumen naturam intentionalium. Et hoc probè dixit modò credamus habere verum esse reale, quia habet actionem veram & physicam, vt ex reflexo lumine Solis ex speculi facie ignis generatur, adurēs stupas, id quod esse intentionale præstare nequit. At ais etiam species sensiles habent physicas operationes, & reales. Nam per quietem somnia ducentes horribilia, expergiscuntur sæpè, & vociferantur deterriti, & fugiunt sæpe quæ in somnis spectant mala. Cæterū hanc operationem nō præstat species aut phantasma obiectum ex sua natura. Nam si ex propria illud exhibuisset facultate, etiam per vigiliam faceret, id quod experimento docēte non facit. At ideo per quietem facit, quia ex deceptione facit, quia ligatus est communis sensus cū cæteris sensibus exterioribus: ideoque obiectum spectrum imponit somnianti, quia existimatur vera res: & agit, vt induit laruam veræ rei quæ alioqui ficta est. Et forsitan nihil incommodi est, fateri nonnullas habere species sensorias operationes reales. Nam nigra, & virentia visum cōfortant. Nigra si propè, virentia si procul cernantur: vt odoris species confortant cerebrum. At verò istæ operationes, sunt sanè circa proprias sibi potentias, ad quas à natura vel ex proposito diriguntur. Lumen verò, nō solum circa visum habet operationem realem (visum em̄ lux mira voluptate suffundit, & vegetum facit, si moderata sit) sed etiam extra sensum habet naturales actiones, vt prædicta facilè docēt. Porrò de istis hactenus.

An species sensoriæ habeant physicam actionem differitur.

DISTINCT. decimæquartæ, Disputatio prima.

¶ Num cælestis motus inter naturales sit referendus.

ET videbitur alicui fortasis cælestium orbium motus non esse referendos. Nā Origenes lib. 7. de principijs, astra & orbes cęlestes animatos esse testat̄ ex spiritib⁹ angelicis. Ergo mot⁹ cęlestes nō sunt naturales. Probo cōsequentiā: quia si sunt motus animales, nō erūt naturales. Et antecedēs videtur collectū iri ex multis. Nā ad Roma. 8. Paulus ait: Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc redemptionem filiorum, &c. Igitur cælum etiam ingemiscit, expectans redemptionem filiorū Dei. At ingemiscere, & expectare redemptionem, est viuentium ex intellectu: cæli ergo sunt intelligentes, ideoque viuentes vita intellectiua, quare motus eius non videtur naturalis. 1. Argum.

¶ Et rursum Iob testimonio idem confici videtur. Siquidem cap. 28. traditur stellas non esse mundas in conspectu Dei, ergo si stellæ sunt immundæ coram Deo, peccatū saltem admittere possunt. Igitur sunt rationales. Ergo motus ipsarum non est naturalis. 2. Argum.

¶ Præterhæc, si motus esset cælestis naturalis, ergo esset à natura: at cælum non habet 3. Argum.

bet naturam. Minorem probat Aristotelis definitio. Etenim natura est principium motus, & quietis: at vero cælum non potest quiescere, igitur naturam non habet.

4. Argum. ¶ Rursum, cælum mouetur ab Oriente in Occasum, & cõtrà ab Occasu in Oriẽs, qui motus est cæterorum orbium, excepto primo. Quod si quiuis horum esset naturalis alter illi oppositus, esset violentus, & in cælo esset violentia: & quia nullum violentũ perpetuum, motus cæli tãdem cessaret, cõtra physica dogmata.

Argumentũ in diuersum. ¶ In diuersum est, quòd omnis motus aut est naturalis, aut violentus, aut voluntarius. Si motus cæli non est naturalis, neque violentus, erit igitur volũtarius. At motus hic contingens est: cælum igitur non necessariò mouetur, sed cõtingẽter, id quod schola Peripatetica damnat.

¶ Disputatio hæc grauissima est, & longè difficillima. Grauissima sanè, quia autores nobilissimi de illa admodum disceptant: difficillima verò, quia de cælestib⁹ tractat: quæ, quia sunt longè sita à nobis, notionẽ quoque habent remotissimam.

Duo differenda. ¶ Igitur duo sunt quæ differenda sunt à me in præsentia, alterum est, quærere si cæli habeant actiuum principium sui motus & quale illud sit: alterum verò erit, si gaudeat cælum quodlibet motore suo: & quis ille sit motor. Namq; hęc duo diuersa sunt actiuum principium motus, & motor. Etenim in grauibus, & leuibus forma substantialis est actiuum motus principium: at forma non est motor aut ignis, aut aeris, &c. sed ipsum generans, vt nos suprà affatim demonstrauimus ex placito Auerrois libro de substantia orbis. Et S. Thomas hoc est amplexus placitum libro. 3. contra gẽtes cap. 23. Aut enim grauium, & leuium formas, non esse motores, quia non sunt entia in actu: nam sunt essentiales partes, aut elementorum, aut mistorum. At sunt actiua motus principia, vt materia est passiuum eiusdem motus principium: generans autem est motor grauium & leuium. In animatis autem est motor quidam intrinsecus, & non extrinsecus solum. Namcor, vel illius vices agens, est animalia mouens. Et Albertus lib. de quatuor coæuis. quæst. 4. artic. 24. idem docet dicens ignẽ moueri à sua forma. Hæc igitur duo inuestiganda nunc proponuntur, de qua re Albertus Magnus indicato libro de quatuor

Aliud est motus actiuum principium à motore.

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

coęuis quęst. 4. artic. 24. tria dixit esse principia motum cælestem agentia, Deum sanè, & animam, vel angelos, propriasque cęlestes formas. Hoc postremum colligit ex Commentatore lib. de substãtia orbis, tradente motorem mouere secundum formę exigentiam. At profectò Auerroem nõ sapit hoc documentum, quippe in eodem libro, quos potest, Auerroes intẽdit neruos vt probet cælum esse substantiam simplicem, & non compositam ex coitu materię, & formæ. Quapropter alienum est ab Auerroe cælum habere formam corporeã, & diuisibilem ex quantitate cęli. Quia Cõmentator præter intelligentiam affixam orbi, quæ spiritualis est, aliam non docuit formam, quæ sit motus cælestis principiũ actiuum. Thomas verò libro contra gentes. 3. cap. 23. & quarto, cap. vltimo decernit cælos moueri ab intellectu, & non à natura. Etenim naturalis motus reducitur in generantem, cæli autem non sunt geniti, ex Aristotele. Et rursus, quia motus naturalis, est ratione alicuius indigentiæ. Animalia enim mouentur propter sibi cõmoda sectanda, aut fugienda incommoda. Et inanimata mouentur, vt in proprijs locis aptius seruentur: quia locus natiuus locatum seruat. At verò cælum non habet indigentiam, quam vt suppleat, motitetur. Verum est vtcumque naturalis motus nõ quia ex principio dimanet intrinseco, sed quia passum confert vim: hoc est quia cælum non repugnat suo motui. Bonauentura autem in hoc secundo distinct. 14. artic. 3. quæ. 2. duas de re hac indicat sententias. Prima est quę cęlestibus sphęris subtrahit motores angelos: solum ducens esse illorũ motrices formas substantiales, quæ cælos intrinsecè componunt, hę cælos motitant solæ cum diuino influxu. Namque si grauia, & leuia ad absoluẽdos proprios, quos peragunt motus, non egent angelicis motoribus, multo minus cęlestes globi hac angelica non indigebunt motione. Et hanc sententiam existimat esse probabilem, & non contra fidem, neque contra decreta Sanctorũ. Istæ autem cælestes formę sunt mediæ, iuxta hoc placitũ inter formas spirituales, & corporales. Aliam verò sententiam etiam probat, quæ angelos asserit esse motores orbium cęlestium. Nam si à forma intrinseca est ille motus, quando ergò cessabitur in die iudicij à cælesti motu, tunc

Albertus non probatur.

Thomę opinio.

Bonauenturæ sententia.

tunc esset cælum sub quiete violenta. Et æternam pateretur violentiam. Quod est absurdum. Iuxta primam sententiam, motus cælestis est naturalis, quia est à principio intrinseco actiuo, hoc est à forma cælo intrinseca. Iuxta secundã, voluntarius est cælestis motus. Nam est ab intelligẽtia cęlesti, non à forma intranea cælo. Et hãc sententiam probat ex D. Augustino. 3. de libero arbitrio, cap. 11. Tametsi locus Augustini illam aperte nõ probat. Porrò Albertus Magnus in distinct. hac. quęst. 4. art. 6. priorem harum sententiarum putat esse curam, quæ cęlos tradebat ex proprijs agitari formis, non ex angelica operatione & hanc ducit sententiam esse Ptolemæi, & Albategni, & Albumasar, qui fuerunt insignes Astrologi. Et retractat, quod dixerat libro de quatuor coæquæuis de re hac, quod pridem indicaueram. Cui placito videntur quædã suffragari si sacras petimus literas. Actor. enim. 17. scriptũ est: In ipso viuimus, mouemur, & sumus. Et Sap. 8. Attingit à fine vsq; ad finem, & disponit omnia suauiter. Et ad Rom. 12. In ipso, & per ipsum omnia cõstant. Et id genus testimonia sunt pleraque multa in sanctis scriptis. Et August. 4. super Genes. cap. 12. Deum testatur vniuersa mouere. quamobrem videtur probabile Deum esse solum motorẽ cælorum. Nam si alia Deus à cælis mouet, rationi est consentaneũ magis cælos Deũ habere in motorem. Namque à cęli motu, vt à causa vniuersali, vniuersarum creaturarum visibilium vita, motus, & esse, pendens est. Quanquam ista, & quæ sacrę huius sunt farraginis testimonia, non persuadent, siquidem vniuersalis influxus primi motoris in vniuersa mouentia, non tollit angelos esse motores orbiũ. Sicut vniuersalitas primæ causæ non detrahit aliarum causarũ causalitati, imò illam iuuat. S. Thomas. distinct. hac, quæst. 3. artic. 3. indicat Auicennicum commentum intelligentiã vnam esse creatricem alterius intelligentiæ. Et hoc sanè hæreticum existimat esse commentum. Quanuis quantum ad hoc, quod asserit Auicenna, intelligentias esse motrices orbium cælestium, non obuiare dixit catholicæ veritati. Et si ex mẽte Auicennæ hæc cælestis motio, non superioribus angelis vt Seraphinis, aut Cherubinis commissa est à Deo, sed Angelis minoribus.

Astrologi negãtes angelos mouere orbes cælestes.

¶ Iam verò vt quid pusillum meum suggerit, exponã, ingenium, dixerim equidẽ si iuxta Aristotelis, & Commentatoris sibi deditissimi Auerrois opinionẽ hæc quæstio decidẽda est, in primis, vtiq; nõ est in absoluto litẽ hanc decidere. Quanquam in absoluto est ex Aristot. & Comment. cælos motrices habere intelligentias. Et multorum extat opinio non infimorum Philosophorum cælos esse simplices substantias, & non esse compositos ex materia, & forma. Et Auerrois istud placitum, Peripateticum ducunt esse documentum. Quare si cæleste corpus est simplicissimum secundum Auerroem, & secundum Aristotelem, non videtur esse propriè animatum. Nam anima exigit corpus organicum. Et in. 2. de cęlo. text. 6. Aristoteles tradit cæli motum non esse ab anima cogente manere in sempiternum: quamuis locus hic rectè est intelligendus, ne sit contrarius loco alteri. 2. de cælo. text. 13. qui facile tradit cælos esse animatos. Ideò ille prior sub legitimo est capiendus sensu. Nam antiquorum erat placitum philosophorum, cælum habere contrarium, esseq; suapte natura interitui obnoxium: at manebat sempiternò, ab anima cogente cælum ad sempiternitatem. Hoc autem placitum volens conuellere Aristoteles, dixit cælum non moueri ab anima cogente ipsum manere sempiternò. Et Commentator locum exponens inquit, cælum moueri ab anima intellectuali, quæ sanè moueret cum ingenti tędio, si cælum cogeret ne dissolueretur. At verò hinc est vndè pendula est hæsitatio, num hæc anima intellectiua, quæ est cæli motrix, sit solummodò intelligentia, quæ ex motu transumptiuè anima cæli nuncupatur: an sit proprio sermone, quem Physici obseruant, anima cæli, appellanda præterquam assistat intelligentia. Nam secundo cap. libro de substantia orbis Commentator docet, cælum esse animal se mouens, constitutum ex parte mota, nempe orbe, & parte mouente, videlicet, intelligentia motrice. At verò in paraphrasi ad Metaphysicam Auerroes tradidit tractatu quarto, intelligentias motrices orbium quodammodo esse formas orbium, & quodãmodo non esse. Significãs, haud dubiũ, intelligentias esse formas orbiũ hactenus ratione, quia sunt illis mouendi

Decisio quæstionis.

Decisio quæstionis.

Obserua hæc vt Arist. & Cõment. sanè interpreteris.

uendi principium, nõ tamen prorsus sunt formæ illorum intrinsecæ, & illis inhærentes, vt facerent propriè vnum cum ipsis cælestibus orbibus. Etenim cum cælis tantũ donetur forma mouens intellectiua, intellectus autem, vt intellectus, actus corporis non est, quare intelligentia non est anima cæli, vt actus cælestis corporis: sed solum vt motor: quemadmodum Plato dicebat intellectum vniri homini, vt nautam naui. Quamobrem, confertur cælum ab Auerroe. 2. cæli, commento. 71. animali, quod neque est organicum, neque habet dissimilares partes. Sed quod est ligatum prima potentia spirituali. Quæ verba facilè indicant cælum appellandum animal, non sub vna ratione cum animalibus, quæ propriè sunt animalia, quorum corpora varijs sunt prædita instrumẽtis ad functiones animales obeundas: sed esse animal translatitia appellatione, vt diximus. Quippe anima cælestis neque est sensifica, neque altrix anima, sed solum intellectiua, verum hęc nõ est actus corporis. Etenim eius propria functio non indiget corpore. Nam intelligere non est pendens à corpore, vt vegetatio, & sensio. Et Albertus Magnus libro de quatuor coæuis Aristotelem, & Auerroẽ recte sub hoc sensu accepit. quæst. 4. artic. 25. quem secutus Thomas. 1. parte. quæst. 70. art. 3. idem sapuit: cælos esse animatos ex Aristot. sententia, æquiuocè vsurpando vocem animæ. Quanquam non vacat ab scrupo quod Thomas docet in eodem loco, respondẽs quinto argumento, intelligentias dicens esse principia intrinseca cælestium orbium. Nam si sunt principia intrinseca, sunt actus cælestes, & veræ erũt cælestes formæ. Et Caietanus excitãs hoc idem dubium, solutionem obdormire voluit. Ego verò dicerem intelligentias alio motitare modo cęlestes globos, quàm corpora assumpta. Nam horum corporũ sunt motores angeli extrinseci: ergò cęlestiũ globorũ nõ erũt penitus extrinseci motores. Sed neq; sunt penitus intrinseci: sed vtrũq; sapiunt. Sunt namque extrinseci sub ea dũtaxat ratione, quòd non sunt actus cælestis corporis: sunt autem intrinseci, quia sunt angeli ex potentia spirituali suis orbibus colligati: quam colligationem non habent cum corporibus assumptis, quę angeli interim capiũt, vt suprà ostensum est. Et hoc dixerat Auerroes dudum, cęlũ non habere partes organicas, quibus colligetur suo motori, vt animalis corpus colligatur animæ: at colligatur intelligentiæ ex potentia spirituali, seu per contactum virtutis, secundum quem contingit intelligẽtia suum orbem, & illi necessariò affigitur. Porrò autem hæc Aristotelis interpretatio, & Commentatoris plana est, & admodum perspicua, si cum Auerroe credamus cælum non esse compositum ex materia, & forma, sed esse substantiam materialem simplicem, cui affixa est motitans intelligentia, quæ quia materiæ cęlesti impartitur motum, eius anima translatitiè nuncupatur. Veruntamen si aliter philosophari libuerit, cælum esse compositum ex materia, & forma, angustias patitur Aristotelis doctrina. Nam quorsum est forma, si intelligẽtia adest? cui obiecto superius fecimus (vt potuimus) satis. Plura de re hac si nosse cupis, commentaria nostra in secundũ de anima Aristot. in cap. 1. legito, & dilucidationem nostram ad Esaię. cap. 1.

Exponitur Thomas.

Angeli sunt motores orbium quodammodo intrinseci.

¶ Iam verò ad nostros disserendos Theologos stylum deducamus, & quid ipsi senserint de re hac expediamus paucis. Et videbis Origenem in comment. ad Matth. 24. verbum domini exponentem: Et virtutes cæli commouebuntur: dixisse, Conueniens est cælorum rationabiles virtutes pati stuporem, remotas à proprijs functionibus. Qui locus angelos ostendit esse motores orbium: at sub die iudicij passuros stuporem, quia cessabunt à mouendis cælis. At in libro. 2. Periarchõ. cap. 8. si cęli sunt animati scripturam nihil decreuisse decernit. Et in. 1. libro ad Iob stellas testatur esse inanimatas. Quo loco videtur retractasse, quod dixerat ex Platonico dogmate, cęlos esse animatos, si tamen illud tradidit Origenes, & illi ab inuidis, suis libris non fuit attextum. Hanc eandem sententiam postremò indicatã ex Origene amplexi sunt Basilius in. 3. homilia hexameron, & Damascenus lib. 2. de fide. cap. 6. Augustinus autem rem hanc dubiam traxit. 2. libro de Genesi ad literam cap. vltimo. At quod dixerat libro de animæ immortalitate, mundum hunc esse animatum, retractat libro 1. retractationum. cap. 5. quia docet se temerè illud dixisse. Et rursum in libro ad Orosium Hispanum ex sacris testatur nõ colligi literis cælos esse animatos. Namq; locus ille ad Rom. 8. Omnis creatura ingemis-

Decisio Theologica.

gemiscit,&c. de homine est subaudiendus, qui virtualiter est omnis creatura. Et ille pretereà alius locus Iob. 25. Stellę nō sunt mundę in conspectu eius: non est verbum Beati Iob, sed Baldach Suites. Quo loco tu obiter notabis egregiam Augustī. regulam: Quid quid, ait, sacræ tenent literæ, verum est, illud esse dictum: non tamen quid quid inibi continetur, verum est: exempli causa Pharisæi dixerunt Christum subuertisse gentem Iudaicam: hoc verum nō est, Christum subuertisse Iudæos: at verū est Pharisæos verbum illud dixisse. Ita in præsentia. Porrò Augustinus lib. 1. retractationum. cap. 11. inquit, Mūdum esse animal, neque tanquam verum confirmo, neque tanquam falsum reprehendo. Ex quibus verbis videtur nō prsus retractasse, quod tradiderat libro de animæ immortalitate: sed potius suspensam duxisse mentem, vt in libro Geneseos, & in Enchiridio. Cæterum Bonauentura in hac distinctione art. 3. quæst. 2. assertionem asserentem cælos propriè esse animatos, putat esse contra Philosophos, & contra catholicos tractatores, insinuans erroneam esse assertionē hanc. At Thomas loco iam prænotato, etiamsi sanctorū testimonia varia indicet, cęterum credens esse cęlos inanimes, nihil decernit, si hæretica sit assertio contrariū affirmans, an sit erronea. Quanquam in 2. Sententiarum distinct. 18. art. vltimo supponit secundum fidem cælos esse inanimatos. Et Hieronymum in comment. ad primum caput Ecclesiastæ docentem, Solem esse animal, quod gyratu suo dies, & noctes nobis donat, metaphoricè esse interpretandum ostendit, vt Albertus & Bonauentura. Caietanus nihilominus contēdit cælos esse animatos, sibi suffragia petēs ex illo præfationis ecclesiasticæ verbo: Cæli cælorumque virtutes: putat per Virtutes, esse intelligendas cęlestes animas. Ego vero certissimum puto esse dogma negans animas cælestes. Quia (vt dicebam) si quæ esset cælestis anima, solū esset intellectiua quędā, quęneq; esset altrix, aut sensifica: at intellectiua pura, nō est actꝰ corporis, quia intelligere purū nō indiget corpore, ideò cēseo esse contra germanā philosophiam dogma contrarium. Porrò non recolo locum sacrum me legisse, qui vel animatos, vel inanimes dicat esse cælos. Nam locus Caietani nihil cum animatione cælesti facit. Cælorum enim virtutes, gratis testatur esse cælestes animas. Siquidem dicet aliquis, esse virtutes cælestes, quæ annumerantur à Dionysio inter ordines Hierarchicos, aut si rem amplius velit producere, diceret esse formas subtiles cęlorum, quæ per prosopopœiam dicuntur laudare Dominum, vt Danielis. 3. multa producuntur inanimata, quæ prouocantur ad laudes Deo concinendas. Quanquā prior expositio est germana cantico ecclesię.

Augustī. regula.

Cælos esse inanimatos ex calculo theologico est recipiendum.

Ambrosius Catharinus in annotationibus suis contra Caietanum illi hoc, vt erratum impingit. Ego tamen non memini loci alicuius, qui probet cælos esse inanimatos, nisi quod ex calculo Theologorum recipiendum esse credo, imò ex decreto philosophorum vt supra ostensum est.

Motus cęlorum est voluntarius.

¶ Quę si rectè obseruas, quæstionis propositæ prōptam habebis solutionem. Motū cælestem esse voluntarium. Etenim est ab angelis motoribus: quāuis hoc iudico etiā recipiendum probabiliter admodum ex doctrinis Sāctorum. Quanquam euidens est ex placitis omnium philosophorum. Quia non video ex locis diuinarum scripturarum euidenter colligi posse, sed sat sit nobis autoritas Sanctorum, & Philosophorum, vt huic veritati fidem habeamus. Vnde Sanctus Thomas opusculo. 11. arti. 2. euidens existimat esse ex doctrina sanctorum angelos esse motores orbium cælestium. Et indicat Augustinum. 5. de Trinitate. & libro. 83. quæstion. Et Gregorīū in libro dialogorum. Et summa argumentorum hoc colligentium est, quod corpora animalium ex spiritu interno diriguntur, vnde etiam corpora cælestia ab spiritibus angelicis sunt mouenda. Porrò autem mihi non est admodum euidens, sanctos Doctores omnes ita sensisse, sed neque Bonauenturæ, qui putat securam esse sententiam credentem angelos non mouere cęlos, sed formas proprias, & si difficilem, vt suprà dissererebam. Nam quamuis Sāctis in confesso sit creaturas corporales administrari per spirituales, vt hæc inferiora omnia administrantur ex angelica opera, at non subinde euidens est; Ergo cęli mouentur ab angelis. August. verò. 3. de libero arbitrio. cap. 11. tales optimę & sanctæ, ait & sublimes sunt creaturæ cęlestium, siue supercęlestium potestatum, quibus solus Deus imperat, illis vniuersus mundus subiectus

iectus est. Id quod apertè nō docet cęlos moueri ab angelis. Verum satis insinuatur & probabiliter colligitur, vniuersum visibilem mundum angelis esse subiectum. Ergo sanctis angelis cæleſtia corpora subdūtur, & non aliter, quàm ad motum. Verum istis obstare videtur, si cælum est compositum ex forma, & materia, vtique illa forma si non est principium actiuū motus, quia solum cęlum habet motorem, & non formam agentem motum, erit iners forma, quia non est principium motus. Nam cum in die iudicij motus cæleſtis cessabit, non possumus euadere argumentum, formam mouere, & angelum æternitatē præstare motui, vt Philosophi quidā tradiderunt. Fortasis responsio est & dubij absolutio, formam cęleſtem non esse inertem, sed esse actiuam mediante motu, quo gaudet ex angelico imperio mouēte cælum. Aut, si hoc non arriserit, quęrat fastidiosus solutionem aliam, quia mihi non fulget, nisi dixeris cælum esse materiam simplicem, citra formam, vt superior noster ostendebat sermo. At verò etiamnum aliquis insiliet contra præscripta, Aristotelem proferens 2. de cælo. text. 11. & 12. probantem motum circularem esse naturalem. Et commē to. 10. Auerroes idem testatur. Porrò meminisse oportet ex. 2. de cælo. text. 71. motores cæleſtes esse proportionatos suis orbibus, & quia habent naturalem quandā proportionem, & consonantiam cum suis orbibus, ideò naturalis est cæleſtis motus: hac tamē solum ratione. Vnde Commēt. 2. de cælo. commen. 3. docet, cælos nō habere naturalem motum alium à voluntario. Quasi dixisset apertiùs motum cæleſtem esse voluntarium, quia ex imperio procedit angelico, & esse naturalem ex consonantia motoris cum mobili. Si quis autem à me exigat ad quem ordinem pertinent angeli isti motores cęlorum. Num certum est quod ex Origene indicatū est, virtutes esse angelicas? Res sanè occulta est, si sunt angelicę Virtutes, an Potestates, an Archāgeli, an Principatus. Thomas sine assertione credit virtutes esse angelicas in opusculo. 11. cap. 4. & opusculo. 10. cap. 17. hoc tamen fixū magis est non esse angelos motores cælorum ex suprema Hierarchia, quæ in valuis est sanctissimæ Trinitatis. At verò si ex Hierarchia media, aut infima, sunt motores, me latet. Crediderim eximios esse angelos motores: siquidem angeli eximij destinantur à Deo ad opera eximia celebranda. At verò motus cæleſtiū orbiū, est opus quāmagnificētissmū, ex quo pendet vniuersitas rerum corporalium. Et vt reges maximis faciundis operibus maximos quoque instituunt operarios, ita Deus gubernationi vniuersi eximios prefecit administratores. Argumēta autem in principio obiecta expeditam habent ex dissertis solutionem. Sed argumentum in diuersum colligens: si motus cęli est voluntarius, igitur contingens. Si Theologicè agatur, respondebitur motum cæli tandem cessaturum, ideoque nō est omnino necessarius. At si Physicè res tractetur, dicito esse necessarium, & voluntarium. Quippe qui non est voluntarius ex voluntate contingentiæ ad opposita, sed solum volūtate complacentiæ, ex qua angeli sibi ipsis complacet imperare motum cæleſtem.

Cælos esse inanimatos ex calculo theologico est recipiēdum.

Forma cæleſtis nō est iners.

Motus cęlorum est voluntarius.

Motus cæli voluntarij & naturalis

Suprema Hierarchia cælos non mouet.

¶ Distinct. 14. Disputat. 2. Num Deus sit immediatus alicuius orbis motor.

ET videbitur fortasse alicui Deum habere proprium, quē ipse solus voluat, orbem. Nam primum mobile primo gaudebit motore: igitur Deus solus primum agitat orbem. ¶ In diuersum verò est, quia secundo de cælo. text. 71. inter motores orbiū, & ipsos orbes, est proportio: at inter Deum, & orbes, nulla est proportio, quia infiniti est vigoris: & finiti ad infinitū nulla est proportio. Supponitur autem in præsentia infinitas diuini vigoris, quàm in primo Sententiarum, quoad licuit, demonstrauimus.

¶ Disputatio hæc neque grauitatem desiderat, neque difficultatem, vt neque quā absoluimus. Neque hæc disputatio meminit de immediatione virtutis, quia confessum esse supponit, Deum esse immediatum motorem omnium orbium, imò omnium effectuū. vt August. 4. super Genes. cap.

Argum.

Argum. in contrarium

Deus est immediatus motor omnium immediatione virtutis.

cap. 12. ostendit. Et ante eum Sapientiæ. 7. docebatur. Ait enim esse mobiliorem cunctis mobilibus Dei sapientiam. Neque ob aliud nisi quia omnia immediatè mouet, vt spiritus Sanctus dicitur postulare pro nobis. ad Rom. 8. quia nos postulare facit. At tota vertetur disputatio an ipse Deus solus per seipsum, non per medium motorē moueat quēdam orbium. De qua re. Tho. 2. de cælo, lectione. 19. tradidit, cælum sydereum esse nobilius cæteris, & quia multitudine astrorum præcellit cæteros orbes, & quia Deum habet in motorē. Ideoque illud censuit Aristot. esse primum mobile. Id quod etiamnū sapere videtur in. 1. parte. quæst. 105. artic. 2. Deus, ait, & si sit potentiæ infinitæ, mouet tamen cælum in tēpore, quia ex voluntate mouet, non ex necessitate. At Bonauentura contrà sensit in distinct. hac artic. 3. quæst. 1. Docet enim motum primi mobilis non esse à Deo solū & immediatè, sed Deum mouere cælum tradit per medium angelum motorem, vt cæteros orbes. Etenim motus primi mobilis, quippe qui successiuus est, non excedit facultatem angelicam: ideò illi est creditus motus hic. Et diuinæ bonitati congruum est illas suis creaturis actiones mādare, quæ facultatem, & vires creatas non superant, vt æquum quoque est actiones illas, quæ creatas superant facilè vires, Deo solū tribuere, vt glorificationem, creationem, mortuorum resurrectionem, & id genus non pauca: id quod etiam reperio sensisse aliquando. S. Thom. Nam in opusculo. 17. cap. 12. vertit in dubiū, an postquā Deus expleuit opera sex dierum moueat aliquod corpus immediatè. Et respondet negatiuè, Deum, scilicet, nihil mouere immediatè, quantum ad motus, qui facultati creaturæ subduntur: secus quātum ad motus, qui vires creatas vincunt, vt est resurrectio mortuorum, &c. quæ Deus immediatè quo ad ipsum effectū se solo præstat, etiamsi ministeria angelica, quantum ad quædam prærequisita Deo subseruiant aliquando. Et hoc decretum mihi est plausibile satis, quia egregiè concinit cum ordine à Deo præscripto, infima regere per media, & hæc per suprema. Et Augustinus est autor. 3. de Trinitate. cap. 4. corpora crassiora per subtiliora regi, & hęc per spiritus administrari. Cęlestia igitur corpora singula pro sua dignitate, per medios spiritus angelicos mouet Deus, vt attingat à fine vsq; ad finem, & disponat omnia suauiter, per medias causas, vnicuique effectui aptissimas. Quod si humana, & sublunaria Deus regit per angelos (vt superius affatim demonstrauimus) cur non ætherea, diuinaq; corpora, qualia sunt cælestia, Deus per angelos non moderabitur? Porrò autem imminet ex aduerso locus ille. 1. cęli. text. 36. qui commemorat primum orbem moueri à primo motore: quòd si Deus non est primus motor, quomodo obsecro inuestigabimus Deum esse ex motu cęlesti? Huic tamen obiectioni non est ardua solutio. Nā etiam si Deus non moueat orbem primū, at motor mobilis primi non mouet nisi ex virtute Dei, qui est vniuersalis motor omnium. Quo expenso rationem duces non infimā, quę probet prædicta. Quia si Deus est vniuersalissimus motor, nullus particularis orbis illi aptandus est. Et propterea Auicēna Seraphinos, & Cherubinos noluit esse motores orbium: quia cum sint angeli supremi, habent vniuersaliorē cognitionem, quàm cæteri angeli inferiores. At verò influxus diuini motus recipitur in primis in mobili primo, nempè à quo in cæteros deriuatur diuini influxus vigor, atque potestas. Vt cor animæ vitalem primò excipit influentiam, ex quo vitalis influētiæ cætera membra gaudent participio: vt probè differit Commentator in lib. suarum cōtra Algazelum disputationum, disputatione. 3. Et indè Philosophi primum orbem aptauerunt Deo. Nempè quia in illo maximè diuinavis resplendet, lucetq; potestas. Quod si duos asserūt Philosophi motores singulis orbibus, et coniūctum, & separatum, erit angelus coniunctus motor primi mobilis. Et rectè iam se referat, quid voluerit Aristot. tradens primum motorem nō moueri neque per se, neque per accidens. Nam Deus qui est vniuersalissimus motor, neutiquā mouetur ab alio, quippe qui mouet vniuersa: ideo & cum sua diuinitate pugnat ab alio moueri. Cęteri verò motores cælorum traduntur moueri per accidens, non ratione suę essentiæ, sed propter suos orbes, quos mouent. Et Albertus Magnus libro de quatuor coæuis, loco supra indicato, quęst. 4. artic. 24. duplicem docet esse motorem primum, alterum intra genus, seu intra ordinem rerum creatarū, alterum extra genus, hoc est, extra ordinem rerum crea-

Cælum sydereum primum mobile Aristotelis.

Deus nullius cæli est particularis motor.

Cur mobile primum Deo aptet.

Probatur Bonauentura.

Notandus Albertus.

Cælestia p sua dignitate mouētur ab spiritib⁹ angelicis.

creatarum. Est igitur ille qui motitat cælū primum, seu mobile primum, motor primus non simpliciter. Sed intra genus creaturæ. At Deus est simpliciter motor primus, quia eius vis est vniuersalissima diffusa in omnes motores, atq; mobilia, & colligās motores cum suis mobilibus sua spirituali, & amplissima virtute. Porrò hoc idē placitum Scotus quodlib. 7. est amplexus Deū non esse immediatum motorē primi mobilis, illa tamē fultus ratione, quia Deus vigoris est infiniti, & si immediatè moueret, moueret in instāti. Quę ratio nulli⁹ pōderis censenda est apud Theologos, quib⁹ confessum est, Deum pro placito suę volūtatis mouere creaturas, non ex naturę necessitate. Imò etiam Aristoteles vocatur in idē placitū à quibusdā qui. 8. Physi. tex. 79. tradidit potentiam infinitam non esse in magnitudine finita, hoc est, potētia, quę potest mouere tēpore infinito, nō potest esse materialis potētia, & diuisibilis ad corporis diuisionē, sed necesse est huiusmodi potentiā esse separatā à corpore. De qua re nos plura disseruimus primū Sententiarum enarrātes, quando de infinitate diuini vigoris agebatur. Et multa exposuim⁹ hoc ipsum, quod in præsentia agimus, concernentia, ideò maiori declaratione supersedeo. At occines fortassis mihi, ecquid in mundi exordio Deus per se, & immediatè mouit corpus elementare. Genes. 1. Dixit Deus, Congregentur aquę in locū vnū. Et Iob. 26. gestum hoc cōmemorans: In fortitudine, ait, Dei repente maria congregata sunt. Quid ergo nō concedemus Deū mouere primū orbē? Respōdebimus aūt huic hęsitationi, Deum in principio immediatè mouisse aquas, vt textus sacer nos certissimè docet. At verò post quā omnia per se ipsum condidit De⁹, hūc ordinē stabiliuit, vt inferiores creaturæ moueātur per superiores, & istę per supremas creaturas: & istę à Deo solo, vt c. 2. lib. de diuinis nominib⁹ ostēdit. Quare Dionys. Seraphim voluit à Deo tantū erudiri, &c. vt supra diximus. Quāobrem cęlum cū sit inferius secundū naturā, quā angelos, expediēs est Dñi ordinatio si cęlestis machina per angelos regatur. Cæli sanè inferiores ab angelis inferioribus, vt superiores, à superioribus. Rursum argutabitur quispiā: Quid ergo si angeli sunt orbiū cælestiū motores, & motus cęli, quia ab angelis ꝓficiscitur, volūtarius est. Igitur poterūt angeli vertere cęlos quo quò voluisset: & primus motor posset mouere primū mobile ab occasu in Ortū, & cęteri angeli suos cōtrauertere orbes ab Occasu in Ortū. Hoc aūt videtur impossibile. Nāque possent angeli vniuersi inuertere ordinē. At verò dicendū planè est, angelos hoc præstare non posse: siquidem etsi voluntate mouent cælos, at hic motus est secundū cæli naturā. At hæc est primi mobilis natura, vt ab ortu voluatur in Occasum: & aliorum orbium diuersa est. Quid? quòd secundum Aristotelem, & Commētatorem, etsi sit voluntarius voluntate cōplacentiæ, est tamē necessarius, quia non possunt nō velle orbes cęlestes. Dixit aūt Auerroes in. 2. de cælo. comm. 2. motū cælestē non esse naturalem, vt elementorum motus: qui est à forma elementi: sed est ab intelligētia, quæ est tanquam forma eius: quia intelligentia adunatur cęlo, tanquam forma materiæ: & facit quodammodo vnū cum ipso orbe. Minus tamen vnum cōstituens, quā intellectus cū intelligibili. Nāq; hęc sunt vnū per inhęsionē, & informationē: at intelligētia non esse dat intelligibile cęlo, vt intelligibile in actu facit intellectū in actu. Per hæc aūtem verba insinuat non esse propriè naturalē cęlestem motum, sed quodammodo esse naturalē, quia est ab intelligentia, quæ sub quadātenus ratione est orbis forma. Et aperta res est, motus naturales esse ad vnum, vt grauia centrum petūt, &c. At cæli motus est ad varias loci differentias. Namq; sursum, deorsum, dextrū sinistrū, antè, & retrò, signātur in cęlo positionis differentiæ ab Aristot. Porrò plura de hac re suprà iā exposuimus. Argumentum primū dilues, si dixeris, mobile primū gaudere motore primo, nō simpliciter, sed intra ordinē creatarum rerū. Et obseruabis locum commemoratum ex libro Iob. cap. 26. tradētem, repentè congregasse maria, vt discas, Deum, etsi interuallis dierum sex vniuersa cōdiderit, tamē quę singulis diebus operabatur, citra temporis moras operatum fuisse.

¶ Est autem istis annexa quęstiūcula quę nā sit cęlestis figura? Et quidē Peripateticū est placitū, sphæricā obtinere figurā, quæ est omniū cāpacissima: ideoq; congruit cęlo: quod intra gremiū suum omnia cōprehendit. Et hoc ita esse Aristoteles secundo de cælo colligit ex eclipsi Solis, &

Deus nulli⁹ cæli est particularismotor.

Notandum dubium.

Cur mobile primum Deo aptet.

Ordo diuinæ sapientiæ ex Dionysio.

Notandus Albertus.

Angeli nó possunt cęlos mouere cótra cælorū naturā

Motus cæli voluntari⁹ & naturalis

Intelligentia est orbis forma.

De⁹ in instā ti fecit singulorū dierum opera.

lunæ. Namque hæc luminaria cum patiũtur defectus, secũdum arcualem figuram patiuntur deliquium. Et maximè quia Lunæ eclipsis est ex vmbra pyramidali terræ, quæ cum spherica non sit, arcualem tamen signat vmbram in Luna. Mathematici autem idem colligunt, quia omnes lineæ à centro impressi vsque ad cælestem circunferentiam sunt æquales. Porrò autem puto hanc cõclusionem suaderi posse, nedicã efficaciter probari, ex sacris testimoniis. Nam Ecclesiastæ primo, Solem traditur gyrare cælum secundum circulos. Et Ecclesiastici. 43. traditur Iris, seu cæleste arcum, gyrare cælum in circuitu gloriæ suę. A Sole igitur spherico cadẽtes radij sũper roscidam nubem, Iridem formant semicircularem. Sol ergo sphęricus est, & cælum, cuius ipse pars est. At verò Sanctorum non nulli, qui cęlestes vertices, ne ardore soluãtur, tegunt veris aquis, cogebantur dicere, cęli conuexitatem non esse sphęricam, sed planam habere superficiem, vt aquę ibi detentæ ardores igneos temperare valerent. At (vt diximus) non est dãda fides in physicis rebus tantæ sanctis Doctoribus, quantã Aristoteli. Nisi quando rem Physicam sacra inducant eloquia. Basilius homilia. 1. hexameron, quæ sit cæli figura demõstrat ex verbo Esaiæ: Qui constituit cælum in formicem, fornix autem sphericam refert figuram. Hic tamen locus in Esaia non legitur iuxta vulgatam editionem. Demum obseruabis ex Magistro in litera, congregationem aquarum in locum vnum, pertinere ad opus tertiæ diei, vt textus videtur præseferre: & Magistro consentiunt theologi cæteri. At verò sunt qui autument, cõgregationem aquarum in locum vnum, ad opus spectare diei secundæ. Quando dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquarũ & diuidat aquas ab aquis. Nam postquam sunt diuisæ aquæ, continuò adunatæ sunt, vel coierunt ad locum vnum. Quod verò Moses ait: Dixit verò Deus cõgregentur: ad Hebraicam dialectum referũt, cuius est præterita perfecta vsurpare pro pluſquam perfectis, vt sit sensus, iam quoque dixerat Deus, congregentur aquæ in locum vnũ. Neque ab re hoc sentiunt autores isti, quia huiusmodi coitio aquarum, secundæ diei videtur opus: vt germinatio herbarum virentium ad tertium spectat diem.

DISTINCT. decimæquintæ, Disputatio prima.

¶ Num cælũ causa sit sublunarium effectuum.

ET videbitur fortasis cælum non esse causa. Etẽ cęlum est materia, & nõ habet formã: at materia non est actiua: igitur neq; cælum est actiuum. Probat maiorem Commentator libro de substantia orbis, cap. 2. vbi multis contendit cælũ esse solum materiam. 1. Argum.

¶ Ad hæc, cęlum non agit nisi ex motu, at cælum ex se non mouetur (non enim est animal quod se moueat, vt suprà autoritatibus Sanctorum est ostensum:) igitur si mouetur est ab angelo mouente, angelus igit est causa effectuum sublunariũ, & nõ cęlũ. 2. Argum.

¶ Præter hęc, cęlũ non est causa viuentiũ: ergo non omnia sublunaria cęlum causat. Antecedens probatur: etenim si viuentia causaret, cęlũ esset viuens, at suprà demonstratum est, cęlum non esse viuens: igitur si nõ viuit, non est causa vitę, aliàs non viuẽs esset viuentibus nobilius. 3. Argum.

¶ Rursum, cęlum non est causa humanarũ operationum: ergo non omnia sublunaria causat. Persuadebis antecedens, quia si causaret humanas operationes, homo non benè aut malè faceret, & liberum hominis periret arbitrium. 4. Argum.

¶ In diuersum est Aristot. 2. Physic. text. 26. Sol, & homo generant hominem. &. 2. de generat. tex. 50. Solis motũ in obliquo circulo esse causam generationis, & corruptionis traditur. Argumentum in diuersum.

¶ Disputatio hæc in philosophia indubitatam habet veritatem, & in astrologia. Imò experimentum illam testatissimam esse facit. Namq; ad mutationẽ temporũ orbis faciem mutari quis nõ videt? Ver ẽm germi-

germinat, & viuificat, quod hiems destruit & mortificat. Et sub climate vno homines sunt longeui, vt sub Persico sinu vita humana porrigitur ad centum & quinquaginta annos, & Æthiopes adhuc amplius periodum vitæ extendunt. Nã ad ducentos vsque annos vitæ halitu fruuntur: at sub alijs climatibus non tanta est humana vita. Et in Molucca insula sub Taprobana vixit quidam, qui paucis ab hinc diebus vita functus est, quam ad annos vsque trecentos produxerat. Et tertius vel quartus annus agitur, quo vitæ longissimæ finem imposuit. Et demum varietas metallorum, gẽmarum, fructuum, ingeniorum humanorum mira est quæ ex diuerso climate, & vario cæli aspectu accidit.

¶ At verò hæc cõclusio etiam certa est ex Theologica veritate. Illam nãq; Augustinus probat. 5. de ciuitate Dei. capite. 13. Et Damascenus lib. 2. de fide orthodoxa, cap. 7. Quanquam causam oportebit vestigare vnde hoc fiat, cælum esse causam effectuũ sublunarium. Quam Thomas in. 1. parte. quæst. 105. art. 3. exhibet, dicens, causam esse, quia omnis motus habet in fundamẽtum, quod est immobile. Ideoq; maxima varietas motuũ, quę est apud nos, pẽdet ex cæli motu, qui simplicior est, quam motus nostri. Cęlũ em̃ non alteratur, nõ augetur, non generatur, sed solũ localiter mouetur, & non ex toto, sed ex partibus suis. Ideoq; ad cælũ, velut ad immobile quoddã, generationũ, corruptionũ, &c. reducitur varietas. Et Aristot. 2. de cælo. text. 17. & 8. Physic. tex. 84. & sæpè alibi docet, motũ fundari supra re quiescẽte. Verũ dicet aliquis, rationẽ hanc colligere rectè motum circularẽ esse supra cẽtro fixo, aut quod motus, qui sunt apud nos, pendent à motu cęlesti ex ordine essentiali, quẽ motus inferiores habent ad supremũ, primumq; motũ, non tamen probat substantias & accidentia inferiorũ causari à cælo. Adiungamus autẽ aliam rationem, vt magis res hæc pateſcat. Et quidẽ effectuũ naturalium, quidã sunt quorum causa est manifesta, vt grauia descendere, leuia suprema petere, calida calefacere, & id genus. Quorum causam non est negocij magni exhibere, ex elemento prædominante in mistis, aut ex grauitate, leuitate, calore, frigiditate, &c. sunt tamen effectus alij, quorum si exquisieris causam, in elementum prædominãs non poteris reducere: neque in elementariam qualitatem, vt quod magnes attrahat ferrum, & succinum paleas: quod rursum aurum confortet cor, corallus stomachum, smaragdus visum, & hoc genus innumera, quæ in lapillis, metallis, fruticibus experimur, non possunt reduci in elementarias qualitates, quia superat has qualitates elementorum huiusmodi actiones. Ideò Medici in proprietates quasdam specificas rerum has retulerunt actiones. verum istarum proprietatum specificarũ causam indagantes non possumus aliã inuenire nisi cælestem aspectum, atq; operationem. Quod si influentiam credimus cũ astrologis, influentiæ cælesti facilè est tribuere, sin cum philosophis motum solum & lumen fatemur, ex motu cæli, atq; lumine hæc fieri dubio procul est sentiendum. Quapropter cum actio intelligẽdi, nullatenus sit actio pendẽs à corpore, illam neq; in elementa, neque ad cęlestem actionem, sed in Deũ referimus, cuius est solius animas intellectiuas creare. Nam cælestis actio à materia & motu pendet, ideò intelligere transcẽdit actionem cęlestẽ. Ceteras verò animas, exceptà intellectiua, à cælo causari facilè dixerim, mediãte motu suo, atq; lumine. Nã motus cęli calefacit, & viuificat, vt est cęli motus. Porrò dixit Thom. in. 2. dist. 18. art. vltimo. motũ cęli, à mobili & motore cõtrahere vim generandi viuentia. Et opusculo. 28. tradidit, calorẽ cęlestẽ esse instar caloris naturalis, qui est in animali. Nã calor animalis bifariã cõsiderãd⁹ est, aut vt calor est, & hac ratione habet actionẽ iuxta suã speciẽ concoquẽdi cibos, & alterandi: at verò vt est instrumentum animę, habet operationem sublimiorẽ, scilicet viuificandi membra. Ita philosophatur de calore cęli, vt ante eũ Albertus Magnus philosophatus fuerat, vt suprà memi nimus. Et animalia spontanea haud dubium indicio sunt, cælum nõ solum principatum habere super motus inferiores, imò super vitam. Nam huiusmodi animalia non aliunde viuificantur, quàm à cæli motu, & lumine. 12. Metaphysi. text. 18. itidem Commentator ibidem. Existimant em̃ calorem à cælo in hęc inferiora diffusum, habere vim & rationẽ seminariam. Et quod intelligentia etiã cum cęlo cõcauset, asserit etiã dicẽs opus naturę esse op⁹ intelligẽtię. Id quod maximè verũ esse, vel indè patet,

Effectus naturales quidam habẽt causam manifestam, alij occultã.

Actio intelligendi nõ potest reduci in cęlum

Calor duplicitèr consideratur.

Opus naturę esse opus intelligentiæ.

patet, quòd cælum nihil ageret nisi ex motu, quem habet ex intelligētia. Si ergò motus, causa est vitæ inferiorum, & intelligentia est causa motus, etiam erit causa vitæ, per motum, & calorem cæleſtē. Quanquā nō latet me, Scotum in hoc. 2. distinct. 18. spontaneorum animas noluisse à vi seminaria excuti, aut à cæli calore. Etem quod cælū illas non excutiat, indè colligit, quia cælum non est viuens, & nobilius est viuēs, quàm non viuens. Ideoq; non possunt hæc viuentia à cælo generari. Sed neque iuuat si dixeris, intelligentiam esse viuentem. Etenim intelligētia nihil agit nisi per cælum: quare si cælum non viuificat vermes, mures, lumbricos, & hoc genus cętera, neque angelus poterit. Itaque Deum solum docuit esse autorem animarum, nō solum spontaneorū sed aliorum, quia in nullo semine existimat esse vim productiuam animæ. Porrò autem quod ego probo in hac sententia est, angelum nō esse causam vitæ animaliū, nisi solum causam esse causæ. Etenim si intelligētia non dat esse viuēs cælo sibi coniuncto, neq; dabit esse viuēs spontaneis ab ipsa admodum remotis. Vnde dixit Auerroes, vt supra indicabatur, intelligentiam non dare esse intelligibile cælo. At verò semina orbare viuifica, vt Scotus illa orbat, ego non probo. Et puto non esse Peripateticum. Dixit enim Aristoteles. 2. de generatione animalium cap. vltimo, omnia esse quodam modo animæ plena. Et non ob aliud nisi quia vbilibet sparsa sunt semina, quæ vitalem habent vigorem. Et secundo de generat. animalium cap. 1. instrumentum esse semen agēs in vi decidentis illud, Aristot. docet, cū suo Commentatore. Addens, non esse necessarium mouens, & motum se tangere, & esse simul à principio in finem vsque actionis. Nam sat est, esse simul in principio, ideoq; semen agit in vi decidentis, etiam si animal decidens semen mortuum sit. Vndè argumenta Scoti flaccida sunt. Et hærendo vestigijs Peripateticis, cælum viuens est, etsi æquiuocè, vt suprà ostendimus. Est enim viuens, vt comprehendit intelligentiam, ideoque aggregatum ex orbe, & intelligētia viuens, & animal nuncupatur iuxta Auerroem & Aristotelem, ideoque argumentum illud, viuens, est melius non viuēte, nihil officit: quia cælum non viuens ideo est largitor vitæ istis inferioribus. lege. 2. de celo commento. 68. quo loco Aristot. & eius Commentator tradunt, cęlum stellatum esse excellentius cæteris omnibus orbibus: eoque abundare multitudine stellarum, quo maximè est principium vitæ horum inferiorum. Nam cælum habet vim agendi ex stella, ideo cælum quod est maximè actiuum, erit etiā multis sparsum stellis. Lege text. cōm. 67. & 68. & 69. ibidem. Habes igitur ex Aristotele astra esse principium vitę horum inferiorum. Et Diuus Dionysius. 4. capite. de diuinis nominibus non longè est ab Aristotele: vbi commemorat Sōlem hęc inferiora sua fouere luce, & nutrire. Vt etiam ante eum Aristo. scriptitauerat. 2. de gene. animaliū, cap. 3. docēs calorem seminis esse proportionatum stellis, vt semen agat in vi cęlesti. Ego verò in dogmate isto Peripatetico hęreo. Nam vita cęli ex intelligentia est, at intelligentia est viuēs vita intellectiua, hac igitur vita erit viuens cælum, & non propriè, sed equiuocè, vt frequenter admonuimus. Verum hanc vitam non impartitur cælum plantis, neque cæteris viuentibus. Etiamsi des, secundum Aristotelē, exhiberevitam intellectiuā homini, quod tamē nusquam apud Arist. extat, intelligentiam donare nobis intellectū, quidquid cōmentus fuerit suus Commentator Auerroes. Quæram ergo vita altrix, vita sensitiua, vndè procedent? siquidem intelligentia non hac viuit vita, igitur cęlum non vt est instrumentum intelligentię viuentis vitę est principium horum inferiorum. Et quanquam intellectiuum includat altricē vitam, & sensitiuam: nam sicut trigonum in tetragono, ita vegetatiuum in sensitiuo, & sensitiuum in intellectiuo. Istud sanè de humano intellectiuo verum est, non de angelico, quod à nostro specie discrepat. Ideò nisi dicatur orbes cęlestes, esse nobilissima corpora, ideò maximè omniū corporum susćipere influxum vitalem abvniuersalissimo motore Deo, & in vi eius agere, & donare vitam inferioribus istis, ego hūc nodū aliter enodare nequeo. Propterea q; Themistius cęlū vitale propriè esse credidit, vt vitam inferioribus tribueret, itemq; Auicenna. Animatos em̄ crediderūt orbes vt se eximerēt ab huius dubij graui onere. Quib⁹ tū ego nō subscribo, vt cōmemorata te docebunt. Nā quanquā isti ab vno se eximāt onere, alia subeūt longè grauiora.

Scotus non probatur.

Exponitur Aristoteles

Cælum stellatum nobilissimum.

Peripatetici cum placitum differtur.

Quem

Quemadmodum superiùs docuimus. Et vtique cum vera sit Augustini sententia quam scripsit. 12. super Genesin ad literã. cap. 25. non esse angelos magis causas effectuum, quàm agricolas fructuum, qui ex terra exoriuntur, intelligentiæ non possunt viuificare hæc inferiora, nisi cælo adsit vis viuifica, quam vt dicebam cælo crediderim à Deo esse inditam à conditionis suæ exordio. Et vt semen quamuis sit inanime habet tamen vim animandi fœtum. Est enim vis seminis vis prolifica, ita in cælo, etiamsi non viuat habet tamen inditam vim vitalem, & prolificam. Et Augustinus censuit sparsa fuisse in exordio semina in elementis quamuis sint nobis occulta. Hęc autem semina motu cælesti calefiunt, vt autor est Aristoteles. 2. de cælo. text. 42. docet namque inibi astra lumine suo calefacere hęc inferiora. Etenim ex motu cæli atteritur, & confricatur aer, suprema scilicet aeris regio, ex cuius attritione, & confricatione igneścit aer, aut incalescit, vt sagittæ ex vehementi agitatione adeò incalescunt, vt mucrones igneścant, & aer circunstãs primo ignitus est ex vehementi motione. Hac igitur ratione vires seminales, quæ elementa in conditisimis abscesibus condunt, incalescunt, & educuntur ex potentia in actum ex lumine stellarum, & cæli motu. Et vis illa prolifica, quam Deus largitus est seminibus, quãdo vniuersa cõdebat, extrahitur in actũ ex motu, & lumine cęli, vt exposuimus. Scio Thomam dixisse in. 1. parte. quæst. 70. artic. 3. operationem intelligentiæ accedere prioribus ad viuificandum hæc inferiora. Ego tamen non video intelligentiam posse viuificare sensibilia, vt vegetalia, nisi solum, quia est causa causæ, hoc est, quia cælum mouet, ex cuius motu calorem, & vitam sublunaria hauriunt. Neque te moretur celebre illud ex Commentatore proloquium, opus naturæ, esse opus intelligẽtiæ, vt credas subindè intelligentiam esse causam vitæ, aut influere vitam. Nam (vt tradebam) intelligentia solũ est causa causæ. Quid? quod opus naturæ ab ipsa intelligentia dirigitur? Nam cælum non est intelligens, vt posset hæc inferiora, & seipsum dirigere, & mouere tam varijs lationibus, nisi ab intelligentia moueretur. At verò lectorem coniecto iam obstrepentem mihi. Dicet enim, si omnia ex semine prodeunt, quorsum philosophi dicunt quædam esse spontanea? Ego tamen strepitum sedabo, si dixero, quædam esse spõtanea, quia non prodeunt ex semine manifesto, ideoque in putri materia credidem sanè esse aut quidpiam vicem seminariam agens, ex quo prodeunt spontanea. Et de plantis agrestibus, quæ citra culturam se produnt, idem dictum puta.

¶ Præter hæc autem obseruandum est cælum causam esse vniuersalem & non agere particulares effectus, citra cooperationẽ particularis causæ. Proindeque etsi cælũ sit causa necessaria, particulares effectus sunt contingentes, habent autem contingentiam suam ex particularibus causis. Et sanè huius rei ostensionem facile suppeditat Aristoteles in. 2. de generatione text. 58. docens tempus generationis, esse æquale tempori corruptionis. Quia per totidem signa ascendit Sol, per quot descendit. At plerique multi sunt, quorum declinationis ætas est longissima, multoque maior, quàm fuerit iuuenta. Alij verò contrà, quia cito absumuntur. Et hoc sane non imputari potest cælo, sed materiæ vicium est, quæ inepta est recipiendo vitali influxui. Quamobrem non admodum fidendum est prognosticis astrologorum, quia etiamsi exploratum habuissent cæli motum, astrorumq; vires, quod neutiquam habẽt, neque habere possunt, adhuc prognostica pendula essent ex varietate causarum particulariũ. Hoc dictũ volo de prognosticis, circa res humanas. Nam de temporum statibus, aut qualitatibus, deque eclipsibus luminarium, &c. certiora possunt sperari prognostica. Namque in huiusmodi non pendet cælum à particularibus causis, imò totus effectus à cælo pendet, vt, quod annus sit pluuius, aut aridus, quod segetibus luxuriabit, aut segetes desiderabit. Ideoque exploratissimos habeant astrorum aspectus, & recta sit supputatio motuum, non erunt astrologi fallaces in huiusmodi iudicijs. Nam (vt aiebam) hæc non pendent à causis particularibus, vt ad oculum experimur Solis motum in decliui circulo tempora immutare, ver faciens, æstatem, autumnum, & hiemem: imò etiam Luna idem præstat in singulis mensibus, quod in vno anno Sol efficit, autor est Aristoteles in quarto de generatione

Cælum stel latum nobi lissimum.

Angeli sunt instar agricolarum.

Animalia spontanea ex semine occulto.

Cælum est vniuersalis causa.

Peripatetícum placitum differi tur.

Semina vt generãt ca lefacta à motu cæli.

Cęlũ quomodo calefacit hæc inferiora.

Exponitur Commentator,

Luna quatuor tempora facit in tempore vno, non accessu, & recessu, vt Sol sed ex luminis præsentia. 4. de gene. cap. 2.

animalium cap. 2. Et Ptolemæus in Apotelesmatis primam lunationem calidam tradidit esse, & humidam: at verò hæc complexio vernans est, ab hac verò complexione Lunari quousque ipsa Luna sit semiplena non discedit, at à semiplena Luna, ad plenilunium (quando Lunã Græci πανσέληνον, appellant) calida, & sicca Luna est: quæ complexio æstatis est. A plenilunio verò ad mediationem vsque frigens est, & sicca, id quod Autumnalis est cõplexionis. A mediatione verò vsque in coitũ cum Sole, friget, & humescit, quod hiemis est. Quamobrem qui infirmantur sub prima Lunatione, quia Luna complexionem habet tum temperatam, & vitalem, citiùs conualescunt à morbo, quo tunc corripiæperunt, quàm ij, qui morbo corripiũtur decrescente Luna. Rursum metalla solùm videntur pẽdere à cælo. Nam tametsi ex vapore terreno, seu succo procedant, at verò illa materia paratur à cælo, vt vapores quos excitat ad meteorologicas impressiones exhibẽdas. Spontanea vero animalia, quæ ex coitu nõ prodeunt, in hũc quoque numerum veniunt vocanda, quia imperfecta sunt. Ideoque. 2. de generatione animalium. cap. 4. huiusmodi animalia traditur nõ generare marem, aut fœminã: sunt enim orbata & imperfecta. Vnde dixit Commentator non esse eiusdem speciei animalia spontanea, cum cæteris, quę ex coitu procreantur, vt mures geniti ex coitu, & ex putredine. Quamuis illi vicio detur hoc dogma, sed, si illi vicio vertunt, vertant & Aristoteli si libet. Quamuis nõ omnia spontanea ex putri fiunt materia. Namque niues vetustæ animalcula progenerant & in igne etiam fœcunditas est, vt in eo animal generetur. At neq; in niue neque in igne putris est materia. Habes hæc ex Aristotele. 5. de historia animalium. capite. 19. Hæc igitur animalia propter suã imperfectionem non habent causam particularem efficientem manifestã, vt animalia perfecta: sed tota causatio illorum à cęlo pendens est. Et quis non videt maris æstus à cælo solùm pendere? Nam Lunæ varietas suo motu, & aspectu maria immutat, vt Oceanum, & fluuios quosdam Lunaris hæc afficit influentia. Quanquam non me latet, Albertum Magnum libro de elementis nõ amasse hoc placitum, maris æstuationem ex Lunæ fieri motu.

Metalla à cælo videntur solũ pẽdere.

Nõ omnia spontanea ex putrifiũt materia.

Mirãda naturæ.

Apud quẽ tu multa legere poteris de lumine Lunæ, quod ipse vitale existimat esse. Et mirũ est quod Helianus scripsit de quodam pisce cui nomen est Luna: qui sub Lunæ iuuenta adolescit, & pingescit: quatamen senescente, macrescit. Et in. 5. de historia animalium. cap. 19. tradit Arist. esse auiculas quasdam genitas sub solstitio Solari ex folliculis quibusdam, at Sole declinante in Occiduum, statim pereunt. Ideo diarias illas vocant Latini, Græci ephemeras. Lege etiam. 5. de historia. capite. 12. de echino pisce alia, quæ cum istis faciũt. De quibus etiam lege Augustinum. 5. de ciuitate capite. 6. quo loco ait. Nõ absurdè credi potest afflatus syderum corpora immutare, & mutationes temporum componere: & in animalia quædam influere, vt in conchas, & echinos: qui tempore plenilunij sunt succo pleni, & pinguescunt: & senescente Luna, senescunt, & arescunt. Et demum cæli efficaciam in hæc inferiora ex marinis æstibus probat. Ait igitur non esse absurdum credere, vt facilè colligas non esse contra fidem, horum effectuum causam fateri esse cælum. Quanquam ad reliquos effectus, causas particulares esse necessarias ingenuè fateatur. Et laudat Hippocratem, qui ęgritudines, & conualescentias victui, & moribus tribuit: & carpit Possidonium, qui solùm constellationibus syderalibus illas tribuebat. At Damascenus libro secundo de fide capite. 7. tradit decretum ab istis diuersum, cælum nempè non esse causam generationis eorum, quæ generantur, neque corruptionis eorum, quæ corrumpuntur. Id quod subaudiendum est, non solùm cælum esse causam. Nam multa sunt, quæ habent particulares causas ortus, & interitus. Nam Sol, & homo, generant hominem. Fatetur tamen cælum immutare aeris complexiones, & habitus. Et Aristoteles pręclarè, & breui sermone rem istam confirmauit, primo Meteororum cap. 2. Necesse ait, est, mundum hunc inferiorem contiguum esse lationibus superioribus, vt indè tota eius virtus gubernetur. Est sanè mundus inferior hoc est, machina elementaria, contigua cælo Lunæ. Nam ignis illi contiguus est, & aer igni, &c. ideoque ignis, & aer mouentur ad motum primi mobilis: vt suprà dicebatur. Est autem hæc contiguitas

Augustini placitũ de cæli efficacia.

Damascenus exponitur.

Aristoteles exponitur.

guitas in causa, quod elementa alterentur, & immutentur à cælo. Habes igitur per hæc, quæ, & qualis sit cælestis efficacia.

An præter lumẽ & motum cæli sit tradẽda influentia.

Quibus absolutis, alia sese insinuat disputatio, quibus nam agens cælum circa hęc inferiora, mirabiles, quas diximus, edat operationes? Siquidem ex Peripatetico dogmate solũ didicimus cælum agere motu, & lumine. At verò videntur multa attestari influentię, quam astrologi confitentur. Nam maris æstus non videntur attribuendi lunari motui: etenim Lunæ motus non pertingit in Oceani aquas. Siquidem motus cælestis sphæram igneam, & aeris supremos solum tangit vertices. Quod si aquam agitaret, vtique prius ageret in nostrum aerem, quàm in aquas Oceani. Quia nihil agit in distans, prius quã in propinquum. Et quanquam Thomas in opusculo de occultis naturæ operibus, motum lunarem æstuum marinorum credat autorem esse, at hoc argumentum agit in ipsum. Vndè Albertus Magnus motum lunæ accessionum maris, & recessionum non credit esse autorem. Rogerius verò Bacho lumini tribuit accessus maris atque recessus. Namque Luna ab ortu suo in punctum meridianum, siue cæli medium, excitat vapores, & calefaciendo mare, & illud rarefaciendo, vndè tunc in tumescit in hac prima quadra (vt ipse vocat) Lunæ: at obtinens Luna cæli mediũ, quia fortiores habet radios (sunt enim directiores quam priores) ideò tum consumit vapores eleuatos in prima quarta, vel quadra Lunæ & ita in secunda quarta à medio cæli descendente Luna ad Occasum vsque detumescit mare. Rursum ab Occasu suo vsque ad angulum medię noctis. Rursum quia ascendit Luna & radios habet obliquos, excitat & ebullire facit maris aquas, quas ab angulo mediæ noctis properans ad Ortum supra nostrum orizontem consumit. Et hoc placitum lumen & motum Lunæ amplectitur: ex quibus philosophatur suos habere mare tumores, & deferuescẽtias. Et suffragatur huic placito Aristotelis verbum libro de admirandis auditionibus, quo loco docet mare, quod est inter Siciliam, & Italiam crescentè Luna, crescere: & decrescente Luna, decrescere. Est autem Lunæ incrementum ex lumine, item & decrementum. Lumen igitur est causa, ob quam Luna intumescere faciat maria. Nam de motu res aperta est, quia nihil cælum efficit sine motu. Cæterum alijs hoc non arrisit. Nam influentiam credunt in causa esse quòd crescat mare, atq; decrescat. Nam si lumen Lunę causa esset, cur Luna in coitu cũ Sole, maiorem excitat æstum? siquidem tum lumẽ Lunæ remissius est circa nos, quam post coitum, quãdo minor est maris fluxus.

Thomas de maris æstibus, & Albertus, & Rogerius.

Augustini placitũ de cæli efficacia.

Damascenus exponitur.

Aristoteles exponitur.

¶ Et hoc argumento suffulciunt suam opinionem, qui influentias contendunt cælestes esse addendas lumini, & motui. Cui accedat aliud, quod mirabiles experimur rerum specificas proprietates, in metallis, in lapidibus, in fruticibus, in herbis, vt suprà denarrabamus. Quæ sanè à cæli influxu mirabili videntur donari rebus inferioribus. Et tertium argumentum est ex varietate morum & ingeniorum humanorum. Nam qui calidas incolunt regiones, ingenij acumine fulgẽt, viribus alioqui defecti: contrà qui Arctum tenẽt, & Aquilonibus sunt viciniores, viribꝰ sunt robusti, ingenio torpent: vt autor est Aristoteles. 14. particula Problematum, problem. 15. At qui habitant regiones temperatas ex calido, & frigido, &c. mediocres habent vires, & mores, ingenijsque gaudent mitioribus, quales sunt Ægyptij, quibus temperata, & clemens est terrę proprietas, adeo vt Ægyptij rectè conferantur piscibus, quos si fluuium extra eieceris perire est necesse. Ita Ægyptij proprios egressi limites facilè moriuntur. Indi & Æthiopes immanes habẽt mores, & bestialiter degunt, ita vt vescantur humanis carnibus. Nam Sol exęstuãs dissoluit temperaturam complexionis humanæ, ex qua dissoluta, mores etiam consequuntur dissoluti. Babylonij præcellunt astrorum scientia: Gręci, Philosophorum excogitarunt doctrinas: Itali imperij sunt impatientes. Et ne in singula sit procedẽdũ hęc, quę diximus cõtingere ex varietate luminis, sed ex varia astrorum influentia.

Argumenta probantia influentiam cæli.

¶ At vero hæc argumenta exiguas habẽt vires. Namque primum argumentum solues, si dixeris, Lunam sub coitu fluxũ maiorem excitare, quia fortificatur à lumine Solis. Nam quando coit cum sole, simul exoritur cum sole, ideoque in exortu suo vigentior redditur, vt excitet maiorẽ maris fluxum. Etiamsi Luna Soli oppositа maiorẽ facit maris ęstuationẽ, quam in coitu.

Soluuntur argumenta

¶ Ad secundum dicito, cælũ quippe quod

simplicius est corpus, quàm elementa, & vniuersa corpora mista, propterea simpliciorem habet actionem, & paucioribus eget ad agendum qualitatibus. Quamobrē quæ mista, & elementa multis præstāt qualitatibus, cælum vna simplicissima, & præstātissima exhibet, nempè lumine. Et quia lux principatum gerit qualitatum omniū, ideò in se aggregat vires omnium qualitatum: & eminentissimè illarum efficaciam in se comprehendit. Et ideo est causa lumen astrorum omnium qualitatum, quas mundus inferior tenet. At quia varia in cælis sunt astra, ex vario lumine astrorum varia producuntur, & mirabilia apud nos. Et nihil est necesse præter lumen, alias cælestes qualitates influxiuas excogitare.

Cælum simpliciorem habet actionem quam elementa.

¶ Ad tertium dicito, homines incolentes regiones Aquilonias, non ex influentia esse robustiores, sed quia ex nimia frigiditate circunstante, natiuus calor ad se redit, ideoque viget amplius, et vegetiora facit corpora, & grossiorem sanguinem, vndè spiritus animales sunt spissiores, quare ingenio non pollent. Qui vero calidas tenēt regiones, calido foris ebulliēte, vires deponūt, at spiritus sunt tenuiores, quia ex sanguine subtiliore emergunt, ideò ingenio præcellunt. Lege apud Aristotelem loco prænotato. Propter hęc igitur non est pertenda influentia.

¶ Porrò addunt argumentum aliud de octimestri nato. Idest, de eo, qui nascitur octauo mense à conceptu, qui mortem nō euadit. Quia ex astronomica calculatione nascitur sub Saturnina influentia, quam existimant astrologi esse malignam. At verò, si nascantur infantes præpropera natiuitate, sub septimo mense, vitam postmodum agunt, quia à Luna afflatur septimestris infantum natiuitas: cuius afflatus benignus est. Hoc sanè argumentum veram inducit experiētiam, cuius Aristoteles meminit in. 4. de generatione animalium cap. 6. tradens fœminas non anteuertere natiuitatem vt septimo mense nascantur: sed hæc præpropera natiuitas mariū est. Mares enim sunt mobiliores fœminis, quia calidiores, & vbi maior est motus, citior est fractio, &c. At verò causam quod octimestres moriantur cito ex partu, & septimestres seruentur, non puto esse malignam Saturni influentiam. Imo existimauerim nullū astrorū malignam gerere influētiā: sed omnes beneuolas esse stellas. Et ducor in hanc sententiam ex Aristot. 2. de cælo. text. 16. dicente, actionem cæli esse æternitatem, & vitam æternam. Non ergo cælum alicui mortem conciliabit. Et rursus. 2. cęli. text. 2. Motus, ait, æterni quidā sunt qui generationem faciunt: alij verò sunt qui motus cōseruāt. Nullus ergo cæli motus est ad destruendum nisi per accidens, vt ex absentia Solis corrumpuntur, quæ præsentia generauerat. 2. de gene. text. 50. & text. 56. Et istis accedat, Origenem hoc astrologorum placitum commemorasse homilia. 4. in Matthęū, & vituperasse. Ait enim iniquorum esse sententiam, ex efficiētia stellarum causam esse infirmitatum, aut in generali aut in particulari. Nam isti criminantur opera Dei, tradentes, quasdam stellas esse beneficas, alias verò maleficas. Namque Deus non creauit stellas, vt malè sed vt benè faciant. Et citat Hieremiam in hanc sententiam in lamentationibus. Porrò de istis alibi vberior erit disputatio, satis sit in præsentia dixisse, cęlorum motus esse ordinatissimos, ideoque nihil mali est in eis. Quippe quod malum est, inordinatum est. Porrò Commentator Auerroes loco indicato comm. 41. Chaldæos indicat dixisse Saturnum frigidum esse, ideò ex frigiditate influxa dixerunt, puerum octimestrem ex partu mori. At verò Chaldæis Commentator nō acquiescit, imò docet, stellas calorem generare similem elementario. Et. 2. de cælo. Aristot. idem commemorat, vt supra indicatum est. Non ergo Saturno tribuenda, aut in Saturnū regerenda est infantis octimestris mors. At obseruandum est trifariam fœtum variari posse, aut quia virtus est deficiens, & materia superabundans: aut quia virtus est æqualis cum materia: aut quia virtus est excellens, & materia deficiens. Quòd si maior sit virtus, quàm sit materia, virtus ipsa accelerat natiuitatem infantis, vt septimo nascatur mense. Sin verò æquantur virtus fœtus, & materia, tum sanè quia seruatur naturæ proportio, infantis est regularis natiuitas, nono mense. Sin materia superabundat fœtus, virtute exili, tum fœtum ad exitum ipsa materia impellit ocyus, quàm par est. Et quia virtus exilis est, ideo impotens est ad retinendum fœtum. Ideo materia

Fœminę nō nascuntur septimo mēse.

Aſtra non sunt malignæ influentiæ.

Origenes damnat astrologos.

Vndè octimestres à partu moriantur.

Fœtus trifariam variatur.

teria vincens virtutem, sub octauo mense fœtum proritat ad natiuitatem immaturā. Propterea octimestres moriuntur, & non seruantur, vt septimestres. Tu intellige in plurimum. Nam aliquando seruantur, sed rarò accidit. Hoc autē erit ex alia causa. Hippocrates aliam exhibuit causam de octimestrium mortifero partu, quia sub illo mense mulieres proprijs afficiuntur ægritudinibus, quòd si propriæ ægritudini accedat partus difficultas, fœtus interit, nisi matres fortissimam nactæ fuerint cōplexionem. Lege librum Hippocraticum de partu octimestri. Et lege etiam Aristot. 4. de generatione animalium, cap. 4. tradē. tem, partus octimestres, etsi rarenter, tamen seruari nonnunquam posse. De qua re apud Plinium & alios multa legere poteris. Nam hęc non ex professō, sed obiter disserimus. Non ergo propter hæc experimenta necesse est influentiam asserere.

Partus octimestres aliquando seruantur.

¶ Et vt nonnihil cōmemorem de accessibus, & recessibus marinis, tu scito Commentatorem in paraphrasi sua causam tradidisse accessuum esse ex vento, quem intrà agitat lumen Lunæ calefaciens mare, ideoq; intumescit. Durat autem excitatio venti interni ab ortu Lunę, quousque ipsa cælestes tangat vertices. Tum enim quia radij sunt directiores, sunt potentes ad cō sumendos excitatos ventos. Et quos exci ta tuit per sex horas, per totidem cōsumit. Dein verò sub Occasu, quia radij sunt debiliores, excitat sanè exhalationes ventosas prædictas, at verò debiliores: ideò sub angulo mediæ noctis Luna existens, potens est illos cōsumere, &c. vt dicebamus. Neq; mirerisi Luna sub terra motū agens potens est ex lumine suo calefacere mare, quod est supra terram. Quia lumen etiam tum penetrabit maria, quamuis debiliùs, ideò non est necessaria influentia. Quòd verò lumen Lunæ sit calfaciens, Aristoteles te docebit, dicens, noctes in plenilunio esse calidiores, quā in nouilunio. Est enim Luna ex eodem Aristot. tāquam quidam minor Sol. 4. de generatione animalium, cap. 10. Cur autem mare Oceanum, & Occidentia maria hanc æstuationem patiantur, magis quàm Orientalia, ex occulta sanè proprietate est, quam Luna habet ad Occidentalia, vt Sol ad Orientalia, autor est Ptolemæus. Aristoteles autem multa commeminit. 2. Meteororū de fluxibus, & refluxibus marinis, qui contingunt ex alijs causis. Tamen huius fluxus, & refluxus, à sex in sex horas, &c. nihil memoratur, nisi libro de admirandis auditionibus, vbi mare Tyrrhenum dixit crescere, crescē te Luna: & decrescere decrescente: itaque lumini Lunari tribuit fluxum, & refluxū, quia incrementa, & decremēta lunaria ex lumine sunt.

Sex horis Luna tume facit mare, & per totidem eiusdē deponit tumores. Et dein palias sex magnificat mare, & peralias sex paruifacit.

Vndè octimestres à partu moriantur.

Fœtus trifariam variatur.

Aristot. de fluxu & refluxu maris

¶ Iam verò opus est argumenta absoluere in principio obiecta. Et primo dicito, illud procedere ex Auerroistico placito, quod (vt diximus) dogmati Theologico non ad modum consentit. At ipse diceret totam actionem habere cælum ab angelo, quod tamen vt sit verum inter disserendum tradidimus.

Argumēta diluuntur.

¶ Secundo argumento responsum est, cælum non esse viuens, at non ex angelo motore, at ex Deo in sua creatione habuisse vim vitalem sine vita: ideò etsi nō viuens, est perfectius simpliciter, quàm viuentia, non tamen secundum quid: & per hæc argumentum tertium non habet difficilem solutionem.

¶ Quarto deniq; dices, humanas operationes non pendere à cælo, sed solum naturales. Restat scrupus: diximus enim ex Aristotelica doctrina Lunam esse Solem quendam minorē, & quod Sol vno anno operatur, hoc luna præsentia sui luminis non ex accessu, & recessu, vt Sol facit. Hoc est quatuor differentias tēporis, æstatem videlicet, ver, &c. Quòd si Luna non habet influentiam humidam, & frigidam, quomodo hæc præstabit. Nā lumen astrorum ex Aristot. calefacit hæc inferiorā, non ergo varietatem prę̄stare hanc potest Luna suo lumine. Dixit autem Auerroes in. 2. de cælo. comment. 94. Contra Themistium, terram esse grauissimam, & quietam, & frigidissimam ex nimia remotione à motu circulari cæli, vndè ex contrario ignis erit leuissimus, & calidissimus ex nimia vicinitate cum cælo. Quæ omnia augent scrupum memoratum. Cæterùm dicere oportebit, ex varietate radiorum luminis tempora varia facit Luna. Namq; ex luminis augmento, aut decremento, ex rectitudine, ex obliquitate, ex reflexione, ex distantia, ex propinquitate radiorum denique luminis, magis aut minus calefacit hæc inferiora non solum Luna, sed alia astra. Et minùs calfaciens, frigi-

Scrupus cō tra Aristot. diluitur.

dum causat, vt plurimùm calfaciens siccũ, & temperatè calfaciẽs humidũ, vt Sol sua absentia, atque recessu hiemem donat, & iuxta varium aspectum suũ tempora mutat. Et (vt semel dixerim) probo Aristotelicam sententiam in. 2. de cælo, capit. 12. tradentem, nos exiguum esse quod callemus de cælorum motibus, & astrorum facultatibus, quia horum principia, & causas habemus à sensibus nostris remotissimas. Et Sap. 6. idem docetur. Difficile, ait, æstimamus quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt inuenimus cũ labore: quæ autem in cælis sunt quis inuestigabit? Quã obrem miratu non est dignum, si tanta sit opinionum diuersitas de cælorum efficacia, quando de terrenis, & quæ ad pedes habemus, iudicia sunt longe diuersissima. Hinc iam colliges exiguam esse habẽdam fidem Astrologis, quando iudicia ferunt de statu, fortuna venturis hominibus. Etenim rem agere nequeunt nisi ex cõiectu, & suspicione sæpè fallacissimis. Nam iudiciaria Astrologia non est scientia, sed coniectura quædam, vt ij qui res procul sitas vident, in vniuersali certum habent iudicium esse aliquid, quod vident, at in particulari deluduntur: vt Ptolemæus tradidit in apotelesmatis Astrologiam docẽs, quę natorum virtutes speculatur, esse cõiecturalem: quæ autem situm astrorum, & naturam considerat scientiam esse. Et quidẽ quamuis ex astrorũ cõsideratione rectè exploratorũ certũ esset iudiciũ de pueri natiuitate, at ex causis particularib⁹ sępè deluditur iudicium. Quod si dæmones in huiusmodi ferendis iudicijs sunt mẽdaces, alioqui sapientissimi in astrorũ scientia, vt Eusebi⁹ cõmemorat, lib. de preprat. Euãgelica, qd si homines feducãtur? Imò q in huiusmodi iudicijs sunt certiores, sũt peiores. Etenim suspicari poterit ex afflatu diabolico certa proferre iudicia. Lege Augustinum. 2. super Genes. ad literã, cap. penultimo, &. 2. de doctrina Christiana, cap. 25. hæc tradentem. Vnde Hieremiæ. 10. legimus: A signis cæli nolite timere. Et certiora existimo prognostica Hippocratica, & agricolarum, quæ ex particularibus collecta sunt experimentis, quàm Astrologorum, qui domi agentes ex cælestibus iudicant humana. Hinc quoq; reproba chiromanticos, qui ex lineis manus humanæ prædicunt ventura hominibus. Nam lineę manus non sunt causæ, & non habent etiã vnde sint certa signa venturi status hominis. Nam quod dixit Aristoteles sectione. 10. Problematũ, Problem. 49. lineas multas esse signum vitæ longę, non arguit esse lineas signa status venturi. Namque illud dixit Aristoteles, quia cum multis describitur humana manus lineis, colligit, virtutem cordis eo fortem esse, quæ ex abundanti suam produxit vim ad exarandum manus lineis varijs, & multis. Neque quod scribitur, Iob. 37. In manu omnium hominum signat, vt intelligant singuli opera sua: facit cum chiromãticis. Nam Iob prẽmia, & pœnas referenda esse ex operibus hominis, intelligit verbis commemoratis. Nam manus opera significant in sacris scriptis. Quòd siquis iocosè delectetur in inspectione harum linearum, & coniectet vẽtura, crimini, nisi morosulus Theologus, non dabit. Neque te moretur nonnunquã certa ex lineis istis exhiberi prognostica, quia qui sæpè iaculatur, aliquando collimabit. Neq; quia insomnia aliquãdo sunt vera, ideo tanquam certa oracula futurorum sunt obseruanda. Mihi sanè familiare est vera habere insomnia de quibusdã rebus leuiculis, at de grauibus rarã habent veritatem.

Difficile est inuestigare cælestia.

Astrologis exigua danda fides.

Astrologi fallaces.

Chiromãtici sunt mendaces.

¶ Distinct. 15. Disputatio. 2. Num cessante cælesti motu vniuersa inferiora collabi sit necesse.

ET forsitan alicui videbitur vniuersa collapsura, si cælum vacaret à motu. Etenim in proxima disputatiõe, & alijs iam exactis dissertum est, motum cæli, ex. 8. Physic. text. comment. 1. esse vitam horum inferiorum, ergo illo cessante perirẽt sublunaria cuncta. 1. Argum.

¶ Adhæc ordo causarum essentialium hic est, quod sublatis scilicet prioribus, auferũtur posteriora, hæc autem sublunaria pẽdent essentialiter à cæli motu (nam hic est simplicissimus, vniformis, regularissimus, & nõ deficiens motus) ergo illo de medio sublato, 2. Argum.

sublato, alij interibunt motus.

3. Argum. ¶Præter hæc.2.de cęlo.tex.2.motus æterni quidam conseruant,alij faciunt generationes: ergò sublatis illis periret cõseruãs, & efficiens generationes.

Argum. in diuersum. ¶In diuersum est: Quia motus ex se non est actiuus,motus inquam localis, sed solũ eò agere dicitur, quia per eum admouẽtur agentia passis,ergo motus cæli cum sit localis,non agit in hæc inferiora, sed solum applicat astra agentia inferioribus istis,tãquam passiuis: ergo cessante motu cæli, non cessaret actio cælestis. Consequentiã colliges,quia adhuc supersunt astra, quæ sunt actiua. Assumptum autem probabis, quia si motus localis esset actiuus, omnis motus huiusmodi esset actiuus,id q̃ in motu aquæ decurrentis super terrã, qui nihil agit. Nam si ageret, calefaceret aquas maximè,& non calfacit. Quòd enim celebratur ex Aristot.motum esse causam caloris verum est, de motu calidorum. Vnde, dixit Aristot.2. de cælo,text.42.motum cæli calefacere aërem,illum atterendo,& cõfricando. Nempe quia aër calidus est: & calida ex attritu,calidum,quod intrò condunt,extra mittunt. Et sermo vertitur de actione,quæ inducit formam, non de alia actione. Quia certum est mouere localiter, esse agere, & moueri localiter,esse pati:non tamen localis motus est inductiuus formę vel substantialis,vel accidẽtalis,per se loquendo.

Motus localis non est actiuꝰ actione inducente formam.

¶Præter hæc cęlum agit motu,& lumine: ergo si cęlum cessaret à motu, lumine ageret. Rursum, ignis deuret tunc damnatorum corpora, ergo cessante motu cæli,adhuc erit motus. Quibus adde,nam corpora sanctorum ex agilitatis dote tunc moueri agillimè possunt, & Sapientiæ. 3. Discurrent sicut scintillæ in arundineto. Adhæc, Sol tum illuminabit orbem terrarum,& lumen eius reflectetur ab aqua,vel à quouis alio,& illa reflexio erit calefactiua, ergo erit calefactio.Quod verò Sol lucebit tum, Esaiæ oraculum, cap. 30.facilè te docebit: Erit lux Lunæ sicut lux Solis, & lux Solis, erit septempliciter.

1. Argum.

¶Disputatio hæc, si Physicas tantum teneret metas,nullius negocij esset.Nã probatissimum est Aristoteli, & suis sectatoribus,si cessaret motus cæli,omnia protinus collapsura.Nam si cęlum non volueretur, cælum non esset. Quia temerè esset citra motum, & ociosè.Deus autem, & natura nihil faciunt frustra.Vndè Commentator Auerroes libro de substantia orbis,cap.penultimo, & in libro disputationum aduersus Algazelum disp.4.dubio.1.memoriæ prodit,si momento motus cessaret cęli,perirent omnia.

2. Argum.

¶Deniq; censuerũt impossibile esse prorsus cælum vacare à motu.Et concatenationem causarum inferiorum, & motuum inferiorum ad suprema, hoc est, ad cælestes causas,& motus,essentialem,& penitus necessariam esse crediderunt. Ideoq; sublatis primis, siue motu, siue causis, ruitura omnia haud dubium ducerent, imò ducũt. Verùm cùm ex Theologica veritate erudiamur, cælum, in die, quando Dominus venerit ponere rationem cum hominibus, non esse mouendum,sed quiete donandũ. Itemq; nouimus sub Iosue, cap.10. & Eccles.cap.46. Solem stetisse:& non stetisset Sol nisi cælum quiesceret tum. Ideò grandis est difficultas iuxta Theologorum varia placita, si sit necessaria connexio motuum inferiorum ad motum cæli,vt prorsus non ferat hoc rerum natura,cælo quiescente,quicquam moueri. Nam de diuina potestate quis ambigat,nisi rudis,Deo sub esse, cælo stante, cætera mouere? At qui S.Thomas.3. libro contra gentes,cap.81. hanc amat sententiam, non ferre naturam rerum vt,stante cælo, quicquã moueatur. Hanc suadent quæ suprà induximus.Porrò Hẽricus Gãdensis quodlibeto.11.q.15. diuersam amplexus est opinionem. Et reverà suadent hoc placitum non pauca.Aristoteles enim.2.de generat. text.55. Solis motum in Zodiaco fatetur esse causam generationis,& corruptionis:quia ille motus adducit & abducit generantem,&c.Igitur Sol generans est,& non ex motu,at vi propria sua,quamquam ex motu deferatur,at sub cæli quiete Sol retineret suam naturã: igitur poterit generare tum.Item, Astrologi fatentur cęlum agere non solum motu,& lumine,sed ex influẽtia:at cælo quiescente,quid vetat influentiam suam diffundere in hæc inferiora? vt lumen necessariò diffundetur cælo stante in die iudicij.

¶Præter hæc, empyreum cælum quiete fruitur. Namq; stabile est. Cæterũ Thomæ.1.par.q.66.art.3. non est improbabile,agere in hæc inferiora: ergo citra motũ cælum influere poterit.

¶Porrò

Decisio quæst.

¶Porrò autem (vt paucis rem istam finiã) non iudico alienum à veritate, cælo stãte, naturæ rerum non repugnare motum quẽ piam, si Deus naturas rerum sibi ipsis permitteret. Nam fac cælum quiescere sub illa quiete, num in eodem pũcto perirent vniuersa, an non perirent? Si perirent vniuersa, ergo in instanti esset corruptio omniũ, quod natura non patitur. Sin verò paulatim corrumpentur, erit aliquis motus non dependens à cæli motu. Hoc argumẽtum collegit Henricus, & illud eludit Capreolus, distinct. 14. huius. 2. q. 1. dicens vniuersa mista vel viuentia, vel non viuentia simul atque cælum quiesceret, paulatura ex motu, & in eodem statu, quo cœpit illa cælestis quies, permansura in æternum, sine ampliori læsione, & corruptione. At verò plusquam fictitium hoc commentũ Capreoli esse iudico. Si quidem cæli motus est conseruans vitam (vt ex Aristotele demonstratum iam est) ergo, illo sublato, fieri nequit vt hæc sublunaria potiantur vita, at verò ille dicit non solum viuentia potitura vita, imò æterna vita ex casu. Et age, si animalia tum non perirent, ergo cũ vita animalium sit ex cordis motu, vtique cor tũ necessariò moueretur sublato motu cæli, etiã aliquis motus localis esset, imò plures, sublato cæli motu. Ecquid? si animalia viuerent, non viuerent vtiq; nisi ex cibis alerentur, at non alerentur nisi comedendo, & bibendo, & alterando alimenta, & illa corrumpendo, & ex illis generando viuentem substantiam, igitur sublato motu cæli, iuxta Capreoli commẽtum, adhuc etiam pleriq; adessent motus. Quamobrem Capreolus incidit in foueam, quam fecit, & ex ore suo iudicium tulit contra seipsum. Cessante igitur motu cæli, non video impossibile esse motum aliquem fieri, vt verbi causa quod ex putri materia nascerẽtur vermiculus aliquis. Cæterum ordo generationum, & corruptionũ cessaret. Sub die tamen iudicij nulla erit generatio, neq; erit corruptio, quia omnia quietem ęternã capient: non permittente Deo tum vt motus huiusmodi sint. At verò si Deus non obstitisset, non video, cur homo non posset moueri motu progressiuo, vt modò, si vita eius seruaretur sub cæli quiete. Neque existimo quod stupidus ita redderetur, vt neque pedes, neque brachia agitare valeret. De mutationibus autem non est controuersum esse tum sub quiete cęli futuras. Nam Sol illuminabit orbem clarius, quàm modo quod est alteratio perfectiua aëris, cæterum non est alteratio hæc motus propriè.

Capreolus nõ ꝓbatur.

¶Argumento primo respondebis, sublato motu cæli, sublunaria, si propriæ naturæ relinquerẽtur peritura paulatim. Neq; corruptio eorum, esset generatio aliorum, quia series, & ordo vniuersi tũ periret. Vnde materia vacua à formis relinqueretur.

Argumẽtis fit satis.

¶Secundo dices, iuxta Peripateticum dogma, cessante motu cæli, vniuersa collaberentur: quia cælum etiam periret, ex hypothesi, & elementa. At nos non ita Theologicè procedimus, vt Peripatetici, sed sub quiete cæli, cælum fatemur futurum. Ideò alia est ratio Theologo, quã Philosopho.

¶Et tertium argumentum eadem donabis solutione. Et quidem cum Aristoteles docuerit. 2. de cælo, text. 42. cælũ non habere virtutem agendi, nisi ex astris, ideoque cælum, quod maximè astriferũ est, quod octauum est, primum mobile esse censuit, quippe quod nobilissimum erat Aristoteli, non video quin, si Aristoteles cælum crederet ex Dei potentia posse quiescere, cõcessurum quoq; illi nonnihil actionis sub quiete, ex astris in eo permanentibus. Nãque quod ipse cum suo Commentatore cęlum nihil agere nisi ex motu suo, nũquam non testantur, ex eo est, quia confessum erat illis cælum sine motu substistere non posse. Nam finẽ cæli esse existimauit Cõmẽtator assimilari Deo in causando, quẽ finem non obtineret, nisi ex motu. Ideo cessante motu, cessaret finis cæli cum ipso cælo. Et quid si Theologicè agatur? Beati in cælestibus regnis, corporibꝰ beatis gaudentes, nonne corda habebunt, quæ mouebuntur proprijs motibus, diastole, & systole? Igitur cessante motu cæli, motus naturales quidam erunt. Nam quamuis mortuorum resurrectio sit supérans naturam, at excitatis à morte corporibus Sanctorũ, corda ipsorum proprio gaudebunt motu, & corda damnatorum proprijs etiam gaudebunt motibus. Nam tametsi miraculo demus cæco restitui visum, at restituto visu; naturaliter videt. Ita in præsentia censeto.

Motus quidã naturales erũt sub cælica qete

¶Iam verò ad calcẽ deducta hac quæstione, imminet alia dubitatio, num cælum immutare potest mentes nostras. Nam sunt

Quæst. annexa prioribus.

sunt multa, quæ assertoriam partem admonere videntur. Etenim cælum habet vim ex intelligentia motrice, at verò intelligentia motrix superior est quàm mens nostra, igitur illam poterit immutare mediante cælo. Rursum, quia si cælum nō potest immutare, eò vel maximè, quòd corpus est: at corpora possunt immutare mentes nostras, ergo & cælum. Minorem colliges ex Paulo ad Galat. 6. Caro concupiscit aduersus spiritum. Et ad idem alludens Aristot. 3. de anima inquit, concupiscentiam esse instar sphæræ inferioris, quæ quidem rapit ad se sphæram superiorem, hoc est, mentem. Secus autem in cælestibus, vbi nulla est ordinis peruersio, quia inferiora à superioribus rapiuntur, non contrà.

¶ Præter hæc, Genes. 3. legimus, Deum creasse lignum scientiæ boni & mali. Et Iosephus antiquitatum Iudaicarum libro. 1. cap. 20. credidit ligno illo paradisiaco vim adesse scientificam. Idēque Lactantius in lib. de origine erroris. Et Damascen⁹ lib. 2. de fide, cap. 11. vel. 14. Si ergo arbor illa poterat immutare mentem, illam reddens ex ignara sapientem, cur non cælum? Quibus accedat, carnem inficere mentem ex peccato originali, ergo potest corpus immutare mentem. Et. 8. Physic. cap. 2. mentes nostras immutari docet à continenti. Et de iecore piscis Tobię. 6. legimus fugasse dæmonas: & ad hunc modum multa poteris conglobare argumenta, quæ hoc idē videntur admonere. Cæterum paucis dicito, cælum, & corpora posse præparatoriè & dispositiuè immutare mentes nostras, non tamen directè. Etenim qui vescitur cibis delicatioribus, & melioribus, prōptius ingenium consequitur, quam qui rudioribus. Nam spiritus animales subseruientes sensitorijs, sunt ex illis subtiliores, & illustriores, quàm qui ex crassioris materiæ cibis ingenerantur. Et cælum similiter ex parte, qua calidiores facit sibi subditas regiones, calidiores, & subtiliores generat animales spiritus, quàm in regionibus algentioribus: vt suprà satis dictum est. Quibus obseruatis argumenta collabuntur. Quòd verò de arbore illa scientiæ boni, & mali agebatur, scito ex Augustino super Genesin ad literam, cap. 6. lignū eò appellatum scientiæ boni, & mali, nō quia scientificum erat, sed quia ex esu illius homines experti sunt quantum interesset inter bonum, & malum. Caro verò pueri inficit spiritum non generando in eo culpam originalem, sed solum quia anima illi infusa non gaudet originali iustitia. Nam peccatum originale, in anima est formaliter, nō in carne. De qua re alibi. Demum vt huic distinct. suprema manus imponeretur, de numero cælorum erat disserendum. Nam Græcis tres sunt cæli, alijs septem, vt Rabano, alijs octo, alijs nouem, alijs decem, &c. verum hæc mittamus Astrologis, & philosophis agēda. Quia ex diuinis oraculis numerus certus non habetur. Porrò autem si iuuat de re hac vberiorem habere enarrationem, para tibi Thomam in. 1. par. q. 68. artic. 4. Et in distinct. 14. huius secundi, quæst. 4. & exactius hæc habebis ex opusculo Ioannis de Sacrobusto de sphæra, capitulo. 2.

Argumēntis fit satis.

Cælū immutat mentem præparatoriè, & indirectè.

Motus quidā naturales erūt sub cælica qete

Locus sacer exponitur.

Quæst. annexa priori bus.

DISTINCT. Decimæsextæ, Disputatio prima.

¶ Num intellectus sit hominis pars.

ARgum. ET fortasis alicui videbitur, intellectū nō esse hominis partem. Namque. 2. de generatione animalium, cap. 3. Intellectum ait, de foris accedere. Si igitur forinsecus est, non est intrinsecus homini.

Argum. in cōtrarium.

¶ In contrarium est Genesis. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Igitur homo institutus est imago, & similitudo Dei, & non secūdum corpulentam substantiam. Nam ex hac dissimilis est Deo. Igitur ex intellectu, quem habet homo, est imago, & similitudo Dei. At si forinsecus esset nobis intellectus, vtique homo nō esset factus ad imaginē Dei.

Nam-

Namque intellectus nihil tum esset hominis. Et ex forinsecis nihil est alteri⁹ imago. ¶Disputatio hæc aptã hoc loco sedem habet, vbi Magister declarat quonammodo homo sit factus ad imaginem & similitudinem Dei. Et in multa vagatur Theologorũ decreta, vt hoc ipsum exponat. Tu lege apud ipsum: quia egregiè, vt cætera, rem disserit. Obserua tamen interim, Hebræos notasse hæc duo vocabula, quæ codex Hebræus Geneseos habet, schelem, &, toar, quæ correspondent Latinis nostris, imago, &, similitudo. Schelẽ, verò denotat imaginem substantialẽ, vel ex substantia: toar autem imaginem ex accidentibus. Namq; Cæsaris imago, toar est: quia ex accidenti solũmodò imago est: at filius est, schelem, quia est imago patris ex substantia. Vnde de Seth legimus Gene. 3. Adã illũ genuisse secundũ imaginẽ, & similitudinẽ suam. Homo igitur institutus est ad imaginẽ Dei ex animæ intellectiuæ substãtia, quę spiritualis est, & immortalis: & creatus est ad similitudinẽ Dei ex accidentarijs potentijs, ex intellectu, memoria, & volũtate. De huiusmodi igitur intellectu instituitur disputatio nostra, & grauissima est hæc disputatio, & dignissima Theologo, cuius est decernere, quid secundũ fidem sit tenendum de intellectu humanò. Philosophi autem, qui Platonica obseruãt placita, censuerũt, intellectum humanum nõ esse partem animæ nostrę, at adsistere homini, illũ dirigẽdo, & illuminãdo. Existimabant nãq; Plato intellectũ esse in homine, vt nauta in naui. Id quod Aristot. vertit in dubiũ. 2. de anima, cap. 2. Non est, ait, manifestũ, si est aliqua pars quæ nõ sit hominis forma: sed sit vt nauta, nauis. Vndè cõmentator Auerroes censuit, intellectum nõ esse hominis partem, sed esse intelligẽtiam extrinsecus homini communicatam, & copulatam. Vt enim anima homini copulatur per spiritũ & lucem, ita hæc exterior intelligentia homini cõmunicabatur per mediam dianœã, hoc est, particularium rationẽ, quæ est hominis propria facultas animæ. Hocque placitũ ipse longo prosequitur sermone. 3. de anima, text. 5. Obseruabat enim Aristotelem dicentem, intellectum esse immistum materiæ, ideò non poterat credere intellectum esse animæ partem. Et hoc de vtroque intellectu agente, & possibili, intellectum voluit. Et primò iuxta Auerroẽ copulatur nobis possibilis intellectus, deinde verò agens. Quia potentia est prior, quàm actus. Et hanc suam sententiam exponit disputatione prima contra Algazelum dubio. 23. ex ostensione speculi, cui radij solis copulantur. Et lucet speculum nõ ex luce sibi propria, sed forinseca, ita homo intelligit per intellectũ aliunde participatum, & non sibi essentialẽ. Et sunt vtiq; multa, quæ hoc commentum persuadere videntur. Et primò sanè quia intellectus est immaterialis, & ideò nõ habet proportionem ad materiam: ergo non est forma corporis. Probabis consequentiam, quia formæ, & materiæ proportio quædã est. Secundò, nam intellectus, quippè qui immaterialis est, non educitur de potentia materiæ: ergo non facit vnum cum corpore. Consequentiã colliges, quia ex eo fit vnum ex materia, & forma, quia forma extrahitur ex materiæ potentia.

¶Tertiò, quia cum intellectus sit immaterialis, poterit per se subsistere: igitur non facit vnum cum corpore, at homo est per se vnum, igitur non componitur ex intellectu. Et ad hanc formam poteris alia cõpingere argumenta. Porrò autẽ forsitan Auerroes reliquit, & hanc retractauit sententiam in. 10. Ethicor. cap. 9. existentiam, dũ ait, hominis, esse per substantiam, quæ nominatur intellectus. Et cap, 8. docet, intelligere, esse hominis naturalẽ operationẽ. Quòd si existentia humana est ab intellectu, cuius operatio est naturalis homini, consectariũ videtur ad verba Auerr. intellectum homini nõ esse forinsecum: sed esse homini substantialem. Nam si forinsecus est intellectus, non est naturale homini intelligere, neq; existentia hominis esset ex intellectu. Nam voluntarium esset intelligentiæ extrariæ se copulare homini, aut non copulare. Et quando contenderis, necessariam esse hanc copulationem, ad huc esset voluntaria, vt motus orbis cælestis ab intelligentia motrice voluntarius est secundum Auerroem (vt suprà dissere-batur.) Verè igitur, si propriè est naturalis homini actio intelligẽdi secũdũ Auerroẽ, erit à principio intrinsecò intelligere, quare videtur mutasse Auerroes priorem sententiam, contra quam tamen multi multa tradiderunt, vt Albertus Magnus: & D. Thom. in. 2. contra gentes, cap. 59. &. 60. &. 63. &. 1. par. quæst. 76. artic. 1.

¶Et

Schelem, & toar quid Hebræis.

Platõis placitum de intellectu.

Dianœa particularis est ratio.

Argumẽta fauẽtia cõmẽto Auerroistico.

Auerroes retractauit suam sentẽtiam de intellectu.

Argumẽta fauẽtia cõmẽto Auerroistico.

¶ Et colligunt primò, intelligere est operatio hominis, ergo est à forma hominis. At argumentum eluitur facilè. Nam Auerroes concesit intellectum, esse formã hominis. 3. de anima. text. 7. Et. 2. Physicor. comment. 26. Postremam formam voluit esse intellectum. Quid? quòd Thomas in opusculo de occultis naturæ operibus, fluxum maris, atque refluxum, voluit mari competere, & non ex forma recepta, sed ex motu superioris agentis: & instrumenta habent hunc operandi modum, non ex vi impressa, sed ex motu principalis agẽtis. ¶ Secũdo argutãtur ex Aristotele, tradente intellectum esse partẽ animæ. At Auerroes istud non negat, comm. indicato: dicens, intellectum agẽtem, & possibilem, & conflatum ex vtroque esse animæ partes. ¶ Tertiò, Durandus carpit Auerroem. Nã intelligentia separata non vtitur phantasmatum adminiculo vt intelligat, at noster intellectus, citra spectra intelligit nihil. Cæterum promptam habet respõsionem hoc argumentum. Nã intelligentia vtitur phãtasmate, Auerroes ait, non ad suam parãdam intellectionem, sed ad nostram. Verum tamen siue propter hæc argumenta, siue propter alia, sententia est falsissima hæc Auerroistica. Etenim quid diceret Auerroes de pueris, qui nondum dianœa vtuntur? Num isti sunt homines? vtique sunt, at non habent copulatum intellectũ. Nisi dixeris esse in proxima potentia homines, at re vera sunt actu homines. Et qd? dormientes actu sunt homines, at nõ gaudẽt participio intellectus huius. Et rursum dianœa, seu cogitatiua virtus, non est intellectus, ergo nõ poterit recipere species intelligibiles: quomodo ergo copulatur per hanc vim sensitiuam nobis intellectus? Quibus adde argumentum non floccipendendum: voluntas verè est in nobis, & nõ aliunde cõparamus voluntatem, aliàs non essemus liberi: ergò in nobis est principiũ intrinsecum ad volendum, & nolendum. Ergo itidem de intellectu dicendum erit. Et hoc argumentum ego plurimi facio. Et re vera etsi Aristot. non esse manifestũ dixerit loco pridem citato, si intellectus est animæ pars, in. 12. tamen Metaphy. text. 17. duxit impossibile esse, formas anteire materiam: quomodo ergo homo, cum sit generabilis, & corruptibilis, habebit informam intellectum æternum, vt Auerroes commentatur? Prætereà, sciscitemur ab Auerroe, num istam copulationem intelligentiæ cum nostra vi cogitatiua, est humani iuris illam recipere, & repudiare? An necessariò etiamnum inuitus homo illam recipiet? Quod si inuitus illam recipiet, igitur intelligere hominis actio coacta poterit esse, id quod absurdum esse, certum est. Siquidem mens humana quoad intraneos actus cogi non potest. Quòd si est nostri iuris, vel copulari, vel non copulari, poterit igitur orbare se actu intelligẽdi per totũ spatiũ vitæ suæ. Siquidẽ pprij erit arbitrij non copulari intelligentię mouẽti, vel illustranti phantasmata. Et Ecclesia Catholica hoc dogma repudiat, & meritò, de summa Trinitate, & fide Catho. cap. vnico. Itaque iam non licebit rem hãc vertere in dubium, imò firmiter credendum est, animã intellectiuam esse essentialem partem hominis, vt nos etiam in primum Sententiarum disseruimus. Et equidem si verũ fuisset Auerroisticum figmentum, Christus Dominus mẽdicato haberet ab angelo intelligere, cum contrà clamet Paulus: In ipso esse thesauros scientiæ, & intellectus, reconditos. Et ipse est Dominus, & Magister angelorum. Non ergo habet participatum intelligere à quouis angelorum. Et Ecclesiast. 17. Habetur. Fecit Deus hominem de limo terræ, ad imaginem suam fecit illum. Et paucis interiectis: Dedit, ait, illis cor excogitãdi, & disciplina intellectus repleuit illos. Quòd si homò ad imaginem Dei factus est, vtique mentem habet sibi intrinsecam. Nam si extraria est, nõ ipse homò imago Dei est, sed ipsa mens extraria, quę homini sociatur, vt illum reddat intelligetem. Nam (vt dicebamus) imago est Dei homo secũdum substantiam mentis, quam habet, vt est; similitudo Dei, ex accidenti: non vtiq; ex extrinsecus veniente solũ, sed intrinsecus infixo à Deo, hoc est, ex animæ intellectiuæ viribus, & ex virtutibus hominũ infusis, & ex primatu, quẽ gerit homo super terrena omnia. Est ergo imago Dei homo, ex parte sibi optima, & essentiali, hoc est, mente, & similis est Deo ex accidentibus si non essentialibus, certe sibi intrinsecis. Et recte symbolum Athanasij decernit: Sicut anima rationalis, & caro vnus est homo: &c. significans rationalem animam esse partem essentialem hominis. Et definitio hominis aperta contra Auerroem

Auerroes nõ probat.

Auerroes retractauit suam sentẽtiam de intellectu.

Mens ad suos actus cogi nõ potest.

Cõmẽtum Auerroisticũ dãnatur ab ecclesia.

Vnde homo est imago, & similitudo diuina.

Differentia essentialis ex forma essentiali, vt accidentalis ex accidentaria.

Auerroem est, animal rationale. At si rationale, est differentia essentialis hominis, necessum est à forma essentiali, & non forinseca hanc differentiam aucupari. Nec iuuabit si dixeris hominem esse rationalem ex dianœa, seu vi cogitatiua. Etenim hæc vis sensoria est, & non se profert nisi ad rerum particularium rationes. At verò homo est rationalis, non solùm ex particularibus ratiocinijs, imò etiam ex vniuersalibus, vt liquidum est. Et væsaniam duco, si quis contenderit hoc Auerroisticum commentum esse probabile in philosophia, quia in Theologia non solum demens esset eiusdē assertio, quin & hęretica. Et huic commento simile est illud, quod olim hæretici quidam dixerunt, verbum Dei fuisse copulatum Christo non secundum esse, sed secundum operationem. Nam ita censuit Auerroes, intellectum nobis esse copulatum, non secundum esse, sed secundum operationem. Argumenta, quæ faciunt cū Auerroe, sequens dilucidabit quæstio.

DISTINCT. Decimæseptimæ, Disputatio prima.

¶ Quæ sit animæ rationalis origo.

Argum.

ET videbitur alicui fortasis, anima intellectiuam habuisse originē ex substantia Dei. Nā legimus, Deum inspirasse in faciem hominis spiraculum vitæ, at qui inspirat, spiritum emittit, de eo quod intra se habet: igitur spiritus homini inspiratus de Dei substantia est.

Argum. in diuersum.

¶ In diuersum est, quia si esset ex substātia Dei diuina, Dei substantia esset diuisibilis. Et si esset ex substantia Dei, anima intellectiua esset Deus: quia quod est substantia Dei, Deus est. Et si esset ex substantia Dei, impeccabilis esset ex natura sua. Et si esset ex substātia Dei, generaretur à Deo ex aliquo. At creatur ex nihilo. Quòd verò creetur anima rationalis, locus ille colligit Zachariæ. 12. Extendens, ait, cælum & fundans terrā, fingēs spiritum hominis in eo. ¶ Disputatio hæc olim difficillima extitit, vt satis nobis sunt indicio virorū illustriū in doctrinis Theologicis concertationes, variaque de hac re placita. Imò huius quęstionis arduitatem, diuinæ non silent musæ. Ecclesiastes enim ille sapientissimus capite. 11. hęc commemorat verba: Quomodo ignoras, quæ sit via spiritus? Et post pauca subdit: Sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium? Et ex contextu sermonis liquido constat de formatione animæ rationalis sermonem haberi, vt etiam Hieronymus intellexit. At verò iam pro constanti habetur, esse creatam à Deo animam primi hominis ex nihilo. Et hoc sibi velle sermonem sacrum tradentem Deum inspirasse in faciem hominis spiraculū vitale, ideſt, formasse ex nihilo animam primi hominis, & intra corpus eius illam infudisse. De cæteris verò animabus controuersum fuit olim, an fuerint creatę ante corpora. Nanque Origenes (vt meminit Epiphanius in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum antistitem) censuit animas intellectiuas esse antiquiores corporibus, vt ipsemet Origenes commemorat lib. de principijs. Quanquam, vt ipse meminit in libris istis de principijs, non asserendo, sed inquirendo procedit. Lege librum secundū peri archō. Imo etiā Augusti. lib. 7. de Genes. ad literā cap. 25. & 27. rem hanc duxit dubiā de primi hominis anima, si fuit creata simul cū angelis & dein formato corpore humano illi infusa, an simul cū corpore creata fuerit. Et Magister in litterā hūc locū Augustini indicat, nihil decernens de illa prima anima: de cæteris aūt indubitatā habet sententiam, nō præcelsisse corpora, sed singulis singulas infundi. Nā creādo illas Deus infundit, & infundēdo, creat. Sunt præter hæc loci sacri, qui videntur antiquiores esse animas corporibus, docere. In Ecclesiaste enim legitur: Spiritus reuertatur ad eū, qui fecit illū. Igitur, si reuertitur anima ad Deū dissoluta corporis cōpage, igitur prius erat apud Deum, quàm corpori infunderetur. Et rursum, Deus non est acceptator personarum,

Anima protoplasti si creata fuit cum angelis, an postea.

sonarum, sed ex meritis hominem probat, & ex culpis reprobat: at legim⁹ Hieremiæ. 1. animam Hieremiæ sanctificatam in materno clausam vtero. Itidem & Ioannis Baptistæ. Lucæ. 1. &c. cur ergo has animas sanctificauit Deus, & alias nō sanctificat? Non videtur quid aptè responderi possit, nisi quia huiusmodi animæ ante infusionē illud sibi promeruerūt, aliæ verò nō item. Et August. libro. 1. retractationum cap. 1. hæsitat etiā, vtrùm animæ rationales fiant de illo vno qui creatus est in animam viuē tem, an semper ita fiant singulis singulæ. Ait enim: Neque tunc sciebam, nec adhuc scio. Porrò autem si ex primo homine animæ fierēt singulorum, hoc esset, ex anima primi hominis. Etenim ex corpore anima nequit fieri, quòd si ita esset, neutiquā creatur: porrò creatur.

Decisioq; stionis. ¶Cæterùm fides Catholica animam creari statuit primò. Et si contextum consideras, humanam creationem tradentem, videbis corpus ex limo terræ factum esse cō memorari: at cum de spiraculo vitæ homini inspirato sermo fit, non aliunde inspiratum, vel factum legimus, sed solū Deo autore, à Deo inspiratum fuisse, nō ex aliqua materia. Quapropter satis insinuatur animam intellectiuam creatam esse à Deo ex nihilo. Et quia omnes animæ rationales ex natura pares sunt, etsi ex voluntatis arbitrio nimis discernuntur, ideo quod de prima tradimus, idem de cæteris animab⁹ tradendum est, in singulis creari hominibus ex nihilo à Deo. Neq; ex anima primi hominis, aut ex anima aliqua alia possunt animæ fieri: siquidem creantur, iuxta illud, q̄ cecinit Psalmographus Psalm. 32. Qui fingit sigillatim corda eorū, & intelligit opera eorum. Quòd verò Origenici fuit commēti, imò Platonici dogmatis, animas præfuisse corporibus, vt rectè habeas, obseruabis apud Origenem, animas omnes simul conditas fuisse cum angelis: & vt angelorum quidam lapsi sunt, alij verò steterunt, ita rebatur Origenes, quasdam animas lapsas in culpam, alias vero stetisse. Lapsas verò in culpam, detrusas à Deo in corpora, vt in corporibus, tanquam in carceribus, delictorum luerēt pœnas. Quas sanè si æquo tulissent animo, ad præmium vitæ æternę promerendum accessio erat: contra verò quæ iniquo. Porrò autem hoc dogma est pessimum, & à veritate fidei alienum.

Egregie p-batur creatio animæ.

Anima protoplasti si creata fuit cum angelis, an postea.

Exponitur Origenes.

Etenim diuinæ literæ angelorum delictū satis exprimunt, at animarum harum nullibi docēt quale fuerit, aut quod fuerit. Quæram igitur, num est hoc peccatū mortale, an veniale? Non vtique mortiferum. Siquidem pœna tantum temporali à Deo punitur. Nam detrusio in corpora, temporalis est, nō æterna. Etenim ex morte dissoluitur. Quod si veniale duntaxat erat, cur deturbandæ erant à cælestibus sedibus propter culpam, quæ amicitiam Dei non diluit? Præter hæc, animæ quæ non se contaminauerunt, nunquam sunt detrudendæ in corpora, cur ergo animæ sunt dicendæ, quæ nunquam animabunt corpora? Nanque anima est actus corporis. Igitur necessariò propensionem habebit ad corpus: igitur inclinatio hæc ociosa erit in animabus, quas tu fingis iustas esse: Deus autem & natura nihil ociosè faciunt. Et adde istis, si omnes animæ ita sanctæ, vt culpatæ, propensionem habent ad corpora: igitur in corpore non luunt criminum suorum pœnas. Nanque quomodo corpus erit carcer animæ? Siquidem quod amatur, carcer non est: & quod maximè amatur, minimè carcer est. At animæ omnes impendiò amant corpora sua, quia, Nemo carnem suam odio habet, sed nutrit, & fouet eam, ex apostolico documento ad Ephes. 5. Si carcer rursum esset, si pœna esset animæ corpus, vtique dissolui à vinculis corporis voluptificum esset animabus. At quam triste sit, verus doctor ostendit, qui morte sibi imminente, cœpit pauere, & tædere. Et huius primi doctoris egregius discipulus Paulus non vult spoliari. 2. ad Corinth. 5. sed superuestiri. Et quid? anima hominis primi nōne fuit infusa in corpus immortale, & longè felicissimum ante peccatum? Et scriptura animam Adam non ante Adam commemorat peccasse, sed in Adam. Et supplicia Adæ intimantur, non animæ. Non ergo fuit anima Adæ detrusa in corpus ex peccato antiquo. Quibus accedat, animam Domini Iesu, non fuisse detrusam in corpus ex peccato: siquidem beata anima peccare nō potest. Et Theophilus Alexādrinus in libro paschali primo hoc dogma meritò asserite esse venenatū dogma. Et etymologia animę est ridiculadictā esse ἀνὰ ψυχῆς, quia refrixit ab ardore charitatis,

se mancipans culpæ quia anima Saluatoris nũquã refrixit. Et rursum, si corporis vnio est animæ pœna, quid dicet Origenes de resurrectione mortuorum, scilicet, eorũ qui resurgent ad resurrectionẽ vitæ? quæ sanè glorioſa erit vnio, non ergo pœna. Et non solùm Platonis hoc dogma est fidei catholicæ inimicum, sed etiam Aristoteli nõ est amicum. Qui existimat formas non posse esse antiquiores materia, & itidem animas putat sine speciebus aliquibus in corpore formari, imò paulatim ex sensibus anima intellectiua parat sibi scientiam, vndè iunctis (quod aiũt) vmbonibus, negat nostrũ scire esse reminiſci, imò scire nostrum nouum est, & demũ aperta voce testatur, animam intellectiuam in primordijs suis esse tanquam tabulam rasam, in qua nihil figuratum est. Quæ omnia aduersantur Platonicis commentis ex quibus consequium erat, scire nostrum esse reminiscẽtiam. Nã tradebat Plato, animã detrusam in corpus obliuione teneri eorum, quæ ante corpus viuens sciebat: at quia secum cõuehebat intelligibiles formas illas ex studio, sensim deducebat in intelligendi actum, quandiu exul morabatur in corpore. Vndè Platonici corpora simas esse, animæ, & ergastula, & gurgustia commemorãt. Et abre, his dicterijs infamant corpora: siquidem sunt naturalia receptacula animarum. Quòd autẽ est naturale receptaculum, cur carcer, aut sima, &c. dicendum est? Quippe quod est secundum naturam, bonum est.

Dissidium Platonis, & Aristotelis.

Argumẽta quæ faciũt cũ Platone, & Auerroe soluuntur.

¶ Porrò argutabitur aliquis, anima est viuens defuncto corpore vita, igitur poterit viuere ante corpus. Nam quæ maior ratio suadebit hoc, quàm illud? At respondetur, animam ad primum suum esse egere corpore, quippe ipsa est actus corporis, & functiones suas in corpore absoluit. At verò postquã efformatur in corpore, potest esse sine corpore: quia esse quod recepit ex creatione à Deo in corpore, est esse spirituale & immateriale. Aut iuxta placitum eorum, qui materiam sanxerunt, esse indiuiduatiõis principiũ, anima rationalis eget corpore, vt sit hæc. At postquam est hæc, iam subsistere potest suo collapso corpore. Porrò etiamnum contendens aliquis nobis obijciet, vera nos narrasse, si anima esset propriè forma corporis, at intellectiua anima non est propriè forma corporis, quippe inter formam & materiam est proportio, at inter animã intellectiuam, & materiam nulla est proportio: quia illa est immaterialis. Porrò dicito huic argumento, animam intellectiuam habere proportionem ad suum corpus. Nam habet operationes quasdam, quæ egent corporis cõmercio: vt alere, sentire, mouere: at intelligere, etsi abstrahat à conditionibus materiæ, cæterum necesse est intelligẽtem phãtasmata speculari. Et quia anima est pars hominis & non totus homo, ideo necessariò est illi proportio cum corpore, nempe quia ex illa, & corpore conflatur homo. Porrò autem his ita dissertis obseruãdum est, D. Hieronymum scribentem Marcellino, maximam credidisse hanc quæstionẽ de origine animæ, an videlicet lapsa fuerit è cælo, vt Pythagoras, & Plato, & Origenes censuerũt, an ex propria Dei sit substãtia, vt Stoici dixerunt, & Manichæi, & Priscillianistæ Hispanię suspicantur, an in thesauro habeantur Dei, olim iam conditę, an quotidie à Deo fiant, & mittantur, an fiãt certè ex traduce, vt Tertullianus, & Apollinaris, & maxima pars Occidentalium, autumat, vt, sicut corpus, ex corpore, ita anima fiat ex anima. Verùm tamẽ ad hãc Tertulliani, & aliorum postremam sententiã, animã esse materialem dubio procul consequitur, si ex traduce fit. Neque hoc Tertullianus abhorruisset concedere, quippe qui Deum existimat corpus esse. Et Augustinus Optato scribẽs, huius erroris fomẽtum demonstrat, & dissoluit. Erat autẽ fomentũ, locus ille ex Gene. 46. Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cũ Iacob in Ægyptum, & egressæ sunt de femore eius: igitur ex vi seminaria producuntur animæ rationales, siquidem ait, egressas esse de femore Iacob. Quẽ tamẽ locũ ex tropico sermone elucidat August. Ex synecdoche nanque credit esse intelligẽdũ, animas, scilicet, prorè animata. Nam filij Israel intelliguntur productos ex femore Iacob. Atqui in hoc sermone etiã tropus est. Nã ex femore homo nõ ꝓducitur, sed honestè notãtur vicina femori genitalia, quãuis nihil certò statuit de animę origine, nisi hoc vnũ indubitatũ tenẽs animas nõ esse antiquiores corporibꝰ. Et rursum, in. 10. super Genesin ad literã cap. 6. hoc idẽ reuocat in dubiũ, quæ sit animæ origo an ex altera anima, scilicet ex anima Adæ, vel quòd quotidiè creentur, & infundantur, & multis prolatis testi-

Quæstiones de animæ origine.

Locus scripturæ exponitur.

August. nihil certo statuit de animarum origine nisi in lib. de dogmatibꝰ, cui tamẽ libro non datur à multis plena fides.

testimonijs sacris,quę videtur præse ferre, animas quotidiè creari,illa omnia non cõvincere ostendit, vt est locus ille Esaię. 42. Qui dat flatum populo,& spiritum calcantibus eam.Et ille Psal. 32. Qui finxit sigillatim corda eorum.Et ille alter Zachariæ. 12. suprà notatus. Omnibus enim locis istis,& alijs, quæ idem præseferunt respondet,dicẽs, animas ex prima originem ducere,vt corpora ex corpore. Non propterea negat Deum non plasmare animas, vt & plasmat corpora,quæ ex primo sunt derivata.Nã Deus semper formator est omnium,siue per se faciat,seu cum altera causa faciat,vnde Paulus docet, Deũ vnicuiq; corpus prout vult. &c. Et in epistola.28. rursum,idem inculcat,referens totidem fere sententias,quot Hieronymus retulit.Et argumenta ex sacris locis,quę videbantur suffragari sententiæ,in quam iuit Hieronymus,etiam soluit,vt iam prædiximus.Et locum ex libro Machabæorum. 2.cap.7.Neque ego spiritum & animam donaui vobis sed mundi creator. Et locum alterũ Acto. 17.Cum ipse det omnibus vitam,& inspirationem:simili solutione donat,qua &cætera indicata testimonia donauit. Quãuis in lib.de dogmatib⁹ cap. 14.credit animas quotidiè creari,& infundi: & librum hunc Magist.citat distinct. 18.Cæterum,his nõ obstantibus,confessã iam res est, quam fides catholica,& orthodoxa probatam habet,à Deo quotidiè corporib⁹ infundi animas intellectiuas. Et hanc asserit Damascenus libro.2.de fide cap. 12. & catholicum dogmaesse putat.EtHieronym⁹ putat hoc esse ecclesiasticum documentum in apologetico aduersus Ruffinum.Itaque simul atque corpus est dispositum recipiendæ animæ,Deus illi illam infundit creãdo. Quin etiam ex philosophis Auicenna lib.6.naturaliũ.cap.3.idem tradidit.Et Magister eandem probat sententiam in dist. hac & dist. 18.Et iam non est quod versetur sub opinione.Et Aug.lib. 10.superGene.cap.1.in hanc venit sententiã, etsi non tãquã certã ,pbat.Porrò ex fide ecclesię iã certa res est & non controuersa vt olim.Et quanquam diuus Augustinus (vt suprà indicauimus) lib.7.super Genes.ad literam,hæsitet de anima primi hominis,si fuit ante corpus,an simul atque corpus. At libro. 12.de ciuitate Dei in cap.23.ait: Cùm virum terreno formasset ex puluere,cũque animam,qualem dixi,siue quam fecerat sufflando indidisset,siue potius sufflando fecisset. Quibus verbis facilè ostendit se rem hanc dubitasse, etiam in libris, quos accuratissimè scripsit de ciuitate Dei. Cæterũ magis probat Augustinus animam protoplasti simul atque factam à Deo, corpori fuisse infusam.Et hæc est certissima veritas.Nanq; formatæ mulieri dixit Adam: Hoc nũc os ex ossibus meis,& caro ex carne mea. Nõ tamen ait,& anima de anima mea. Et rursum,si animæ ex anima prima fiunt, num ex materia, an ex nihilo?si ex materia, igitur anima rationalis,materialis erit: & ità erit ex vi seminaria, vt animæ brutorum, & plantarum; id quod est hæreticũ. Nã tum esset mortalis anima rationalis,quales sunt omnes,quæ ex parentibus traducuntur animæ interueniente semine, aut spermate.Si autẽ ex nihilo,anima igitur creat, quod hæreticum etiam est. Non ergo anima infantis à parẽte primo,neq; àproprijs parentibus formatur,sed à solo Deo.Et mirum esset,imò vęsanum esset,qui contẽderet,animã Adam beata pace iã diu fruentem,animarum formationi incũbere.Imò ipsam quis credat,cũ sit beata,animas creare peccato obnoxias?Huic igitur vęsaniæ aggreganda est alia philosophorum quorundam non minor stultitia, tradens animam rationalem componi ex cælesti corpore.Quòd si hoc verum esset, cælum esset sanè diuisibile,si pars cæli anima est: & quot sunt animæ, tot essent cælestes partes in nobis.Quòd si cælum componit animam, motus animæ nõ esset cognitio,aut intellectio,sed esset latio circularis. Tribuitur hoc deliramentum Tullio. Tu lege August.libro.7.super Genesin ad literam. At Origenes libro. 4. periarchon hoc deliriũ in Græcos retulit.

¶ Post longam igitur de animarum origine disputationem,commodè argumẽtum in principio factum exigit solutionem.Et quidem illud nõ probat animam esse Deo consubstantialem.Et fuit vana, & blasphema doctrina, tradens animam sine diminutione,& diuisione diuinitatis,ex diuina fieri substantia:vt lux,ex luce,cãdela ex cãdela fit.Nanq; si nulla est diuisio,aut diuinitatis diminutio, igit anima nõ ex parte substantiæ diuinæ fit,sed est tota diuinitas, id quod superat omnẽ insipiẽtiã. Ideo dicito locum tradentem Deum inspirasse in faciem

Quæstiones de animæ origine.

Locus scripturæ exponitur.

Animæ rationales infunduntur simul, & creantur.

Augustin. nihil certo statuit de animarum origine nisi in lib. de dogmatib⁹, cui tamẽ libro non datur à multis plena fides.

Anima non cõponitur ex materia cælesti.

Locus Geneſis exponitur.

ciem hominis ſpiraculum vitæ. Geneſ. capite. 2. ſolùm probat hominem donatum eſſe anima ſublimi, & excellentiore, quàm viuentium fuerant aliæ animæ. Etenim alijs viuentibus non dixit ſcriptura illis inſpiraſſe Deum ſpiraculum vitæ: ſed ſolum homini. Non tamē probat hunc ſpiritum ſpiratum eſſe ex diuina ſubſtantia. Nam ſubiunctaverba hoc oſtendunt. Et factus eſt homo in animam viuentem. Nam ſi ſpiritus inſpiratus homini, eſſet Dei ſubſtantia, non fieret homo in animam viuentem, ex ſpiritu illo, ſed fieret in Deum viuificātem. Quia ſubſtantia diuina eſt Deus non ſolum viuens, ſed viuificans, & vita. Neque Deus eſt anima viuens, ſed animarum conditor. Et tu obſerua contra Auerroem, & Platonem ex hoc loco animam intellectiuam eſſe partem hominis eſſentialem: nā ex ſpiraculo vitæ homini inſpirato factus eſt homo in animam viuētem: hoc eſt, animal viuens factus eſt homo ex anima intellectiua. Quibus accedat Auguſtinū ex loco illo Ioannis. 20. Inſufflauit, & dixit eis: Accipite Spiritum ſanctum, collegiſſe Spiritum ſanctum eſſe eiuſdem ſubſtantiæ cū filio. At non eſt in præſentia ſimilis collectio, vt ex ſcripturæ contextu demonſtrauimus. Itidē locus ille Acto. 17. Genus Dei ſumus, conſubſtātialitatem animarum cū Deo efficaciter non probat. Etenim ſolùm probat animam intellectiuā maximè omnium ſublunarium diuinitatem participare: non tamen quòd ſit de ſubſtantia Dei. Et ride expoſitionem quorundam Theologorum, animam eſſe exponentium eiuſdem generis analogicum Deo, quia etiam lapides idem hoc modo genus habēt cum Deo. Sunt enim ſubſtantiæ analogicè, vt Deus. Et denique argumentum Origenis de ſanctificatione, quod ſuprà induximus, ſoluitur, quia in gratuitis non eſt acceptio perſonarum. Et locus Salomonis exponitur, ſi dixeris, ſpiritus creatus, ibit ad ſpiritum creatorē. Lege Aug. lib. 1. retra. cap. 1. & Aug. Eugubinū. lib. 9. de perenni philoſophia. cap. 30.

Diſtinct. 17. Diſputatio. 2.

¶ An paradiſus terreſtris exiſtet modo, & quis fuerit, aut qualis.

HANC diſputationē ſine argumentorum ſtrepitu differēdā duxi, quia ſufficit diei malitia ſua. Et obſeruabis paradiſi vocem ex Auguſtini ſententia latā eſſe in ſcripturis, multaque ſignificare. Nā que Dominus ſimul pendenti latroni dixit. Hodiè mecum eris in paradiſo. Lucæ 23. vbi non terrenam, ſed cæleſtem beatitudinem dixit paradiſum, hoc eſt, beatam viſionem diuinitatis. Nunc verò de paradiſo ſermo habebitur, vt hortum amœniſsimum, & delicijs terrenis omnibus locuplete denotat. Nam de huiuſmodi eſt tractatus Geneſ. 2. Plantauerat autē Dominus Deus paradiſum, &c. Porrò autem quidā ex Theologis vetuſtiſsimis huius tractationis difficultatem expendentes, Geneſeos literam, ſacramque hiſtoriam in allegoricos commutarunt ſenſus. Cuius rei autorem Epiphanius ſcribens ad Ioannem Hieroſolymitanum epiſcopum fecit Origenem. At, mea ſententia, Origenes nō eſt huius rei autor: ſiquidem exponens librum Iob, & verſans verba illa: Erat magnus inter Orientales, ait, Iob fuiſſe ex Oriēte, itidemque Adam ſimul atque expulſus fuit à deliciarum paradiſo, fuit Orientalis regionis habitator. Et ſicut angelis malis ſemel deturbatis à cælo, illò redeundi amplius non patuit acceſſus: ita neque Adam ſemel excluſus à terreno paradiſo, regrediendo non habuit facultatem. Quia locus ille paradiſi, romphęa fuit obmunitus flāmea, &c. Ex quibus verbis in confeſſo eſt, Origenem non vertiſſe hiſtoriam paradiſi in allegoricos ſenſus. Quod ſi vnquā hoc præſtat, vt allegorijs in re hac ludat, nō negata facit veritate hiſtoriæ: quam, vt dixi, teſtatus eſt. Imò D. Ambroſius magis videtur vocandus in huiuſmodi rei autoritatem, qui in libro de paradiſo totam hiſtoriam paradiſi in allegoriam vertit. Animā enim iuſti paradiſum vocat. Quippe quæ tota vernat, amœnitate virtutum. Lignum porrò ſcientiæ boni, & mali vertit in liberum arbitrium, quod facile eſt ad bonum & ad malum. Delectatio verò titillans, ſerpens eſt: ſenſus delectationis, mulier: mens verò vir eſt. Et ad hanc formam hiſtoriam allegorizat paradiſi. Lege eundem libro epiſtolarum. 6. epiſtola. 43.

Paradiſus multa ſignificat.

Ambroſius paradiſi hiſtoriam vertit ad allegorias.

Porrò

Paradisus multa significat.

Porrò autem Augustin. libro. 8. super Genesin ad literam capite. 3. tres de re hac commemorat sententias, quarum altera totam historiam paradisi credit sub allegoria esse audiendam: alia verò totā seruat historiam, ex literali, quem præsegerit sensu: postrema vtrunque miscet, & vtrunque experitur, cui subscripsit Augustinus. Nanque seruata veritate historiæ, allegoria est recipienda. Quam docet Paulus Galatis scribens cap. 4. Scriptum est, inquit, ꝙ Abraham duas vxores habuit, &c. Quæ sunt secundum allegoriam dicta. Idemque concedit libro. 13. de ciuitate Dei capite. 21. Quam sensus historici capere intelligētiam, difficile satis esse existimat Augustinus. Asserit enim esse paradisum hunc remotissimum à sensibus nostris. Negare autem historicum sensum de paradiso, & tantum sub allegoria historiā intelligere, Hæreticum esse censeo. Vnde hoc obtendit tanquam errorem Ioanni Hierosolymitano Hieronymus in epistola ad Pammachium. Ille enim allegoricos rem totam paradisi intelligebat: per arbores paradisiacas, angelos intelligēs: & per flumina, virtutum copiam, &c. Et profectò egregiè hoc illi vicio datum est. Nam quorsum scriptura tam exactè describit arbores & flumina paradisi & nomina horū describit, & proprietates, & angelorum meminit custodiētium, & expulsionem hominis ab illo, vt à sacratissimo loco: & creationē Æuæ & soporem Adam, &c. Si tantum allegoricos essent intelligenda? Et melius est fateri difficultatem historiæ, quam illam vt credamus, ad mysticos confugere sensus.

Difficilis intellectu est paradisi historia.

¶ Iam verò nunc legitimo gradu facto, ex historiæ veritate ad quærendum situm paradisi ascendemus. Fuit ergo decretum Isidoro, Bedæ, &c. vt Magist. cōmemorat in distin. hac situm paradisi esse procul, & in inaccessis locis prope globum lunæ ferè, hoc est, excedens mediam aëries regionē, vt iniurias cæli, ideſt, niuium, & grandinū, caumatum, & brumarum vim non sentiret. Quare gurgites vastissimi aquarum diluuij paradisum non læserunt. Quia superiùs erat locatus, quàm aquarum fuit inundatio. Et Damascenus libro. 2. cap. 11. rem hanc complexus est verbo vnico, tradens, paradisum superare humanæ mentis intelligentiam: vt dudum ex Augusti. commemorabam. Putant autē priores autores paradisum ad Orientē fuisse locatū: quæ est pars cæli nobilissima, & dextrum cæli ab Aristotele nūcupata. Septuaginta interpretes ita legunt. Gene. cap. 2. Plantauerat autem Dñs paradisum voluptatis ad Orientē: interpretātur, κατανάτολος. Hieronymus verò aliter trāstulit, scilicet: Plātauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio. Vnde censuit, paradisum ante mundi exortum plātatum fuisse. Cum tamen concors sit Sanctorum sententia, paradisum tertio die consitum à Deo fuisse, quo die Deo imperante produxit terra herbam virentem, & lignum pomiferum iuxta genus suum. Et Græci autores, vt Origenes, Chrysostomus, & cæteri patres, & Latini etiam ad Orientem legunt. Noua translatio Vatabli vertit: Plantauit Dominus Deus hortos delicatissimos ab Oriente, pro: Plantauerat autem Dominus Deus hortum in Eden ad Orientem: vbi, Eden delicias significat ex Augustino, & Basilio. Et de Eden est mētio in Geneseos capite quarto. Cain enim profugit ad Orientalem plagam Eden. Vbi videtur, Eden, significare paradisum: & Cain profugit ad Orientalem plagam, versus quam Dominus condiderat paradisum. Et Esaię. 37. meminit filiorum Eden inter regiones, quas memorat multas, etiam interserit mentionē Edē. At lectio Hieronymi est obscurior, quid scilicet, velit, à principio. At facilè exponemus Deum plantasse paradisum à principio, hoc est, sub mundi initijs. Nam tertius ille dies plantationis sub mundi initijs recensetur. Voluit nanque Moses denotare paradisum illum amœnissimum, & delicatissimum non fuisse à Deo consitum post mundi fabricam: sed sub mundi fabrica illum præparauit, tanquam domicilium hominis sexto die creandi. Nicolaus significare dixit, à principio, non tempus: sed Oriētis situm. Et re vera Eden, aut est Orientalis regionis nomē, vt Ezechielis. 27. & Esaiæ. 37. aut cæli situm Orientalē significat, aut delicias, vndè cōsentiūt Latini, & Græci, & illis est hoc commune decretum, paradisum hunc locatū ad Orientalem cæli plagam. Quāquam non est illis constans, sub qua Orientis plaga paradisus iaceat. Nam Albertus, Bonauētura, & plerique alij sub æquinoctiali linea testantur paradisum situm habere. Credunt enim æquinoctiales

Varia translatio.

Eden quid in scriptura significet.

Paradisus ad Orientē consitus.

Ambrosius paradisi historiam vertit ad allegorias.

plagas esse temperatissimas, & vitæ humanæ commodissimas, propterea quòd Sol ibi æquales describat circulos omnes. Nam ij, qui æquinoctialem spectant lineã, fruuntur orizonte recto, qui transiens per polares mundi vertices, Solares circulos æqualiter, hoc est, ad angulos rectos æquales intersecat. Quare tãta est mora dierũ artificialiũ, quãta noctiũ: quia duodecim est horarum & nox, & dies. Quare apud illos, & est æquidiũ, & æquinoctium: vnde videtur huiusmodi habitatio esse temperatissima. Quia quantum Solis ardor diurnus torrefacit, tantũ noctis frigiditas mitigat, & tepefacit. Quod vt clarius videas, obserua bis tres esse causas fortificãtes actionẽ agẽtiũ naturaliũ, videlicet, agentis moram, & propinquitatem, & radiorum directionẽ. Quas habes apud Albertũ Magnum libr. 3. mete. cap. 9. At inter hæc tria, quod maximè Solis calores potentes facit ad maximè vrendũ, est mora in orizonte. Vbi emm magis moratur, ibi vehementius deurit. Etenim si prope ignem accedas, etiam vehementẽ, si citò discedas, caloris vim nõ ad modum experieris. At verò si longiusculè ab igne locum habeas, at nimiã trahas moram, non obstante distantia ab igne, ignis feruores plus senties, quã ille, qui ppe existẽs citò discesserit. Vnde in dieb⁹ æstiuis sentimus plurimum Solis ardores, propter nimiã Solis moram, quam ducit super nostrum orizontem. At verò sub æquinoctiali circulo Sol equidem est propinquus, & maximè directus æquinoctiali terræ plagæ, at non habet multam morã. Nã æquales sunt dies noctibus, & noctes diebus. Ideò etiam si ibi magna sit directio radiorũ Solis, nam bis tangit suo perpendiculo Sol terrã illam, aut zenith illic habitantiũ, cæterum quia non est maxima mora, ideò temperatissimã existimãt multi esse æquidialem regionem, quam ideo dant Paradiso. Scotus hac dist. q. vnica huic placito repugnat. Quia si motus est causa caloris, ergo velocissimus motus erit causa maximi caloris: at Sol, æquinoctialẽ lineã versans, velocissimè mouet, quia æquinoctialis circulus maximus est omniũ circulorũ sphæræ. Secũdo colligit idem. Etenim sub æstu, quando Sol accedit ad nos, & ascendit super zenith capitum nostrorum, vehementissimè pungit nos suorum radiorum tactu, propter directionem & propinquitatem. At æquinoctiali plagæ propinquior est Sol, & directior: siquidem exiguam habet discessionem à regione æquinoctiali. Nam maxima declinatio Solis ab æquinoctiali est. 23. graduum. Et rursum, cùm duplex sit motus Solis & diurnus, (qui est motus ex primo mobili:) & proprius, secũdum successionem signorum ab Occidente in Oriens per signa zodiaci. Ex primo motu, non est intemperata regio æquinoctialis: at verò ex motu proprio videtur intẽperata. Nam Sol ibi duas facit æstates, & duas hiemes. Præter hæc, inter Cancri tropicum, & æquinoctialem, est regio ex æstu nimio inepta humanæ habitationi. Ergo multò fortius ipsa æquinoctialis erit inepta humanę vitę ducẽdæ. Propterea Durãdus quæstio. 3. huius dist. non probat moram esse causam præcipuam maioris actionis, imo putat propinquitatem, & directionem præpollere morę. Quamobrem quia Sol in æquinoctiali circulo habet maximã directionem ad sibi subiectam terram in capitibus Arietis, & Librę, radios vibrat directos, at exiẽs illa duo puncta, vibrat quasi directos eosdem, quia est exigua declinatio Solis ab illo circulo. Ideo radij semper ibi aut sunt directi, aut quasi directi. Item que est maxima propinquitas propter nimium ad terram illam accessum. Hæc igitur duo præpollẽt moræ. Vndè retur paradisum sanè sitũ habere sub æquinoctiali linea, at non habet temperamẽtum ex æquinoctiali circulo, sed ex situ. Existimat enim esse locatum paradisum super montes præruptos, altitudine superantes omnes alios mundi montes, quos aquæ diluuij tangere nequibant. At verò vellem à Durando scisciatari, quorsum ergo Deus locabat paradisum sub æquinoctiali circulo, si ex illa locatione nihil temperamẽti accedebat Paradiso, sed solùm ex præeminentia situs, imò magis ex locatione imminebat Paradiso intemperies? Videbitur sanè inepta locatio, quod est impium concedere, si Deus illo loco paradisum locasset. Et hoc argumentum æquo pede pulsat omnes, qui fatentur æquinoctialem esse ineptam habitationi humanæ, & nihilominus paradisi sedẽ ibi statuunt. Et re vera non acquiesco istis autoribus. Credo nãque futiles esse eorum persuasiones, quibus conantur ostendere, æquinoctiale clima, ex intemperie caloris incoli non posse.

Tria quæ augent Solis ardores.

Scoti & Durandi de paradiso placita.

Propinquitas & directio prępollent moræ.

Durandus refutatur.

posse. Etenim argumenta decet cedere experientiæ. At ex nauigatione Hispanorum, qui Indos penetrarunt, res iam est in cõfesso, incolas esse homines Climatis æquinoctialis. Vnde recolo me apud illud Clima audiuisse esse vrbes insignes, quas Hispani appellitãt [La Bermuda y la ciudad delos reyes:] quã Indi Lima vocãt &cæteras alias. Tu legito apud nouos Cosmographos locorum Indiæ. Et Ioannes de Sacrobosco in libro de sphæra. 3. capitulo 4. incolarum huius Climatis exponit accidentia, videlicet illis adesse æstates duas, quia alta habent solstitia duo, in punctis, vel capitibus Arietis, & libræ: & duo solstitia ima in punctis Cancri & Capricorni: quatuorq; vmbras, vt legere poteris apud autorẽ. Ergò habet incolas clima hoc. Et si Æthiopia, quæ ardentissima est, adeò vt pelles humanas denigret, habitatur, cur nõ æquinoctiale clima? Et vt Æthiopes subterraneas habent domos, vt feruores Solis declinent, idem facere poterunt æquinoctiales. Quid? quòd temperatius est clima, æquinoctiale? Siquidẽ feruor diurnus mitigatur ex tepore nocturno: & Solis æstus ex maximis accessibus duobus in Libra, & Ariete mitigantur à duobus recessibus maximis sub Cãcro, & Capricorno. Quibus adde, q̃ sedulò obseruabis ex Astrologorũ decreto, in climatib⁹ istis esse particulares aliorũ astrorũ à Sole influxus. Vndè dicũt Æthiopes gaudere influẽtia Saturni, quæ illos macrobios, idest, lõgeuos facit, adeo, vt ducẽtos attingãt vitę annos & hic Saturnus frigidæ influentiæ traditur ab astrologis. Quare suo influxu insensibili tẽperat Solis æstus sensibiles. Et si quod est argumentum probans apparẽter influentiã esse præter lumen concedendã, hoc videtur. Etenim vnde Æthiopes sunt tam longæui sub tanta intẽperie caloris, nisi esset astrorum aliorum influxus vitalis illos ardores mitigans? Ad eundem modum, quis prohibebit dicere, Æquinoctiales habitationes, ab astris insensibiliter temperamentũ cõciliare, quanuis Solis actio sensibilis æstuãtissima sit? Hæc ne dicta esse puta, vt credas me fidem habere dicentibus esse paradisum sub Æquinoctio: quia res hęc me latet, vt sub hæc ostendam: sed eò me dixisse crede, quò ostenderem, enerues esse rationes astruentes æquinoctiale clima esse æstus intemperie inhabitabile.

Propinquitas & directio prępol lent morę.

Durandus refutatur.

Argumẽtũ probans influentiam.

¶ Post hæc autem subit referre Augustinum Eugubinum, qui in annotationibus in Genesin, cap. 2. nouã inuexit sententiã, quam breuiter referam. Ait enim Paradisum ad Orientẽ fuisse situm: at in Chaldęa. Pręter hæc docet ex inũdatione aquarum diluuij Paradisum obuolutum, & direptũ. Itaque Paradisus terrestris non extat iam. Primum horũ colligit, quia Chaldæi sunt vetustissimi mortalium, & non ex alio nisi quia primi hominis habitatio fuit in Chaldæa: & proles humana inibi primò vixit. Secũdò hoc idem colligere poterit aliquis ex lectione Septuaginta interpretum, qui legunt, Adam expulsum fuisse, & habitasse è regione paradisi. Igitur nõ procul à paradiso fuit iectus. Et poteris iuuare Eugubinum ex Chrysostomo, qui homilia. 26. in Genesin docet, Adamum depulsum nõ procul à paradiso, vt memoria patrati facinoris illi iugiter refricaretur. Quodverò paradisus iam non extet, inde collectũ iri putat, quia ex diluuio inundatus cum cęteris euersus est. Et rursum, si paradisus esset in præruptis montibus situs, quorsum illi tribueretur Cherub gladio flãmeo paradisi ingressum prohibẽs? Nam ipsa præruptio montium, & arduitas, celsitudoque incõparabilis, sat illi erat in custodiã. Quis enim auderet tentare accessum, si iuxta lunarem globum haberet paradisus sedem? Adhæc quatuor flumina, quæ scriptura cõmemorat, habent scaturigines & fontes prope Chaldæam, saltem duo. Euphrates siquidẽ à mõte Periardo scaturit, & Tygris à palude Thespita quæ sunt in Armenia maiore: & totam Chaldæã interluũt hæc duo flumina. Vnde Mesopotamia nomen sibi parauit. Quasi dixeris Latinè medifluuiã. Alia verò duo flumina Phison vel Pison, & Gehon aut Giõ nõ est in cõfesso quid sit. Nã Phison non est indubitatũ esse Gangẽ. Etenim fortasis est Araxes fluuius, qui Chaldæã interfluit, & Gehon nõ est extra controuersiam esse Nilum. Et forsitã est Narsinus, quem dicunt historiographi regionem illam influere. Prætereà etiamnum probat Paradisum non esse superstitem. Nãque sine causa esset solum seruiens auiculis. Adhæc Chrysostomus autor est, vbi suprà homines primos, hoc est qui vixerunt ante diluuium, viam paradisi sciuisse, ideòque obmunitus erat custodia ne libido subiret homines, illò commigrandi,

Augustinus Eugubinus de paradiso

& vescerentur ex arbore illa vitalissima. Obijcienti verò Eliam, & Enoch, esse viuētes adhuc in Paradiso, respondet, non viuere hactenus, sed in cælum translatos esse, & regnare cum Christo in corporibus glorificatis. Tametsi de Enoch, sine assertione tradat in annotationib⁹ ad cap. 5. sine mortis experimento hucusque subsistere. Nō asserit tamen, quia phrasin Hebræam observat, ex qua, tollere, est mori: ideò quādo ait. Tulit eum Dominus: mortem Enoch phrasis Hebraica denotat. Quòd si lector rogitat qualem putauerim hanc sententiā, vtique dixerim audacem quia proprijs suffulta argumentis autoritati omnium sanctorum detrahit. Nanque Paradisi situ quiuis, vt volet, poterit discutere. Nam siue dixeris sub æquinoctiali, aut tropico Cācri, aut sub circulis intermedijs locatum fuisse Paradisum, refert nihil. Nam vt subierit dicēdi libido, poteris alterutrum eligere. At verò Paradisum non extare modo, qui affirmat, non me habebit sententiæ sectatorem. Et vt autor est Augustinus cōtra Cælestium lib. 2. cap. 23. Quærere quot sunt cæli, aut, quot sunt elementa, nihil attinet ad fidem ita differere, vbi paradisus sit situs fidei non est negocium: sed differentium ocium. Secus verò est, an paradisus est. Et in libro de hæresibus ad quod vult Deum, hæresi. 5. Subucinorum dānat hæresin, negātium esse paradisum. Et Chrysostomus tractans verba illa Gene. 2. Plantauerat autem Dominus Deus, &c. credit esse fabulamenta negare paradisum esse. Et nullus Sanctorum (si recte memini) sibi tā gratulatur, & in proprio placito tam fidens fuit, vt se extolleret aduersus scientiam Dei, negando paradisum esse. A quorum decreto scholastici tractatores non discesserunt, neque latum vnguem. Nā omnes contestantur paradisum esse hucusque. Neq; frustrà est Paradisus modo, quanuis à nemine habitatur. Etenim demonstrat benignitatem Dei, quā exercuit circa homines, & hominum ingratitudinem erga Deum, tāto munere abutendo, vt recte tradit Thomas in 1. parte. q. 102. artic. 2. At verò probabile duxerim, Paradisum incolas habere Eliam & Enoch. Nam quāuis in Genesi non legamus de Enoch, nisi quòd non apparuerit, quia tulit eū Dominus, Gene. 5. At Eccles. 44. docemur, translatum fuisse in paradisum, & non vidisse mortem, vt daret sapiē tiam gentibus. Et Paulus ad Hebr. 11. itidem commemorat. Et non videtur ineptū esse siquis dixerit, raptum esse Enoch in hunc paradisum terrestrē. Eliam verò non raptum in paradisum, sed in cælum raptū legimus. 4. Regum cap. 2. Et satis congrua est expositio, si per, cælum, Paradisum sub audiamus: non quia terrestris paradisus ex natura sit cælum, sed ex similitudine. Quia cælum ab omni cōtrarietate alienum est. Paradisus quoque longè abest à cōtrarijs à frigoribus, æstibus, turbinibus, procellis, &c. vt Basilius tradit homilia. 11. hexameron de opificio Dei. Nam ille locus nō erat mortalitatis, sed incorruptionis, hæc autem incorruptio seruari nequit, nisi aër sit elementissimus, & temperatissimus. Nā vita animalis non solum ex cibis optimis pendet, sed etiam ex continentis, & ambiētis nos aëris temperie. Quòd si aërem scriptura vocat cælum: Benedicite, inquit, volucres cæli domino, ecquid miratu dignum, si Paradisum, cælum, dixerit? quem Damascenus in parte sublimiore, quā sit terra, locat, libro. 2. de fide. cap. 11. Et multi eiusdē amant placitum, dicentes lunarem attingere globum, Paradisi situm. Quāuis hoc ad hyperbolen dederit Thomas, & alij. Eatenus enim putant dictum, quatenus maximā temperiem soli nobis ex verbis insinuarent. At quanquā probabile hoc dixerim, vt & Thomas. 1. parte quæst. & articulo in dicatis, probabile insinuat esse, dū, ait, Dicitur Enoch, & Eliam esse modo in paradiso. At certum teneo, & indubitatum habeo, Enoch, & Eliā hucusq; viuere. Quod si nō degūt in illo terreno paradiso, habet Deū locum vbi illos seruet. Et ita testatur Augustinus primo libro de mirabilibus scripturæ cap. 3. & 2. libro. cap. 22. Asseruari autem à Deo commemorat, vt ferant in die iudicij testimonium Christo, vt in ore duorū, vel trium, &c. Neque si libri autoritati refrageris, quia fortasis non habuit autorem Augustinum, mea interest nihil. Nam scripturæ autoritas satis est nobis, quæ tradit Enoch, & Eliam viuere. Quod si dixeris, Paulum post commemoratum Enoch cum cæteris patribus, adiecisse: Hi omnes defuncti sunt, vndè fortasis existimabis Enoch defunctum fuisse. Dixerim tibi, non dixisse propter Enoch, Paulum verbum illud: Hi omnes defuncti sunt: at propter cæteros, quos commemorauerat

Paradisus & si nō habeat incolas non est ociosus.

Paradisus cur dicatur cælum.

Vitæ integritas ex cibis, & ex cōtinente dependet.

Enoch & Elias sunt in paradiso.

Exponitur Paulus.

Paradisus cur dicatur cælum.

Erratū Rabbi Abenezra.

Exponitur locus Geneseos.

Vitæ integritas ex dis, & ex cōtinente dependet.

Enoch & Elias sunt in paradiso.

Exponitur Paulus.

Decisio quæstion. ex autoris placito.

morauerat, illud dixit: Hi omnes defuncti sunt, excepto, videlicet, quem dudum dixerat viuere. Quamuis etiā Enoch, quātum attinet ad viuentes, perindè est, ac si mortuus esset. Vnde videbis erratum esse à Rabbi Abenezra, asserente, Enoch mortuum esse, propter phrasim Hebræam, iam indicatam: Tulit, scilicet, eum Dominus. Imò re vera si rem pendis, videbis scripturam illam, Genes. 5. satis insinuasse, sublatū fuisse de medio Enoch, & non ex morte. Nam, ait, nō apparuit, quia tulit, &c. & rursum, quia sublatum docet ex hominum conspectu, propter insignem hominis sanctimoniam. In præmium igitur virtutis, Enoch sublatus est, & non apparuit hominibus. At verò mors natura est non præmium. Et vt de plerisq; alijs traditur, vixit, & mortuus est, cur de Enoch mutat scriptura phrasim consuetam, si morti illum succubuisse voluisset significare? Lege Chrysostomum tractantem verba Genes. indicata. Et puto esse temerarium tradere Eliā modo viuere corpore glorificato cum Domino, vt testatur Eugubinus. Etenim vel morietur Elias tandem, aut non morietur: si morietur, corpore glorificato non fruitur, quia gloriosa corpora immortalia sūt: si non morietur, vbi est illud Pauli verbū: Statutum est omnibus hominibus semel mori? Imò dicere oportebit Eliam ex traditione scripturæ, Malach. vltimo, & Matth. 16. venturum esse sub diem iudicij, vt veritati Christianę attestetur, & tum demum moriturum Eliam cum suo collega Enoch. Istis duobus alij iungunt Ioannem Euangelistam, quia sepulchrum eius, vbi seipse condidit, vacuum repertū est. At hoc nulla fulcitur probata ratione. Etenim etiam sepulchrum Mosi vacuum apparuit, sine corpore, nihilominus verè mortuus est, Deuteron. vltimo. Porrò etiam si quis nō assentiatur nobis, dicens Eliam, & Enoch non esse modò in paradiso terreno, non propterea otiosus est paradisus: quia in lapidibus, herbis, piscibus, &c. multa sunt quę videntur otiosa, quia non videtur ad quem vsum sint apta: at re vera non sunt frustranea. Quia Deus nihil temerè facit: tametsi apparentem non habeāt vtilitatem, vt Damascenus est autor libro. 2. de fide cap. 10.

¶ Iam verò vt dissertius rem habeas hanc, existimo Paradisum contra Eugubinum non fuisse situm in Chaldaica regione, imò neque intra terram habitabilem nostram. Et quidem ducor in hanc partem, quia autore Basilio in homilia. 11. hexameron Paradisi locus est temperatissimus, & nō vexatur ęstate, aut hieme: aut vicissitudinib⁹ temporalium qualitatum mutatur, & hoc rectè dixit. Etenim locus ille immortalitatem corporum humanorum erat seruaturus. At sub tantis mutationibus cæli seruari nequit immortalitas, imò frequenter vitam lædi est necesse. Ideoque semper vernat paradisus, & temperamento æquabili gaudet. Quamobrem si istę temporū mutationes necessariò sunt in terra habitabili nostra, necessum est, Paradisum hui⁹ nostrę habitabilis, non habere commercium. Vnde palam est non esse sub ęquinoctiali circulo, nam sub hoc circulo etiam sunt temporum variationes, imò frequentiores, quàm apud nos. Nam vt diximus sunt æstates duæ, & hiemes. Paradisus igitur illi circulo non subditur. Cuius temperies neque æstatis est neque autumni, neque hiemis, sed sempiterni veris. Quanquam (vt aiebā) circulus hic aptus est habitationi humanæ. Etiamsi Aristo. 2. Meteo. cap. 4. habitabilem non credidit hanc terrę plagam. Nam omnem habitationem reduxit ad circulos intermedios, inter æquinoctialem, & Cancri circulum, & similiter Capricorni. Ideo dixit habitabilem terram esse figuræ tympanilis. Neque mireris Aristotelem ita censuisse, cuius ætate nondum erat exploratum, ęquinoctialem circulū habitabilem esse. Imo neque æuo Ptolemæi, qui idem credit cum Aristotele in Almagesto distinct. 2. At isti secuti sunt rationem. Nam Aristot. cernebat & Ptolemęus similiter segmentum nostræ habitationis esse sub Cancro, tantundemque cogitabat segmentum Antipodibus esse habitabile sub Capricorno. Nam eodem modo se habet ad illos, vt & ad nos: igitur similiter operabitur Solis radius. At verò cum æquinoctialis circulus sit extra hæc duo segmēta, videbatur illis incolas non habere. Porro experientia optima est magistra, quæ iam docuit, incolas habere circulum illum. Quòd si indagandum sit vbi nam fuerit situs paradisi, vtique locus quærendus est remotus à contrarijs. Quoniam ex actione contrariorum corruptio adest terrigenis omnibus. At verò infima regio aeris, & media, subduntur contrarijs: sola suprema est

Paradisus semper vernat.

Aristotelis ęquinoctialis circulus non est habitabilis.

Locus paradisi semotissimus à contrarijs.

aeris regio, quæ liberior est à contrarijs, & purior est, & clarior atque serenior. Ideò si cõiecturis locus datur, sub hac regione Paradisum si quis locatum crediderit à Deo, non ineptiet, mea sententia. Itaque terra tumens ad eum vsq; locum Paradisum habet. Neque obstat, si quis dixerit, si tam inaccessa tenet loca Paradisus, quorsum eget Cherub custode? Sũt autem qui velint Paradisi Cherub custodem arcere dæmonas à sacratissimo horto, quem Deus propria plantauit manu. Aut fortasis Cherub custodiebat tantisper dum mortalibus compertus erat ille locus. Nam Adam, & Heua scientes locum, posteris suis eundem locũ significarunt, vt ex Chrysostomo retulimus. At verò, tandem obliterata est memoria loci Paradisi apud mortales. Scientes enim custoditum esse, & inaccessum, obliuioni traditus est Paradisi locus. Ideoque fortasis custode iam non eget, quia ipse sibi custodia est, siquidem latet eius sedes apud omnes mortales. Non tamen remotissimè conditus est ab habitatione nostra. Siquidem Cherub custodiebat viã Paradisi, ne mortalibus illò pateret accessus. Si autem esset remotissimus, Cherub non illi esset pro custodia. Nam eius inaccessio, erat firmissima custodia. Namque custodia illi data est propter homines, ne vescerentur ex vitali arbore, & æterno viuerẽt. Quòd verò propter dæmones Paradisus custodiæ traditus fuerit, scriptura nõ meminit. Puto autem simul atque peccatũ admisit homo, depulsum fuisse ab angelo in partem propinquam paradiso, propter translationem Septuaginta, tradentem, eiectum fuisse Adamum è regione paradisi, id quod Chrysostomus recepit. Quanquã litera Hebraica non sic habet, vt verterũt interpretes. Dein verò Adamũ mutauisse sedem, quam tenebat è regione Paradisi, & concessisse in Chaldaicam regionem, & in de transmigrasse in Palæsthinam. Nã multi existimant sepultum fuisse in Caluario monte. Vnde argumentum Eugubini antiquitatem Chaldæorum proferens, nihil vrget. Etiamsi Aristoteles non Chaldæis, sed Ægyptijs vetustatem supra nationes alias tribuerit lib. Mete. Ego tamen verius puto Chaldeos, vt scriptura insinuat, vetustissimos fuisse mortalium. Et tu obiter cõsidera primam angelorum mentionem in diuinis musis esse de Cherubinis, quamuis res abscondita est, cum Cherubim ad nostra non mittantur gerenda, vt autor est Dionysius, & nos suprà opulenter differebamus, cur deputatus est Paradisi custodiæ Cherub? Et rursum cum quiuis angelus huic muneri obeundo sat esset, cur Cherub illud obiuit munus? Nisi dixeris Cherub, plenitudo interpretatur scientiæ, quia ergo ex affectione diuinæ scientiæ habendæ homo in paradiso peccauit, ideo à Cherub mortales arcentur ab ingressu, ne simile tentẽt facinus diuinæ scientiæ iniurium. Quod verò Eugubinus adiecit de quatuor fluminibus, vetus est querela. Cæterum fateor non esse confessum, si Phison Hebraicè Pison, sit Ganges Indiæ maioris fluuius, cuius originem dicunt quidã esse ab Orcobare monte. Nam Hieron. lib. quæst. Hebraicarum, Phison, ait, esse Gangem, referens aliorum sententiam. Nam ipse Araxem censet esse Phison. Item Gehon non est indubitatum, esse Nilum, sed neq; dubitatione vacat Physon, & Gehon, esse Doryngen, & Narsinum fluuios. Et Iosephus libro Antiquitatum primo cap. 2. Phison credit esse, quẽ Græci Getã vocant, Indiã præterfluentem. Geon verò Nilum esse arbitratur. Porrò vtcumque sit, si Nilus est Geon, equidẽ ex noua cosmographia Nilus fluuius habet sui exortus primordia in montibus Lunæ. Et huiusmodi Nili scaturigines longissimo tractu distant ab scaturiginibus aliorum fluuiorum videlicet Tygris, Euphratis, & Phisonis, siue ab scaturigimbus aliorum fluuiorum memoratorũ. Quapropter iuuat nihil per Phisonem, & Geonem, alios subintelligere fluuios, & nõ Nilum, & Gangen. Quia siue hos, siue alios intellectos velis, non videntur ab vno scaturire loco, sed à distantissimis: ideò sat sit dixisse cum Augustino scaturigines manifestas horum fluuiorum esse sane maximis tractibus terræ discretas: at occultas alias habent, quæ ex loco paradisi nobis occultissimo prodeunt. Et hoc frequens est in scaturiginibus fluuiorum. Porrò autem insultat adhuc aliquis, si locus paradisi est eminentissimus terræ locus, supremam tenens aeris regionem, erit sane ineptus humanæ vitę locus. Nam referentibus Solino, & Plinio, ascensuri Olympum montẽ quondam, spongijs oleo infusis spiritum reddebãt crassiorem, ex quo respirabant. Etenim loci sublimitas ex aeris tenuitate non

Dæmones à Cherub arcẽtur ne ingrediantur Paradisum

Chaldæi vetustissimi nationum.

Optima dubitatio.

Obseruanda dubitatio, & eius solutio.

Optima dubitatio.

non permitteret eos viuere: ideò ex industria ingrossabant aerem. Durandus territus argumento fabulam factum hoc esse putat: & tanquam poeticum figmentum reijcit: & immeritò, quia verax historia illa existimanda est, aut censeri verax potest, quæ nihil impossibilitatis habet. Quãobrem respondebis: Nos vtique qui hic degimus, & aerem crassum inspiramus, & respiramus, si aeris natiui temperamentum mutamus, viuere non dabitur, nisi ex arte suppleatur, quod natura negat. At verò qui vixissent in Paradiso, illi sanè haberẽt natiuum aerem subtilissimum, qualem donabat suprema aeris regio. Ideo si huc ad nostra venirent, egerent ex arte aerem nostrum extenuare, vt commemorati ingrossabant. Demum si rogitas, an ad Orientem fuerit Paradisus consitus, lectio vtique Septuaginta affirmatiuè respondet, consentientibus Basilio, Chrysostomo, Origene, & Damasceno, &c. Quippe pars Orientalis nobilissima est. Non tamen me latet Vatablum in scholijs ad. 2. cap. Geneseos censuisse Paradisum dubio procul situm fuisse in confinibus Arabiæ Orientalis, & Mesopotamię. Nam scriptura ait, factum fuisse Paradisum in Eden: Eden autem est regio non procul ab Aran vrbe Mesopotamię: vt colligitur ex. 27. cap. Ezechiæ. Hęc autem regio est fluminibus abũdans, quę confluebant in vnũ locum ad irrigandum Paradisum: & postquam confluebant, dividebantur in quatuor. Ego verò non subscribo Vatablo, quippe iã non esset Paradisus, at verò probatũ mihi est, Paradisum esse modò, & Eden est ambigua vox. Significat enim voluptatem, delicias & regionem. At Genes. 2. delicias significat & non regionẽ, vt Hieronymus, Basilius, Damascenus, & Septuaginta sunt interpretati, vt ex dictis perspicuum est. Quæ omnia si tu diligenter obseruas, facile disces, quanta fuerit sublimitas, quanta excellentia, quanta denique sanctitas huius horti amœnissimi, quem Deꝰ propria manu plantauit, & tam incomparabilibus dotibus auxit. Qui hominem peccantem in eo non tulit, sed statim ab eo reiecit, vt à cælestibus sedibus dæmonem. Id quod Dominus vt protestaretur sacratissima esse, cælum, & Paradisum, fecit. Namque locus ille Paradisi pacatissimus erat, vt Dei contemplatio perfecta hominibus in illo loco cõtingeret, quã tam nullus viatorum, nisi ex speciali priuilegio assequi poterit. Et hæc dixisse sit satis, nisi velis addere, Paradisum in nostro hemisphęrio fuisse platanum à Deo nõ tamẽ in Arabia, aut Mesopotamia: quia nulla in his regionibus vel tenuia Paradisi extant vestigia, & extassent, si ibi fuissent, vt Noeticæ arcæ.

Vatabli Placitum de situ Paradisi.

Vatablus non probatur

Homil. 11. hexamerõ. 2. de fide. cap. 11.

Obseruanda dubitatio, & eius solutio.

DISTINCT. decimæoctauæ, Disputatio vniça.

¶Num ex costa Protoplasti Heua, citra aliquam accessionem ædificata fuerit.

ET videbitur alicui forsitan ex costa viri, sine aduentitia accessione, formatã fuisse Heuã. Etenim si quid accessisset, maius esset quàm costa cui accedebat. Et iam tũ non ex costa viri facta esset mulier, sed potius ex accessoria materia. Quippe quæ multo maior erat, quàm Adami costa. 1. Argum.

¶Secundo illud idem videtur colligendũ. Etenim Deus creauit materiam ex nihilo: at plus est ex nihilo aliquid facere, quàm ex sola costa Adami mulierem facere. Sed primum Deo concedimus: secundum igitur cur Deo negabitur? 2. Argum.

¶In diuersũ est. Quia si ex sola costa Adami formata fuit Heua, quærã num multiplicata fuit illa materia secundum essentiã an secundum quantitatem, inuariata substantia materiæ. Si hoc secundum dederis, illa multiplicatio est rarefactio, quę inuariata substãtia materię, hoc est, nõ multiplicata, extẽdit quãtitatẽ eius. At corpꝰ Heuę non formatum fuit ex costa, propter nimiam rarefactionem eius. Quippe corpus Heuæ compactum, & solidum formatum fuit, Argum. in diuersum.

fuit, habens densitatem, & compactionem sibi ex natura fœminina debitã. At si primum horum asserueris, difficillimum est intellectu, illam materiã costæ multiplicari secundum substantiam, & quantitatẽ sine vlla accessione.

¶ Disputatio hæc mirum dictu, quàm an cipitem habet decisionem apud autores. Etenim Magister Sẽtentiarum in distinct. hac confessum habet, quod alijs est negatum, ex sola Adami costa, nulla accessione nouæ materiæ superueniente, Heuam factã à Deo fuisse: vt apud Ioannem legimus cap. 6. multa millia hominum ex paucis panibus, & piscibus, refectorum. Et hanc sententiam est amplexus Hugo Victorinus, libro de sacramẽtis primo, parte sexta. Et probauit horum placita Henricus quodlib. 7. quæst. 9. & Gregorius Ariminensis istis non subscripsit in hac dist. Gabriel verò problematicam ducit esse quæstionem. Illi autem suffulciunt suam opinionem, quia scriptura solùm meminit costæ: igitur ex solã costa Adami facta fuit Heua. Item nihil contradictionis, aut repugnantiæ inuoluit, Deum posse costam Adami augere in corpus Heuæ sine rarefactione: sed quæ fit ex natura, in teruentu nouæ materiæ intus receptę accretio eadem sine hac noua materia miraculo fiat à Deo. Nam vr rarescit aliquando hostia consecrata sine materia, materia ita quoque sine noua quantitate poterit augeri ex diuino miraculo. Et Durandus hac distinctione probatam habet hanc sententiam. Itaque quanquam illa costa Adami sub corpore Heuæ habuerit maiores dimensiones, quàm habebat in corpore Adami, & non maiorem materiam, non tamen rarefactum est corpus costæ. Rarefactio enim & accretio, sunt mutationes diuersæ. Nam accretio est ad quantitatem: rarefactio verò est ad qualitatem. 4. Physicor. At verò costa illa immutata est ad maiorem quantitatem, quã habebat, ideoque aucta est. Namq; quãtitas ex diuina potestate poterit semoueri à materia, & tunc poterit Deus multiplicare, & augere materiam. Et nulla tũ esset rarefactio: imò neque propriè auctio Physica, sed auctio miraculosa. Ad hunc fere modum isti Theologizant, vt asserãt dogma suum. Thomas verò in prima parte. quæst. 92. artic. 3. aliam arripuit viam.

Ex sola Adami costa facta fuit Heua sine accessione.

Thomę placitũ de formatione mulieris.

Existimat enim prius recensitum dogma esse impossibile. Quod materia, scilicet, costæ habeat maiores dimensiones in corpore Heuæ, quam prius, vt maiorẽ longitudinẽ, latitudinẽ, ꝓfunditatẽ, nulla accedẽte noua quantitate. Caietanus porrò, vt nos assereret ab huius difficultatis tædio, commentus est singulare dogma, totam hanc historiam de formatione mulieris ex costa vertens ad allegoriam, spreto historię cortice. Etenim difficile duxit, vt ex costa fieret mulier: & quod est argumentum commune, ipse recepit in proprium.

Caietani commentũ de formatione Heuę

¶ Nam vel illa costa erat superflua in Adamo, & monstruosus esset creatus, aut esset ex necessarijs costis Adami, & ita illa detracta mutilus redderetur. 1. Argum.

¶ Præter hæc quia somnus ille ad literam non videtur intelligendus. Nam somnus fit ex calido euaporante cibarium humorem in capitis cerebrum, aut ex lassitudine nimia, quam vt reficiat animal, somnum capit humectatem membra ex lassitudine excitata. At verò Adamus nondum comederat ex aliquo cibo, neque lassitudine premebatur. 2. Argum

¶ Ad hæc costa hæc oblata fuit septimo die à mundo condito. Genes. secundo: at verò creatio Adami fuit sexto die. Geneseos. capite primo. Igitur per allegoriam capienda est Heuæ, ex costa, formatio. 3. Argum.

¶ Præter hæc, si ex costa formata fuit Heua, cur adduxit illam Deus ad Adamũ? siquidem præsens erat. 4. Argum.

¶ Quæ omnia iuuari satis videntur ex Augustino, qui omnia existimauit simul creata in temporis momento: igitur ex Augustini placito ista formatio mulieris ex Adamo, non ad literam est exponenda. Putat igitur eò scripturam commemorasse, Heuam ex costa viri factam, vt doceret mulierem non seruam, sed sociam. esse viri. Sopor autem Adami commemoratur, vt ex dormiente viro fœminam esse factam, nobis denotet fœminarum fragilitatem. Nam dormientes debilia habent ex somno membra, & torpentia, spiritibus omnibus intrò euocatis. Vnde dixit Aristoteles secundo de gener. animalium capite tertio, fœminam esse marem læsum. Ambrosius porrò Catharinus in libro annotationũ cõtra noua dogmata Caietani, mirũ est quã incãdescat in Caie 5. Argum.

in Caietani hoc placitum, tanquam nouũ, & inauditum, & peruertens scripturæ fidem. Porro re oculatiùs inspecta, hoc Caietani commentum non est nouum, imò vetustum satis est. Nam Honorius presbyter in libro de Philosophia mundi. cap. 23. cẽ fuit etiam non esse intelligendam formationem Heuæ, secundum literæ contextũ, sed metaphoricòs. Putat enim Heuam nõ ex costa Adami formatam, ne ipsum excostaret (vt vtar hominis phrasi) sed quia ex latere limi, vndè formatus fuerat Adamus, vel ex vicino limo, fuit formata Heua. Ideò ait scriptura, ex latere fuisse Heuam formatam. Retur itaque hic autor ex globo limi, ex quo fecerat Deus Adamum, frustum accepisse Deũ, vndè fecit Heuã. Et demũ omnes quotquot Paradisi historiam vertunt ad allegorias (de quibus suprà fecimus mentionem) coguntur etiam historiam formationis Heuæ aliter capere quàm ipse contextus sonat. Quare nõ est inauditum hoc Caietani dogma, neque tã recens est inuentum, vt Catharinus exclamat, & malè eum agere rationibus, aut testimonijs quã clamoribus, vt solet, in Caietanum. Ego verò puto non esse consentaneam veritati Caietani sententiam. Quia non video vt ipse poterit allegorizare verba hæc: Hoc nunc os, ex ossibus meis, & caro de carne mea: & vocabitur virago, quia de viro assumpta est. Dicat ipse, quomodo os, ex osse, & caro, de carne viri mulier, si non est facta ex viro? Rursum, cur dicitur mulier virago? cur de viro assumpta? si ex viro non est facta? Imò nomina Hebraica euidentiùs rem ostendunt. Nam Hebræis, is, significat virum, &, issa, mulierem, & ab, is, deriuatur, issa: & si Latinè liceret, vira, esset dicenda, quia de viro assumpta est. Et Theodotion, issa, est interpretatus assumptio. Hic locus Genes. cap. 2. tam apertus est, quàm illi, nisi impudenter, refragari non liceat. Et Paulus eo est vsus ad Ephesios. 5. sacramentum dicẽs magnum esse quod retulimus, in Christo & Ecclesia. Et. 2. ad Corinth. 11. eiusdem loci mentionem facit. Et habendus est ille canõ ex Basilio, homilia. 3. hexamerõ de opificio Dei ob oculos, diuinam scripturam donandã esse semper literali sensu, nisi quando absurditas aliqua ex illo sequitur. At nulla est absurditas, si, vt præfert litera, ita intelligatur, ex costa Adami factam fuisse mulierem. Qua propter me malè habet istud Caietanicum placitum. Putoque fidei nõ congruere, sapere, ita vt ipse hoc loco sapit. Quod si hic locus Allegorię tantum esset dandus, litera vniuersa sacrarum musarum in allegoriam esset vertenda, misso literali sensu: quod tentare, esset facinoris impij. Nam tam aperta est litera hæc, quæ formationem Heuæ docet, quàm quæuis alia diuina scriptura. Et D. August. 9. super Genesin ad literam, cap. 16. Fideliter, ait, credimus primam fœminam ex primo viro factam, sine concubitu, vt vnum virum factum ex fœmina sine concubitu. Vtrunque docet pertinere ad fidem, & Heuã esse ex Adamo, vt Christũ ex Maria. Et nullus sanctorum hoc dubitauit, sed apud omnes est probatissimæ veritatis decretum. Et Ephesijs Paulus suadens amorem exhibendum vxoribus, has dicit carnem esse viri: cur autem caro est mulier viri, nisi quia ex carne viri assumpta est? Et Origenes eadẽ, quæ versamus, versans verba, homilia 1. ad Genesin, inquit, duabus insignib⁹ dotibus fulsisse Adamũ, altera, quod fuit fœminę principium, altera verò quòd illustratus fuit dono prophetię. Si principium vir fuit fœminæ, ergo fœmina ex viro facta est. Et quò pertinet vulgata sanctorũ doctrina vt ex Adamo dormiente Heua facta est, ita ex latere dormientis Christi ecclesia fluxit si vera Caietanus narrat? Ad hæc Actorũ. 17. legimus, Paulum dixisse Deũ fecisse omne genus humanum ex vno. Id quod Augustinus tractans. 12. de ciuitate Dei cap. 2. inquit, Deum in cæteris animãtibus non fecisse fœminam ex mare, sed solum in humano genere, vt inde humana societas maximè commendaretur.

¶ Porrò autem Caietanica argumenta expedire opus est & in gratiam primi obseruare licebit, monstrum illud solummodò dicendum esse, quod habet aliquid vel diminutum, vel superfluum: illud autem voco superfluum, quod nullius gratia est: vt habere duo capita, aut sex digitos in singulis manibus. Istud enim nullius gratia finis est, sed solũ ex abundantia materiæ. Quod autem vel est necessarium seruãdo indiui duo, aut propagãdæ speciei, nõ est superfluum: neque si adsit, monstrositatem facit. Quapropter Adam illam costam habens, quam Deus tulit formandæ Heuæ, non erat monstrosus homo. Neque detracta

Caietani commentũ de formatione Heuę

1. Argum.

2. Argum

3. Argum.

4. Argum.

5. Argum.

Honorius de formatione Heuę

Caietanus refellitur.

Is, vir, issa, mulier.

Canon Basilij.

Dotibus duabus insignibus fulsit Adamus

Caietani argum. soluũtur.

cta illa, mansit mutilus. Etenim illa costa illi data est, non in bonum seruandum indiuidui, sed vt esset Adamus principium fœminæ producendæ à Deo, vt semen contentum in vasis seminarijs non reddit habentem monstrum, quia illud mandatur proli, vt Aristo. tradidit. 2. de generatione animalium. cap. 4. An verò in illa costa Adami fuerit ratio seminalis procreandæ Heuæ, res est aperta, non fuisse rationem seminalem, quia hæc vis est insita naturæ vt se in specie seruet incolumem. At in costa Adam non erat vis natiua, quæ produceret Heuam. Fuit autem in illa quædam obedientialis potentia, vt Deo seruiret ad causandum Heuam. Quid autem intersit inter rationem seminalem, & ipsum semē, puto non aliter differre, quàm formam, & rem, cuius est forma. Nam ratio seminalis est forma seminis, & actus eius. De ratione causandi, & ratione seminali para tibi Sanctum Augustinum. libr. 9. super Genesin.

In costa Adami non fuit ratio seminalis p̄ducendæ Heuæ.

¶ Argumento secundo dicito, ex August. 9. super Genesin cap. vltimo illum soporē non fuisse naturalem, sed miraculo tribuēdum, id quod Septuaginta interpretes vt denotarent, verterunt: In extasin. Et diuinus sermo hoc patenter demonstrat, quando Deum misisse docet soporem in Adamum.

Sopor Adā fuit miraculosus.

¶ Tertio dicendum est, costam detractam fuisse die sexto, eo die, quo factus est Adamus. At septimo die commemoratur per recapitulationem, quæ frequens est scripturis, commemorata repetere, vt noua addat, quæ suppresserat. Quod igitur cū ait: Dixit quoque Dominus Deus: præteritū perfectum vsurpat, pro plusquam perfecto, pro, Dixerat quoque Dominus Deus: subaudi die sexto.

Recapitulatio in scriptura.

¶ Quarto respondebis, ex Adamo, somno diuino oppresso extractam fuisse costam, & alibi delatam costam in Paradisi loca ministerio angelico, vbi formata est Heua: & formatam adduxerunt sancti angeli coram Adamo. Quam cognouit spiritu prophetico esse factā à Deo ex costa sua, & ideò illa conspecta, ait: Hoc nunc os ex ossibus meis, &c. Meminit ossis, & carnis, quia costa vestita sua carne detracta est, & in costa vtrunque est & os, & caro. Hebraicè, portio, habetur, ex latere, quod idem est.

Exponitur locus Geneseos.

¶ Quinto respondebis, ex Augustino libro. 1. retractat. cap. 10. se in libris super Genesin ad literam laborasse literalem sensum explanare: ideoque non ad allegorias vertit suum sermonē Augustinus, vt Caietanus. Et etiamsi Augustinus dixerit, omnia simul facta, non intellexit allegoricè literam Geneseos. De quare abundè suprà dissertum est. Et obiter tu considera, quod etiamsi diuinus sermo non exprimat Deū insufflasse in faciem Heuæ, non propterea intellectum puta, animam mulieris non esse à Deo vt animam viri. Etenim satis fuit dixisse, Deum fecisse corpus Heuæ. Nam si corpus Deum habet autorem, multò vehementius anima. Lege August. lib. 10. super Genes. cap. 1.

¶ Iam verò postquam præstruximus historiæ sacræ veritatem, se rursum prodit sine offendiculo quæstio mota, quomodo facta mulier sit ex costa. Et quidem difficilè satis est inter iam indicatos autores decernere à quo stabit veritas. Namq; Thomæ sententia satis intelligibilis est: aliorū verò etsi non adeò intelligibilis, est tamen magis consona scripturæ diuinæ. Imò sanctorū videtur magis cōgruere autoritati. Quia simpliciter ex costa factam mulierē autumant. Et Chrysostomus super Genesin homilia. 15. rem difficilem captu iudicauit esse quomodo ex costa tantilla, tātū corpus Heuæ formatum fuerit. Infirma nā que docet esse nostra ingenia, vt tantam rem capiamus. At verò si ex accedente materia crederet Heuam factam, non dixisset rem esse captu difficillimam, vt fateatur se deficere in tanti miraculi scrutinio. Nempe quòd ex tantula costa tantum corpus mulieris, rationis particeps fieret. Et demū se ignorare modum, quomodo ex particula illa Adami facta fuerit mulier, testatur: quanquam fide teneat illud factum fuisse à Deo. Cæterum si ex accessione nouę materiæ à Deo creatæ tum, vel ex creatis additæ dicamus ex costa Heuam factam, non est hoc tam difficile intellectu, quam si ex sola costa nullo adiecto aliunde, mulier ædificaretur à Deo. Cyrillus quoque libro. 3. contra Iulianum, inquit, Deum accepisse ab Adam portionem, reliquū ipse adiuuabat, vt mulier fieret. Et itidem crediderunt Adamum ex paruo puluere conditum à Deo: significantque nullo alio accedente exiguo puluere factum fuisse Adamum, & tanto miraculo dant sancti creatio-

Quæst. decisio.

Cur Eua nō expuluere vt Adam facta est.

tionem viri ex paruo puluere, quanto ędificationē mulieris ex Adami particula. Nō feciſſe autē Deum Heuam ex puluere, vt virum ſed ex particula Adami, vt eſſet ingēs inclinatio viri ad fœminā, vt ad carnē ſuā, & os ſuum, vt Cyrillus loco indicato commemorat. Itaque ſi ex exiguo puluere vir creatus vel factus à Deo eſt, nulla acceden te materia, vt ſancti inſinuant, quid ſi Heuā credam⁹ ex particula exigua factā Adami nulla ſuperueniente materia? Neque argumenta, quę hanc impetunt ſentētiam ſunt maximi ponderis. Aiunt em̄ ſi materia coſtæ multiplicata in ſemetipſa, nulla adueniēte alia, erat in tota muliere, iam vnum & idē corpus eſſet circūſcriptiuè in multis locis. Siquidem illa materia erat in pede, & in capite, &c. mulieris. ſed quid? Qui potuit illam materiam in ſe multiplicare, potuit illam in multis locis circūſcriptiuè locare.

Quæſt. deciſio.

¶ Colligunt prętera, ſimili modo Deum poſſe facere ex materia vnius pulicis, infinitos mundos: ſed neque hoc ſubterfugere Dei potentiā ſi quis dixiſſet, nō ineptiret. Replicant rurſum, ſi materia in ſe multiplicatur, ergo eſt maior, quā prius. Si maior, igitur aliquid nouè acceſsit. At iſtud eſt, quod miraculo inſcrutabili tribuitur, ex nulla acceſsione, materiam eſſe maiorē quàm prius, hoc eſt, magis auctam eſſe. Sūt quibus cura fuit huius rei difficultatē mol lefacere, dicentes planum eſſe modum, vt hoc poterat fieri, ſcilicet, ſi coſtam Adami Deus poſuiſſet in locis multis, tunc ex illa ſic multiplicata ſine aggregatione nouæ materiæ fieri poſſe mulierem. Vt ſi panes illos, quibus Dominus ſatiauit turbā illam ingentem, credamus in ſingulorum comedentium ore eſſe poſitos, tum multiplicarentur ſine nouæ materiæ aggregatione. At verò mihi certe planum non redditur, imò acclíue ſatis, vt ex coſta Adami locata in multis locis, corpus Heuæ formatū fuerit? Namq; ſi in multis locis erat, iam diſcōtinua erat: vt ergo corpus continuū ex coſta vna à ſe diſcontinua, conſtitueretur, fugit mentem meam. At quorſum inueſtigatur modus? ſiquidem modus fugit nos, at autorem non fugit. Neque maximo miraculo daretur, ſi faciēdi modus pateret. Sed (vt ſemel dicam) ſententia hæc pia ſatis eſt & conſona valdè ſcripturæ, quæ tantum commemorat ex coſta Heuam ædificatā. At verò eſt aſperrima intellectu. Et quando nō cogimur, vt mentem noſtram captiuemus, vt credamus hęc quę ſuperāt captū noſtrū, noſtri iuris erit, aut credere, aut nō credere materiā fuiſſe aggregatam, aut non fuiſſe, ad formādam ex coſta viri fœminā. Porrò Auguſt. 10. de Geneſi ad literā cap. vlt. abſurdum putat, quòd aliquod corpus creſcat, ſeruata quantitate ſuæ naturæ, nullo aduenięte aliundè corpore, niſi rareſcat: id qđ ducere videtur partes Thomæ. At verò Auguſtinus nihil de poteſtate Dei meminit, ſed legē naturæ docet, quę eſt corpus non poſſe augeri ſeruata quantitate priore & nulla illi accedente. Et, vt diximus, eſt ſatis accliue intellectui intelligere vt corpus aliquod augeatur ſecundū trinam dimenſionem, & quod ſit magis latum, longum, profundum, quàm erat, nulla quātitate maiore ſuperueniēte. Imò videtur contradictionem implicare, quanquā non implicat revera, ſi ſit maius ex miraculo per multiplicationē eiuſdē in ſeipſo. Cæterū argumenta in principio obiecta, ſoluēda ſunt, vt qui volet tutari aliā ſentētiam, non impediatur ex argumentis.

Reſponſio principaliū argumētorum.

¶ Primo dicito, ſi ex coſta viri ſimul cū adiecta alia materia Deus fecit mulierē, ſanè dici poteſt, fuiſſe factā mulierem ex coſta viri, quia fundamentum ędificandę Heuæ fuit coſta virilis, quæ etſi tantula erat relata ad materiam aliā creatam, vel aliunde acceptā à Deo. Cęterū illa noua materia nō erat fundamentū formationis Heuæ, neq; principiū mulieris, propterea diuinus ſermo docet, ex coſta fuiſſe viri. Et quanquā non indicet diuina ſcriptura aliā materiā, ſed ſolummodò coſtæ virilis meminerit, non tamen negat aliam materiam coſtæ aggregatam, & quod ipſa non prohibet negando affirmari permittitur.

¶ Secundo argumento dicito, apud Philoſophos infideles vtrunque eſt impoſsibile, & ex nihilo creatio, & quod corpus creſcat nullo accedente. At verò apud fideles primū creditur, ſecundū verò dubitatur. Creditur primū, quia nullā prętefert inintelligibilitatē, ex nihilo, videlicet, aliquid fieri: at verò quia ſecundum eſt difficilis intelligentiæ, ideò hæſitatur. Etſi minus ſit hoc ſecundū quā primum, quantum ad operationem, at maius eſt quantū ad intelligentiam, quippe videtur prorſus inintelligibile, vt ſæpe diſſeruimus.

DIS-

DISTINCT. decimænonæ, Disputatio prima.

¶ Num, si homo non peccaret, immortalis perstitisset.

1. Argum. ET videbitur alicui fortasis, hominem etiam sub innocentia immortalem nō potuisse esse. Nam quidquid est generabile, est etiā & corruptibile: at verò homo tunc generabilis esset, quia esset sub innocentia prolifica generatio filiorum Adami. Igitur esset etiam corruptibilitas.

2. Argum ¶ Secundo idem colligendum videtur ex Aristot. qui in. 4. de generat. animal. cap. 3 Omne, ait, quod agit, patitur, & quod mouet, mouetur excepto primo: calor igitur naturalis conuertens cibos in substantiā viuentis, patitur necessariò à cibis, in quos agit. Igitur tandem ex repassione debilitabitur, & deficiet. Igitur cum Adam sub innocentia cibis vesceretur, si non excideret ab eo statu, consequens est, illum defecturum tandem.

3. Argum. ¶ Ad hæc, homo viuens in paradiso, & extra paradisum degens, sunt eiusdem naturæ, at extra paradisum est mortalis naturę: ergò in paradiso similiter mortalem gereret naturam.

Argu. in diuersum. ¶ In diuersum est, quod Paulus Romanis scribit: Corpus, ait, per peccatum mortuū est. cap. 8. Quæ verba tractans Augustinus sexto libro de Genesi ad literam cap. 19. inquit, Non, ait, corpus mortale est propter peccatum, sed mortuum, hoc est necessario moriturum. Igitur ante peccatum homo non necessario moreretur.

¶ Disputatio hęc vtilis est, quæ tractetur, vt rectam teneamus sanctarum scripturarum intelligentiam: & non egeret multo sermonis ambitu, si hæretici non insisterēt aduersus diuinam veritatem, illam peruertentes, vt solent. Ideo vt illorum commenta exufflemus operę prætium erit hoc indubium vocare, vt dubio discusso, veritas nitescat splendidiùs. Hæretici igitur alta sapientes, & nihil timentes, ex sensilibus mensi sunt diuina mysteria, & ideo ab scopo catholicæ veritatis declinauerunt. Existimauerunt igitur hęreticorum nonnulli, hominem etiamnum sub innocentia, obnoxium morti futurū. Et Augustinus Eugubinus, non est veritus huic fauere placito, credens robustum esse argumentum, quod hoc euincebat. Etenim si ex peccato mors accessisset, in sacro fonte peccatum originale deletur, igitur à sacro fonte immortalitas nobis esset accersenda: at manemus mortales, ita abluti, vt ante baptismalem ablutionem. Igitur peccatum nō fuit causa mortis, tametsi ipse fatetur hoc placitum esse aduersarium doctrinis Sanctorum. Id quod satis illi debuisset esse, vt longè abesset ab hoc hæreticorū errato. Vnde concilium Mileuitanum: si quis dixerit, statuit, si primus parens non peccaret, adhuc moreretur: anathema sit. Et in concilio Tridentino, decreto primo, sessione. 4. Adam traditur, sibi, per peccatum, conciliasse Dei indignationem, & corporis mortem. Et diuinum oraculū non obscurè hoc docet. cap. 2. Genes. In quacunque, inquit, die comederis, morte morieris. Quem locū explanans Augustinus de ciuitate Dei lib. 13. cap. 12. Et mors, ait, animæ, & mors corporis, & mors gehennæ, & demum quidquid ad mortem spectat, vt sunt dolores vulnera, morbi, &c. sub verbis prædictis Domini comprehendi asseuerat. Et lib. 15. frequenter hoc demonstrat, multis prolatis testimonijs, probans à peccato omnem perturbationem, & miseriam descendisse. Et Augustinus, nihil, hoc asserens, ex suo capite finxit, sed apostolicam veritatem declarauit. Nam ad Rom. 6. scribitur. Stipēdia peccati esse mortem. Et Sap. 1. Iniustitiam, mortis esse acquisitionem cōmemoratur. Neque aliud sibi voluit Sapientia dicens: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Id quod Dominus non obscurè confirmat, dicens apud Ioannem: Ille homicida erat ab initio. cap. 8. Homicida enim rectè traditur diabolus, quia mortem humani generis induxit in orbem terrarum. Et huiusmodi reperias innumerate stimo-

Erratum hęreticum cōuellitur.

Omnia mala ex peccato descendunt.

stimonia, quæ hoc facilè docent. Quamob rem probatissimũ est sanctis Doctoribus, peccatum, causam fuisse mortiferã: ideò cõtra tantã testium nubem, & contra sententiam vtroq; in Ecclesia Dei firmatã pollice, audax est, & temerarius, qui aliter sapuerit, imò planè hæreticus. Neque argumẽtũ cui isti fidunt tantum est, quantum erat satis, vt repugnarent Ecclesiæ decreto, contra q̃ nullum argumentũ est satis. Dicim⁹ eũ Baptismum, esse regenerationẽ spirit⁹ nõ carnis: renouationem mẽtis, non corporis: vtiq; pellit mortẽ peccati ab anima, nõ mortem carnis tollit à corpore. Hoc enim mortale, & morti obnoxiũ relinquens, animum viuificat: donat sanè spem immortalitatis corpori, nõ actũ, donec exuatur mortalitas, quã gerimus. Tum demũ induem⁹ corporum immortalitatem beatam, cũ sanctis spiritibus. Quod si baptismalis regeneratio immortalitatẽ donasset corporibus, non supererat electis pugnandi cum vitijs campus, neq; vnde suorum laborũ reportarent coronas: ideo pro illis melius, Deo prouidente, non reparauit primã hominis iacturam in totum, sed solum præcipuam hominis partẽ, in gratiã amissam restituit. Cætera suo tempore restituenda dimisit. At superest non leuis quęstio, vndè Protoplasto accesserit immortalitas corporis, nũ ex natura erat sibi insitum nõ mori, an ex gratia donatum? Et Magistro Sententiarũ visa est grandis quæstio hæc. Et tres hominis status distinxit: alter sub innocentia fuit, alter sub peccato est, postrem⁹ in beatitudine erit. Primus fruebatur immortalitate nõ necessaria, postremus fruetur immortalitate necessaria, medius deniq; patitur mortẽ necessariã. Itaq; primus homo poterat non mori, si voluisset nõ transgredi præscriptum sibi mandatũ: & potuit etiã mori, quia potuit transgredi. Nam tota immortalitatis corporalis fiducia in obedientia diuini mandati reposita erat. Porrò quod potuerit non mori, vndè habuisset, restat quærendum. Et Magister nutabundus est in quæstione ista. Albertus Magnus pro ingenij sui acumine, & pro laboris sui indefessa solertia in inuestigandis arcanis naturæ, & diuinis scrutandis mysterijs, quinque expresit causas immortalitatis Protoplasti, quam assequeretur nõ collapsus: quæ sunt, ordo, habitus, arbores Paradisi communes, arbor illa singularis vitæ, & diuina prouidentia illi adsistens. Singula exequamur. Per, ordinem intellige, subiectionem voluntariam, qua erat subdendus Adam Deo in omnibus, & singulis. Itaque in nullo discreparet sub innocentiæ statu à diuina voluntate. Et quia tum anima rectissimum habuisset ordinem ad Deum, etiam corpus fuisset ordinatissimum in complexionis temperamento, & nullam habuisset humorum discrasiam: ideoque immortale. Nam mors est ordinis naturalis peruersio. Accidit enim ex discrasia, & dissonantia humorum, quorum consonantia naturalis, vita est. Per habitum verò intellexit innocentiæ habitum. Et suspicor per hunc habitum intelligendam esse primogeniã quãdam æquabilitatem, quam iustitiam originalem nostri dixere, quam Albertus in animæ essentia locauit, non in corporali domicilio. Hæc autem tenebat mentẽ Deo subiectam. Quare si hanc nõ amisisset homo, immortalis fuisset. At verò cum hic habitus erat sub liberi arbitrij potestate (quia habitibus vtimur cum volumus) noluit eo rectè vti homo primus, & abusus est eo, vndè sibi cõsciuit suis manibus mortem. Quem tamen si pro sua dignitate amplecteretur, vitam, & animæ & corpori p̃mereretur æternam, nulla interueniente corporis morte. Lege August. lib. quæst. noui, & veteris testa. hęc tradentem. cap. 19. Arbores autem vulgares, quibus consitus erat Paradisus præparabant corpus, vt capax esset vitalissimæ cibationis ex ligno vitæ. Porrò inter arbores cõmunes paradisiacas, & arborem illam incomparabilem vitæ, hoc discriminis erat quod cæteræ arbores hominem, sub innocentia degẽtem, restaurarẽt quod ex caloris natiui actione in humidum radicale, illi periret. Et ita restaurarẽt, vt essent humana corpora idonea, quæ reciperent effectũ fructus arboris vitę, qui effectus erat humanã cõplexionem in teneritudine iuuenili, & nitore conseruare semper. Vndè non necesse fuisset hominem mori, sed potestatem habuisset supra mortẽ. Vt contrà modò mors habet potestatẽ supra hominẽ. Et hoc est, q̃ legim⁹ Eccles. 17. Posuit in manu eius & vitã, & mortẽ. Significat eũ sermo hic, hominem à Deo tũ conditũ, qui posset mori, & nõ mori: alterũ horũ erat siue suæ naturæ germanũ, hoc est, posse mori, alterũ verò

Baptismus renouat, & regenerat non carnẽ sed mẽtem.

Baptismus nõ reparat nunc totũ hominem, sed præcipuã partem

Tres hominis status.

Laus Alberti Magni.

Ex Alberto iustitia originalis est in animæ essentia, cui etiã Thom. subscripsit. Fatetur eũ prius fuisse in essentia animæ iustitiam originalem, quæ in posterijs. 12. quæst. 83. art. 2. ad. 2.

Arbores paradisi præparant ad effectum vitalis arboris.

ex Dei munificētia. Vndè Augustī. lib. 14. de ciuitate Dei. c. 26. dixit, hominē factum à Deo sine egestate, & cum potentia non moriendi. Deniq; aderat homini, vt mori sibi nō esset necesse, diuina ꝓuidētia illi assistēs. Hęc namq; hominē tuebatur ab extrinsecis nocumētis. Ne, inquā, noxiæ bestiæ nocerēt ei, aut quoduis nocumentū is incurreret. Etem caro hōis etiāsi in innocētia perstitisset, diuisibilis gladio erat, & si igni applicaretur, vstibilis, & deniq; passibilis à cōtrarijs. Quę tamē omnia lōgè abfuissent à nocēdo homini, Deo prouidente, & homine cooperāte. Nā natura humana tum ex Dei munere ea absoluisset officia, quæ humanę naturę fragilitatē facilè superabāt. Atverò istis addere poteris vnū alterū, ꝙ hominis immortalitatē tū ꝓmouisset, hoc est continētis temperamētum. Nāq; (vt suprà diximus) Paradisus locatus est in loco terræ pręeminēti, & lōgè tēperatissimo. Nā aeris tēperatura, in quo animalia respirāt, vnū est ex maximis, quę humanę vitæ seruādę necessariū est. Vndè dixit Arist. lib. 4. de gener. animal. cap. finali, omnia animalia à circuitibus Solis, & Lunę habere periodū vitę suę. Et secundū horū circuitus cōtinēs ipsum, animaliaq; immutari, & ꝓ cōtinētis varia tēperatura, varię affici. Quibus adde septimum, vndè immortalitas hominis iuuaretur, si nō collaberetur, nempè ꝙ illum Deus creauit citra tędia, citra labores, citra molestias, & solicitudines. Nāq; continua meditatio tabefacit carnes: & animus lętus facit ętatem floridā. Adā verò sine laboris tędio, stetisset, operaretur, interius contēplando, & amādo suū munificentissimū autorē: & exteri⁹ custodiendo paradisi locū. Et rursum, sine ocij relaxatione ociabatur. Quòd si homo perstitisset in statu illo felicissimo, etiā ageret natiuus calor in cibos illos excoquens. Nulla tamē fuisset illi superfluitas, aut cruditas, aut indigestio cholerica, aut flegmatica, aut sanguinea, aut melancholica, nulli sudores, &c. Cæterum deponeret vētrem, & redderet vrinas, at sine grauamine, & fœditate, tēpore suo hęc fecisset. Hęc satis ad interpretationem Alberti Magni. Et nisi fallor, discipulus eius Thomas, in re hac, vt in plerisq; multis alijs, sapit Magistri salē. Nā in. 1. part. quæst. 97. art. 1. ex duobus putat immortalitatē primi hominis tū ꝓfecturā, & ex vi à Deo infusa, & ex arbore vitę. Puto autem hanc vim fuisse habitū illum, cuius prīdē Albertus meminerat, quē credimus esse innocētiam, vel originariam iustitiā. Hęc causa erat ex parte animæ, vt arbor vitę, ex corporis parte. Porrò post hos autores, successerunt alij, diuersa sapiētes ab istis, vt Scotus dist. hac, cui ꝓbatum fuit, arborē vitę, aut innocētiā, aut vim aliā impressā non potuisse vitā facere immortalem, si homo sine miraculo suæ naturæ dimitteretur, etiā nō collapsus. Porrò istis iungit hominem ex peccato damna mortis pati: cęterum si non deliquisset, antequā morti secundū naturā succūberet, trāsferędus fuisset ad cęlestia habitacula à morte corporali indemnis. Itaq; nisi ex translatione ad cęlestem patriā illi subueniretur dubio procul moreretur. Præter hęc, credit vim infusam, vel innocentiam, aut clariùs, iustitiam originalem, mortem fugare non posse. Etenim cum iustitia hæc in anima habuisset sedem, vt posset tantū in corpore effectum causare? At verò neque hoc argumentum multipendendum est, quādoquidem ipsa experientia clarissimè ostendit ex animalibus affectibus corpus maximè immutari, adeò vt præ tædio multi interierint lapsi, imò ex nimio gaudio quibusdam etiam mors contigit. At contra Scotum sunt vniuersa, quæ protulimus contra Eugubinum. Et Genes. 3. haud dubium, hoc docetur, lignū vitæ vi hac prędituⁿ fuisse, vt prorogaret humanam vitam ęternò. Ait enim: Nūc ergo ne fortè mittat manum suā, & sumat etiam de ligno vitę, & comedat, & viuat in æternū, emisit eū Dominus. quid clariùs? Neque si euaseris, ęternum, hic vsurpari pro longo tempore, euasio erudita erit. Nā etiā sine esu illius arboris homines ante diluuium lōgissimas duxerunt ętates. Scio tamē Bonauenturā dist. hac ar. 2. q. 2. ita soluisse. At mea sentētia, aptiusest quod dixi. Et hoc esse etiā Magistri placitum, haud dubium intelliget, qui superiora obseruabit. Aiebat enim Magister statum illum innocentię hominem constituere potentem non mori. Id quod intelligit ex ratione status. Namque si status ille obligationem ad mortem non tollebat, status ille integer, & noster lapsus qui differrent? Nam quod ex translatione prœuenti non morerentur, illud miraculo dandum est, non conditioni status. Et demum Augustī. 14. de ciuitate Dei expressè docet

Diuina prouidentia à cunctis nocumentis liberam fecisset hominē si non peccasset.

Animalia à circuitibus Solis & Lunæ habent periodum.

Prouer. 17.

Duæ causæ immortalitatis.

Scotus nō probatur.

docet, arborem illam vitæ, illa vi fuisse donatam, vt fructus illius faceret, ne vescentes senectute contabescerēt, vt quod Dei sapientia præstat animabus. Est enim lignū vitę apprehēdētibus eā, ideoque donat vitam æternam mentibus nostris, hoc illud materiale lignū vitę donaret corporibus immortalitatem videlicet. Vndè facilè discedo à Bonauentura, Gabriele, Durando dist. hac & à Caietano in comment. ad. 1. part. S. Tho. q. 79. art. 1. Quibus arrisit arborē illam vitæ non illa vi præditam fuisse, vt hominis vitam immortalē faceret. Et existimo Augustinum diuersum decreuisse lib. quæst. noui & veteris instrumenti. c. 19. ait enim, si permissum nobis esset à Deo in paradisum commigrare, & vesci ex fructu ligni vitalis, mors nos non dissolueret. Et intelligit locum indicatum: Ne viuat in æternū: hoc est, ne sit immortalis. Vt etiā Albertus intellexit, arborem illam donaturam tum vitam sempiternam. Neque tamē puto quod semel vesci illius arboris fructu faceret continuò hominem sempiternū, sed perpetuus vsus illius vescentibus hoc præstaret. Et quid? si Elias, & Enoch illoves cuntur, non poterunt mori? Dicito tamen esum ligni facere homines potētes nō mori, non tamen impassibiles prorsus mortis. Ideoque Elias, & Enoch si semper permā sissent in Paradiso, nunqnā morerentur, at verò sub diem Iudicij exibunt à Paradiso & patebunt morti. Et mirares, vt arbor corruptibilis incorruptionem præstabat. Existimo autē non esse absimile à vero, si dicamus non tantum vnam à Deo fuisse conditam arborem vitæ, sed multas. Nam omnibus electis, qui tū fuissent in paradiso, qui sunt innumerabiles, quomodo sat esset vna arbor sola? Quid? quòd paradisus non erat locus angustus, sed amplissimus omnibus electis excipiendis, ideoque vna arbor distantissima vt posset in omnes electos, qui tunc vixissent in Paradiso, sese diffundere? Neq; enim commercia tum fuisset, quę mercimonia facerēt ex arbore, &c. At ais, fructus illius arboris erat finitę virtutis, ergò habuisset actionē finitā. 8. Physic. dicit Comm. Putat Bonauentura fructū illū, non ex natura prorogaturum ęternò vitā, sed ex dono Dei, quod donū ablatum est simul, atq; Protoplastus peccauit. Quare si peccatores ex illo vescerētur, illos nō victuros ęternò. Ego verò non facile eo in hanc sententiam, imò ab illa discedo. Quādoquidem Cherub Paradiso custos datus est ne peccatores homines ex illo vescētes fructu sempiternò viuerent. Quod si esset (vt Bonauentura autumat) arborē, scilicet, illā ex dono tantum immortalitatē donaturā, & iam orbatam esse dono, cur custodia obmunitur Paradisus? id quod tractās Chrysostomus docet, illam custodiā non fuisse indignationis diuinæ, sed potius miserationis, ne homines ex illo fructu vescētes sempiternò viuerēt, & infinitis afflictarētur miserijs. Quare respōdebis fructū illū semel sumptū non cōciliare immortalitatē, sed illius perpetuū vsum, vt diximus. At verò obijciet forsan aliquis: Non legimus nisi vnā arborē vitæ: & aliam scientiæ boni, & mali, vt ergo plures diximus arbores vitæ à Deo cōditas fuisse, nō esse absimile à verò? Hoc obiectū dilues ex syllepsi quæ familiaris est scripturæ, numerū videlicet vsurpare ,p numero. Ideò & si dicatur arbor, potest verti, in, arbores: vt quidā hortū, verterūt, in, hortos, ut Vatablus. Hoc tū, nō vt certū statuo: sed tanquā id, quod colorem habet veritatis. Arbor verò scientiæ boni, & mali, erat sanè ad examen obedientię hominis: ideo sat erat vna. At arbor vitę erat ad immortalitatē parādā omnib⁹ sanctis q tū fuissent, vt in quā, corpora sanctorū illorū sine vlla tabe, aut virtutis natiuę persisterēt. Ideo videtur nō absurdū, si in latissima Paradisi regione multa dicam⁹ consitas fuisse, vndè vescēdi electis Dei copia esset. ¶ Per hęc, quæ dixim⁹, absoluta est quęstio mota. Etem si naturam Adami nude cōsideres, vbique ipsa mortalis erat hoc est necessariò moritura, at verò vt à Deo in paradiso integerrimè constituta erat, ita immortalis, idest, potēs nō mori, ,pterea quòd suffulta erat immortalitatis prędijs septē, quę suprà retulimus. Ablatis aūt tātis prædijs nudata māsit, & spoliata hominis natura: & quia puluis erat, in puluerē reuersura relinquitur. Erat igitur immortalitas naturæ, & non erat naturæ, erat sanè naturæ humanæ, vt erat suffulta diuinis prędijs, & optimè cōstituta à Deo: & non erat naturæ nudæ, cuius erat, obnoxiam esse morti necessariò.

¶ Ad primū igitur argumentū, responsio nō est difficilis. Natura humana nāq; erat corruptibilis, si sibi relinqueretur. At vt in paradiso, vt sub innocētia, &c. hoc sanè modo po-

Duæ causæ immortalitatis.

Arbor vitæ senectā fugabat.

Vsus perpetuus ligni vitæ sempiternitatem donabat.

Scotus nō probatur.

Paradisus, locus amplissimus.

In. 2. dist. 19. art. 2. quæst. 2.

Bonauentura non probatur.

do poterat non corrumpi, quãquam esset generabilis.

¶ Secundo dices, reactionẽ, & repasionẽ caloris naturalis, qui in animali viget, vt in nobis est, tandem inducere mortẽ, & corruptionem: at, vt fuisset in sanctis illis, qui in paradiso erant victuri, Adam non peccante, nõ senescceret ex reactione, & repasione calor illorũ natiuus, quia semper ex arbore vitæ ille calor vigeret & nunquã vel minimùm flaccescceret. Videmus emim apud nos calorem iuuenilem nõ marcescere ex esu ciborũ, etiamsi sit actio, & reactio. Quia calor iuuenilis potens est cõuertere alimẽta fortiter in propriã viuentis substantiã, similiter & calor natiuus Adam in prima semper fortitudine seruasset, & vegetus semper perstitisset, propter causas cõmemoratas Ideò ex repasione nũquã extenuaretur. Quare posset perpetuò viuere. At obijcies mihi Aristotelem, in. 1. de gener. tex. 42. dicentem, vinũ lymphari ex instillatione paulatiua aquę: igitur etiã ex cõtinua cibatione, naturalis calor deficiet. Verũ hæc obiectio infirma est. Nõ emim habet locum in proposito. Nam vinũ nõ conuertit aquã in substantiam suam, ideo lymphatur: at ignis ex appositione lignorum magis excitatur, modò sit iuxtà vires eius. At verò cibatio electorũ Dei, si fuissent in paradiso, semper fuissent iuxta vires caloris natiui, ideò vegetebatur potius, quã extenuabatur.

DISTINCT. vigesimę, Disputatio prima.

¶ Num in Paradiso electi multiplicarentur ex maris & fœminæ carnali copula.

Argum. ET videbitur forsitan alicui, tum non futurã cõmistionem sexuũ, Nam si esset commistio sexuum, igitur nõ fuisset tũ locus virginitati: at virginitas, cũ sit optima virtus, viris, & fœminis, qui tũc fuissent maximè perfecti, est concedenda.

¶ In diuersum est Matthæi. 9. Masculum, & fœminam fecit eos, si ergo in paradiso erat distinctio sexuum, erat vtique vt commiscerentur ad prolem. Argum. in contrariũ.

¶ Disputatio hæc introducta est propter Græcos quosdã autores, quib⁹ fuit cõfessũ tũ nõ futurã cõmistionẽ maris & fœminę: neq; proles ex coitu maris, & fœminæ generaretur sed ex diuina benedictione multiplicante, vt mulier facta est ex costa viri, & panes, & pisces multiplicati sunt Deo autore solũ. Est huius placiti Damascenus lib. 4. de fide. cap. 25. & Gregor. Nissenus libro de homine. Et quia argumentũ erat in foribus, cur ergo Deus creauit masculum, & fœminam? Respondet Damascenus, Deum, hominem creasse sub vario sexu, quia rectè callebat peccatum venturũ, sub quo proles erat coitu multiplicanda. Quòd si peccatum non fuisset, homines, vt angeli, multiplicarentur. Lege autorem cap. 26. lib. indicati. Porrò Augustin⁹ libro. 14. de ciuitate Dei capite. 26. diuersam sectatur sententiam. Existimat enim in Paradiso futuram commistionem maris, & fœminæ. Quæ sanè non erat futura in Paradiso ex præuisione peccati, sed ratione naturæ. Nam legitimus coitus, naturæ est, non vitij. Docet autem sine corruptione fœminarum viros illis commiscendos. Nam virgunc̃ula pubescens, cui iam incipiunt tumescere vbera, menstrua emittit sine lęsione virginei pudoris: possent quoque fœminæ, quas habuisset paradisus, semen suscipere sine læsione clausstri muliebris. Quibus addit, membra illa siue virilia, siue muliebria paritura tum habentibus, vt modo parent manus, & pedes nobis. Ideo censere videtur, ex imperio rationis sine violatione possent tum aptari mulieris gremia viro semini excipiendo virili. Et profecto hæc sententia cõsentanea est diuinis literis, quæ inter præcepta quæ collata sunt homini in paradiso, hoc miscet pręceptũ: Crescitè & multiplicamini, & replete terrã. Fuit namq; præceptũ, vt ex omni ligno Paradisi vescerent Adã, & Heua, excepto ligno scięti æ boni, & mali: & qd multiplicarẽt ꝓplẽ humanã. Et sicut præceptũ de edendo ex omni ligno fuit ante lapsum peccati, multo fortius præceptũ de multiplicanda ꝓple. Nã illud primum

Præcepta exhibita in paradiso duo non naturalia & vnum naturalẽ, duo affirmatiua & vnũ negatiuum.

Non pr
tur M
lius.

primum erat ad conseruationem individui, hoc verò postremum ad augendam, & conseruandam speciē humanam. Et equidem si rem oculatius dispicis inuenies ex Arist. 1. de generatione animalium. cap. 2. marem generare extra se, & fœminā intra se, quamuis nō à se. Et inuenies. 2. de gener. animal. rursum, distinctionē sexuum datā esse viuentibus perfectioribus, quę sunt animalia. Nā plantę propriam non habent sexuum diuersitatē, quia sunt obtinentes infimū gradum in ordine viuentium. Quā obrem si quidem perfectissimū animal homo erat in paradiso, & multo perfectius, quā modò est, necessum est, concedere, hominē non ex labe distinctum fuisse sexu, sed ex naturę perfectione. Et reuera nō minimū fomentum capit Marcionis hæresis, si Damasceni placitum assereretur. Ille em̄ damnabat nuptias, vt noxias. Si ergo quispiam asserat nuptias ex maledictione Dei accidisse, & quòd Paradisi locus illas nō admitteret, quia post peccatum tantū illis locus fuit, diceret Marcion, si nuptiæ habuerunt originē ex culpa, probādę non sunt. Vndè August. lib. quęst. noui, & veteris testamēti. quæst. 127. versans illud: Ego multiplicabo conceptus tuos, ait, etiam ante peccatum multiplicandos conceptus mulieris, cæterū sine dolore, & sine ęrumna, vt vir operaturus esset terrā, cęterū sine labore. Et obiter obserua Marsil. in. 2. Sentēt. q. 13. art. 1. dixisse in paradiso nō fuisse nuptias futuras, ppter speciē conseruandam, quia homines tū fuissent immortales, & in de species nō egebat restauratione. At ipse non aduertit homines tū transferendos fuisse in cælū, ideò necessariæ erant nuptię vt alij subrogarentur loco translatorum. Et accuratè si rem hanc contemplemur, si ita fuisset, vt Damascenus decernit, melius fuisset post peccatū multiplicari à Deo homines sine cōmistione sexuū, quàm ante peccatū. Nam ante peccatū, ex coitu nihil accessisset labis coeuntibus, vt post coitū sępè multa coeūtes incurrunt incōmoda. Neq; virginitas tātoperè est commendanda, quantopere credatur illi statui fuisse necessariam. Namq; sub lege Mosaica nō commendabatur, sed illi præferebatur cōiugalis castitas. At sub lege gratiæ est in consilijs Domino tradente: Qui potest capere, capiat. Et rectè in cōsilijs est, qa virginitas à multis habētē solicitudinibus eruit, quibus premit matrimonij vinculū. Et semel experta libido, adigit hominem vt frequentius experiatur. Vndè sæpè turbatur mēs, & alia incommoda consequūtur. Porrò in Paradiso nō erat necessaria virginitas. Nā coitus non obscuraret mentis splendorem. Neq; delectatio absorberet rationis vsum, vt modò fertur absorbere. Quamuis lōge maior esset delectatio tū, quā modò: quia sensus tactus esset viuacior, quā modò est. Fuisset igitur delectatio vehemētissima, at ,prsus innocua. Quibus accedat, voluptatē ex coitu tū nō solū sensum fuisse affecturā, imò & rationē. Nunc em̄ illā obtundit coitus voluptas, & obnubilat, ideò nō delectatur ratio ex coitu, sed solum sensus: tūc verò & ratio, & sensus. Imò sensus pacatissimè illa voluptate frueretur: & non cum perturbatione, vt modò. Itaq; totus homo illi operi pacatissime incūberet. vndè nō libratè rē expēdunt, q tradūt tū coitū non fuisse futurum delectabilē, vt modò. Quia (vt dixi) sensus tactus, & oēs alij erāt puriores q̄ modo: ergo intimior erat delectatio ex obiecti cōueniētia. Est em̄ delectatio, sensio cōueniētis obiecti, vt Plato definiebat, citāte Arist. 2. de gener. animaliū. Porrò coit⁹ tū erat conueniēs vitę animali, quare erat delectabilis animali. Quāuis, vt dicebā, nulla tū fuisset libido in coitu, nulla petulantia, nullus Veneris ardor, qualis in nobis est. Et qdē si pendis homines tū si fuissent in paradiso, non trāsacturos vitā prorsus spiritualē, vt beati post diē iudicij, sed acturos vitā animalē spirituali commistā, etem̄ comederēt, biberēt dormirēt tū homines sub innocētia viuētes in paradiso. At verò naturalissimū animaliū opus est, generare sibi simile. 2. de anima text. 34. maximè perfectorū, & non orbatorū. Nā animalia quæ sunt velut media interplātas, & perfecta animalia, non generāt, vt sunt animalia petris affixa, & inibi degētia, quę sexu nō distinguūtur, vt neq; plātę, & q̄ sūt infixa locis natiuis vt plātæ. Hęc animalia non generāt sibi simile, quia imperfecta. Homo igitur in statu innocētiæ, quia vitā degisset animalē simul cū spirituali, ,pterea generationi incūberet. Et ,pfecto præceptū de multiplicāda sobole fuit primū illi datū. c. 1. Genes. At. 2. c. exhibētur illi alia duo p̄cepta de vescēdo ex omni fructu paradisi, & d̄ nō vescēdo ex fructu ligni scientię boni & mali. Et hęc duo p̄cepta

Nonprobatur Marsilius.

Paradisus non habet virgines

Coit⁹ in Paradiso voluptatis summę sed innoxiæ.

Collatio præceptorum exhibitorum in paradiso.

erant iuris positiui, alterum negatiuum, alterum affirmatiuum. At primũ illud: Crescite, & multiplicamini: iuris naturalis erat conueniens naturæ humanę integrę, & collapsę. Ideoque duo priora præcepta cessarunt, hoc manfit in suo vigore. Et Augustinus libro retract. 1. cap. 10. hãc sententiã Damasceni indicat, & docet (si aliter non intelligatur, nisi vt sonat) nullã fuisse futurã in Paradiso fœcunditatem humanę naturæ: sed solum fœcunditatem post corruptionem peccati sperandam. Ego (inquit) non probo. Verum nõ damnat ibi tanquã hæreticam sentẽtiam. Et Damascenus lib. 2. de fide. cap. 30. sibi similis est, quanquã rem breuiori sermone est cõplexus, quàm in. 4. lib. de fide vt iam indicauimus. Cæterũ ex concordi iam decreto Theologorũ recipienda est tanquã catholica Augustini sentẽtia, & contrariã oportet reijcere, tãquam hæreticam. Et fortasis sub Damasceni ętate nõ tam differta erat veritas hæc, vt modò est, ideo tum licuisset opinari, modò nõ licet. Et August. lib. 14. de ciuit. cap. 22. & 23. absurdam existimat hanc sentẽtiam Damasceni, nõ quòd indicet Damascenũ. Nam Damascenus fuit posterior Augustino, verum Damascenus non fuit autor primus huius placiti. Bonauent. dist. 20. art. vnico. q. prima exponit Damascenum intellexisse non fuisse ex libidine tũ futurã generationẽ. At hoc interpretamentũ nõ est ad mentem Damasceni. Porrò autẽ reducere stylum est necesse, ad excutiendã Augustini opinionẽ, quę ferebat sine corruptione arui muliebris (ita eñ ipse vocat mulieris pudenda) in paradiso futurã viri cũ fœmina cõmistionem. Et equidẽ (teste Commentatore) virgo excipere potest virile sperma, illæsis virgineis claustris. Nam quandam memoratur virginem, quæ in thermis se lauans (quibus viri se dudum lauerant) virile sperma ex balneo decisum, & in pauimẽto balnei dimissũ, virgo excepit, & ad se attraxit, & fœcũdata est. Et exp tũ esse ferũt, q istis indagãdis incũbũt, virgines concũbentes cum senibus impotentibus, coire cum illis, sine perforatione muliebris pudendi: & allisu virilis, senilisque membri cum virgineo membro, fuisse virgines fœcundatas. Cæterum istas omnes partus aperuit. Nã sub partu membra harum pudenda necessario fuerũt corrupta, & amiserunt pristinam integritatem. At verò membra virilia in paradiso potentia essent, ideò illorum impotẽtiæ nõ esset vitio dandum, si coire cum fœminis nõ possent. Et quia membra humana fuissent absolutissimę perfectionis omnia, itidemq; virile mẽbrũ, cuius dispositio est, vt penetret mulieris pudendũ ad introducendum sperma, id quod nõ videtur alienũ ab statu paradisi. Namq; quod Aristoteles memorię prodit. lib. 3. de generat. animalium, perdices fœminas, & quę nondum coierunt, & quę coierũt (quarũ vsus est in aucupijs) olfacientes mares, vocesque horũ audiẽtes alias impleri, alias verò parere. Hoc nõ possumus in mulieres referre, quæ ex olfactu viri, aut voce, impleri non possunt: sed ex coitu dumtaxat. Imò quod Aristoteles ait de perdicibus, impleri ex olfactu masculino, intelligendum est impleri ouo. Etenim impregnari non possunt, nisi per coitum. Quomodo ergo sit accipiendus August. qui docet, sine corruptione in paradiso futurã commistionẽ, non facilè patet. Nãque asperũ est, si quis dixerit, mulieres in paradiso ex partu illibatas mansuras. Id quod solũ beatę virgini Marię puto tribuẽdum: quæ ante partũ, & post partum, illibatissima perstitit. Et (ni fallor) si mulieres illę, quas paradisus haberet, cõmistionẽ habentes cum viris, virgines ex commistione persisterẽt, & fœcundatæ parerent, & post partũ, & sub cõcepta prole, virgines esset, maioris esset miraculi, quã quod virgo Maria concepit & peperit Saluatorem, virgo persistens. Etenim virgo Maria non concepit ex conceptu virili spermate, neq; commista fuit viro, sed ex spiritu sancto fœcũdata est, & ipso auxiliante, peperit intemerata. Et hoc minoris miraculi est, quã susceptо ex coitu spermate, virginem parere, & à partu virginẽ persistere. Porrò S. Thom. Augustino subscripsit in. 1. parte. q. 98. artic. 2. ad. 4. Credit enim fuisse tum futuram commistionem viri, & fœminæ sine corruptione integritatis. Veruntamẽ si hoc damus & Augustino, & Thomæ, non videtur dandum, partum tum futurum etiam sine læsione integritatis, neque August. de partu meminit, sed solũ de commistione. Nã si integræ mansissent fœminę tũ à coitu, vt ante coitum, igitur virgines semper permansissent, vt argutum iam est. S. Bonauentura dist. 20. artic. vnico. quæ. 4. omnino credit masculos tum coituros cũ fœminis,

August. differitur.

Virgo concepit sine coitu.

Aristoteles exponitur.

Commistio in paradiso sine corruptiõe esset.

minis, & penetraturos earum membra pudendi, aperientes illa, vt modò fit, sub culpa, tũ fieret ante culpã. Nã sicut partus nõ poterat tũ accidere nisi aperto mulieri membro ne esset penetratio dimensionum, ita neq; susciperet sperma tum accideret nisi aperta ex coitu vulua. Exponit autem Augustinum dicentem commistionẽ tum futurã citra corruptionẽ, triplicem distinguit corruptionẽ naturę aliã, aliam pænę, aliam deniq; vitij. Apertio igitur claustrorũ, si ibi si statur, opus naturæ est, & hac ratione fuisset eqdẽ sub innocẽtia. At verò vt dolorifica est modo, sub culpa, ita pænalis est, & nõ esset sub innocẽtia. Demũ vt fæditatẽ quãdam libidinis habet secũ annexã, etiã non esset sub innocẽtia. Et sub hac cẽsura intellectum voluit Augustinũ: Porrò aũt fortasis in hunc modũ sensit Augustinus, & Bonauẽtura interpretatur. Cæterũ verba Augustini hunc sensum nõ prętexunt. Nam apertè docet eo modo in paradiso receptũrã fœminam virile semen, quomodo nunc virgũcula pubescẽs, cuius turgẽt iam vbera, emittit menstruũ fluorẽ: at verò virgũcula hęc semen emittit absq; claustri virginalis apertione. Nã integris claustris emittit, igitur ex Augustino vir tum commisceretur fœminę in paradiso sine aliqua apertione claustri muliebris, sed salua illius integritate. Nam æquam rationẽ putat August. esse emittendi nunc semẽ à virgũcula prędicta, & immittendi in fœminã in Paradiso. Ego verò hęsito nihil, cõmistionẽ illam fuisse opus naturæ, vt modò, & semota culpa, & pœna similiter commiscerentur viri & fœminæ tunc, sicut modò. Argumentum autem, quod obiecimus in principio, per ea, quæ sunt dissertа, prõptam habet solutionem.

Aristoteles exponitur.

Commistio carnalis in paradiso vt modò sub mota culpa & pœna.

¶ Supereſt alia quæstiuncula istis annexa, nunquid paruuli qui (vt diximus) ex concubitu nascerẽtur, essent ne perfecti robore à partu, an paulatim augerẽtur viribus, & sensu, & sciẽtia? Et respõsio apertã, est infantes tũ qui nascerẽtur sensim augendos, & roborandos. Etẽm sub exigua quantitate nati ad ꝓceritatẽ augescerẽt. Quamuis sine labore nutrirẽtur, sine gemitibus, & lacrymis educarẽtur, non inubluerentur tũc crepundijs, nõ fascijs alligarẽtur, vt modò. Nã sicut sine dolore nascerentur, citra dolorẽ nutrirentur. Quãquã tenella ętas semper eguisset gubernantis parẽtis pręsidio, quousq; ad perfectũ producerẽtur. Existimat aũt hoc loco Albertus Magnus illorũ mẽtes à Deo tũ creãdas cũ habitib⁹, & sciẽtijs infusis, quæ ꝓficiente ætate, ꝓsilirent in actũ. Nã vt modò regenerãtur infantes cũ fide, charitate, & spe: ita tũ cum sciẽtijs, &c. & iustitia originali. Ego vero hoc secundũ admittendũ puto, primũ verò dissẽrendũ. Nam si cum scientijs congenitis tũc crearentur animę, vtiq; illę animæ infusæ infantibus nõ poterant illis sciẽtijs vti, donec adolescerent. Namq; humana natura sensim proficit. At verò postquã adoleuissent, habitibus illis non eguissent. Nãq; ingenia illis fuissent pręclara, mens prõpta, sensus perspicaces, vt ex visu rerũ, & collatione, etiam nemine docente, nobilissimã rerum adipiscerẽtur scientiam. Etenim si apud nos extiterunt quidã, qui non vtẽtes opera magistrorũ, in magnã scientiarum vim se extulerunt vt Augustinus, & alij nõ nulli, quid si illi, qui tunc vixissent in statu fęliciſsimo, sine doctore naturaliũ omniũ rerum nanciscerentur sciẽtiam? Neq; tũc addentes scientiam addidissent laborem: imò miram voluptatem. Neq; reiecissent doctorum, hoc est parentũ, & maiorũ disciplinam. Quia quid prohibet maiores natu, plura expertos, alios docere, vt de cursibus syderũ plura calluissent prouectiores ætate, quã recẽtiores, quãuis omnes illi viribus, & ætatis flore iuuenes erant: dierum tamẽ numero priores natu posteriores superabãt. Rursum diuinas institutiones filij à parẽtibus suscepissent. Nã Adã docuisset filios, Dei pręcepta, quæ illi mãdauerat obseruãda, de comẽdẽdo ex omni ligno paradisi, de abstinendo ab arbore sciẽtiæ boni & mali, de multiplicãda sobole, deq; creatione vniuersi instituisset natos, &c. Protoplasti tñ anima à creatione inditã habuit sciẽtiã, & habitus alios. Nã futurus erat parẽs totiꝰ humani generis. Neq; ꝓbatur mihi Marsil. in. 2. q. 13. art. 3. docẽs, pueros tũ nascituros cũ sciẽtia quadã infusa ad dirigendã iustitiã originalem. Nam hæc nõ erat necessaria, vt sub hæc lucebit.

Commistio in paradiso sine corruptiõe esset.

Infantes in Paradiso qui nascerẽtur, quales.

In paradiso sine labore essent sapiẽtissimi.

Distinction. 20. Disputat. 2.

¶ Num infantes qui tũ nascerentur, confirmati in Dei gratia nascerentur.

1. Argum. ET videbitur alicui forsitan, confirmatos nascituros memoranti illud Anselmi lib. Cur Deus homo. cap. 18. Si primi parētes, inquit, sic vixissent, vt tētati nō peccassent, confirmarētur cum omni propagine, vt vltrà peccare non possent.

2. Argum. ¶ Et D. Grego. 4. lib. Moralium. cap. 36. Si parentem, ait, primum nulla putredo peccati corrumperet, nequaquam ex se filios gehennæ generaret: sed hi, qui per redemptorem saluandi sunt, soli ab illo electi nascerentur.

3. Argum. ¶ Præter hæc, aliud argumentum hoc suadere videtur. Etenim si potens fuit iniustitia Adam totam posteritatem inficere, & maculare, eius innocentia, & obedientia, cur non potuissent posteritatem totam iustificare? Bonum namque Dionysio autore. lib. de diuinis nominibus, potentius est, quàm malum. Quo argumento etiam est Paulus vsus ad Rom. 5. Sicut, inquit, per vnius hominis inobedientiam, peccatores constituti sunt multi, ita, &c.

Argum. in diuersum. ¶ In diuersum verò est. Nā Protoplastus non fuit à Deo creatus confirmatus in gratia, imò fuit creatus, peccare, & non peccare potens: igitur filij non generarentur cōfirmati. Alioqui priuilegio maiori gauderēt filij geniti ex parentibus, quàm Adam ipse creatus à Deo.

Quæst. decisio. ¶ Disputationem hanc planam faciēt sententiæ, seu cōclusiones à me mox subiūgendę. Prima esto hæc: Infantes in illo memorabili loco, quem diximus paradisum, nascerentur prædīti originali, seu primigenia iustitia. Hęc est satis rationi cōsona cōclusio. Nam si primus parens humani generis perseuerasset innocens, æquum videbatur ex illo in posteros traijciendam fuisse originalem illam iustitiam, vt traiecit originalem iniustitiam hoc originale peccatum. Nascerentur namq; tū infantes Deo grati, immortales, hoc est potētes non mori, potentes non peccare: ordinatissimi & mente, & corpore. At verò immortalitatis altera causa erat, originalis iustitia: & ordinis rectissimi hominis ad Deum, & carnis ad spiritum causa, iustitia hæc erat. Ergo nascerentur infantes hac eximia donati à Deo supellectile. Namque parentes non poterant hanc iustitiā transfundere in posteros, sed solus pater spirituum Deus illā transfudisset.

2. sententia ¶ Secunda sententia: Quamuis Adā peccans potēs fuit inficere sobolē, at innocēs si perstitisset, non fuisset potens iustitiam inijcere, aut infundere in sobolem. Hęc patet. Namq; iustitia originalis, erat habitus spiritualis in essentia animę sedē habēs, vt multorū fert sententia. At verò Adam in animā filiorum non poterat agere. Nā anima rationalis solū Deum habet autorē: & item habitus iustitiæ illius solo Deo gauderet autore. Etenim peccatum originale ex carne infecta resultat in animā infantuli, at originalis iustitia ex anima refecta tāto iustitiæ dono, resultaret in corpus. Cęterum parentes in animas infantium primò nihil agere valent. Igitur innocens parēs Adam non potuisset trāsfundere iustitiam originalem in filios. Est locus vnus in Ecclesiastico cap. 17. qui videtur probare, Deū infudisse primo homini primitiuam illam iustitiam. Ait enim: Et secundum se vestiuit illum virtute. At verò ex contextu hic textus non admodum colligit. Nam ait paulo ante: Et iterum conuertit illum in ipsam. Et mox subdit. Et secundū se vestiuit illū virtute. Quæ duo si iunxeris, videntur denotare, Adam deliquisse contrà Dominū, & imaginē Dei maculasse. At verò Deus donauit illi pœnitentiam, ex qua conuersus rursum in Deum, exornatus est noua virtute charitatis, nouisque charismatibus diuino munere ditatus est.

3. sententia ¶ Tertia sentētia: Infantes, qui tū nascerentur, non nascerētur confirmati in iustitia & gratia Dei. Hanc verba Augustini in. 14. de ciuitate Dei. cap. 10. satis insinuant: Tū felix esset, ait, humana societas, si nec illi primi parētes malū in posterū traijcerēt, nec quisquā ex stirpe eorum iniquitatem committeret, qua damnationē reciperet. Igitur poterāt hi, qui futuri fuissent nati in paradiso iniquitatē cōmittere, vndè nō nati essent cōfirmati in bono. Rursum, si nascerentur confirmati in bono: igitur vt nō potuisset peccare, neq; potuissent mori. Nam nullū malum corporis illis accidisset nisi ex malo culpę. Quare si peccare nequiuissent, igitur neq; mori. Hoc autē falsum esse, cōfessum esse cuilibet, nō dubito, si obseruauerit, arborem illam vitalissimam in medio cōsitā paradisi, cuius hoc erat institutū

tutū,homines illos,quos paradisus habuisset(si Adā stetisset)incolas,in eodē flore,& vigore iuuentutis seruare æternò incolumes,vt supra demonstratum est.Verùm si à natiuitate conciliarent immortalitatem, hoc est impotentiā moriēdi,superuacanea esset illis arbor illa: vndè videbis non solū iustitiā originalem sat esse, immortalitati parandæ. Nanque si illa sufficiebat, quorsum arbor illa? quorsum locus ille ab çstu, & frigoribꝰ semotus? Quorsum illa omnia quæ iampridem recensuimus? Porrò autē nouam libet rationem inducere, quæ hoc idem probet,infantes illos non nascituros confirmatos in bono. Nanque illi nascebā tur potentes peccare.Igitur non nascebātur in bono confirmati.Antecedens colliges.Nanque vt Protoplastus fuit à dæmone tentatus, Deo permittente ad eiusdem profectum,si ipse non cessisset tentanti,ità liberi eius erant tentandi à satana,vt vitam çternam ex bonis actis suis promererētur. Nanque non fuissent melioris conditionis filij,quam eorum primus pater. Igitur, vt Adam relictus fuit suo iuri, vt eligeret aut bonum aut malum, quod maluisset, ita & filij suo iuri erant dimittendi, &c. ergo nō nascerētur confirmati in bono,& impeccabiles,id quod sanctorum in cælestibus regnis habitantium prima dos est. Quippe qui iam sunt emeriti,& palæstras, & agones superātes beata pace fruuntur. At qui nati fuissent in paradiso certaturi erant cōtra diabolum (qui tum etiam circuisset, vt modò,quærens quem deuorare potuisset) vt post certamina gloriosa, çterna reportarent vitæ æternæ trophæa.

Nō sat erat originalis iustitia immortalitati cōcilliandæ.

Quarta cōclusio.

¶Quarta conclusio:Infantes tum nascerētur potentes non peccare:& non nascerentur subditi tyrannidi peccati, vt nos nascimur.Hęc patet. Nam vt nascerētur potentes non mori,ita potentes nō peccare.Sed ait aliquis, si poterant peccare, fac igitur quenquam illorum peccasse, quale existimas illius peccati tum remedium? Nūquid Dei verbum caro fieret, vt me delā afferret vnius hominis peccato? Quod si ais, satis illi fuisset pœnitentia,cur ergo non satis protoplasto? At dices homines illos, quos paradisus habuisset tum incolas,ex diuina prouidentia abstinuissent ab omni peccato,alioqui peccabiles.Et multa erant, quæ illos detinere potuissent, ne peccarent cōtra Deum. Et quod est omnium maximū, Dei prouidentia illis assistens, & remoues omnia illecta menta peccati, vt Thomas testatur,in.1.parte quæst.89.artic.3. Quanuis ipse dubius est, si peccassent aliqui ex illis. Quidam ex nostris Theologis censent,si in illo statu restitissent paradisi incolæ primis dæmonis ictibus, statim confirmandos,ne amplius peccare potuissent:id quod eadem facilitate reijcitur, qua asseritur. Abundè est si dixerimus illis futuram assistentiam diuini præsidij,& auxiliatricē Dei prouidentiam,quæ manu teneret eos, ne laberentur in peccatum. Nisi velis quosdam speciali priuilegio cōfirmationis fruituros,quod & si Deo suberat, nobis nō patet.Ex his iam liquidum est, quod Gregorius voluit,vt inter arguendum indicabatur, Adamum stantem non geniturum filios gehennæ.Etenim electos homines genera sset. Et si consequentia eneruis est. Igitur non peccassent.Etenim Petrus & Paulus electi erant,& peccauerunt. Porrò admisso peccante,tum non est periuium,vt illi subueniretur, vt ad Dei gratiam rediret. Et excepta pœnitentia non patet aliud cōfugium. Siquidem quivis is esset excepto primo, non propterea, vt illi mederetur, Deus verbum caro fieret. Nāque illius culpa nō posteros,sed se tantum inficeret. At peccās nō esset de accolis paradisi vbi summa erat fęlicitas sine peccato,& morte: at hic peccans continuò morti subderetur. Cæterùm si hæsitat aliquis ex verbis Gregorij,autumantis,non collapso primo parente, qui modò sunt saluādi, tūc solū salua rentur,hæsitabit quidē non temerè vtrū electi,qui modò sunt,ij tantū fuissent tūc. Quod si ita futurum fuerat,igitur cùm modò multi sint electi ex reprobis nati,& reprobus nullus fuisset in paradiso, consectarium est,electos,qui modò sunt, ex alijs tū futuros,parentibus.Et rursum,si electi omnes,qui modò nascūtur,aut nascentur,aut nati sunt,post Adami peccatum,essent tūc nascituri,solùm consequitur,qui sunt modò electi ex sexu fœmineo,tū fuissent electi ex genere masculino.Nam esset masculi qui modò sunt fœminæ, suppositio tum in paradiso æqualem fuisse futurum sexū masculinum,& fœmininum.Nanque tum non fuisset polygamia,neque essent mulieres sine viris,neque viri sine fœminis.Quia essent omnes mulieres nuptæ,& omnes viri duxissent vxores,iuxta Domini præce-

In paradiso non peccarent.

Exponitur Gregorius.

ptū. Neq; esset vidua, neq; digama: aut viduus, aut digamus. Nunc verò plures sunt fœminæ, quā viri. Si ergò solùm qui modò sunt electi, essent tum, videtur cōsequium esse, sexū mutatū electū. Et electa fœmina modò, esset tum electus vir, aut cōtrà. Scotus hæc differens in. 2. senten. distinct. 20. quæst. 2. nihil trepidat cōcedere illata. Existimat enim solos eos tum futuros electos, quos status lapsus hominis electos habet. Et suffragatur illi Gregorianus sermo iam indicatus. Et multi electi in hoc statu naturæ lapsæ procedunt ex reprobis parentibus: vt ex infidelibus sæpissimè conuertūtur filij, parentibus non conuersis ad Christi fidem. Ideò existimat, electos eosdem futuros tū, qui modò sunt, tamē ex parētibus alijs: vt Abraham electus in hoc statu habuit Tharè reprobū, tūc Tharè non nasceretur. At Abraham fieret in paradiso is ipse, qui extra paradisum fuit, at ex alio parente. Putat enim ad vnitatē numeralē effectus non esse necessariam vnitatem numeralem efficientis causæ. Duxit hanc sententiam, quia Deus prius disposuit beare, verbi causā, Abraham, quàm quòd nascerētur ex Tharè. Quapropter prędestinatio Abrahę non pēdebat à posteriori, hoc est, ab hoc, quòd Abraham fuerit filius Tharè Quarè si Tharè nō fuisset, nihilomin⁹ præ destinatio certa fuisset. Ideò ex alio Abrahā ēsset generandus. Ad hūc modū Theologizat Scotus. Et ego suppetias illi feram ex Auerroe, qui. 8. Phy sicorū tex. 47. & in lib. destructorio disp. 4. credit per accidens esse genitum (exēpli causa) Socratem à Sophronio patre suo. Nanque cum in generationibus indiuiduorum, sit processus in infinitum, necessum est, esse ordinem accidentariū in causis istis: ideoq; per accidēs est, quòd Socrates à Sophronio generetur. Quòd si per accidens causa est, igitur contingens, potuit igitur Socrates ab alio generari, quàm à Sophronio. Porrò autē si vera narrasset Scotus, consequium esset; semel corruptum, idem numero per naturam reproduci posse. Nanque si bos hic corruptus potest produci ab alio boue, quā producitur: igitur poterit idem semē quod præcessit, vndè hic bos productus fuit, poterit regenerari, & eodē semine numero idem bos regeneraretur. At dices, nō poterit reproduci, quia iam productus fuit. Igitur necessariò est hic bos, hic, ex hoc generante, & ex hoc semine. Et quia hoc semē idem numero nō reproducetur, ideò neque hic bos. Et mirū est, quòd Scotus dicat, si ignis. A. produceret ignē. B. in ligno. C. si ignis. D. in eodē instanti applicaret, quo. A. produceret eūdē ignē. B. Quid ergò vnitatem instantis putat necessariā, vt idē sit effectus, & nō vnitatē causæ, cum magis dependeat effectus à causa, vndè habet esse, quā à tempore, sub quo habet esse? Et accedit istis: si vnitas instantis est necessaria, an non temerè dicetur, omnes electos, quos habuisset paradisus, esse generādos ex suis parentibus in eisdē instantibus sub quibus hactenus geniti sunt, aut generabuntur? Argumentum autem Scoticum enerue satis est, si dixeris, Deum non primò prædestinasse Abraham, verbi causa, & posteriùs voluisse illū fore filium Tharè. Imo est implicatio in sermōe. Nāq; quādo prædestinauit Abrahā, simul quoque prędestinauit filiū Thare. Etem in Deo nō est prioritas hęc tēporis sed secūdū modū intelligēdi. At secūdū intelligēdi modū simul hæc intelligūtur, prædestinauit De⁹ Abrahā, & prędestinauit filiū Tharè. Et ne scio vndè ipse hoc excogitauit, quādoquidē simul hæc sunt, quæ diximus. Potuit sanè De⁹ prędestinare Abrahā, & nō Tharè. At prædestinādo Abrahā, omninò simul prædestinauit filiū Tharè. Et quia prius intelligitur Abrahā, quā intelligatur prædestinatus, ita quoq; prius intelligitur Abrahā filius Tharè, quā intelligat prædestinatus. Auerroē vero absolues, si dixeris, Auerroē sensisse mūdū initia nō habuisse, neq; habiturū finē: ideoq; præcesserūt infiniti homines, & totidē sequētur. Et hoc placitū fuit sui principis Aristotelis. Et quādo obijciebat, ergo iā cōcedis infinitū: fateba tur in causis accidētaliter ordinatis, in quib⁹ nō quia prima, ideo est postrema, neq;, quia est postrema, ideo est prima, vt est in causis essentialē habētibus ordinē. Nō tñ negasset Auerroes, hūc hominē per se esse ab hoc hoīe, & hūc bouē, ab illo boue. Nā per se est, ꝙ est per naturā. Vnde albū per accidens ædificat, quia ædificare nō est ex natura albi: vt Polycletus per accidens statuā facit, at statuarius per se, vt calidū per se calefacit. Iam verò Thare per naturam humanam suam genuit Abraham, & Abraham Isaac, &c. vnde genuerunt eos sibi similes in specie. Monstrum autem per accidens

Non probatur Scotus.

Auerroes exponitur.

Infinitū est in causis accidētaliter subordinatis.

accidēs generatur ab homine, &c. quia nō generatur secundum naturam generantis, sed ex accidenti, idest, ex abundanti materia fit monstrositas.

Notādus locus contra Scotum.

¶Et euadent hæc lucidiora, si locum sacrū Eccles. 7. in medium protulero: Honora, ait, patrem tuum, & gemitus matris tuę ne obliuiscaris. Memēto, quia nisi per illos natus nō fuisses. Igit̄ fieri nequit, vt per alios parētes electi idē, qui modò, nascātur. Memineris interim nos hoc loco, nō de eo, q̄ Deo subest, sermonem habere, sed solum de eo, quod naturæ ordo habet. Secūdum quem existimo impossibile Scoticum cōmentum. Quamobrem dixerim Deum potuisse electos, quos habet natura collapsa ex alijs parentibus producere, si volet. At secundum ordinem præscriptum, necessariò ex alijs parentibus alij electi erant sperandi: vel si ijdem quoque parentes. Etenim quis nouit hoc arcanum? Si homo staret, fortassis qui modò sunt reprobi, tum non essent reprobi. Etenim Deus hoc reprobauit æternò, quos natura collapsa habet reprobos. Nempe quia ab æterno sciebat hominis infælicem futurum lapsum. At si ab æterno sciuisset hominem nō collapsurum, quis hoc nouit mysterium, si tū eosdem haberet reprobos, quos modò? Nā sicut tum fuissent alij electi, quam modò sunt (vt iam demonstratum est) ita fortassis, qui modò reprobi, tunc non reprobi fuissent. Quis, obsecro, nouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit?

Paradisus alios haberet electos quā mundus hic habet vel si eosdem ex eisdem parentibus.

¶Gregorium autem facilè expedies, si dixeris vsum fuisse demōstratione simplici. Est enim sermo vulgat⁹, visa herba aliqua, hæc herba nascitur in horto meo: non illa numero, sed refertur sermo ad speciem. Ita quoque Gregorius est intelligendus. Isti electi, qui modò sunt, tum essent: secūdum speciem electionis, (subaudi) non secundū numerum. Et hoc satis est ad reuerentiam Gregorij dixisse. Anselmus autem interpretādus est, sermonem illum habuisse differendo, non definiendo. Neque ratio postrema colligit. Nanque Adam infecit, subdēs nos peccato originali, at verò nequiret filios suos cōfirmatos in iustitiā Dei generare. Nam peccatum, hominis erat, ideò illud transtulit in ius hæreditarium prolis. At iustitia originalis, est donum Dei, & dona Dei non possunt transfundi ab homine. Cæterum hæc iustitia erat ad cumulatissimam perfectionem, & ad eximiū splendorem totius naturę humanę, vt diximus. Et quod Dionysius docebat, bonum esse potentius malo: verum sanè est, si de bono diuino sermo agatur, quod superat peccata nostra. Nam Deus delet solus iniquitates humanas, at virtus humana non sat est expūgere à suo subiecto, hoc est, ab homine peccatū, nisi cælitùs adiuuetur. Ideò bonum nostrum, non est potentius malo nostro. Paulus autem optimè collegit, si malum hominis fuit tam potens, vt posteros omnes inficeret, Christi virtus (quę est Dei virtus) potens quoque est, infectione primitiua repurgata, hominem Deo, & patri gratum reddere. At in argumento Anselmi non fit collatio hominis primi ad Christum, sed mali humani ad bonum humanum, ideò cessat. Arbitror igitur infantibus qui tum nascerentur, infundendam à Deo originariam iustitiam. Et nihil certitudinis habet, quòd simul scientiam infudisset Deus ad dirigendum hāc iustitiam. Quia hæc egebat directione in ādulta ætate, sub qua prudentia sat esset acquisita citra infusam scientiam. Et qui credunt primum parentem gratia gratum faciente in creatione sua fuisse prędituṁ, idem arbitrantur de filijs, gratos Deo nascituros & hæredes regni æterni.

Quomodo bonum sit potentius malo.

Auerroes exponitur.

Infinitū est in causis accidēraliter subordinatis.

Iustitia originalis cumulata natu perfectio

DISTINCT. Vigesimæprimę, Disputatio prima.

¶An peccatum veniale incolis paradisi fuisset possibile.

Argumētū primum.

ET videbitur alicui forsitan, incolis paradisi nō repugnasse venialē admissionem. Etenim Augustinus lib. 14. de ciuitate Dei cap. vndecimo tradit, Adā existimasse venialem

venialem esse ligni vetiti esum, ideoque comediſſe. Igitur peccatum Adam fuit venia le: conſequẽtiam probabis. Etenim ſi mortale eſſet, Adam eſſet ſeductus, reclamante Paulo: Adam, inquit, nõ eſt ſeductus. 1. ad Timoth. 2.

Argum. 2. ¶Cui accedat, Aũguſtinum dixiſſe. 11. ſuper Geneſin cap. vltimo, ante peccatum Adam habuiſſe elationem quãdam, at hæc elatio fuit venialis. Etenim, ait, ante peccatum (ſubaudi criminis admittendi) elatum fuiſſe Adam.

Argumẽ. 3. ¶Tertiò, liberum arbitrium ad omne peccati genus ſe poteſt extendere. Igitur Adã poterat peccare venialiter, vt mortaliter, & poſteri eius, ſi ipſe ſtetiſſet, itidem poſſent.

Argumẽ. 4. ¶Quartò, nã charitas maxima Dei in viatore ſi eſſet, admitteret veniale peccatum, ergo iuſtitia originalis etiam admitteret. Collectio patet. Nam charitas excellentior eſt, quàm originalis iuſtitia. Nam ſine charitate nulli eſt portio in regno Dei. At verò citra originalem iuſtitiam, patet filijs Dei aditus ad regna cæleſtia.

Argumẽ. 5. ¶Quintò, nemo repentè ex ſummo virtutis vertice labitur ad extremã miſeriã, ſed paulatim fit diſceſsio ab extremo, in extremum, pertranſeundo medium, vt Ariſtot. cõmemorat. 5. Phyſicor. cap. 3. &. 10. Metaphyſic. Igitur protoplaſtus ille, qui culmina humanę tenebat virtutis, ſenſim erat labefactandus, & non de repentè præcipitandus. Quare primò admiſit veniale peccatum, vt inde ad crimen ſe præcipitaret. Venialia enim pręparant animum ad mortalia.

Argu in diuerſum. ¶In diuerſum eſt: Peccatum veniale, eſt dignum pœna temporali, igitur incolis non repugnaſſet veniale peccatum: ergò neq; pœna temporalis. At verò illi ſtatui omnis pœna erat repugnans, vel minima temporalis (Auguſtino autore. 14. đ ciuitate Dei cap. 26.) igitur venialis admiſsio illi ſtatui erat impoſsibilis.

¶Diſputatio hæc varia habet placita, vt cętera aliæ, quæ difficilem habent deciſionem. Scotus igitur venialem culpam incolis paradiſi non repugnare autumat. Neq; tamen Scotus fuit primus huius placiti autor. Nam Bonauentura hanc ſententiã eſſe antiquiorem Scoto abundè teſtatur. Nam huius ſententię meminit. Et illam nõ duxit improbabilem. Eãdẽ leges apud Altiſiodorẽ. in. 2. ſentent. tractatu. 11. quæſtion. 4. vbi credit, Adam potuiſſe amare Heuam plus debito, quod veniale erat. Et quæ hanc veriſimilem eſſe faciunt, ſunt, quæ collegimus in eius ſuffragium, in argumentis in principio huius diſputationis factis. Porrò Albertus Magnus hac diſt. credit veniale peccatũ illi ſtatui eſſe repugnans. Nanque tanta erat illius ſtatus celſitudo, vt homines illo gaudentes, non niſi à maximis incentiuis laberentur, neque minimis quaterentur. Igitur lapſus magnus neceſſariò fuiſſet ex maximo impulſu. Adde, peccatum tum nõ poſſe admitti niſi ex ratione ſuperiore: at hoc mortiferũ neceſſariò fuiſſet. Has quoq; ducit partes Tho. 1. parte q. 100. arti. 2. & Bonaucturæ hæc pars magis arriſit, alia tamen cõtraria non neglecta. Nanque quodlibet peccatum eſſet illis dandum crimini ex magnitudine contemptus. Nanque ille ſtatus erat donis Dei opimis oppigneratus: igitur quæ vis offenſa contemptus, eſſet non leuis. Et pro fectò expẽſis hinc, & iſtinc argumẽtis omnibus, quæ vtraque factio in ſuum ſuffragium conducit, videtur pendulam eſſe deciſionem, & problematicam eſſe diſputationem. Nihilominus magis allubeſcit mihi illam ducere partem, quæ perſuaſa eſt, illi ſtatui repugnare veniale peccatum. Nã ſi homines illius ſtatus vnum poſſent admittere peccatum veniale, & pleraque poſſent, & ita ingenerare habitum valerent venialiter peccandi. At vt habitus ille, ad malum inclinans, compateretur iuſtitiam originalem, quę ordinatiſsimum ſeruabat hominem? Non video. Oportebit autem aduertere, eſſe peccata venialia ex ſurreptione, & venialia ex deliberatione. Priora dicuntur motus primi. Et hæc vtique ſine diſcrepantia autorum ſtatui illi repugnabãt. Nam tunc non erat concupiſcentia titillãs aut ſenſualitas rapiens rationem. Nanque concupiſcentia mitis tunc fuiſſet, & nõ effrænis in rationem, vt modò. At diſſenſus eſt in peccatis venialibus ex deliberatione paratis. Ideo dixerunt antiqui Theologi peccata tum patranda in ratione ſuperiori & propterea videntur magis repugnare illi ſtatui. Quippe quæ ſunt peiora, & magis inordinata, quàm peccata venialia, ex ſurreptione. Quod ſi hæc illi ſtatui repugnabant, quia concupiſcentia tunc ordinatiſsima fuiſſet, an non ordinatior multo mens

Deciſio ex auctoris placito.

Peccatũ ex ſurreptione & ex deliberatione.

mēs tunc fuisset, si ergo inordinatio ex surreptione illi statui esset inimica, multò magis inordinatio ex deliberatiõe, quia peior est. At occines, ecquid vt Deus statuit illis præceptum ligans ad mortale, non potuisset statuere ligans ad veniale duntaxat? sed equidem videtur hoc impossibile fuisse ex hypothesi. Supposita enim summa felicitate illius status, venialem culpam nõ admittebat. Nam leuicula culpa admissa, gloria illius status decũbebat. Est persuasio quę dam leuis, apud quosdam, huius dogmatis. Beatos aiunt nullo peccandi genere peccare posse: damnatos verò mortifere dũtaxat: nos verò & venialiter, & criminaliter. Qui autem paradisum incolerent, venialiter possent, at non mortaliter. Verum hęc ratio non probat, quod statuit. Hoc enim est, quod vertimus in dubium, quod ipsa sine rationis firmitate concedit, Paradisi, scilicet, incolas posse peccare venialiter, & non criminaliter. Neque Augustini autoritas huius dogmatis veritatem turbat. Nã quod dixit præcessisse peccatum Adam, elationem, Magister soluit distinct. 22. huius secundi, non præcessisse ex affectu, sed ex opere comedẽdi. Neque locus alter ex. 14. de ciuitate Dei officit prædictis. Nam (exponente Alberto Magno) quædã mortifera peccata, aliquando dicuntur à sanctis venialia, ex euentu, quia venia donantur. Existimauit igitur Adam (quod vtinã non existimasset) peccatum suum venia dignum futurum, neque tanto supplicio fore animaduertẽdũ in suũ peccatũ, quanto animaduertitur. Et fuit quidem deceptus. Et quod Paulus docet, non fuisse seductũ Adam, subaudire, oportebit, non fuisse seductum, sicut Heuam, quæ ex facilitate sexus, serpenti præbuit fidem, cui Adam nõ præbuit. Cæterum fuit seductus, quia non tanti pendit peccatum suum, quanti pendendum erat. Locus etiam Aristotel. prædicta non tollit. Nam trãsitus ille de extremo, in extremum, in motu locali nunquã fit, nisi pertransito medio. Secus est in moribus & affectibus, vbi sæpè grandis fit mutatio sine medio: vt Lucifer, ex lucifero, factus est Diabolus: & angeli eius, cũ eo. Verum tamen apud nos frequentissimum est sensim labi ex maximis virtutibus ad maximas culpas; aut contrà sensim proficere ex mininis virtutibus, ad maximas. At verò status Adam, quippe qui præexcelsus erat, non sensim fuit labefactatus, sed subitò facta fuit ruina eius magna, vt Angelorum malorũ. Memini me legisse apud Aristot. in problematibus, homines fortes, & qui sublimẽ habẽt temperaturam, ex minimis morbis non afficiũtur: at si quando afficiuntur, ex maximis afficiũtur. Et frequenter ex vehemẽti violentia morbi pereunt, quam tamen infirmiores non patiuntur. At verò etiamsi confessum sit gratiam gratũ facientem, vel charitatem eximiã (qualem assequutus fuit Ioannes Baptista & alij ex euangelio heroici viri) admittere venialia, nõ subindè probanda est collectio, ergo & iustitia originalis. Etenim iustitia originalis claudit in suo gremio Dei charitatem, & gratiam gratum facientem, & addit ordinationem concupiscentiæ ad rationem superiorem: & hanc ordinationem nõ claudit in se charitas, neque gratia gratum faciens. Nam hæ solum includunt mentis ordinationem ad Deum. Vndè baptismus restituit nobis originalem iustitiã, quatenus componebat mentem Deo, & Deo illam subdebat, id quod gratia gratũ faciens præstat in lauacro regeneratorio. At verò non restituit nobis illam obediẽtiam, quã præstitisset in paradiso exterior homo, interiori. Quamobrem nihil mireris, si gratia gratum faciẽs admittit veniale peccatum, quia hæc non prorsus ordinat totum hominem, neque omnino frænat furentẽ cõcupiscentiæ appetentiam, neque facit, ne incitentur in nobis carnis tempestates cõtra spiritum, vt Paulus est locupletissimus testis, ad Roman. 7. Iustitia verò originalis hoc donabat, sedatos habere concupiscentiæ bestiales motus. Nam, In pace factus erat locus eius. Et quãquam libero Adam potiebatur arbitrio, non continuò consequens est, igitur in illo statu poterat peccare venialiter, & criminaliter. Satis nanque est, si simpliciter poterat peccare venialiter etiamsi non secũdum eũ statum. Imò quis diceret, quòd tum possent peccare omnimodò mortaliter? Stultum enim esset asserere, innocentes illos homines posse furari aut mœchari, aut blasphemare. At liberi arbitrij erant, nihilominus illa non poterant perpetrare, neque alia mortalia: maxime si credamus quibusdam Theologis, quibus est in confesso, illos promerituros suã confirmationem, sub qua non poterãt criminalem admittere culpam, tametsi liberi arbitrij

Augustinꝰ exponitur.

Decisio ex auctoris placito.

Paulus exponitur.

Peccatũ ex surreptione & ex deliberatione.

Iustitia originalis non admittebat venialia.

bitrij erat, vt de sanctis Apostolis, post cõ firmationẽ ex Spiritu sancto, Ecclesia Dei credit. Quòd si adhuc insistit quispiã. In ratione superiore nonnunquam est peccatũ veniale, & non ex surreptione. Aliquando enim infidelitas, est veniale, non ex genere at ex consideratione. Ergo status ille poterat itidem huiusmodi veniale admittere.

Veniale multifariã accidit.

Dixerim tibi veniale nõ solum esse ex surreptione, imò aliquando ex non plena deliberatione, vt accidit ijs, qui sunt in interliminio somni, & vigiliæ: aut ex inaduertẽtia, vt qui aduertit vehementer ad quædã, & non aduertit sufficiẽter ad alia. Ideoque poterit tum motus infidelitatis, hoc est, cõsideratio aliqua contra fidem venialiter admitti. Quia non plenè aduertebatur si consideratio contra fidem erat. Et hæc à ratione superiore admitti possunt, non instillãte concupiscentia, aut rapiente rationẽ superiorem, ad se ipsam. At status ille semper haberet plenam deliberationem in contẽplandis, & agendis. Numquam enim præmerentur inaduertentia. Quia tum homines plenum sortirentur dominium suorũ actuum. Et plus essent sui iuris, quàm modo sunt, & maiori libertate gauderet illorũ arbitrium, quàm nostrum. Quod sæpè ex surreptione sensualitatis opprimitur, aut ex inaduertentia, aut ex non plena deliberatione laborat. Ideò nihil miratu dignum, si illi statui non competebat, aut repugnabat veniale peccatum. Porrò insultas: Poterant tum homines peccare criminale, cur non veniale? Vtique poterant, at nõ in columi statu innocẽtiæ, sed illo collapso. Nã Adam simul atque peccauit criminaliter, deiectus est: &, Cũ in honore esset, similis factus est iumentis insipientibus. Et vt dicebamus iam pridem, si Adam perstitisset, filij eius poterant sanè peccatum mortale admittere, at ex Dei prouidentia non admisissent. Nisi quod quædã sunt peccata, quæ illi statui nullo modo videbantur cõgruere, propter eorum sorditatem, vt furtum, mœchia, blasphemia, &c. Etenim tum omnia communia fuissent, quomodo ergo furtum admitteretur? Concupiscentia erat sedatissima, quomodo mœchia fuisset? Felicissimi fuisset status, vndè blasphemia? At peccata spiritualia erant imminentia illi statui, in quæ tãdem lapsi sunt primi homines. Carnis verò peccata illi statui non erant apta, imò ineptissima. Neque consequens est, nõ poterant peccare carnis peccata, igitur non erant liberi arbitrij. Sicut neque colligas, angeli illa non poterãt perpetrare, igitur nõ sunt liberi arbitrij. Etẽ homo paulominus ab angelis imminutus est, in honore creaturæ rationalis. Nã, Gloria & honore coronauit illum dominus, in numeris illum exornans dotibus, nempè tantis, quanta sat fuerunt ad excitandum diabolicam inuidiam. Quòd si quis contẽderit nihil discriminis tũ fuisse inter hæc, & illa peccata: abũdet suo, non meo sensu. Quiavelit, nolit, fateri oportet, procliuiorẽ fuisse illum statum perpetrandis spiritualibus peccatis, quàm carnalibus. Et hoc satis est nostro instituto. Nonnulli colligũt, illi statui ineptum fuisse veniale peccatũ, quippe si admitteretur, pœnitentia esset diluendum, at pœnitentia illi statui non cõsentiebat. At dicito argumentum hoc fragile esse. Etenim veniale peccatum ex amore feruenti Dei diluitur, sine dolore actuali, & per alia bona opera, quibus abundaret status ille. Per hæc si illa attentiusculè obseruasti, quæ præscripsimus, nullius negocij erit argumenta facta in principio soluere. Porrò autem est annexa istis dubitatio, quale peccatum fuit primorum parentum. Augustinus autem autor est, fuisse superbiam. 14. de ciuitate Dei cap. 13. Est enim, iuxta eundẽ, superbia, appetitus peruersæ celsitudinis. At si d Heua sermo agatur, liquidũ videtur, illam ex superbia peccasse. Nanque serpentis persuasa astu, pomum gustauit, credens ex gustu scientiam diuinam se adepturã. Aut saltem plusquã humanam, hoc est, angelicã. Eloim enim Hebræis vtrũque denotat, & Deum, & angelos. Nam forte hoc sibi volebat Satanas, quando aiebat, Eritis sicut Dij, hoc est, sicut angeli Dei. At quale quale interpreteris, peruersam amauit celsitudinem. Quamobrem illud fœminæ peccatum, non fuit gula. Nõ enim gustauit pomum, pomi illecta dulcedine, sed scientificum putans esse pomum. Neque propriè fuit auaritia. Et si Magistro (vt sub hęc dicetur) ita visum est: verum tamen formaliter non fuit auaritia, neque gula. Et si materia illius peccati, gula fuit. Transgressio enim fuit diuini præcepti de abstinendo à cibo arboris illius scientiæ boni, & mali. Cæterum vt is, qui furatur, vt mœchetur, aptius est nominandus mœchus, quàm fur, ita quæ comedit

vetitum

Homines in statu innocentiæ essẽt plenè domini suorum operum.

Peccata spiritualia imminebãt illi statui.

Status primi hominis procliuior erat spiritualibus peccatis perpetrãdis, quã carnalibus non ratione status, sed habentis.

vetitum fructum ex scientiæ excellentis desiderio, magis superba, quàm gulosa appellanda venit. Similiter non fuit propriè auaritia, quæ collocatur in excessiuo appetitu bonorum temporalium, at vocatur auaritia, larga acceptatione. Peccatum verò Adæ non fuit superbia nisi quatenus non coercuit superbiam mulieris, ideòque mulieris peccatum viro est succēsendum. Nam ipsum, quippe qui caput erat mulieris, oportebat illam retrahere ab inani appetentia. Et si Ioannes Maior putat reprehēsam fuisse à viro. At si reprehenderetur cessisset, vt arbitror, quia morigera erat creata, & non insolens. At peccauit ex mundano amore Adam, volens complacere vxori, magis, quàm Deo. Et propterea Bonauentura hoc peccatum reduxit in amorem lasciuum. Non quòd Adam peccauerit tum ex lasciuia, quæ est appetitus inordinatus in appetitu concupiscentiæ erga mulieres. Nam non fuit illud peccatum Adam ex inordinatione concupiscibilis, at vocat illud peccatum lasciuiæ, quia complacentiam vxoris amans, transgressus est Dei mandatum, vt etiam Magister ex Augustini decreto distinctione. vigesimasecunda vtrunque parentem tradidit peccasse ex rapina diuinitatis. At rapina præsefert auaritiam. Et Augustin. 14. de ciuitate Dei, capite. 14. vtrunque parentem voluit peccasse ex superbia. Superbiam vsurpans, pro quacunque transgressione diuini mandati. Secundum quam rationem omnes peccatores, sunt superbi. Et Iob testatur, Satanam esse regem super omnes filios superbiæ. Magister autem ekstionem testatur fuisse in Adam nonnullam, quia cum aduertisset mulierem non esse mortuam ex gustu pomi, ipse quoque voluit idem experiri. Secundum quā rationem Adam existimabat illud Domini præceptum continuò inducturum mortem: at cum vidisset non continuò induxisse mortem, etiam ipse gustauit, vt mulier, in alium sensum torquendum Dei putans mandatum: neque id habere in interiori intelligētia, quod ex cortice literæ minabatur.

Quomodo peccatum Adam fuit superbia.

Non probatur maior dist. 22.

Cap. 41.

Status primi hominis procliuior erat spiritualibus peccatis perpetrandis, quàm carnalibus non ratione status, sed habentis.

DISTINCT. Vigesimę secundę, Disputatio prima.

¶Num primi parentes ex ignorantia, diuinum sunt trangressi mandatum.

ET videbitur fortasse alicui, illos deliquisse ex ignorātia. Etenim Psalmus admonet: Homo cū in honore esset, non intellexit, & comparatus est iumentis insipiētibus. Igitur homines primi ex ignorantia peccauerunt. Argum. Psalm. 48.

¶In diuersum est, Ecclesiastici. 17. Disciplina intellectus repleuit illos: si ergo fuerūt imbuti diuinitus scientia agendorum, & faciendorum, non fuerunt ignorantes, sed sapientissimi. Quomodo ergò cum summa scientia adiutteretur ignorantia? Argum. in contrarium

¶Disputatio hæc, si sacrorū oraculorū veritatem cōsulimus, non habet difficilē decisionē. Etenim Heua Deo obiurgante, delictum excusat, quia à serpente fuerit decepta. Et Paulus illā fuisse seductā haud dubiū testatur. 1. ad Timo. 2. Porrò Adā, etiā Deo increpanti trāsgressionē, nō deceptionem aut ignorantiā prætexit, sed sociā vxorem incentiuū proprię culpæ fuisse profitetur. Imò quasi videtur regerere culpā in Deū. Nā ait: Mulier, quā dedisti mihi in sociam, &c. Quibus collatis testimonijs ex prętextu literæ, Heuā apparet ex ignorātia deliquisse: Adā verò, nō ex ignorantia, sed ex vxorio amore. Cōditā nanq; dudū Heuā ex viri latere, vir vehemētissimè amabat, & quia summus opifex Deus illā summè pulcherrimā cōdidisset: & demū, quia illi vxor data erat, ex qua humanā sobolem erat accepturus, & auctūrus. Porrò autem vt exactior sit huius quæstionis solutio, altius oportebit repetere quædā de ignorantia

vt

vt promptior & absolutior sit ad differendam via. Aristot. igitur primo post. text. 32.

Duplex ignorantia dispositiõis & negatiõis.

geminam voluit esse ignorantiã & dispositionis prauæ, & negationis puræ. Illa est error, vel quæuis fallentia ex falsigrapho syllogismo, aut ex alia causa intellectui nostro accidens. Hæc verò est pura scientiæ negatio: quæ brutis, plãtis, lapidib⁹, & amẽtibus, hoc est mente expertibus, adest. Nãque mentis expertia nesciũt verum discernere à falso, ideò in illis non est error. Nam error est, verũ iudicare esse falsum, aut falsum, iudicare esse verum, vt August. in Enchiridio docet, cap. 26. Annotabis secũdò ignorantiam dispositionis prauæ, & negationis distinguẽdam esse, aut secundũ causam, aut secundum obiectum, aut denique secũdũ actũ. At quę est secũdũ causam sub distinguere oportebit, aut enim est secũdũ causam intrinsecam, aut extrinsecã. Et vtique à causa intrinseca omnes indocti sumus. Nascimur enim insipientes ex vtero matris nostræ. Est enim anima nostra, ex natalibus suis, tãquã tabula rasa, in qua nihil lineamenti est. Cui accedat, alios etiã nasci oblæsis organis sensitiuis, aut potentijs. Vndè necesse est illos ignorantes esse.

Ab intrinseco insipientes sumus.

Nanque nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Et sublato sensu, & scientiã illius sensus auferendam esse est necesse. A causa verò extrinseca adest ignorantia, vt ex morbis prementibus, vt phreneſi, aut ex negligẽtia, & ocio, aut ex pessimo magisterio, aut ex nimia vini potatione, aut ex magnis curis, quæ mentem distrahunt, vt quæ nouimus in obliuionem ducãt: vt etiam ex nimio furore, aut quouis alio animi excessiuo affectu, &c. Ad obiectum verò si referas ignorantiam, iam aliam habebis ignorantiam iuris, aliã facti. Et hæc est ignorantia circunstantiarũ, quæ facti sunt comites ex. 3. Ethicor. cap. 1. & 5. Iuris verò ignorãtia in tot mẽbra diducitur, quot sunt iuris diductiones. Nempe in ignorantiam naturalis iuris, & humani iuris, & naturalis, in diuinum naturale, & positiuum, & hoc, in Mosaicum, & Euangelicum. At ius naturale habet quædam, quæ sunt, velut lumina, & prima capita naturalis iuris: alia verò sunt quæ istis sunt veluti agnata, & cohęrentia. Prima sunt decalogi præcepta, vel quæ ex illis per euidentem habentur cõsequentiam. Secũda verò sunt quæ sunt obscuriora, & nõ ita irradiãt suos fulgores, vt prædicta. Qualia sunt non esse mentiendũ, etiãsi ex mendacio mũdi salus proueniat: gratis mutuãdam esse pecuniã, & ex mutuo nihil mercedis reportãdũ: & ad hunc modũ cætera. Hæc enim nõ tã eui dentẽ habent malitiã, quã si dixeris, nõ esse mentiendũ, nõ esse furandũ. Sed latẽtior est horum iniquitas, vt ꝙ seruãda sit fides, quòd nõ sint violanda pacta, lumen est naturæ: at quòd etiã hostibus seruanda sit fides, quòd cum illis inita sint inuiolatè obseruanda pacta, non tanto lumine fulgent, vt priora. Et deniq; quo vniuersaliora sunt iura, eo sunt certiora, & clariora: at si illa deduxeris ad particularia, sæpe hæret anim⁹. Vndè multi sunt cõtractus, in quibus etiã literatissimus Theologus dubitat, si fas sit illos exercere, an nefas. Vndè variæ emerserunt, & emergũt sentẽtiæ de huiusmodi cõtractibus negociatorijs, si licent, an nõ licẽt. Quãuis ius ipsum prõptũ sit. Et sicut in animaliũ corpore quædã sunt essentialia mẽbra, vndè vita animalis prorsus pendet, vt caput, cor, stomach⁹, iecur: alia verò sunt nõ ita necessaria animalis vitæ, sed tãtũ gubernationi, vt visus, auditus. Alia verò sunt media inter hæc ex quibus etsi nõ pendet vita, pẽdet tamẽ animalis status, vt sunt virilia mẽbra. Nanq;, istis exectis, virilitas perit, vox immutatur, quia gracilescit, & pili genas nõ vestiunt, & alteratur deniq; virilis cõditio, & in fæmineam degenerat naturã. Ita in iure dicito quædã esse, quæ sunt cardines moralis vitæ, quibus subductis moralis, & politica & œconomica gubernatio pereunt: alia sunt, quæ sunt ad optimã gubernationem seruandam, &c. In iure quoq; euãgelico quædam sunt, vt fidei lumina prima, quæ sũt. 14. articuli fidei quos nulli fidelium ignorare fas est. Alia verò sunt gratiæ Christianæ mysteria, quę maxime ab ijs sciri debent, quibus illa explicitẽ scire incumbit. Nã alijs sat est illa in vniuersali credere. Demum postrema ignorãtię consideratio est secundum actum, iuxta quam rationẽ illa emersit distinctio ignorantiæ in antecedentem, & consequentem, & concomitãtem. Ignorãtia enim naturalis antecedit actũ, vt puerilis ignorantia, aut stulti ignorãtia. Et si re vera ignorãtia antecedens, exactiore sermone, illa est, quæ est causa actus, qui actus est illius sequela: vt ignorantia Iacob cognoscentis Liam, quam existimabat inculpatè esse Rachelẽ.

Facti & iuris ignorantia.

Diuisio præceptorũ naturalium.

Bella collatio.

Ignorantia secundum actum.

Rachelem. Et hæc ignorantia adeò est causa actus, quòd illa submota actus non proderet. Hactenus recēsuimus tres ignorātię modos, quibus alter est addendus, qui est modus per accidens ignorantiæ. Namq; est ex parte subiecti. Et hæc diuisio est in vincibilem, & inuincibilē ignorātiā. Nam hæ appellationes ignorantiæ congruunt à subiecto. Est namq; inuincibilis, quę etiā num exhibita ab homine diligētia ad sciendum, & vincendum ignorantiā suā, manet nihilominus. Vel breuiùs illā puta esse inuincibilē ignorantiā, nō quā homo potest vincere, sed quā non tenetur vincere. Est enim aliquis laicus qui in parœciā suā, vadit auditurus parochū suū, ieiuniorū dies. At parochus aut oblitus, aut ignarus, ieiunandū proximè diem nō indixit, Laicus nō ieiunat, imò vescitur carnibus ex ignorātia, quæ sanè inuincibilis est, quia illā habens fecit, quod debebat, vt sciret ieiunandū diē, quo facto nihilominus māsit in eo ignorantia ieiunij. Poterat tamen laicus ille illam euincere, si voluisset maiorē adhibere diligentiā. At verò adhibuit quā debuit, & abūde fuit illi. Vincibilis autē quæ sit, ex inuincibili cōstat. Hæc autem diuiditur in crassam, & affectatā ignorantiā, seu si mauis in studiosam, & supinā, vel torpentem ocio ignorantiā. Sunt enim qui nolūt intelligere vt benè agant: & isti ignorantiā affectant, qui dicunt Deo: Recede à nobis, viam mādatorū tuorū scire nolumus. Alij verò sunt, qui in vtrāq; aurē dormiētes necessarijs ad salutē animæ discēdis non inuigilant. Ideoq; pigritantem habent ignorātiam. Istis autem prælibatis, primam accipe conclusionem.

Ignorantia ex subiecto

1. Cōclusio ¶ Ignorantia natiua, vitio danda non est. Hæc liquida est, quia natiua nō sunt in culpa: quia propter ea, quæ nobis à natura insunt, neq; laudamur, neq; vituperamur.

2. Cōclusio ¶ Secunda cōclusio: Hæc ignorātia, pœna est peccati protoplastorū. Hæc est cōfessa à sanctis Doctoribus. Nāq; ignorātia agēdorum, & difficultas benè operādi cōcilia ta sunt posteris ex parentū culpa prima.

Ignorantia secundum actum.

3. Cōclusio ¶ Tertia cōclusio: Hæc ignorātia neq; accusat, neq; excusat. Namq; pueri, qui nondum potiūtur lumine intellectus, & morio nes, multa facientes ignorāter, nō accusantur, neq; excusantur. Siquidē huiusmodi, tanquā bruta, operantur, vbi accusationē, aut excusationem quærit nemo.

¶ Quarta cōclusio: Ignorātia volūtaria iuris naturalis, quātum ad lumina iuris naturalis, quæ suprà cōmonefecimus, semp est in culpa. Hæc clara est, quia capita iuris naturalis, sunt ꝓpositiones notissimæ, in quibus nulla potest esse dubitatio: quia sunt p se notæ, vt, Vnū crede Deū: Ne iures vana per ipsum: Sabbatha sanctifices: Charos venerare parentes, &c. 4. Cōclusio

¶ Quinta cōclusio: Quātū ad alia, quę sunt agnāta istis principijs, & nō sūt prima hęc principia, ignorātia potest esse inculpabilis. Hæc patet ex superioribus. 5. Cōclusio

¶ Sexta cōclusio: Ius diuinū positiuū potest ignorari inculpabiliter. Etenim hoc ius nō est per se euidēs, neq; est scriptū in cordibus nr̄is, ideò eget manifestari aut ex Deo reuelāte, vt ius vetus Mosi reuelatū est & per Mosem Hebræo populo, & ius nouum Euangelij Apostolis indicatū est à Christo, & per Apostolos orbi innotuit. Igitur ante authenticā Euāgelij prædicationē, ignorantia Euāgelici sermonis inculpabilis erat, vt etiā ignorātia iuris diuini antiqui. Nāq; fides est ex auditu, auditus autē per verbū Dei. ad Rom. 7. 6. Cōclusio

¶ Septima conclusio: Scientia iuris diuini post eius authenticā euulgationē nō ligat oēs ex æquo. Nāq; proceres Ecclesiæ, prælatos, scilicet, & Ecclesiarū Magistros magis ligat, quā agricolas, & cerdones, plebeiosq; homines. Etenim prælatis incūbit docere plebes sibi cōcreditas. Sunt enim sal terræ, & lux mūdi: Matthæ. 5. ideo multo plura obligātur nosse concernētia diuinā legem, quā ouiculæ illis cōmissæ, quarum est discere, non docere. 7. Cōclusio

¶ Octaua cōclusio: Itidē dicendū est de iure humano. Namq; hoc prędicti sides, rectores, præfecti, qui in regendas plebes intēdunt, scire debent. Siquidē hoc proprīū illorum munus exigit, vt sciāt iura, per quæ administrandi sunt populi. Ad huiusmodi autē scientiam plebes non tenentur. 8. Cōclusio

¶ Nona: Tenētur tamē plebes fideliū ad ea scienda humani iuris, quæ ad salutē consequendam sunt necessaria: vt ius dicens sacra esse audiēda diebus festiuis: decimas psoluendas sacerdotibus: cōfessionē quotānis in quadragesima esse faciendā omniū peccatorum, &c. 9. Cōclusio

¶ Decima cōclusio: Per hæc patet quid velit Bonifacius Regula. 13. in Sexto dicens, ignorantiā iuris nō excusare, sed facti esse 10. Cōclusio

excusatorlã. Intelligere eñ oportet nõ excusare eos, quorũ interest illa scire.

11. Conclusio. ¶ Vndecima cõclusio: Nõnunquã iudices mulctãt pœna eos, q ignorantiã habent in culpatã, quia præsumũtur sciuisse. Hęc nõ est obscura. Nãq;, exẽpli causa, qui nõ resignat iumẽta, aut pecunias, quas defert ex regno in regnũ, vt ex Castella in Aragonũ regnũ, aut Portugallẽsiũ, etiãsi re vera legẽ nesciebãt, vt fieri potest huiusmodi translatorem insciũ fuisse, & bona fide feciſſe, & nõ ex industria, nihilominus mulctatur, qa iudex nõ animũ, sed factũ obseruat: vnde tũ neq; iuratã ignorãtiã iudex credet, neq; tenetur credere. Quãuis igitur animus in culpatus, at factũ culpatur: quia præsumit nõ ignorasse, q̃ scire debuisset, qui se trãsferebat in regnum aliud. De qua re alibi.

12. Conclusio. ¶ Duodecima cõclusio: Ignorãtia, si negationẽ solã indicet sciẽtiæ, peccatũ nullum est. Ideò mala nõ est. Nãq; hæc ignorantia in stupidis rebus est.

¶ Duodecima cõclusio: Ignorantia prauę dispositionis si sit sciẽtiæ debitæ priuatio, est mala ex se, & culpabilis, vt q errorẽ habet circa iuris naturalis lumina, putãs licere furari, aut adulterũ cõmittere, vt apud Calecutiũ creditur. Hæc ignorãtia est mala, de se, quia scire adulteriũ esse malum, est intrinsecè bonũ: itemq; de alijs. Itidẽ qui errat circa fidei primũ fundamentũ, vt qui ignorat Deũ, habet ignorantiã intrinsecè malã. Namq; Deũ esse, credere, est intrinsecè bonũ. Est ergò aliqua ignorãtia dispositionis intrinsecè mala, qa est priuatio actꝰ intrinseci boni. Quãquã Durãdus in dist. hac cõtrà Theologizet, at temerè. Et Thomas in hac dist. & Bonauentura in hac re mecũ faciunt. At fieri potest, vt ignorãtia aliqua dispositionis prauę, hoc est, error aliquis, nõ sit malus, neq; bonus: vt error hic, Sol est pedaneus, & alij consimiles. Et alij errores in humano iure erũt extrinsecè mali, quia priuant sciẽtiam eorũ, quæ sunt mala, solùm quia prohibentur.

Ignorantia quædã intrinsecè mala, alia extrinsecè.

13. Conclusio. ¶ Decimatertia cõclusio: Ignorãtia inuincibilis innoxia est, qualis fuit ignorãtia Iacob se copulãtis Liæ. Et quãquã potuit sanè, aut potuisset scire, illã nõ fuisse vxorẽ. Nã si maximã diligentiã exhibuisset, scire potuisset. Non enim erat res illa admodũ arcana: at non tenebatur ad tantam præstandam diligentiam, sed sat fuit illi eã adhibere fidem, quam viri solent erga vxores adhibere. Porrò D. Augustinus lib. 3. de libero arbitrio, cap. 23. tunc putauit ignorãtiam fore innoxiam, quando facultas non suppetit discendi, quòd oportet: isq; denique excusatur ignorans, qui impotens est, vt fiat sciens. Habes hoc ex Augustino in Epistola ad Valentinum, indicante Magistro. Porrò Augustinum intelliges, si advertis, nos ea posse, quæ iure possumus. Ideò ille censetur impotens, qui ex iure nõ constringitur, vt sciat. Et Diuus Damascenus lib. 2. de fide cap. 24. Ignorantiam ait facere inuolũtarium, aut inspontaneum, & violentiam: aliudque esse facere ignorãter docet, & per ignorantiam. Nam per ignorantiam aliquid fit, quando illa submota, non fieret: ignorãter verò fit, quandò ignorantia comes est operis, vt in pueris, & morionibus euenit, qui ignoranter faciunt sua opera, vt bruta.

Augustin. exponitur.

¶ At obijcies mihi, copula carnalis Iacob cum Lia fuit illi voluptifica, quomodò ergo inuoluntaria ex ignorãtia? Dices eò fuisse inuoluntariam, quia si cognouisset non esse vxorem, ab ea destitisset: vt cõtrà fodiens scrobem, & offendens thesaurum, voluntariam habet repertionem. Nõ quia ex volũtate accessit reperturus, sed quia si sciuisset, voluisset.

14. Conclusio. ¶ Decimaquarta cõclusio: Ignorãtia supina minuit culpam. Hæc prompta est, quia minuit voluntarium.

15. Conclusio. ¶ Decimaquinta cõclusio: Affectata ignorantia, etsi augeat culpã, relata ad crassam ignorantiã, quia plus habet de volũtario, at minuit culpam, si illam referas ad peccãtem ex industria, qui maximè omniũ peccat: quia magis contẽnit, quã quiuis alter, qui per ignorãtiam peccat. Nã culpa quo magis volũtaria est, eò grauior est. Ideò q ex malitia peccat, maximè peccat, autor est Isidorus lib. de sũmo bono, habes apud Magistrũ. Restabat differendũ, quando natiua nobis ignorãtia resultat in culpã. Nũ quid cũ septimus agitur pueris annus? At, vt paucis agã, canonẽ certũ statuere nequimus in re hac. Nam qui sunt pueri præcocis ingenij, ex feruore excellẽti cordis, feruidi quoq; sunt ingenio, alij verò sunt tardiores. Reperias quinquẽnem respondentem egregiè ad interrogata, & reperias septennẽ ab asello paulo differentẽ. Quibus quoq; accedit educatio, quæ plurimũ habet momenti, vt ocyùs matureſcat mẽs in quibus-

Culpa grauescit ex volũtate.

Heuę pecc tum primũ & secundũ

quibusdā pueris,q̄ in alijs. Vt robur etiam corporis in quibusdā ex vberiori pastu,& maiori exercitio citiùs accedit,q̄ alijs.Cæterū quia septēnis ætas,vt plurimū,est quę iam micare facit obnubilatā mentē, quare tū pueri ludi Magistris tradūtur instituendi, ideò hęc ętas videtur, quæ prima deponit natiuā, rudemq́; ignorantiam circa prima naturæ lumina.

¶Iam verò post lōgam digressionē(nimiū enim nos abduxit de ignorātia tractatus) supereſt ad propositū redire institutum. Quærebat em̄ an protoplastorū peccatū fuerit admissum p ignorantiā.Et vt sub exactiori cēsura dictū velim.Puto ,ptoplastis humanæ naturæ collatā fuisse sciētiā pro suo statu plenissimā,nō solū visibiliū rerū, sed inuisibiliū.Existimo em̄ illos nō latuisse angelorū creationē,& malorū angelorū à Deo defectionē, & sanctorū angelorum obedientiā.Rursum,& supplicia iniquorū angelorū,& sanctorū præmia. Subindèq́; cōpertū illis fuisse malos angelos è cęlo delapsos,& hostes esse Dei. Nā hæc scire pti nebat ad suū statū incolumē seruādū. Præter hæc,crediderim Heuā,vt mulierū sapiētissimā,rectè calluisse,serpentē illū,q̄ colloquio familiari cū illa loquutus est , non habuisse naturalē loquelā. Sciebat em̄ loquelam esse mētis insigne , ideo serpēs cū esset irrationale animal,nō poterat vocē humanam formare. Quāobrē ab alia virtute agi serpentē rectè tenebat,illāq́; diabolicāesse vim cogitabat, quæ serpentē agebat , & p illā voces humanas formabat.Nāq́; apprimè videbat malā esse vim agentē serpētē, quippe mala instillabat. Quapropter primū mulieris peccatū fuit, venenati serpētis colloquiū admittere.Siquidē sciens esse hostē Dei,& hostilia agere cōtra Deū,cōtinuò debuisset colloquētem deuitare. At mulieri arrisit serpentis loquela,qppe cōijcere licebit, illam fuisse mulieri iucundissimam, & blādissimè cadentē ex ore serpentis. Nullus namq́; oratorum tam concinnam composuit orationem,quantū diabolus tum agens cum sapientissima muliere. Nam quāuis illius pauca legamus orationis verba , quid vetat multo plura diabolum dixisse? Et hæc complacētia in hostis Dei colloquio elationi danda est. Admittere enim Dei hostem ad familiaria colloquia, elatio est contra Deum.Post hæc, secundum peccatum eius, fuit, serpenti credere.Quamquā non facilè excuties modū. Si enim credidit serpēti,dicēti: Nequaquā moriemini: quomodo credebat Deo,dicēti:Morte moriemini. Duabus enim cōtradictorijs simul credere, fieri nequit. Quòd si Deo non credebat, infidelis erat Heua. Et peccato infidelitatis se contaminauit,nō habens fidē Dei verbo. Nisi dixeris quādo credebat serpētinæ persuasioni, non habuisse actū tunc credendi Dei verbis, sed negatiuè se gessisse, quāuis habitu illis credebat,quibus prius crediderat. At nō credebat ita serpēti,vt crederet Dei verba falsa fuisse, sed putauit illa cōminatoria fortasis esse, aut sub alio sensu esse edita à Deo,quàm prętextus verborum habebat. Ideo decepta est peruersam amans diaboli interpretationē. Textus nāq́; verus erat, quia Dei erat,at glossema falsum erat,quia diaboli erat. Qui mos hæreticorū est, qui serpentis huius inspirati affiatu,veritatem sanctarū scripturarū siniſtris glossulis peruertūt. Vides igitur deceptionē fuisse mulieris peccatū secundū. Id quod fuit appēdix primi.Elata nāq́; cōtra Deū, deceptioni diabolicę paruit. At neq́; hic fixit pedē, sed tertiū adiecit crimen. Quòd enim animo insidebat prauo , opere iniquo cōpleuit.Comedit enim de fructu vetito. Et nō cōtenta se inquinasse delicto, quartū prioribus adiecit facinus. Induxit enim virum suū in idem,q̄ ipsa admiserat, scelus.Dedit namq́; viro suo de fructu vetito, vt ex illo vesceretur.Porrò autē insultat aliquis,mihi obijciens Flauiū Iosephū Antiquitatū lib.1.cap.3.credentem,serpentē naturaliter formatū potentem sermocinari , & in pœnam peccati fuisse orbatū loquela. At hoc(venia Iosephi sit dictū) fabulā esse ducito,vt etiā q̄ ipse credit,ca.5.eiusdē libri, angelos coitū habuisse cū fœminis. Magis vrget Magistri autoritas dist.21.huiꝰ, qui tradidit Heuā nō horruisse loquētē serpētē, quia credidit diuinitùs ita formatū. At neq́; hoc ferri potest. Nā in statu integro hominis nulla fuisset deceptio. Et, vt inqt Tho.in.1.par.q.94.ar.4.Quāquā in re hac nō credamus Magistro, eius autoritati nō derogatur. Nā ante Magistrū Augustinū scripserat, lib.14. de ciuitate Dei:In illo statu erat tranquilla deuitatio peccati, qua manente, nullū malum omninò esse poterat. At deceptio,intellectus malū est: est enim mentis vitium decipi , vt malè affici, vitiū

Hæretici morē sequūtur diaboli.

Heuę peccatum primū, & secundū.

In statu innocētiænulla fuisset deceptio.

est voluntatis. Ideoq; rectè tradidit Thomas loco prænotato, nullam deceptionem statum illum paradisi habiturū, neq; in ijs rebus, quæ necessariæ erāt ad salutē æternā parandam, aut corporalem seruandam, neque in alijs etiam non necessarijs. Et certè qui aduerterit Augustinum scribētem. 14. de ciuitate Dei, cap. 26. & sæpè aliàs in eo libro, dubio procul ita esse nobiscū sapiet. Rursum obijcies: dubius in fide infidelis est, at Heua dubia fuit in verbis Dñi. Deus enim dixerat certò: Morte moriemini, ipsa verò hæsitabūda ait: Ne fortè moriamur: igitur peccauit infidelitatis peccato. Dices tamen Heuā nō hæsitasse de veritate diuini mādati, sed solū de sensu verborum, si cōminatorius erat. Qui sensus erat verborū Ionæ: Quadraginta dies adhuc, & Niniue subuertetur: & sæpè alibi in scripturis. Verùm occines, iam tum decipiebatur. Imò nō decipiebatur, quia non certò statuebat sensum illum, sed solū fieri posse æstimabat verba donanda illo sensu. Hoc autem non erat deceptio, colloquium tamen diabolicum iam emollierat mulieris mentem, vt ad dubitationem traxisset Domini verba. Hactenus de mulieris peccato. Vnde confectum tibi erit, primum peccatum Heuæ non fuisse vel ex infirmitate, aut malitia, aut per ignorantiam. Nam hęc distinctio solùm vera est sub statu naturæ collapsæ, vt scitè annotauit Bonauentura. At cætera peccata mulieris ex deceptione, & ignorantia ortum duxerunt. Primum verò peccatum ex libertate arbitrij solùm profectum est. Adam verò, primum peccatum, quòd commisit, fuit complacere plusquam satis fuerat in vxore. Et hæc complacentia elationi ascribenda est, quia erat complacentia directè agens contra Dei præceptum. Hæc autem nimia complacentia fuit inordinata, præponens vxorium amorem, diuinæ iussioni. Processit autē ex libertate arbitrij, & nō ex ignorātia, aut debilitate mentis, vel corporis infirmitate, aut ex malitia. Ex complacentia autem vxoria processit Adæ seductio. Cogitauit enim apud se venialem futuram suam transgressionem, vt Augustinus iam pridem docuerat: & nos suprà exposuimus. Et hæc fuit deceptio, peccatum secundum Adam. Inde prosilijt tertium: comedit enim de fructu arboris interdicto sibi, & vxori. Et hoc peccatū ex ignorantia & fallentia processit. Plura igitur & grauiora peccata fuerunt fœminæ, quàm viri. Peius enim fuit complacere in colloquio serpentino, quàm complacere in vxorio amore. Peius fuit decipi à serpente, quàm à muliere, & grauior fallentia. Nam mulier fidem habuit diabolo docenti arborem illam donaturam diuinam scientiam, & diuinam similitudinem pariturām, id quod Adam non credidit. Porrò ex circunstantia maius fuit peccatum viri. Quia peccante viro, peccatum eius traductum est in posteros, quo non peccāte, nō traduceretur: etiamsi fœmina peccasset, Paulo autore: Per vnum hominem peccatum introiuit in mundum, & per peccatū, mors. ad Rom. 5.

Heua non peccauit ex infidelitate

Peccatū viri primi quale.

Peccatum Adam processit ex libertate arbitrij, nō ex infirmitate, &c.

Maius viri quā fœminæ ex circūstantia peccatum fuit.

¶ Supereſt argumentis facere satis. Porrò nihil est, quòd illis faciamus satis, quia omnia sunt absoluta inter disputandum.

DISTINCT. Vigesimætertiæ, Disputatio prima.

¶ Num Deus poterit rationalem creare creaturam impeccabilem.

Argum.

EST videbitur fortassè alicui hoc subiacere diuinæ potestati. Nam si quid obstitisset, maximè esset arbitrij libertas, quæ ad malū flexibilis est. At verò nihil pugnantiæ includit, Deū creare creaturā liberā, sine flexibilitate ad malū. Probatur hoc, quia hęc flexibilitas ad malū nō est necessaria libertati arbitrij. Nam Deus liberi est arbitrij, & non est flexibilis ad malū.

In cōtrariū

¶ In diuersum est Sanctorū autoritas. Hieronymi, ad Damasum Papam, in tractatu de filio prodigo, & August. 3. lib. contra Maximinum, capit. 12. Et Anselmi libro, Cur Deus homo? 2. cap. 10. Aliàs, ait, Deus esset

esset illa creatura, quæ impeccabilis esset per naturam suam.

¶ Disputatio hæc, & aliæ consimiles, quæ Dei potestatem concernũt, eò sunt admodum difficiles, quæ disserãtur, quippe hinc offerunt Dei potestatem, quæ cum sit illimitata, in omnia se proferre sine exceptione videtur: istinc verò est ratio pusilla humana, quæ tantæ potentiæ maiestatem nõ capiens, in multis Deo possibilibus turbatur. Scotus igitur existimat affirmatiuam partem quæstionis esse falsam: ex autoritate tantũ Sanctorũ, qui Deo subesse negãt, non tamen quia argumẽta aliqua Deo nõ subesse demonstrant. Thomas verò implicans iudicat esse contradictionem, creaturam rationalem esse ex natura impeccabilem. Nam si liberi est arbitrij, ex natura sua flexibilis est ad malum: & si est impeccabilis ex natura sua, non est flexibilis ad malum. Quæ duo secum pugnant, & sefacilè dissoluunt. Gabriel sequutus suum ducem, distinguendam existimat quæstionẽ hanc, quasi multiplicem. Si enim sermo vertatur de creatura libera ad bonum, & malũ, impossibile ducit, Deo subesse creare liberam creaturam ex natura impeccabilem. Est enim prompta contradictionis inuolutio. Sin verò sermo sit de creatura rationali non libera, sed quæ appetens sit tantum boni ex ratione cogniti, existimat Deo subiacere, creare hãc rationalem creaturam appetentem bonum, & nõ malum. Veruntamen hæc opinio est mihi difficilior intellectu, quàm opinanti. Quomodo enim si rationalis est, determinata tantum est ad vnum, & non indifferẽs ad vtrunq;? Quandoquidem potentiæ rationales sunt indifferentes ad oppositа ex natura sua, autor est Aristoteles. 9. Metaphysic. Ideoque tam hoc est repugnans rationi, quàm primum, quantum infirmitas nostræ mentis colligere potest. Cæterum Durandus quæst. 1. huius distinct. mediam excogitauit viam. Testatur enim Deum posse facere creaturam rationalem impeccabilem, secundum peccata concernentia naturæ legem, non tamen quoad peccata spectantia legem supernaturalem. Primũ probat, quia fieri potest Deum creare creaturam rationalem plenissimè cognoscentẽ omnia agenda ex naturæ lege, sine errore aliquo. Et huiusmodi impeccabilis esset, quia absque vllo errore considerasset agenda, & omnes circunstantias rerum agendarũ. Secundum probat, quia ex natura, nulla creatura potest scire ea, quæ sunt supra naturam. Quare fieri nequit, vt sit creatura aliqua impeccabilis, quo ad ea quę sunt supra naturam eius. Porrò hoc postremum Durando damus, primum inficiamur. Nãque (vt sæpè diximus) etiamsi nullus sit error in intellectu, potest esse vicium in voluntate, ex libertate arbitrij, quod suapte natura est vertibile in malum.

¶ At plena decisio huius quæstionis penes Deum est, qui solus comprehendit suã potestatem. Ad argumẽtum in principio obiectum respondebis: Deum esse liberi arbitrij, longe aliter, quàm creaturæ rationales. Namq; liberum arbitrium analogicè dicitur de Deo, atque creaturis rationalibus. Deus namq; flexibilis non est in malum: quippe illi repugnat culpa, cuius voluntas est rectissima, adeò, vt omnis rectitudo ab illa pendeat. Creaturæ autem rationales non possunt esse ex natura sua rectitudo, neque sua, neq; aliorum à se, ideo necessariò habẽt naturã peccabilẽ. Nos in primũ Sẽtentiarũ de re hac multa disseruim⁹. Liberũ tibi erit illa cõsulere, si libuerit.

Creatura rationalis ex natura sua peccabilis est.

Distinct. 23. Disputatio. 2.

¶ Num Adam in principio suæ creationis prædituſ fuerit scientia, & reliquis mentis dotibus.

DIsputatio hæc non est arduæ indagationis, ideo sine turba argumẽtorum cõmodè discutienda venit.

¶ Sit ergo prima conclusio: Adam fuit donatus scientia infusa. Hæc prompta est ex Ecclesiastico cap. 17. vbi traditur, Deum primos homines repleuisse disciplina, &c. & ratio idem colligit. Nãq; Adã nõ solũ fuisset principiũ humanę naturæ secũdũ carnis humanę ppagationẽ, quin etiã Magister prim⁹, & doctor posterorũ. Instituere eũ debebat filios suos in diuinis doctrinis, & in cultu & vera religione vni⁹ Dei. Certũ aũt est argumentũ, creatũ fuisse sapientis-

1. conclusio.

sumum à Deo. Nanque animalia, quę Deus
Genes. 2. fecerat omnia, in paradisum induxit Dominus, & collocauit ante Adami conspectum, vt videret quid vocaret ea. Et quod nomen ille imposuit, hoc est nomen eorum. Si ergo Deus probata habuit nomina rerum, vtique scitè Adam illa nominauit. At nullus philosophorum tantum valuit, quantum Adam. A nemine enim omnia sunt vocata proprijs nominibus quãlibet fuerit sapientissimus, nisi ab Adam. Id quod summæ illius sapientiæ attestari quis non videt? Et quanquam scriptura solum meminerit animãtium, & volatilium, & bestiarum & nihil meminerit arborum fruticum, herbarum, elementorum & hoc genus alia, puto autem istis quoque imposuisse germanissima nomina, vt cæteris. At hæc non memorantur adducta, quia paradisus ille istis abundabat. Quòd si perseuerasset status ille longè fælicissimus, homines paradisi illius accolæ, non vterentur alio idiomate, quàm quod Adam indicauerat, nominans, pisces, aues, bestias que terræ, & virgulta, & arbores, &c. Istis enim nominibus vterentur posteri, & non alijs. Quod autem fuerit hoc idioma, certãt linguatarij. Quidam Hebręum putant fuisse, alij verò Chaldaicum. Ego verò Hebraico idiomati primas do, de qua re alibi.

2. Cõclusio ¶ Secundam conclusionem iunge priori: Scientias infusas, quas habuit Adam, habuit per infusionem specierum. Habuit enim concreatas species rerum omnium.

3. Cõclusio ¶ Tertia conclusio. Illæ species non erant tam vniuersales, quàm angelorum, iuxta placitum eorum, quibus has arrisit species angelis concedere. Hæc patet, nã scientia angelorum erat alterius rationis, quàm scientia Adam, aut scientia Salomonis, & illa angelica istis est multo præclarior, ideò habet species pauciores, & vniuersaliores, de quia re suprà est instituta disputatio.

4. Cõclusio ¶ Quarta conclusio Adam cognouit Deũ per reuelationem. Hæc est Augustini. 11. super Genesim cap. 34.

5. Cõclusio ¶ Quinta conclusio: Item cognouit Deũ, quia Deus est illi ostensus in signo sensibili; hoc est, sub forma sensibili ex qua illi loquebatur. Hãc docet August. 8. super Genesim cap. 18.

6. Cõclusio ¶ Sexta conclusio: Adam non egebat discursibus, aut phantasmatibus, vt Deum cognosceret. Hæc aperta est, quia Deum cognouit per reuelationem, & scibilia naturalia per species inditas, igitur phantasmata illi non erant opus. At verò nihil obstat quominus formasset phantasmata rerum non visarum. Nam etiamsi Deus illi adduxisset animalia omnia, non omnia adduxit individua, sed specierum singulariũ singula individua, ideoque non visorum poterat elaborare species sẽsibiles ex visis.

7. Cõclusio ¶ Septima conclusio: Fidei cognitio, quã habuit protoplastus ex reuelatione, fuit sublimior multò, quam sit nostra fides.

Fides Adã sublimior quã nostra. Nec est mirabilis hæc conclusio; quandoquidem Henricus Gandensis doctoribus ecclesiæ tribuit altiorẽ fidei cognitionem, quàm vulgaribus. Quid quòd Adam illã habuisset, qui habuit fidem non ab hominibus, neque per hominem, sed per Deum immediatè docentem fidei mysteria, fortè quando immisit soporem in Adam? Reclamat istis conclusionibus Durãdus, distin. 23. quæstion. 2. Nam si erat sublimior illa Adami de Deo notitia, quid ergò erat intuitiua? & hoc non, quia diuinitatis intuitiua non fuit tum in Adam notitia, sed sola beatorum est visio: si abstractiua, aut illam habuit ex intuitiua, & hoc nõ, quia Adam tum non vidit clare Dei essentiam. Igitur fuit notitia abstractiua impropriè, quare non erat sublimior nostra. Nanque talis est nostra naturalis cognitio de Deo. At hoc argumentum non est palmarium argumentum. Etenim etsi notitia de diuinitate Adami, & nostra, eandem rationẽ sortiãtur, at illa accidentaliter erat sublimior nostra. Nempè quia ex speciebus infusis à Deo vt vinum nuptiale architriclini eandem speciem habebat cũ nostro, at illud, quod Christus fecerat, longè melius vinis omnibus fuit. Quamobrem magis probo placitum Thomæ in prima parte quæst. 94. articul. 1. Et Bonauenturæ in distinct. hac & Alberti, in dist. etiam hac, credẽtiũ sublimiorẽ habuisse diuinorũ notitiã, quã nos. Nãque corpus Adami nõ aggrauabat eiꝰ animã, neq; terrena habitatio deprimebat eiꝰ sensum distractũ ad plura. Cõtẽplabatur igitur Adã Deũ in creaturis, at non scãdebat necessario ad cognoscendũ Deũ per creaturas, neque per visibilia, inuisibilia assequebat necessario, quæ est methodus exulum à patria, quales nos sumus. Durãdus autem impossibile existimat distinct.

Scientia Adam sublimior quàm nostra.

stinct. huius quæstion. 2. Adam Deũ cognouisse per speciẽ intelligibilẽ immediatè à Deo acceptam. Nam huiusmodi cognitio est intuitiua rei, cuius est species: at Adã non habuit tum in paradiso claram visionem diuinitatis. An verò Deus citra speciẽ, infuderit Adamo aliquã notitiam excellentiorem, quã sit nostra, quã habemus naturaliter de Deo. Credit Deo esse possibile hanc notitiã infundere, cęterum factũ ita esse negat, ex ratione pridẽ ab ipso collecta. Et, vt semel dicã, hic autor credit Adã Deũ cognouisse excellẽtius quã nos, naturaliter tñ, & nõ per species intelligibiles à Deo acceptas, sed quas ipse Adã ex creaturis accepit. Atquia creaturas lõge sublimiꝰ perspectas habebat, quàm nos, ideò excellentius cognouit Deum per creaturas, quã omnes homines cognoscere possunt. At verò Thomas & cæteri, quos indicabam, persuasi Augustini autoritate. 2. super Genesim ad literam, haud dubium credunt Adam duplicem de diuinitate habuisse notionem, & naturalem, & hæc per creaturas Deum assequebatur, instar nostræ notitiæ, at excellentiùs quàm nostra notitia: propter mentis Adamicæ, & corporis excellentiam, quòd plenè subditum erat animæ illius. Et rursum erat illi alia diuinitatis notitia supernaturalis, quæ erat per species illi concreatas: quas immediatè in sua creatione à Deo acceperat. Et per has multò sublimiùs Deum intuebatur, quã per creaturas sensiles. Nanque intelligibilia sunt præstantiora intelligibilibus, ideò pręclariùs ostendunt Deum. Quare per species illas intelligibiles, tanquã per effectus intelligibiles Adã multo syncériùs, & sublimius Deũ intelligebat, quã per effectus sensibiles. Et hanc notionẽ mediam fuisse putant, inter beatam visionem, & nostrã. Etenim beata procul est ab omni ænigmate, quæ in seipso intuetur Deum, sicut est. At nostra non ex specie, sed ex ænigmate est. Adami verò, nõ erat ita clara vt beata. Nempè quia Deum cognoscebat per medios effectus intelligibiles, & hac ratione nonnihil ænigmatis continebat. Quia effectus nullus clarè potest diuinitatem ostendere: at erat clarior quàm nostra, & ad nostram relata, ænigmate carebat. Quoniam effectus intelligibiles clariùs Deum ostendunt, quam sensilia. Ex quibus colligendam duco notionem hanc supernaturalem quam habuit Adam de diuinitate, differentem esse specie à nostra, quam naturaliter habemus ex creaturis. Etenim illa parabatur per effectus intelligibiles, & non per sensiles, nostra verò contrà est. Tametsi notio rerum sensilium, & scientia rerum creatarum eiusdem rationis erat in protoplasto, & in nobis, vt Thom. arbitratur & probè in prima parte quæstion. 94. articul. 3. Nanque hæc etsi supernaturaliter erat infusa Adæ, tamen hæc supernaturalitas (vt ita loquar) illi notioni accidebat, quippe quam de se creaturæ parere poterant, nisi præuentus fuisset Adam ex diuina munificentia. At verò notio diuinitatis ex speciebus intelligibilibꝰ, ex diuina influxione donatis, nõ poterat cõciliari ex creaturis, ideò specie differebat à nrã. Neq; argumẽtũ Durãdi est valens cõtra hæc: quippe etiamsi Adam ex specie intelligibili diuinitùs accepta Deum cognosceret, non subinde illa notio, erat Dei clara visio: nã clara visio diuinitatis, non fit ex specie creata, vt alibi demonstrandum est. An verò Adam habuerit claram visionem diuinitatis multis confessum est, Adã Deũ tum non vidisse, quia si vidisset clarè diuinum numen, non peccasset. At hoc argumentum non conuincit intentum. Augustinus enim tradit Mosen vidisse apertè diuinitatem, at post visum Deum peccauit ad aquas contradictionis. Nempe quia vidit Deum transeunter, & non fixo gradu, vt beati, vt suprà nos abundè meminimus. Thomas quæst. 18. de veritate non inconuenire arbitratur, Adam id temporis diuinam essentiam vidisse. Tametsi prima parte quæstion. 94. articul. 1. planè negat ex argumento, quod dudum commemorabam. Atqui certum est, si Deum non vidit, vidisse angelum vices Dei gerentem, sub persona sensibili, quæ cum illo colloquebatur. Porrò si Mosi Dei essentia ostensa est, quia legislator Hebrææ gentis, si Paulo, quia summus Christi cõcionator, cur Adę sit neganda essentiæ diuinę visio, non video. Siquidem erat futurus parens omnium hominum, & diuina manu formatus fuerat. Neque solùm totius naturæ humanæ propagatio ab illo pendebat, quin etiã & instructio, & disciplina vt ex dictis facilè disces. Vndè mihi videt, nõ esse rẽ hanc probatam omnino, Adã non vidisse transeunter diuinitatẽ, vt in cumulũ,

Duplex in Adam diuinitatis notio.

Notio Dei differebat specie à nostra quã habuit Adam.

Refellitur Durandus.

Si Adã vidit Dei numen differitur.

cæterorum donorum hoc etiam illi accederet: verum quia res est arcana nihil temere desinire libet, si quando immisit Deus illi soporē, deitatem clarè est intuitus: quod visum est quibusdā. Porrò autem grauius telum est, quod cōtra hæc nobis imminet ex verbis Chrysostomi, homilia. 1. de Adā & Heua, vbi ait, primum hominem fuisse rudem, in hæc verba: In tanta, inquit, primi hominis ruditate gratia fulgebat, vt Heuæ imponeret nomen, & prophetaret futura, dicens. Hoc nūc os, ex ossibus meis & caro, &c. Quod si fuit cohditus in magna rudit ate, quomodo stabunt, quæ hactenus multò sermonis ductu scripta uimus? Arbitror autem Chrysostomum intelligēdum, ruditatem subaudias denotare simplicitatem, & intuitum. Neque rideas hanc expositionem, vt inconcinnam, quia homilia tertia de eodem, scilicet, de Adam & Heua, clarè docet Adam creatum, & Heuam cum prudentia, & consilio, &c. vt armatos istis dæmoni tētaturo obsistere posse. Hinc tu considera quantus fuit versutissimi serpentis impetus, cui tot armorū genera, hoc est, prudentiæ, scientiæ, institiæ originalis, gratiæ gratū facientis, fidei, spei, &c. vno momento cesserunt. Et hinc expendes quanta sit diuina erga nos clementia, quę nos fragiles, & hbsque tanto armorum mysticorum apparatu, contra satanā facit victores.

Iam verò octauam accipe conclusionē: Adam poterat proficere in scientia experimentali rerum. Hæc prompta est, quia sciebat ex habitu, poterat aduertere ex quotidiano experimentō: vt quin erat diuinitus institutus in agricultura, arbores paradisi colens, & herbas citra sudores, & tædia experimento didicisset, quod ex arte diuina sciebat. Quanuis in alijs mœchanicis artibus non video illum potuisse proficere, si perstitisset, quia illarum vsus non erat illi necessarius, vt artis ędificatorię aut lanariæ, aut chirurgicæ, &c. hanc conclusionem te docebit Augustinus lib. 8. super Genesin cap. 8. Itidemque poterat proficere in scientia diuinorum mysteriorum. Nāque non omnia Dei sacramenta fuerūt tūc illi reserata, sed tantum ea, quæ sibi, & liberis regendis erant necessaria scitu. Quòd si stetisset, paulatim indiuiduorum scientia proficeret, docentibus angelis, quos status ille habuisset familiarissimos. Itemque ea, quæ pendebant à libero hominum arbitrio sensum disceret, & in illis profectum haberet. In illis verò quæ naturalia erant, non poterant proficere, quia omnes scientias Physicas, Astronomicas, Mathematicas, &c. simul atque cōditus fuit, supra omnes homines assequutus est, diuina largitate: & illas habuit longè consumatissimas, quales nullus posterorum est adeptus. Et Ioannes Damascenus suffragatur istis lib. 2. de fide cap. 12. Cōmemorat enim in eo loco Deum condidisse Adam omni virtute decoratum, ornatissimum, & omni pace fruentem, quasi secundum mundum. Atverò Heuam cur silemus? Verum non est silenda. Etenim etiam decoratissimam illam fecit Deus, & plenā scientia, & intellectu, vt de Adam diximus. Nanque ipsa mater erat viuentium, vt Adam pater: & non solum Adam instituisset liberos, sed Heua. Et demum congressura cum hoste callidissimo armanda erat virtutibus, & cælestib⁹ donis, & opulenter omni gratia imbuenda. Et si maior ratio habetur de viro, quàm de fœmina, nempè quia vir caput est mulieris, & mulier ex viro, & non vir ex muliere. 2. ad Corinth. 11. sunt qui putant posteros tunc cisdem dotibus esse fruituros: at hoc probatum mihi non est. Sat sit dixisse eos fruituros sibi necessarijs. Cur aūt Dominus, qui prouiderat lapsuros Adā, & Heuam, lapsuru nō prohibuit, non permittens illos tētari, aut si tentari permittebat, vinci nō permisisset. Quæstio ardua est, at quæ captum fugit humanum. Porrò sentiendum est de domino in bonitate, & cordis simplicitate. Nanque quidquid facit, in vero iudicio facit. Dedit igitur primis hominibus prędidia salubria vt starēt, ex mortis intimata pæna, violātibus Dei mādatū, admonuit ne laberētur. Et quāquā tria exhibuerat præcepta suprà commemorata, vnum tātum illorum sub pæna mortis seruandum sanciuit. Permisit lapsum igitur, quia illos suiiuris fecerat, & ne frustra videretur liberam naturam condidisse, si illā proprios motus agere non siuisset. Cæterum præter hæc omnia, salubrius est nostram profiteri in arcanis disserendis diuinis imperitiā, quàm audacter supra pensum nostrum illa curiosiùs tenta tare scrutari.

Notāda obiectio ex Chrysostomo cum dilutione eiusdem.

Chrysostomus expouitur.

Octaua cōclusio.

Adā proficeret in scientia quorūdā

Quæstio difficilis.

Modus obseruandus in tractādis diuinis.

Dist.

DISTINCT. vigesimęquartę, Disputatio prima.

¶ Num eodem ordine tentatur à diabolo status collapsus hominis, quo integer.

Argum. ET videbitur alicui fortasis diuersus esse tẽtationis ordo. Nã status fortis, fortioribus est pulsandus tentationibus, quàm status debilis: at noster status est infirmus: igitur alium ordinem exigit.

Argum. in contr. ¶ In diuersum est Magister in littera ex Augustino tradens eundem esse ordinem tentationis. Nam sensualitas nostra serpentem refert, vt ratio inferior Heuam, & ratio superior Adam. Serpens namque proposuit peccatum, & allexit ad culpam: & sensualitas, & si non proponat peccatum, quia est vis appetitiua, at allicit ad culpam, & ratio inferior illecta rationis superioris procurat consensum, vnde fit criminis cõsummatio.

¶ Disputatio hæc legitimam non habebit tractationem, nisi primum sensualitatis significantiam proferamus. Et quidem sensualitas vim appetitiuam sensitiuam denotat. Est autem hæc vis non vna, sed partita in concupiscibilem, & irascibilem. Illa nãque appetit sibi commoda, hæc vero propulsat à se mala. Cæterum sensualitas quãuis secundum rem idem sit, atq; concupiscibilis, & irascibilis, ratione tamen discrepat. Siquidem sensualitas denotat sensualem appetitum, vt effrænis est, & rebellis contra rectam rationem. Quapropter sensualitas vitiosa est, & quatenus talis à se arcet virtutis consortia. At vero concupiscibilis capax est virtutis, nam temperantiã recipit, vt irascibilis fortitudinem. Contingit enim nonnunquam rectè concupiscere, vt rectè irasci, at sensualem esse rectè accidit nunquam. Definit autem Magister sensualitatem esse appetitum sensitiuum rerum ad corpus pertinentium. Tu intelliges appetitum effrænem. Mouetur porrò sensualitas proximè ab æstimatiua, remotè verò à vi sensoria apprehensiua. Nãque sensus non mouet, nisi per iudicium æstimatiuæ, aut potius diuinæ virtutis, quę iudicat de singularibus sequendis, aut fugiẽdis. Ex istis prõptum tibi erit, quomodo ex Theologica huius vocis vsurpatione in brutis non est sensualitas. Nam in brutis nihil vitij est appetendo, nullaq; rebellio ad rationem cuius sunt expertia. Porro dicet aliquis, rebellio hæc appetitus sensitiui est sibi natiua, cur ergo vitiosa? Est sanè vitiosa relata ad voluntatem, cui est origo peccati rebellio huiusmodi. Nã si ipsa sola esset natura sensitiua, non esset peccati incentiuum vt est in brutis: at verò cum ratione coniũcta, illam pellicit ad culpam. Ideo rebellio illa vitiosa est, quia peccati illectamentum est. Ratio autem trifariam se gerit erga sensualitatis illicitos affectus: aut enim illos refrænat, & tum meritò illi tribuitur: aut illis assentit, & tum culpæ criminali datur: aut neutraliter se habet, & tum culpæ quidem datur, at non mortiferæ, de quibus alibi est differendi locus. Iam verò istis expeditis ordinem tentationis, quo pulsatus est status ille hominis integer, exponamus, vt ex illo ad ordinem tentationũ, quibus arietatur status collapsus aperiamus, ex litera transeuntes in allegoriam, id quod Theologici est instituti. Serpens ergo accessit Heuam impetiturus, & illã blãdo & venenatissimo sermone in suã pertraxit sententiam, vt fructum arboris interdictæ decerperet, & comederet. Et Heua Adam sociũ delicti fecit, in cõsensum patrati ab ea sceleris alliciens, tuncque cõsummata fuit culpa. Et eiecti sunt ambo à fælicissimo loco, & exules peccati admissi damna senserunt. Hæc litera est, allegoriã accipe. Serpens, est sensualitas quæ titillando, & eblãdiendo in nobis serpit. Differt tamen à serpente antiquo: nam hic proposuit, & exposuit peccandi materiã, dicens: Cur præcepit vobis Deus? At allegoricus serpens, nescit proponere. Namque appetitus non iudicat, aut decernit, aut suadet, quia cæcus est: at consentiunt. Namvt ser-

Magister exponitur.

Ratio vt se gerit cum sensualitate.

Serpens verus & allegoricus differunt, & consentiunt.

Quæstio difficilis.

Modus obseruandus in tractãdis diuinis.

Sensualitas quid est.

Concupiscibilis, & irascibilis.

pens ille verus alliciebat ad culpam, ita allegoricus stimulat, & afficit ad peccatum. Et vt Heua consensit serpentis blandimētis, vanisque promissionibus, ita Heua allegorica flectitur ex sensualitatis irritamentis. Nam ratio inferior est hæc Heua allegorica, cui incumbit simul atque irritatur à serpente, irritamenta sensualitatis respuere. Quòd si delectatur ex sensualitatis suggestione, iam Heua in serpentinis delectatur affectibus, quibus si plenus accedit liberi arbitrij consensus, consummatio est criminis quia iam allegoricus Adam consensit, quia ratio superior liberū delectationi instillatæ à sensualitate prębuit consensum. Vbi cernis tria, suggestionem nempè, quæ peccatum inijciat: & delectationem, quæ est criminis progressio: & liberum cōsensum, qui est peccati consummatio. Cæterum non vacant hæc à difficultate. Etem̄ si Heua est ratio inferior, vtique antequam accedat rationis superioris assensus, cōsummatur peccatum. Quandoquidem ratio inferior liberum quoque habet assensum, vt & superior. Non enim hæc duo discernuntur, quia hæc quidem libera, illa verò non libera. Nam si ratio est intellectualis, libera est. At hoc nomine discernuntur tantum, quòd superior ratio diuinis agitur rationibus, & supra naturalibus regitur dictaminibus, at verò inferior legibus naturalibus tantum contenta est. Illa amat amicos & inimicos, quia in iussis cernit esse euangelicis: hæc verò amicos vtique diligit, inimicis verò non parcit, quia insitum hoc videt ex natura, amica amare, & inimica odio habere. Ad hæc ratio superior ad mercedem aspirat æternam: inferior verò mercede temporali expletur. Vtraque igitur libera est, nisi quòd superior ratio in supremis collocat nidum suum, at ratio inferior in sibi natiuis locis nidulatur, quia secūdū legem naturaliter insitam hominibus operatur. Lege Thomam. in. 1. part. quęst. 79. art. 9. Propterea forsitan facilius agetur, si dicamus, diabolum locum serpentis obtinere, sensualitatem autem Heuam referre: ratio verò siue inferior, siue superior, viri agunt personam. Nam in qualibet harum rationum consummatur peccatum. Quippe non secernuntur hæ duæ rationes secundum rem, sed solùm secūdum rationē. Placet autem mihi hoc vnum addere, rationem esse duplicem, alteram intellectiuam, alteram sensitiuam: intellectiua, libera est, & per vniuersalia potens est discurrere: at ratio sensitiua à philosophis vocatur dianœa, quæ est vis cogitatiua hominis. Quæ iusto nomine vocatur ratio: quippe quæ per particularia discurrit. Et è regione huic si contraponas rationem intellectiuam, quæ vis ea sit, siue superior, siue inferior, dianœa est ratio inferior. Et sicut superior ratio intellectiua corrigit inferiorē, vt quādo iubet hæc odio habere inimicos, superior hoc iussum docet esse inimicum Deo, quia aduersarium euangelij: & ita in reliquis, ita ratio inferior intellectiua corrigit vim cogitatiuam. Quamobrem quādo excitatur motus illicitus in sensualitate, quē probat ratio sensitiua, hoc est, cogitatiua hominis, si illum nō probat ratio superior, hoc est intellectiua, peccatum mortale nō admittitur. Namq; liber non adest assensus, vt quamlibet Heua probasset serpentis consilia, si vir non assensisset, natura humana non inficeretur. Legendus iam tibi erit Augustinus in. 12. de Trinitate. cap. 3. 4. & 8. & 12. Gregorius verò triplicem distinxit in peccato processum: primum quidem est suggestio, mediū delectatio, postremum consensus est, subaudi deliberatū consensum. Nam naturalis consensus, hoc est, citra deliberationem, non est consummatio peccati. Habes ex volumine Decretorum. distinct. 7. cap. sed pensandum est: At suggestio serpentis, est delectatio animi: quia solius carnis delectatio, non est affectus. At consensus, viri est, quia deliberātis rationis est. In suggestione peccatum nullum, in delectatione aliquantulum est, in postremo crimen est. Obseruabis hæc tria in psalmo: Dixit, inquit, inimicus persequar, & comprehendam, diuidam spolia, & implebitur anima mea. Dixit vtique inimicus, malè suggerendo: cur, ait, verbi causa, præcepit vobis Deus? At persequutus est, delectatione cibi mulcendo, comprehēdit consensum eblandiendo. Diuisit spolia spoliando dona Dei, atque virtutes Heuæ concessas. At tum impletur hostis nostri diaboli anima, quando post ruinam, quā molitus est animæ nostræ, illam obstinatione peccati premit. Progressum quoq; peccati, in processu stupri Dinæ, Genes. 34. Per hæc liquet ad motam quæstionem responsum, eundem ordinem esse tentationis, in statu collapso, atque integro, nisi quòd

Ratio inferior est Heua & superior est Adam.

Ratio superior & inferior.

Dianœa ratio sensitiua hominis

Suggestio delectatio. consensus deliberatus

Exponitur Psalmi locus Exodi. 15.

1. Argum

2. Argum

Argum. diuersum.

quòd ille ex historia est credendus, iste ex allegoria obseruandus. Argumento igitur facto in principio, dicito, statum illum integrum, fortiorē fuisse, quàm collapsum, & ideo diabolus vehementissimè pulsauit Heuam, & illam illexit in peccatum, quia quidam existimant diabolum illum, qui serpentis accepit corpus, fuisse Luciferum Nos tamen, & si eodem ordine tentationis quatiamur à dæmone, non tamen pari vehementia: quia Deus non permittit nos tē tari supra id quod possumus. Demum in statu collapso est tentatio exterior, & interior: in illo tamen integro solum exterior fuisset.

Distinct. 24. Disputatio. 2.

¶ An sensualitatis motus sint peccata.

1. Argum. ET fortasis alicui videtur, huiusmodi sensuales motus seu affectus, peccata non esse. Etenim isti motus non sunt voluntarij: nā excitātur in nobis nobis inuitis, autor est Augustinus: Impossibile est, quin visis tangamur. 12. de Trinitate igitur non sunt peccata.

2. Argum. ¶ Secundo idem colligendū videtur, quia motus sensuales, vel sunt voluntarij ab intrinseco, & hoc non: etenim non sunt elicita à voluntate, quæ essentialiter libera est. Motus autem vel affectus (exempli causa) concupiscibilis in fœminam, vel irascibilis ad vindictam, non eliciuntur à voluntate, sed à potentijs sensitiuis, ergo non sunt voluntarij elicitiue: hoc enim est, esse ab intrinseco voluntarios, nō ergo affectus sensuales, sunt voluntarij ab intrinseco. Quod si ab extrinseco sunt voluntarij, igitur ab extrinseco erunt peccata. Nempe quia voluntas illos non coercuit aduentantes, aut non abegit infixos. Igitur saltem de se nō sunt peccata.

Atgum. in diuersum. ¶ In diuersum est Matthæ. 5. Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: igitur ira, culpa est, quippe quæ reatum iudicij inducit. At ira est motus sensualitatis ex feruore sanguinis iuxta cor ebulliens ex appetitu vindictæ; ergò motus sensuales sunt peccata.

¶ Disputatio hæc equidem sinuosa plus satis est, & quæ neruos mentis non vulgares poscit, vt pro dignitate disseratur. Et Thom. in. 2. dist. 24. q. 3. art. 2. Motus hos distinxit, quosdam vocans primò primos, alios verò secundò primos. Primi sunt famescere, sitire, quos credit liberos ab omni noxa, quia rationis ferulæ non subduntur, neque virgulam censoriam mentis subire possunt. Nam velimus, nolimus, famescēdum est, &c. Motus autem secundò primi, sunt motus sensualitatis, vt irasci, delectari, timere, sperare. &c. & isti magis sunt in potestate nostra. Quare si sint motus isti circa materiam mortalē, mortales erunt: sin verò venialem, veniales. Quamuis si ex inaduertentia subrepunt, ex genere mortales, redduntur veniales. Cæterum hoc placitum non est omnibus cōfessum. Namque motus quosdam sensuales, etiam circa materiam prohibitam, putant aliquādo neque veniales, neque mortiferos esse, sed prorsus innoxios. Quāobrem motus, quos dixit Tho. secundò primos, sensuales distinguunt in primò primos, & secundò primos: & primos inculpatos putant, at postremos verò culpę subdunt. Et quanquam S. Thomæ sentētia antiqua est, quę omnes motus sensuales circa prohibitam materiam culpat, quia eādem censuit Guilielmus Altisiodorensis. in. 2. sententiarum tractatu. 28. cæterum posterius placitū nō tam recens est, quàm non habuerit etiam suam vetustatem. Siquidem Albertus Magnus. quæst. 11. artic. 6. lib. de quatuor coę quæuis illi fauet. Nam eo loco, credit motus primò primos inculpatos prorsus esse, siquidem inuoluntarij. Et hoc placitū plausibile satis est multis Theologis, ideoque sibi conciliauit assertores nō paucos. Quia videtur à ratione prorsus abhorrens, motus prorsus voluntati non subditos culpabiles esse, vel venialiter. Amat hanc sententiam ex recentioribus, Almain in cap. 24. Moralium suorum tractatu. 3. Et Hangestus libro Moralium. cap. 6. Et in huius placiti gratiam ego Hieronymum cito, in cōment. ad Matth. cap. 5. vbi distinguit propathiam, à pathia, hoc est pro passionem à passione: illam ait esse sine vitio, hanc verò noxiam esse. Et exēplum eius est, quādo titillat caro ad libidinem. Et libro. 2. cōment.

Motus primo primi & secūdo primi.

ment. ad epistolã Pauli ad Ephes. c. 4. verba illa versans: Irascimini, & nolite peccare: quibus verbis videbatur Paul⁹ laxasse fræna iræ, geminam docet esse iram etiam apud philosophos, alteram, quando iniurijs lacessiti, stimulis iræ agitamur. Et hanc permisit Paulus, nobisque concessit, vt hominibus. Alteram verò tradit irã esse, quãdo restincto furore, vltionem desideram⁹. Et hæc non permittitur nobis. Si ergo primus iræ motus ex diuinis literis nobis permittitur, primus motus iræ innoxius est. Quòd si primus iræ motus est innoxius, primus quoque motus tristitiæ, vel timoris, qui versantur circa materias prohibitas, erunt inculpati. Imò & quia habet intellectus suos primos motus, vt repentinã dubitationem de fide: aut etiam repentinã & inconsideratam desperationem, quam potest habere voluntas, &c. hæc quoque inculpata videntur esse iudicanda. Thom. verò non solum in Theologicis sententijs, sed etiam. 1. 2. q. 73. art. 3. diuersum contendit, motus huiusmodi primos circa materiam prohibitam, esse venialia. Etem̃ Guilielmus Altisiodorensis loco indicato, & post ipsum Thomas, tradunt, huiusmodi motus, si singuli considerentur, sunt volũtarij, quamuis omnes collectim capti non sunt voluntarij. Habet hoc. 1. 2. quæst. 74. artic. 3. ad secundum, & sæpè aliãs. Namq; nullus est horum motuum, quẽ sigillatim non possimus euitare, ideò si nõ euitamus, culpabiles sumus. At omnes collectim deuitare nequimus. Et Augustinus videtur. 12. de Trinitate. cap. 12. istis suffragari, dicens, consensum in carnis delectationem, esse venialem culpam. Et certum est, Augustinum subaudiuisse de consensu sensualitatis primo, non de rationali consensu, qui mortiferus est. Et Antoninus Florentinus parte. 2. titulo. 5. cap. 1. §. 4. rem hanc plus satis extendens, tradit, si occurrente verbi causa luxuriæ cogitatione, ex qua surgit delectationis motus, cum displicentia tamen rationis, seu liberi arbitrij, est peccatũ veniale. Et Bonauẽtura. art. 4. quæst. 2. dist. 24. huius lib. Sentent. idem testatur: cùm, inquit, percipitur delectatio, & statim repellitur, tum est leue peccatum. At Antoninus suum placitum probat inducẽs Paulum Rom. scribentem cap. 7. Non quod volo bonum, facio: sed quod odi malum, hoc facio. Id quod Antoninus refert ad sensuales illecebras, quæ etiam odio à ratione habitæ, dicuntur à Paulo esse malæ. Hanc verò sententiam, pace autorum dixerim, neutiquam probauerim. Etenim in somnis huiusmodi motus, & illecebræ, nõ sunt peccata venialia, quando resistere illis non possumus ex ratione, quomodò ergò sub vigilia repugnante libero arbitrio, erunt peccata venialia? Neutiquam. Vt autem rẽ istã ad proprias deducamus lineas, aduertendũ erit in primis, motus sensuales, quosdam esse insurgentes, alios morosos, alios verò deliberatos: & isti duplices, aut plenè deliberatos, aut semiplene. Sunt insurgentes, quandò nobis securis nos impetũt, aut iræ motus, aut carnis illecebræ, &c. & hos vocitat schola recẽs, mot⁹ primò primos: quia primam mentis nostræ inuasionẽ habent isti motus. Sunt morosi, quando iam aggressiò hostis sentitur, & aduertitur, at non repellitur, neque reprimitur, neq; admittitur, sed veluti pendula est mens, neq; propulsans, neque recipiens. Deliberati verò sunt, quando mens illis deliberatè assensit. At verò hoc aliquando fit ex non plena deliberatione, neque ex plena aduertẽtia, vt accidit in interliminio somni, & vigiliæ, vel quãdo mẽs ad alia est valdè intẽta, inuadentem sanè motum aduertit, at non plenè, & admittit, at non plenè: quia pluribus intentus minor est ad singula sensus. Aliquandò verò plena est deliberatio.

¶ Secundò obseruandum est voluntatem triplicem habere considerationem: aut em̃ consideratur vt natura, aut vt rationalis, & libera, aut medio modo, inter hęc, vtrunq; extremum sapiens.

¶ Tertiò annotandum est, duplicem esse consensum aut de opere exercendo, aut exercito, aut de cogitatione ipsius operis. Cogitat enim aliquis lecturus, aut disputaturus fornicationis vitium, ipsam fornicationem considerans cum suis appendicijs: alter non lecturus, sed curiosè considerans quæ contingunt in fornicario opere, delectatur in consideratione operis, nõ tamen in opere. Idem de furto, & cæteris criminibus dicito. In quibus distingues, si sapis, delectari in cogitatione naturæ furti, vel adulterij, & in conditionibus, & proprietatibus horum delictorum, aut delectari in ipso opere. Quia igitur cogitatio pertinet ad partem apprehensiuam, at vero motus sensualitatis, qui est affectus appeti-

Gemina est ira inculpata, & culpabilis.

Motus primo primi sunt voluntarij.

Antoninus Florentin⁹.

Antoninus non probatur & Bonaventura. Ex autoris decreto decisio.

Mot⁹ insurgẽs: motus morosus: motus deliberatus.

Secũda obseruatio.

Tertia obseruatio.

Delectatio in cogitatione peccati non est peccatum.

petitus sensitiui, pertinet ad partem appetitiuam, manifestum est, hæc duo esse distincta, delectari in cogitatione, aut delectari in affectu seu motu sensualitatis. Qui ergo solum delectatur in cogitatione, & non in affectu, similis est illi, qui in tapete aduertit Cupidinem, aut Venerem, aut fornicantes, egregiè depictos, & delectatur solummodò in pictura, quæ bella sibi videtur. Id quod sine crimine fit. Et perindè est in cogitatione, aut speculatione peccati alicuius delectari. Nam imagines peccatorum phantasia offert, tanquam in tapete depictas. Delectatio igitur huiꝰ cogitatus non est peccatum, quia cogitatio mali, nõ est mala, si in cogitatione tamen gradum teneat. At verò si ex cogitatione labatur in delectationem, ex opere tum peccatum poterit esse. Imò cogitatio peccatorum aliquando merito est adscribenda, vt qui cogitat peccatorum naturam, lecturus, aut prædicaturus, aut disputaturus, in plebis profectum. Nonnunquam verò delectatio ex cogitatione, est curiosa plus satis, & tũ venialis erit.

¶ Iam verò, vt quid animus dictat, scribã hoc loco, de huiusmodi sensualitatis motibus, primam accipe cõclusionem: Si motus sensualitatis rationem, seu deliberationem præueniat, neque est mortale peccatum, motus ille, neque veniale, imo inculpatus. Hæc non eget sermonis longo ductu, vt probetur. Etenim huiusmodi motus non est humanus, imò plane est brutalis, quamuis hominis sit, quia tamen præuenit rationem, brutalis est, igitur inculpatus non est. Et ab hac cõclusione Thomas non discessit. Namque. 22. quæst. 154. art. 5. inquit: Motus sensuales non habere rationem peccati, nisi quando iudicio rationis reprimi possunt. At verò quando iræ motus (verbi causa) præuenit ipsam rationem, & veluti illam obruit, tum nõ potest reprimi à rationis iudicio, vt patet. Vndè huiusmodi præuentio facile aduertetur, quãdo illam patientes postquam ad se redierint, & facti fuerint sui compotes iuris, verba, quæ deprompserunt sub ira nõ memorantur, etiam iureiurando rem firmãt se non habere quid dixerint, aut fecerint sub iræ feruore. Qui etiam testibus verborum repugnant, qui firmant, illos, hæc, vel illa verba euomuisse tãtisper, dum ira tum incandescebat. Et hoc frequentissimũ est.

Et sicut de iræ motu exemplum exposuimus, in alijs affectibus idem dicito. Et Sanctus Thomas. 1.2. quæst. 74. art. 3. etiam fatetur. Si ratio præsentiat, ait, motum sensualitatis, & non reprimat, tum peccatum esse motum illum. Igitur si non præsentiat, nullum erit peccatum. Id quod fit toties, quoties affectus sensualis vehementia, rationẽ præuenit: & deliberationem obruit. Et huiusmodi motus est nobis communis cum pecoribus, vt habes ex August. 12. de Trinita. capite. 8. & Magister indicat in litera.

¶ Secunda conclusio: Motus sensuales, si aduertantur à ratione, quando sunt illicitam spectantes materiam, tum habent peccati rationem. Hæc prompta est: quia iam tum sunt voluntarij, si non formaliter, saltem interpretatiuè. Quippe tum est in potestate mentis illos reprimere, quia aduertuntur.

¶ Tertia conclusio: Fieri potest, motus huiusmodi esse voluntarios, & inculpabiles nihilominus esse. Etenim est voluntas, vt dicebam, vt natura, & vt libera. Habet em voluntas naturalem inclinationem ad bona sibi conuenientia, & malorum naturalem fugam. Et ex sola apprehensione boni, naturaliter fertur, & ex sola apprehẽsione mali, naturaliter fugit. Et hanc naturalem propensionem habet etiam ad bona sensibilia, propter coniunctionem, quam habet cum animali corpore. Igitur si naturaliter velit huiusmodi bona voluptifica sensui, at Dei lege prohibita, aut naturaliter nolit mala terrifica, atà Deo iussa, vt mori pro Christo, tũ sanè nullũ est peccatum actus huiusmodi, quia nulla est deliberatio. Sunt enim naturales motus voluntatis, & non deliberati.

¶ Quarta conclusio: Etiamsi sint motus deliberati, si non sunt ex plena deliberatione profecti, non sunt criminosi: vt qui delectãretur circà consideratum opus fornicariũ, neque plenè dormiens, neque plenè vigilans: aut qui non aduerteret, delectari se in fornicario, quod considerat, opere, aduerteret inquam plenè, isti non criminaliter peccant.

¶ Quinta conclusio: Delectari in quocunque crimine, de se crimen est. Et hanc vt habeas conclusionem disce ex Aristo. 1. Ethicorum. cap. 5. vbi post longam de delectationibus disputationem, tandem subdit, delectationes subire naturam operationum.

Qua-

Mor⁹ insurgés: motus morosus: motus deliberatus.

Sola cogitatio mali, nõ est mala: ideo delectatio eiusdem nõ est mala, quia cogitatio illi bona est.

Decisio quęstionis.

Secũda ob seruatio.

Tertia obseruatio.

Motus sensuales præuenientes rationem, inculpati sunt.

Delectatio in cogitatione peccati non est peccatum.

1. Conclusio.

2. Conclusio.

3. Conclusio.

4. Conclusio.

5. Conclusio.

Delectatio naturam sapit operationis.

Quapropter operatio tibi pendenda erit, si delectationis consequiæ naturam scire cupis. Si ergo operatio est studiosa, delectatio itidē: sin verò operatio est criminosa, delectatio similiter. Et delectatio operationis indifferentis, item est indifferens. Vbi obserua apud Arist. esse operationes indifferentes.

Sexta conclusio.

¶ Sexta conclusio: Delectatio ex parte habentis eam, non semper est criminosa, etiā si sit de crimine, vt delectatio ex fornicatione considerata. Etenim etiam si secundum naturam suam delectatio talis sit, qualis est operatio, illius comes, cæterum ex parte subiecti deponit venenum aliquando. Etenim, vt diximus, si sit delectatio irruens in hominem, & præueniens rationis iudicium, etiamsi sit de re prohibita, non est culpanda delectatio: vt neque ira aut quiuis alter sensualitatis effrænis motus. Item, etiam si non præueniat iudicium rationis, sed aduertente ratione, delectatio, aut quiuis alter motus sensualitatis excitetur in nobis, fieri potest, vt non sit peccatum mortale, etiam si spectet materiam, quæ est peccatum mortale. Etenim fieri potest sub rationis aduertentia non consentire crimini hominem, aut delectationi, quæ est in crimine. Itaque neutraliter poterit se gerere aliquando voluntas. Et id temporis non dandus crimini est motus ille. Quem neque recipit, neque repudiat voluntas, vt Sanctus Tho. docuit in quæst. de malo. quæst. 7. ar. 6. ad. 6. Docuit enim eo in loco rationem trifariam se gerere posse erga sensuales affectus: aut vt imperans, vel consentiens illis, aut vt illis repugnans, aut neutraliter. Quodque horum primum peccatum est. Et hoc certum est, quia si sit circa materiam venialem, motus ille, est venialis: sin verò spectet crimen, crimen est. Sin verò est repugnans, merito tribuendum est. Demum si neutraliter se habeat, veniale peccatum est, etiam quandò est motus sensualis de re sub crimine prohibita, vt de furto, fornicatione, &c. Hæc autem vt sint dissertiora, septimam iunge conclusionem. Hoc, quod Thomas cum cæteris docet, subaudiendum est, quando nō imminet periculum ex non repudiato motu sensuali. Namque si imminet periculum, continuò repudiandus est ille motus. Et hæc censura etiam adhibenda est superioribus sermonibus. Etenim etsi dicebamus delectationem ex cogitatione fornicationis, vel alterius criminis carere crimine, quia de malo possumus benè cogitare, at intellectum velis, modò ex tali cogitatione non immineat cogitanti periculum delectandi in opere. Et Bonauentura distinct. 24. huius, articulo. 4. quæstione. 1. hoc item putat esse verum, quando non formidatur periculum motus sensualis retineri potest, citra assensum, vel dissensum, quamuis hoc non affirmet nisi trepidulus. At verò sine trepidatione asseritur ab Hangesto. libro Moralium. 6. & à Caietano in summa in verbo, Delectatio morosa, & ab alijs. Hoc autem obseruabis, quod vni est periculum, alteri est securitas. Etenim maius periculum imminet homini salaci ex motu sensualitatis in amasiam, vel aliam, quàm homini, cuius affectus carnales iam senuerunt. Ideò quod hic sine crimine fert, ille nequit ferre. Quamobrem qui suam infirmitatem est expertus, non semel in quacunque peccati materia, si excitatam in se procellam aduertit motus sensualis, tenetur continuò repudiare, ne deterius sibi aliquid contingat. Quo tempore verum est illud Augustinianum, quæ statim vt attigerunt animum, respuenda erant. Qui verò sui roboris, & temperantię in superandis sensualitatis insultibus conscius est, si aduertit has procellas sensuales, non esse pellecturas ad crimen, sine crimine illas non repudiat: sed neuter est in illis compescendis, etiam si sint circa materiam criminalem.

Censura priorum.

Ratio trifariam se habet circa sensualitatis motus.

7. Conclusio.

¶ Octaua conclusio: Motus sensuales tum reputantur morosi, quando mens est in mora, in non compescendo illos. Tunc autem mens est in hac mora, quando illis præbet assensum. Hanc te docebit Thomas. in 12. quæstione. 74. articulo sexto, ad tertium. Itaque mora hæc nō refertur ad tempus, sed ad consensum verum, vel interpretatiuum. Est autem interpretatiuus consensus, quando debuisset repudiare ratio, & non repudiat, nempe quando aduertit periculum, & periculum amat, ideoq; peribit in illo. Obserua aūt periculū hoc loco, esse subintelligēdū pro-

8. Conclusio.

Censum priorum.

probabile.Namq; nō quidquid potest accidere mali,periculum est,sed solum illud, quod rationabiliter formidari potest.Quare in non repudiando aliquo motu sensualitatis,aliquis est in mora, & alius non est in mora,vt ex dictis liquidum est. Vnde ille,cui incumbet de peccato fornicationis verbi causa,agere,& habet de huiusmodi peccato diuturnam cogitationem, ex qua consurgit delectatio circa cogitationem, non est in mora,non repellens illam, quia non debet illam repellere. Qui verò aduertens probabile sibi impendens periculum ex titillante delectatione,& statim nō respuit,iam est in mora.Porrò autem arbitror,ni fallor,tibi satis ex præscriptis cōstare,quid vocē actus primò primos, nempe illos,qui irruētes in rationem,rationis iudiciū præueniūt.Et quos vocē morosos,quādo videlicet ratio illos debens,& potens repellere, nō repellit,& quos vocē deliberatos, qui scilicet sunt in plena volūtatis potestate.

Motus primo primi.

9. Conclusio.

¶ Nona conclusio:Motus sensuales ab intrinseco & essentialiter,neq; sunt boni,aut mali moraliter:neq; peccatū mortale, aut veniale.Sed vt habent respectum ad rationem deliberantem. Hanc instituo conclusionē ex vulgata multorū Theologorū sententia.Imò existimo à Thoma nō esse aliena.Namq;.7.indicata de malo motus sensuales secundum bonitatem, aut malitiam pendit ex ratione.Nam si hæc assentit,peccata sunt:si non assentit,sed repugnat,meritum est,&c.vt supra indicabamus: ergo ex ratione deliberāte procedit motus sensualis malicia:igitur si ex ratione deliberāte pendet malicia sensualis motus, ab extrinseco appellandus malus est. Rursum motus sensualis in se est motus appetitus sensitiui, hic autem secundum se nihil libertatis habet: nam non differt ab appetitu pecudum,qui nec bonus, neque malus moraliter est.Quamobrem si quæ malicia est in appetitu sensitiuo,non ex se, sed vt est appetitus sensitiuus hominis, & subiacens libero arbitrio, non quantum ad excitationem, quia excitatur sæpè inuito libero arbitrio,sed quantum ad eius infrænationem,vndè culpa tota est non in ipso appetitu,qui excitat iniussus motum sensualem.Etenim est sibi natiuum,& necessariò excitat ex apprehensione conuenientis obiecti, aut disconuenientis: & quia necessariò fertur, sine culpa fertur in sibi natiua.At culpa regerenda est in rationē, quæ aduertens tumultus sensualitatis esse contra legem Dei, quando agitur de rebus ex diuina lege prohibitis, ipsa non compescit hos tumultus, sed vel illis annuit,aut dissimulat.Sensualitas enim non potest aduertere suos motus esse contra Dei legem,ideoque illos fugare non tenetur,sed hoc munus vnius rationis est. Vndè dixit Henricus Gandensis in sensualitate nunquam esse peccatum transgressionis,sed tantum esse peccatū ex negligētia. Id quod fortasis nos sub hæc exponemus.Bonauentura dist.24.huius art. 5. q. 1.&.2.citat placitum antiquum,in sensualitate non esse peccatum mortale, sed tantum veniale,quod Thomas amplexus est. 1.2.quæst.74.art.4. Et postmodum aliud indicat in sensualitate nullum esse peccatum,aut mortale,aut veniale, at solum motus huius in vicio esse,quia origo sunt peccatorum,quæ irritatum ex sensuali motu liberum arbitrium admittit. Et quamuis hanc amare videtur sententiam, in priorē aliquando declinat.Porrò Caietanus subscribens suo principi,& eius partes ducere vehementer cupiens. 1.2.quæst.74.art.4. in commentario excogitauit commentū, meo iudicio,nouum, & non propter hoc culpandum,si verum esset.Est aūt hominis hoc commentum, appetitū sensitiuum hominis cōradere nōnihil libertatis, quia hominis est,quanquā nō habet plenam deliberationē.Et quia sensualitas hominis libera est aliquantulū, ideò peccatum veniale admittere potest,subaudi,& amittēdo, & cōmittendo.At verò quia nō habet libertatē perfectā, ꝓptereà mortale peccatum nō est in sensualitate.Probat aūt suam sentētiam.Namq; cogitatiua vis est in homine,& reminiscentia,quæ bruta desiderant. Quæ vires,ex rationis commercio,quia intellectui humano seruiunt, sunt sublimiores, quā æstimatiua brutorū,aut memoratiua.Nā cogitatiua,etsi sit sensitiua vis,& reminiscētia,at discursum habēt ex singularib⁹ quibusdā ad alia, ergo etiā sensualitas hominis ꝓpter cōmerciū, quod habet cū libero arbitrio hominis, adipiscit excellentiā quādā,qua orbat brutalis sensualitas.Et hāc excellentiā libertatem aliquantulam esse testatur.Quę libertas desideratur à mēbris exteriorib⁹,quæ mota naturaliter,seu

Placitum Theologorum vetus.

Almain tract.3.Morali.c.24. Hangestus in Moralibus.cap.6. in tract. de malitia, & bonitate actuum: & Durandus dist.24.2. Sentē.q.5. &c.

8.Conclusio.

necessa-

necessariò mouentur vt manus, pes, &c. En tibi, quæ Caietanus machinatus est, vt probatam habeat antiquam opinionem Theologorum, sensualitatem non esse capacem mortalis peccati: veniale tamen admittere. Cui Thomas præbuit fidem. Ego verò, quidquid sit de placito, commentum Caietani non probo. Etenim si sensualitas hominis libertatem habet sibi intrinsecam, igitur homo somno pressus veniale saltē admittere peccatum potest. Et rursum cōsectarium erit ad hāc sententiam, citra omnem deliberationem posse esse peccatum. Argumentum promptum est. Fac de re prohibita motum aliquem irruere in rationem, & illā obducere, & perturbare, cuius insultationis ratio non sit causa neque directa, neque indirecta, ille motus præuenit iudicium rationis, cuius præuentionis ratio in causa non est. Ex hac em̄ hypothesi procedimus in hac quæstione, quando de primò primis motibus agitur. At verò hic motus est à sensualitate, quæ per te libera est, igitur citra omnem deliberationem homo peccare potest. Quod si pertinacia obtusus hoc concesseris, consequitur etiam, quòd resistente, & repugnante ratione insultationi motus, adhuc motus est peccatum. Et homo peccat venialiter faciens totum, quod sui iuris est, in abigenda insultatione motus. Nam prohibere omnes insultationes sensuales, nostri neque iuris, neq; pensi est. Imò scitè merito ascribitur hęc repugnantia rationis à Theologis cū Thoma. Quid ergo? si homo meretur repugnās quomodò peccat venialiter ex insultatione? Imò etiam consequens est, si sensualitas libera est, & si non plenè. Cur ergò sub somno sensualitas operetur, tū peccat homo venialiter, quando motibus prohibitis sensualitas agitur, & ita sine deliberatione aliqua demerebitur supplicia purgatorij ignis si gratus homo ille dormiēs est Deo? Id quod esse iniustissimum quis non iudicabit? Nā tum sine culpa culpatur homo. Et quid si sensualitas libera est, & hæc in pueris, in amentibus etiam viget, vt cogitatiua virtus in pueris est? Non enim loquor modò de infantibus recēns natis, sed de trimis, aut quadrimis. Isti ergo peccabunt venialiter. Et furiosi simili modo. Quod quis non formidabit concedere, etiamsi de pueris admittere non erubescat? Et conficitur primò peccare pueros veniali culpa, quàm mortali, & stultos multa, & varia peccata venialia sub stultitia sua committere, id quod neque philosophorum aliquis, aut Theologorum hactenus admisit. Fortasis respondebis, sensualitatem horum non esse liberam, quia fraudantur id temporis rationis vsu, & hoc ipsum nos intendebam⁹. Nam si ex rationis vsu pendet sensualitatis libertas, & illo obruto, hæc cessat, non ergo habet aliquam libertatem sibi natiuā sensualitas hominis, sed solùm ex accidenti. Quare nullus motus eius de se peccatū est, sed tantum ex denominatione extrinseca, hoc est, ex rationis malo vsu, aut socordi vsu. Quid? quòd in stultis cogitatiua viget & reminiscentia, etiamsi sint stulti perpetui sine lucidis interuallis recti iudicij? Id quod experimur, quia ad multa interrogata scitè respondent. Quòd si in ipsis absorpto rationis iudicio, est cogitatiua cum sua excellentia, cur non erit sensualitas cum sua libertate, si Caietanus vera narrasset? Dico igitur, &, haud dubium, ita esse decerno, sensualitatem hominis non esse liberam, neque plenè, neque semiplenè. Neque esse deliberatiuam vllo modo: sed esse vim, quæ necessariò fertur in suū obiectum citra omnem deliberationem. Nāque si libera est, quomodo est libera, eo modo est deliberans: at nullo modo est deliberans, quia nullius est cōsultationis sensualitas, igitur neque libertatis. Quod verò in suffragium suum produxit, exile est. Fateor enim hominis sensualitatē esse excellentiorem, quàm pecudum, at non captatur hæc excellentia ex libertate, quæ cum sensualitate pugnans est, at quia est rationi obediens ideo excellētior est, quā brutalis, quæ rationis fræna ignorat. Quā quam enim nonnunquam calces mittit cō tra rationem rectam humana sensualitas, at nonnunquam illi paret. Vndè ex delectatione rationis, appetitus sensitiuus hilarescit, & ex animi tristitia, totus homo cōtabescit. Est sermo de sensualitate, vt indicat appetitum hominis sensitiuum. Nam si capiatur formaliter, vt includit inordinationem hominis sensualitas non excellit brutalem, imo ab illa longo tramite deficit: quia brutalis ordinata est, & non est peccatorum origo, qualis nostra. Longè igitur ab scopo veritatis deuiauit Caietanus in re hac. Demum si libertas sensualitatis sat est peccato veniali admittendo, multo

Caietanus non probatur.

Censura priorum ex hypothesi hic adiecta.

Argumentum contra Caietanū.

In stultis est cogitatiua, & reminiscentia.

Autoris placitum contra Caietanum.

Soluitur argumentum Caietani.

multo fortius imperfectus vsus liberi arbitrij, qualis est in pueris. Ergo antequā perueniāt ad rationis adultum vsum, peccabūt sæpissimè venialiter: atqui frequentissimus horum vsus pręparabit eos ad mortalem culpam. Non ergo expectanda erit adulta ætas, vt crimē admittant, id quod cōcedere absurdum est. His iam peractis, superest paucis in summam redigere, quæ longiusculo produximus sermone, videlicet motus sensuales non esse peccata de se neque lęuia, neque grauia. At quando imperantur à ratione huiusmodi motus sensuales, sermo est de his qui spectant materiam prohibitam, isti motus imputantur, & sunt culpabiles ex ratione imperante, aut ex ratione consentiente, sin verò non est imperans, aut consentiens, sed iners incohibendo, sunt culpabiles ex inertia non cohibentis rationis, per se tamen culpabiles non sunt. Exiges fortasis in clausula disputationis huius, num vir viduat⁹ vxore, aut vxor viduata viro, si memoriā refricāt delectationis pristinę excoitu, nū hęc delectatio sensualis culpāda sit. Et quidē culpāda nō est, quia de coitu licito est, nō de fornicatione. Modò tū pollutio caueatur. Et rursum rogitat alius, & qui cœlebs est, & coniugem desiderat, & antequam quandā ducat, illi amore hærens, delectatur in eius coitu ficto, supponens iam illam duxisse vxorem, num dicet aliquis, motus hic, aut delectatio hæc culpanda est? sanè culpanda est, quia voluptas verè capitur ex ficto coitu, qui si esset, vera fornicatio esset. Nā suppositio illa, si peccatum tolleret, multi istis hypothesib⁹ vterētur vt suis amorib⁹ blandirentur, quando aliās concupitis frui non datur. Sed de his hactenus. Nam argumenta facta in principio inter disputandum sunt soluta. Locus aūt Pauli ad Rom. 7. quo fretus Antoninus, dixit, voluptates carnis etiam repugnante ratione esse peccata venialia, diluitur, Paulum illud cōmorasse in persona peccatoris, qui sæpè intelligens malum esse, quod operatur, victⁱ⁹ sensualitate nihilominus operatur. Aptiⁱ⁹ sibi fuisset indicare Hieronymū lib. 3. comment. ad Ephesios tradens turpitudinē repugnatam, esse peccatū, quādo scilicet nostra caro libidine inflāmatur, & mens Dei timore illā infrēnat, docet peccatū veniale esse, aut illud insinuat. Verum Hieron. nō satis aperit quid vocet turpitudinē Paulus. Ait enim significare absconditam cogitationem cū inflammātur sensus nostri. Hoc em̄ fieri potest cū consensu, & citra cōsensum liberum. Et demū ait, non excludere à regno Dei huiusmodi absconditam turpitudinis cogitationem. At hoc etiam si sit cum deliberato cōsensu, si infrēnetur postmodū ex pœnitentia, non excludet à Dei regno.

In stultis est cogitatiua, & reminiscentia.

Autoris placitum contra Caietanum.

Soluitur argumentum Caietani.

Ex Antonino loc⁹ Pauli exponit.

Locus in Hieronymo obscur⁹

DISTINCT. vigesimę quintę, Disputatio prima.

¶ Num in homine liberum sit arbitrium.

ET fortasis videbitur alicui non esse in homine liberū arbitriū. Nam quę hoc, causa secunda est, & eget vt à Deo moueatur, & agatur: at agēte causa prima, causa secunda nōn potest non agere, igitur nō est in nobis arbitrium liberum. Argument.

¶ In diuersum est Ecclesiasticus. c. 15. Ante hominem bonum & malum, &c. Argum. in contrarium

¶ Ad disputationem istam differendā præmittamus vocis significantiam. Et Græci liberum arbitrium, ἀυτεξουσίαν, appellant. Id quod, interprete Hieronymo, significat sui iuris potestatem. Nam Græcis, ἐξουσία, potestatem denotat: vndè ἀυτεξουσία, est, prij iuris potestas. Vndè liberū arbitriū est facultas faciēdi, aut nō faciēdi bonū, vt dixit Theophilus lib. 2. paschali: & Aristot. Metaphysi. lib. 1. liberum dixit, quod est causa sui. Quare quædam scientiæ dicūtur liberales, aliæ verò seruiles: quòd illæ sunt gratia sciendi, & inibi gradum suum figūt, vt sunt theoricæ scientiæ: hæ verò in scientia non sistunt, sed ad actionem quodammodo degenerant. Et. 1. Politicorum. capite. 3. Seruus, ait, est gratia heri, at herus est gratia sui. Seruus namque vniuersa externa, quæ operatur, non sibi, sed he 3. lib. dialogorum.

ro operatur. Merito igitur illa animę ratio nalis facultas, quę se mouet ex scipsa à nullo necessario cōpulsu, vt operetur, sed suapte natura se agit, in vtranque partem cōtradictionis, liberum arbitrium nuncupatur. Et autor est Bernardus lib. de libero arbitrio, vt Deus est motor vniuersalis, omnia, sine compulsione, sed ex propria voluntate faciens: ita liberum arbitrium est motor particularis liber, non coactè, non ex impetu naturę operans, sed ex propria naturæ libertate. Quare liberum arbitriū, & virtutis, & peccati capax est. Et ad neutrum horum cogi, aut cōpelli potest, quāuis inclinari ad alterutrum potest, autore Hieron. in cōmento sicut ad Matthæum. lib. 3. & in quæst. ad Hediuiam quæst. 11. Deus homines reliquit suo arbitrio. Neque eī bonum necessitate faciunt, sed voluntate. Nam vbi necessitas est, neque damnatio, neque corona est 12. lib. aduersus Iouinianū, autor est Hieron. Cognouerunt autem philosophi arbitrium liberum. Nam hactenus nulla respublica extitit, quæ legibus non contineatur, quę malefactoribus pœnas statuant, & benefactoribus prędia. Et Aristot. text. 17. 9. Metaphy. commemorat potentias quasdā esse rationales, quæ sunt ad oppositа. Id quod naturalib⁹ potēntijs negauit. Quippe quæ sunt, Deo autore ad vnum decretę duntaxat. Et libro peri hermenias. 1. cap. vltimo ex rerum contingentia humanarum, arbitrij probat libertatem. Nam hac sublata, increpationes, cōsultationes, pœnæ, prædia frustrà essent. Et. 3. Ethico. cap. 2. tradidit electiuam potestatem esse de his quæ sunt in nostra potestate. Quamobrem nulla aptior definitio liberi arbitrij, quàm hæc. Liberum arbitrium, est potestas electiua, aut potentia ad oppositа, quæ suapte natura est indifferens ad vtrumlibet. Et quia hanc potestatis indifferentiam non videbant in agentibus naturalibus, neque in brutis, ideò solum homini illā concesserunt Porrò theologi tractatores spiritu Dei afflati, sublimius rem istam egerunt. Neque non tam amplam censuerunt esse arbitrij humani facultatem, quam philosophis arrisit concedere. Isti enim non reuerentes Dei gratiam, neque arbitrij humani infectionem ex primitiua culpa, obseruantes facultatem liberi arbitrij, concesserunt sufficere ad omne opus bonum præstandum & ad omnia peccata collectim considerata deuitanda; & nō solum distributiuè capta. At hoc philosophicum dogma, nō est catholicum dogma. Non enim liberum arbitrium ex se potest Dei amicitiā conciliare, nisi instructū sit diuino præsidio, neq; potest perse ipsum solum à fœditate peccati leuari, neq; potēs est omnia collectim peccata deuitare nisi cælitus adiuuetur. Quam rem tractans Bernardus hanc, libro. 3. de libero arbitrio, tres distinxit libertates, alteram à necessitate, alteram à culpa, alterā à miseria, quas ipse alijs etiam nominibus nuncupat. Libertas prima confessa est & theologis, & philosophis, & omnib⁹ adest hominibus, ita iustis, vt peccatorib⁹. Quippe quæ essentialis est libero arbitrio. At libertas à culpa, hæc latuit philosophos, vt libertas à miseria, quę est beatorum libertas. Existimant autem Theologi quidam, secundum primam libertatem nos referē imaginem Dei, at secundum posteriores libertates, gerere Dei similitudinem. Quia cum apparuerit, similes illi erimus. Cæterū quid sibi velit, hominem fuisse conditum secundum imaginem, & Dei similitudinē, nos suprà exposuimus.

¶ Est porrò parua difficultas, nū liberum arbitrium sit habitus quidam, an sit potentia? an, videlicet sit voluntas ipsa, an habitus voluntatis? Et quanquam exigua sit quæstio, habet magnas autorum concertationes. Durandus enim quæst. 1. distinctio. 24. credit non esse voluntatem, sed voluntatis rationalis proprietatem. Nam voluntas, actum habet nonnunquā necessarium, quia aliquandò amat, vt natura, & odit tanquam natura. Et rursum liberum arbitrium est electiuum: voluntas autem aliquando non est electiua. Namvoluntas est imposibilium, & non electio. 3. Ethic. S. Thomas. 1. part. quæst. 83. artic. 1. ipsam voluntatem vocat liberū arbitriū, cum Bernardo libro sæpè indicato. Albertus Magnus in. 2. parte suæ summæ de homine indicat sententiam, testantem, liberum arbitrium esse medium quoddam inter rationem, & sensum. Namque ratio fertur ad optima, sensus procliuis est ad mala. Genes. 8. ideò liberum arbitrium medium inter hæc sedem habet, quia est ad vtrumlibet. Lege autorem quæstione. 9. libri prædicti. Porrò hæc ratio est dialectica, & vniuersalis, ideò perfragilis.

Liberum arbitrium cōfessum à philosophis

Liberum arbitrium ex philosophis

Triplex libertas.

Liberum arbitrium est voluntas rationalis.

At

At res certa est, liberū arbitrium secūdum substantiam idem esse, atque voluntatem: at ab ea differre secundum rationem. Quia liberum arbitrium appellatur vt deliberās & eligens, voluntas autem etiam est, sum mota electione. Etideò rectè à Theologis finitur liberum arbitrium esse facultatem eligendi boni, vel mali. Et philosophi qui acerrimam indaginem de potentijs animæ habuerunt, non secreuerunt liberū arbitrium à rationali voluntate.

Triplex libertas.

¶ Fuit tamen non procul ab hoc nostro æuo Germanus hæreticus Lutherus, nō germanam, sed violentam tradens hæresim, qui liberū arbitriū ad mala, & peccata nō liberum, sed seruum esse voluit: ad bona verò liberum esse nō effectiuè, sed solùm passiuè, quia liberum est homini, recipere, vel reijcere diuinos influxus. Fatetur autem hominem primum verè habuisse liberum arbitrium, quippè qui potens erat rectè operari, & cauere quibat peccata vniuersa. Porrò hæc hæresis, ipsa se iugulat. Nam si homo primus vero potiebatur libertatis arbitrio, ergò & nos, qui eandem sortimur naturam cum illo. Peccatum enim non tollit naturam, sed illam vitiat, & lædit. Ergo nostrum arbitrium est infectum, atque læsum, cæterum natura non est variata. Vt etiam Dionysius: Dæmones, ait, post peccatum naturalia habent integra, quæ habuerunt antè peccatum. Vt suo demonstrauimus loco, quādo de angelis agebatur. Est autem nostri arbitrij læsio, quòd nisi ex diuina gratia expurgemur à labe antiqua peccati, immundi sumus omnes, sicut pannus mulieris menstruatæ. Astipulatur istis Augustinus libro de correctione, & gratia capite. 11. docens ex peccato Adam liberum arbitrium non fuisse sublatum, sed læsum. Et Hieron. hanc hæresim damnat epistola ad Pammachium contra Ioannem Hierosolymitanum. Nam hic hanc hæresim est amplexus, vt habes inter errata ibi recēsita à Hieron. errato. 8. Aiebat namq; hic Ioannes imaginem, & similitudinem diuinam, ad quam homo fuit conditus à Deo, fuisse ex peccato perditam. Tu lege Roffensem articulo. 36. contra Lutherum: & concilium Tridentinum, sessione sexta canone. 5. Qui dixerit, decernit, liberum arbitrium esse seruum, anathema sit. Et canone. 4. Qui dixerit liberum arbitrium excitatum à Deo, quod pūrè passiuè se habeat, anathema sit. Scriptura sacra præter hæc, nunquam non culpat hāc hæresim, Genes. 8. Subter te erit appetitus tuus: Quem locum Hieron. in lib. quæst. Hebraicarum in Genesin, ad liberum arbitrium retulit. Et Prouerb. 16. Hominis est præparare animam. Et. 1. ad Corinth. cap. 7. Nam qui statuit, ait, in corde suo firmus: non habens necessitatem, habens autem potestatem suæ voluntatis, &c. Et Psalmus. 50. cecinit: Voluntariè sacrificabo tibi, & cōfitebor nomini tuo. Et Augu. in epistola ad Valentinum, commemorat sua ætate quendā monachū hanc asseruisse hæresim, liberum affirmans arbitrium ad bona omnia esse nullum. Omnia namque bona opera Deo solò gaudebant autore, libero arbitrio suscipiente quidem, at nō cooperante cum Deo ad illorum operationem. Tu tamen obiter eris admonendus, vt cautè Bernardum legas, libro indicato. Ait enim liberum arbitrium esse tantum capax: qui sermo videtur cooperationem tollere. Porrò subaudiendus est, est tantū capax diuinorum donorum: Nam liberū arbitrium non efficit Dei dona. Non tamē negat liberum arbitrium cooperari Deo, vt salutem, & gratiam sibi paret. Et præter hæc obserua August. in relpōsione. 3. hypognosticōn dixisse: Qui liberū negat arbitrium, nō est catholicus. Argumenta friuola compegit Lutherus, vt sibi in suo cōmento gratularetur. Quæ tamen Roffensis eneruat. Lege apud ipsum & dilucidationes nostras ad. 1. cap. Esaiæ. Et apud Tho. in 1. part. q. 83. art. 1. Lutherus igitur non solùm hæreticè Theologizat, sed ineptè etiā philosophatur, arbitrij libertatē negās cum Homero, & Democrito, & Manichęo. Porrò autem vertitur in dubium à pugnacibus Theologis, num libertas est ppria voluntati, an communicatur etiā alteri potentiæ? Quod dubium Durandus quæst. 3. dist. 24. excitauit, & plausibile duxit, opinari, intellectum esse liberum, imò magis liberum, quàm sit ipsa voluntas. Namque intellectus est potentia ad vtrumlibet, si quidem iam opinatur vnum, iam alterum. Rursum potētia spiritualis est indifferens. Etenim potentia materialis, quia materialis est, determinata est ad vnum, & non ad contrarium, vel oppositum. Cæterum spiritualis non eo cōstringitur limite,

Lutherana de libero arbitrio vecordia.

Peccatum lędit nō tollit naturam

Hęresis Ioānis Hierosolymitani.

Bernardus exponitur.

Durādi cōmentum.

Liberum arbitrium est voluntas rationalis.

ergo libera est. Et ante Durandi sæculum Henricus Gandensis nonnihil alluſit ad hoc Durādi commētum. Nam in quodlib. quodlibeto. 12. quæſt. 5. commemorat voluntatem non ſe mouere, ſed eſſe obiectū totum, quod mouet. Quanquam ipſa potens eſt admittere motum, aut reijcere. Et hæc eſt eius actiuitas, in reliquo verò paſsiua eſt. Id quod etiam Durandus etiam per ſuaſum ſibi habuit loco indicato, decernēs voluntatē eſſe actiuam ſolùm quo ad exercitium ſui actus. At verò columen ſuæ opinionis volūtatem eſſe liberā ex intellectu: hoc eſt. Libertas eū voluntatis habet radicē ex intellectu. Eteiū quia intellectus eſt diſcurſiuus, & iam repræſentat vnum obiectū volūtati, & dein aliud, inde voluntas eligit iam vnū, iam aliud, ergò libertas adeſt intellectui. Cætera lege apud autorē. Porrò aūt hoc Henrici placitū & Durādi, haud dubium, conuelletur, ſi animaduertimus libertatē arbitrij hanc eſſe, vt poſitis omnibus præuijs, & requiſitis ad agendum, & poſsit agere, & non agere. Potentia autem naturalis nō hoc habet. Nā poſitis ſibi neceſſarijs ad agendū, neceſſariò ſe prodit in actionē, vt ignis combuſtibile prēparatū deurit neceſſariò. Quamuis potentiæ naturales ſub varijs diſpoſitionibus paſſorum multa & contraria operantur. Sol ſit tibi exemplo, qui liquat ceram, & durat lutū. Etenim iſta diuerſa operatio ex varia natura luti, & ceræ, accidit. A luto namque exhalat ſol humorem aquæ, qui facile exhalatur, ideò dureſcit: at humidum ceræ eſt pinguius, ideoque nō ita facilè expirabile, propterea molleſcit à Sole calefaciente ceras, & frigiditatem illarum depellente. Porrò liberum arbitrium ſub eadem diſpoſitione obiecti poterit ſe in oppoſita voluere. Quanquam familiare illi eſt, ſeruata eadem diſpoſitione nō mutare actionem: vt ſi conciliaſti tibi amicū ſeruata diſpoſitione priori amicitiæ, amicitia manet. Itēque de inimico. Quoniam habitus, & conſuetudo ſiue in bonum, ſiue in malum, liberum arbitrium quodammodò vertit in naturalem potentiam. Cæterum neq; habitus neceſsitat, neque conſuetudo cogit, etiamſi incitet, & valdè inclinet: & hoc eſt, eſſe liberum arbitrium. Intellectus igitur & voluntas ſibi conſentiunt, & inuicem diſcrepant. Conueniunt ſanè, nam intellectus ex principijs trahitur neceſſario ad recipiendas concluſiones, & voluntas neceſſariò ex fine amato deducitur ad amanda media neceſſaria fini amato. At verò intellectus neceſſariò aſſentit principijs, apprehenſis ſignificantijs terminorum, niſi diſtrahatur à voluntate. Verùm voluntas exſeipſa poterit non amare finem vltimū oſtenſum ſub plena ratione boni. Et ſi odio habere nequeat, vt multorum fert ſententia. Rurſum intellectus non ſolùm neceſſariò aſſentit primis, maximiſq; principijs, quale hoc, Quodlibet eſt, aut nō eſt: verùm etiam & alia particularia principia cæterarum ſcientiarum, quale hoc eſt: Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent, ſunt æqualia: concedit: & concluſiones ab iſtis deriuatas neceſſariò recipit. Verùm voluntas fines particulares poteſt odio habere, vt poteſt amare. Vnde quidā amant militiam, alij odiunt: quidā cupiūt honores, alij fugiunt, &c. Adhęc, quanquā confiteamur, intellectum eſſe indifferentem potentiam in opinandis concluſionibus, illa ſanè indifferentia non eſt ex libertate intellectus, ſed defectus eſt ex obiecto quod non eſt potens determinare actū intellectus. Etenim ſi obiectum eſt euidens ex ſe, cōtinuò determinatur intellectus ad aſſenſum, at ſi ineuidens eſt, vagatur intellectus per varia argumenta topica, ideo iā opinatur ita eſſe, iam non ita eſſe. Nam nullum medium præſto habet, quod euidens faciat obiectū, vt ꝙ quantitas ſit eadem aut diuerſa à ſubſtantia. At ſimul atque acceſſerit demonſtratio faciens euidentiā concluſionis, quæ ambigebatur, continuò intellectus acquieſcit: neque poteſt nō acquieſcere. Et hinc fallentia mentis eſt, quia argumenta topica putat demonſtratoria, aut argumēta ſophiſtica vera colligere putat. Porrò voluntas non neceſſario determinatur ab obiecto, hoc eſt à bono, vt mēs à vero. Nam ſi de ſummo bono agatur, poterit non velle, ſin verò de cæteris bonis, poterit & velle, & nolle. Quamuis intellectus voluntati oſtendat illa eſſe bona, & amanda, ipſa tamen ex ſua libertate reſilire poterit. Solummodò diuinæ maieſtatis viſio illam neceſſariò determinat, vt neceſſariò Deū viſum amet neceſſariò cuius rationem exhibere alterius loci eſt. Ad argumentum Durandi primum iam reſponſum eſt.

Durandus refellitur.

Familiare libero arbitrio quidſit

¶ Secundo verò dices, non probè colligere

re. Etenim spiritualitas intellectus, non libertatem probat, sed infinitatem in sua cognitione. Non enim determinatur ad hoc, vel illud genus entium, vt visus ad visilia, & denique sensus ad sensilia, at intellectus habet quod spectat obiectum non limitatum, quia fertur in ens sub ratione entis. Et quod Durandus docet, intellectum esse potentiam passiuam, quoad determinari: & actiuam, quo ad exercitiū actus. Quia determinatus ab obiecto potest suspendere suū actū: & item fatetur de voluntate necessario determinari, at liberè exercere suā operationem. Equidem gratis dixit de intellectu, & petit principium in sua doctrina. Nos enim dicimus intellectum necessariò determinari ab euidentia obiecti, at si hunc suspēdit actum, non est ex libertate sua, sed quia vel à potentiori obiecto, vel æquè potente obiecto distrahitur, vt sæpè accidit cogitātibus nobis aliquid aliud oblatum, distrahit priorum cogitationem, vel erit distractio ex volūtatis imperio. Voluntas verò, si passiua est, & necessariò determinatur ab obiecto, hoc est, à bono ostenso, equidem non est simpliciter libera, quia quatenus necessariò determinatur, libera nō est: & si quātum ad exercitiū libera sit. At contrarium asserimus, voluntatē esse simpliciter liberā: quia ipsa semetipsā ex semetipsa mouet. Et quāquam obiectū cū illa concurrat, at obiectū illā necessariò nō determinat, sed ipsa se determinat ex obiecto apprehēso. Hoc volebat Bernar. dicēs volūtatē se mouere ex seipsa. Hoc Damascen⁹ lib. 2. de fide. c. 25. vbi indicat sentētias quatuor de motore voluntatis. Quidam omnes operationes voluntatis Deo tribuebant. Hanc refellit, quia peccata nō habent Deum autorem. Alij fatum, vel fortunam. Neque istud admittendum, quia fatum tribuitur necessarijs, & fortuna rarò cōtingentibus. Alij in naturam retulerūt. At verò neque hoc, quia natura inuariabilis est, at liberum arbitrium valdè variat suam operationem. Ideò cōcludit Damascenus liberum arbitrium esse sibi principium suarum operationum, igitur nō determinatur necessariò aliunde. Vndè bruta, & inanimata nō se agūt, quia necessario ferūtur ex naturæ impetu, at volūtas, quia ex libertate agit, ideo se agit, & est magis actiua, quā intellectus. Vellē aūt scisciari à Durando, si intellectus est liber, vt volūtas prior est libertas intellectus, quā volūtatis, quis ordo est inter has libertates? dicet esse ordinē essentialem, ergo libertas voluntatis dependet necessario à libertate intellectus: igitur intellectus ex sua natura liber erit, & electiuus erit, vt voluntas. Homini igitur Deus duo libera arbitria concessit: & intellectus rursum meretur, & malè meretur, & peccat, & iustè operatur, vt voluntas: imò prius est meritum in intellectu, quam in voluntate, quia tu fateris prius esse liberum intellectum, quam voluntatē. Et quia prius potest esse sine posteriori, vel saltem cogitari potest, sine posteriori, cogita intellectum sine voluntate, iam tum meritum & demeritum, vt scholastico more loquar, erunt in intellectu sine deliberatione voluntatis. Imò erunt semper necessariò duo merita in quolibet actu bono, & duo in actu malo peccata. Fac enim intellectum credere diuinæ veritati, meritum recognoscens, & voluntas itidem volens meritum habebit. Et quia sunt duæ libertates & duæ electiones, duo erunt merita in actu vno fidei, verbi causa, necessario, & duo peccata ex quouis actu demeritorio interiori. Quæ omnia ego haud dubium, censeo repudianda, quæ tamen consequia sunt ad sententiam Durandi. Imo etiam intellectus suum promerebitur præmium, & voluntas suum. Siquidem singula harū facultatum habet sibi propriam libertatē. Id quod, vt reliqua recensita, absurdum est. Solum igitur libertatem hāc tribuo intellectui, quod non coactus intelligit, quia ex naturali propensione in suum obiectū fertur. Vt quævis alia potentia in suum: reliquā vero libertatem, quæ electiua est sui obiecti, intellectus non habet. Et fallitur, præter hæc, Durandus, credens libertatem voluntatis pendere ab intellectu. Siquidem voluntas suapte natura libera est, & ideo ex se libera. Cęterum quia cęca est, idcirco eget ad operationem suam directione intellectus, & ostensione obiecti. Et verum est, quod ex vario iudicio intellectus, varioque dictamine boni voluntatem variare suam electionem, porro etiam si intellectus non variet iudicium, ipsa ex sua libertate potest variare electionem, & si raro hoc accidat, at potest accidere. Operatio igitur libera voluntatis, dependens est ab intellectu proponen

Obserua-bis hæc cōtra Durandum.

Voluntas se mouet & agit.

Intellectus vt concedi tur liber.

te obiectum, at ipsa libertas non pendet ab intellectu, quia essētialis est volūtati, & nō est sibi accidens ex intellectu. Porrò quēadmodū ebrietatē, aut luxuriā, admittere possumus sub quadā ratione esse in vino, vnde Paulꝰ cōmemorat: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Non quia vinū ebriū formaliter vel libidinosum sit, sed tā tū efficiēter. Quia sine Cerere, & Baccho frigret Venus. Ad hunc sanè modum si dixeris, libertatem quodammodò esse in intellectu virtualiter, nempè quia ex variò discursu intellectus voluntas variam habet electionem, non inepties.

Quomodo est libertas in intellectu.

¶ Solet etiam hac distinctione vocari in dubium, an Deus possit cogere nostram voluntatem, vt velit, vel nolit aliquid. Nā de actibus externis non est disputatio. Potest namq; cogi homo ad actus externos ab alio homine, quamuis non ad omnes. Cogi namque potest, vt moueatur. Nam à potentiore potest homo impelli ad nioti exterioremvt impellitur lapis, vel globus, cæterùm non potest cogi, vt legat, vt loquatur, vt scribat, si vsurpetur coactio ex proprietate philosophicæ obseruationis. Vnde qui in tormentis Christum negant, vtique scelus admittunt, id quod non admitterent, si ad negandum vocaliter Christum cogi à Tyranno possent. Cæterùm prēmittere oportet, coactū esse, cuius principium est extrà passo non conferēte vim 3. Ethico. cap. 1. Est autem coactum idem, atque violentum, & necessarium. 5. Metaphysic. text. 6. subaudi ab extrinseco. Et in uoluntarium, & inuitum idem sunt, atque violentum, & coactum, quandò inuolūtarium non procedit ex ignorantia subaudias. Vnde Aristoteles dixit, violentum esse contra naturam. Iam ergò sensus apertus quæstionis est. Et liquidum est, quantū ad localem corporis motum, hominem cogi posse. Nam ipso nihil coagente, potest proijci tanquam pila lusoria, at quantum ad alias actiones, quibus præstandis homo necessariò est acturus, vt legendo, scribendo, loquendo, &c. Ad huiusmodi propter hanc causam cogi nequit, nisi miraculosè. Nam Deus me nolente scribere, potest mouere manum meā, vt scribā: & ita in cęteris vt linguam, me inuito, mouere, vt loquar. Quod nullus hominū facere poterit. Porrò non est disputatio de actibus istis, ideo non insumamus horas in differendis huiusmodi, sed solùm de actibus internis, an homo cogi possit ad virtutis amorē, & viciorum odium, vt velit fidem, &c. Namque si sacra volumina consulis obuius erit sacer Lucas. cap. 14. Compelle, ait, eos intrare. Et Ioann. 6. Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit eum. Imò. 2. Corinth. 12. Factus, ait, sum insipiens, vos me coegistis. Et ad Rom. cap. 7. hanc coactionem, ad malū tamen, Paulus in se insinuat fuisse: Inuenio aliam legem, &c. Multa em̄ coaceruare poteris, quæ hoc ipsum præferant. Porrò certa est conclusio, Deum non posse cogere voluntatem liberi arbitrij, neque nostram neque angelicam. Etenim vel maximè esset voluntate nihil cooperante ad actum, sed Deo illum immittente, verùm hæc nō erit coactio. Colliges, quia nō sat est ad coactionē, si principium actionis sit extrinsecum: sed quod passum non inclinetur ad actionem susceptam, cęterùm voluntas ad actum, quem suscepit, inclinatur. Nā quæ vis vel volitio, vel nolitio, est perfectio eius: igitur non cogitur illum suscipiens, neque cogi valet. At verò si altius libet huius rei radices petere, scito, Salomonē in Prouerbijs. cap. 21. dixisse: Cor regis est in manu Dei, & ad quodcunque voluerit vertet illud. Et quod ille de regio scripsit corde, nos quoque de vniuersa creatura fatemur. Vniuersam scilicet creaturam esse in manu Dei, & adquodcunque voluerit vertere illam. Sunt enim vniuersa ad Deū in potentia, quam obedientialem vocant: idcirco quidquid operari Deꝰ voluerit circa creaturam suam, creatura sine violentia suscipiet, & sine coactione. Namq; quando recipiens est in potētia obediētiali ad operationē susceptam non violentè, neq; coactè operationem suscipit, sed obedientialiter, vt ita loquar. Quamobrem voluntas à Deo cogi non potest. Etem̄ quidquid Deꝰ illi impresserit, gaudēter suscipiet, quia ex obediētia creaturæ ad creatorem suscipit. Neq; hæc susceptio erit contra eius naturā, cuius est obedire, hoc est diuinos motus suscipere, quos ipse solus sine cooperatione volūtatis voluerit illi imprimere. Non ergo est defectus diuinę potestatis, non posse cogere voluntatem, imò est maxima diuinæ potentiæ celsitudo, quæ tanta est, vt quidquid ipsa voluerit operari circa voluntatem, imò circa omnem creaturam sine repugnantia excipiat.

Coactum violentum Inuoluntarium inuitū necessariū ab extrinseco.

Deus non potest cogere liberum arbitrium.

Quod

Quod verò pridē aiebam Deum posse me cogere ad loquendum,&c. est sanè intelligendum,non quòd ipsam linguam cogat Deus. Quia si mouet linguam ad loquendum Deus, ille motus non est linguæ coactus, vt prædiximus: at eò est coactio, quia me inuito, potest Deus mouere linguam meam, vt loquar. Quòd si voluntatem mutat Deus, vt velit, quod ipse vult, iam nulla erit coactio. Obserua autem nō hæc duo esse idem, Deum necessitare, & Deum cogere. Deus enim potest necessitare liberum arbitrium, vt velit, aut nolit, vt,impedire ne velit, aut nolit,non tamen cogere. Necessitaret enim, si imprimeret libero arbitrio actum volendi, aut nolendi. Et non cogeret cum libero arbitrio ad actum oppositum: tum enim necessariò vellet,quod Deus voluisset illud velle. Aut si actum volendi meum vel nolendi Deus seruaret, & non coageret ad oppositum, esset necessitas sanè, sed non coactio: quia voluntas sic volendo, aut nolendo, non habet actum repugnantem suæ naturæ. Neque inuita vult, aut non vult. Impediret autem, si non coageret Deus. Multa videbis de hac re apud autores alios, quę huc vocare non instituì, quia superuacanea sunt. Si voles Gabriel in hac distinct. tibi parabit. Argumenta autem,quæ ex locis sacris sunt inducta, hoc modo dilues. Loco ex Luca dices, Deum compulisse gētes ad fidem per Apostolos suos, ex magnitudine portentorum,& miraculorum, quæ ostendit eis in testimonium Euangelij,& ex nimia efficacia euangelicæ prædicationis. Verùm hoc non fuit propriè cōpulsio,aut coactio. Nam docente Aristot. 5.Magnorum Moralium,vbi est delectatio,nulla est compulsio. At gentes gaudēter exceperunt Christi euangelium, verū quia cesserunt euangelio ex magnitudine signorum, quæ aliâs non cederent, ideò ad euangelium compellendas commemorat. Vt Pharao compulsus fuit iuxta hanc rationem dimittere Dei populum, quia victus plagis,cessit Deo imperanti, aliâs non cessurus. Ceterùm quia voluit dimittere, ideò non inuoluntarius fecit. Quamuis eius voluntas extorta fuit, ex diuinis miraculis. Vndè tu intelliges Paulum. 1. Corinth. 11. Si quis infidelis,aut idiota intret in conspectum vestrum, conuincitur ab omnibus. Conuincitur equidem à magnitudine miraculorum, vt diximus. Vt ipse quoque Paulus hanc voluntariam pāssus est compulsionem, quando humi iacēs obedientiam euāgelicam profitetur Christo. Locus ex Ioanne similiter est intelligēdus. Est enim tractus voluntarius, & non coactus: aut coactus sine coactione, vt Augustinus ait, enarrans eundem locum. Et quod Paulus se asserit coactum fuisse à Corinthijs,eò dixit, quò demōstraret reuelationem illam magnificam, quam habuit, non patefacturum fuisse Corinthijs, nisi ad reprimendum fastum,& tumens supercilium pseudoprophetarū. Ideò dixit: Vos me coegistis. sequutus vulgatum sermonem. Quādo enim aliquid facimus, ex grādi causa mouente, alioqui non facturi, cogi dicimur.

Aliud est Deum necessitare, aliud liberū arbitrium cogere.

Deus non potest coge re liberum arbitrium.

Loci sacri soluuntur.

¶ Istis iam absolutis argumentum in principio factum exigit solutionem. Et re vera grande est quod facesit negociū, quia est admodum difficile. Ego vero paucis absoluam. Et obseruabis Deum mouere liberū arbitrium bifariā,& efficaciter,& inefficaciter. Inefficaciter quidēmouet,quādo excitat,vocat,præuenit,non subsequuto effectu. Vocaui,ait, & renuistis. Prouerb. 1. Efficaciter verò,quādo incitanti Deo cooperatur liberum arbitrium,& monenti salutem,paret nostra libertas. Quando igitur mouet inefficaciter,tum liberum arbitrium non necessariò cooperatur: imò aliquandò liberè mouenti Deo,& vocanti resistit. Acto. 7. Vos,spiritui sancto semper restitistis. Cæterùm quādo efficaciter mouet,tū liberū arbitriū necessariò cooperat. Nā hoc est efficaciter moueri, quod subsequatur cooperatio liberi arbitrij. At hæc necessitas,est secundum quid, non simpliciter: vtique secundum quid,quia illa cooperatio liberi arbitrij est necessaria sub instanti,sub quo est,quia omne quod quando est,necesse est esse: at est libera simpliciter,quia poterat liberum arbitrium illam non præstare.

Deus dupliciter mouet liberum arbitrium.

DISTINCT. vigesimę sextæ, Disputatio prima.

¶ Num cõgrua sit deductio gratiæ in operantem, & cooperantem.

Argum. ET videbitur alicui fortasis, non esse congrua. Etenim omnis diuisio fit per oppositа: at gratia operans, & cooperans re ipsa sunt vna gratia, & nõ diuersæ: igitur non est congrua hæc diuisio. Minor patet. Nam sicut est Deus, qui operatur in nobis, & velle, & perficere: ita vna est gratia, quæ nos facit Deo gratos, & perducit ad vitam æternam. In contrarium est Magister in littera, ex autoritate sanctorum hanc diuisionem celebrans. ¶ In disputatione hac confessum est dogma & antiquis, & modernis Theologis, gratiam esse operantem, & cooperantem. Vt confitendum est, Deum operari in nobis salutem, & iustificationem, & nos Deo cooperari, vt Bernardus tradidit libro de libero arbitrio. Et in concilio Tridentino sessione. 6. capite. 5. traditur: Voluntas cooperatur Deo ad iustificationem. Cæterum quomodo secernantur gratiæ istę, non est in absoluto. Namque Albertus Magnus in. 2. parte suæ summæ quæst. 100. tractatu. 18. membro. 2. credit operantem, & cooperãtem eatenus distingui, quatenus operans dicitur gratia, quia animam sanat, iustificando illam, & illam leuat ad esse quod dam diuinum: at verò cooperans est, vt animæ ad meritum cooperatur, cum quo sapit Bonauentura distinct. ista, quæst. postrema. Ante quos Magister idem decreuerat, gratiam, vt prępparantẽ, & sanantẽ, operantem esse, at vt perficiẽtẽ, & perseuerantiã donantẽ, cooperantẽ esse. Etenim duæ sunt considerandę actiones, altera est iustificatio peccatoris, & hæc actio non tribuitur voluntati, quia gratiam iustificantem non operatur anima, sed est actio tantum Dei, ideoq; sanatio à peccato gratię est operãtis, post quã verò iam sanus factus est homo, meretur coram Deo vitam æternã, & istud est iam gratiæ cooperantis, quia homo Deo cooperatur ad meritũ. Id quod ad secundam actionem gratiæ pertinet. S. verò Hieron. lib. 2. aduersus Iouinianũ ex sermonis prętextu, aduersarius videtur huius dogmatis. Docet enim initia salutis esse in nobis: at perfectio salutis in Deo est, vt etiã initia perditionis, nostra sunt. Cõsummationem verò diabolo tribuit. Cuius verba subscribam: Sicut in bonis, ait, operibus perfectio, est Dei (non enim est volẽtis, neque currentis, sed Dei miserẽtis, & adiuuãtis vt venire valeamus ad calcem) sic in malis, atque peccatis, semina nostra sunt, incẽtiua, & perfectio, diaboli. Quæ verba hoc videntur innuere, quòd cum prædictis autoribus non consentit. Namque ex prædictis promptum videtur, initiantem gratiã esse operantem, & perficientem esse cooperantem. Nam initiãs Dei tantum est, at perficiens, & nostra est. Nam perseuerãtia boni operis, & vitam promereri æternam, ad perficientem gratiam spectant, quæ tamẽ non fiunt nisi cooperantibus nobis cum gratia Dei, & cum Deo ipso, qui autor gratiæ est. At verò ex Hieronymo initia salutis nobis tribuẽte, perfectionem verò Deo, nulla videtur gratia cooperans. Thomas verò (vt placita omnia proferam⁹, deinde creturi quid velit Hieronymus) in. 12. quæstio. 111. art. 2. Alberto, & Magistro subscripsit, prętereq; eorum sententiã, aliud adiecit. Nam existimat hanc Augustini diuisionẽ in gratiã operantem, & cooperantẽ, non solum exponendam esse de gratia habituali, vt Magister intellexit, quæ, vt diximus, quo curat languorem peccati, est operãs: vt verò per illam meremur, est cooperãs. Vnde suprà distinct. 3. Magister in angelis testatur non fuisse gratiam operantẽ, sed solum cooperantem. Quia gratia sanctis angelis infusa non curauit morbũ peccati, sed meritum vitæ æternæ illis conceſſit. Non solum igitur Thomas hoc recepit de gratia habituali, vt dicebam, imò etiam extendit diuisionem huiusmodi, in auxilium Dei speciale, ex quo iuuantur homines ad negocium salutis æternæ peragen-

Ad Philip 2

Argum. in contrariũ.

Nõ est perspicuũ quo modo distinguatur gratia operans & cooperãs

Obseruandus locus Hieronymi difficilis.

In angelis ex Magistro nõ fuit gratia operans

gendum. Itaque auxilium hoc vt excitat mentes ad benè volendum, operās est: at verò vt excitatum hominem, ad benè agendum iuuat, est cooperans. Et quantū contextus literæ exhibet hanc gratiæ diuisionem Thomas secundum actus internos voluntatis, & externos intellectum voluit. Nam in actibus internis voluntatis cōcernentibus salutem æternam, gratiam cognoscit operantem, in externis autem actibus, qui perficiunt interiores, cooperantē. Nam ait, quando Deus solùm mouens est, operans gratia est, quia tunc mens mota est, & non mouens: sed mouens solū Deus est: at quando mens mota est, & mouetur, est gratia cooperans. Ego verò non possum assentire huic placito, nisi aliud condant verba in secessu, quàm præferunt ex prætextu. Etenim secundum actus interiores, magis libera est voluntas, quàm secundum actus exteriores. Ad actus enim interiores, cogi non potest, vt præmonuimus: ad exteriores verò frequenter cogitur. Si ergo magis libera est voluntas, quantum ad interiores actus, igitur in eliciendis istis magis se mouet, igitur quodcumque velle eius, est ab ipsa.

Expēditur Thomas.

¶ Secundò accipiam volūtatis actū, quem volet Thomas, vel ille est naturalis, vel liber: si primum, moraliter non est bonus, nedum est meritorius: si verò liber est, ergo à volūtate est. Dices fortassis, esse actū liberum quo ad exercitium, quia voluntas potest ab illo desistere. At hanc euasionē infregimus satis dist. proxima contra Durandum, & Henricum. Accedit istis Concilium Tridentinum contrà decreuisse, Sessione. 6. Canone. 4. damnasseq; eos, qui asserūt, liberum arbitrium excitatum à Deo in iustificatione, se habere merè passiuè. Id quod hoc placitum præsefert. Præterhæc Dominus ait, apud Ioannem: Operamini cibum, qui non perit, cap. 7. Hoc verò opus, est credere in Deum, & in Christū eius: at qui non est credere hoc mortuum, sed viuax, ex amore Dei. Iam igitur hoc est opus nostrum, credere, & amare Deū. Igitur actus interiores etiā, qui primi sunt, concernentes nostram salutem, nostrum opus sunt. Igitur ad illos se mouet voluntas, & non tātum est mota à Deo. Rursum cape contritionem, hæc, vt est dispositio proxima ad gratiam Dei, gratiam præuenit. Et quæram de illa, num ad hanc se mouet voluntas, an non? Si non se mouet ad illam voluntas, sed est tantum mota, igitur passiuè tantum se habet voluntas, dolens de peccatis. Et Deus illi infundit contritionem: at hoc falsum est, cū ex eo, quòd frustrà moneremur ad contritionem vaticinio illo prophetico: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: si contritionis actus est infusus à Deo, & nos tātum passiuè nos gerimus, tum etiam ex Concilio Tridentino pridem inducto. Item timere, credere, sperare, &c. præparant nos ad cōtritionem habendam & isti actus sunt etiā ex gratuitā Dei motione ex Concilio Tridentino. Quid ergò? Nunquid isti actus omnes sunt infusi à Deo? Demonstrauimus autem dudum esse opera nostra: igitur nō passiuè nos gerimus in actib⁹ istis, sed actiuè. Neq; Caietanus suo glossema te rem istam enodauit, quia argumenta nostra cōtra illum agunt. Imò obscuritatem sermonis Thomistici auxit, proferens exēplum de grauis motu, qui tribuitur generāti: & ita quoq; nouum velle peccatoris ad Dei iustitiam sectandam, esse tribuendum Deo. Exemplum enim falsum est, & vt sit intelligendum Aristot. verbum patefecimus, quandò de prima angelorum culpa suprà cōmemorabatur. Et esto, verum sit descensus grauium est naturalis motus: at velle nouum, vt contritio, verbi causa, nō est naturalis motus, sed verè liber, & maximè deliberatus, ideò voluntas se mouet ad illam, & non tantum mouetur à Deo. Obseruabis igitur hoc placitum Thomæ, quantum mea fert sententia, gemino esse donādum sensu, aut enim significat quòd primum bonum velle voluntatis ad Deū, non sit in potestate voluntatis, neque ab illa procedat actiuè: aut est sensus, voluntatem sub onere peccati iacentem non se excitare ad viam Dei arripiendam, sed tantū à Deo excitari. Itaque se mouere, denotat, se excitare. Primum sensum horum reijce, tanquam hæreticum, secūdum autem sensum recipies tanquam catholicæ fidei amicum. Namq; quando homo iustificatur à delictis suis, non præuenit Deum, vt iustificetur, imò Deus præuenit hominem, iuxta decretum S. Augustini lib. 1. ad Simplicianum, quæst. 2. quo loco ait: Voluntas nostra non præcedit Dei vocationem: sed ipsa vocatio Dei efficit bonam voluntatē. Et Ioan. 6. idem docet Christus: Nemo venit

Caietanus auxit obscuritatem placiti Thomę

Exponitur Thomas.

Nemo se excitare potest ad Dei amicitiam obtinēdam nisi primū à Deo excitetur.

nit ad me, &c. Quamobrem ego Thomã intelligo in motibus interioribus concernentibus nostrã salutẽ primis, in quib⁹ voluntas nõ se mouet, sed est à Deo mota, hoc est, nõ se excitat, sed excitatur à Deo: ideo ille motus Deo tribuitur. Non tamen negaret quin bonum illud velle sit à voluntate, non vt se excitante, sed vt ab agente. Vt is, qui dormit, alto somno excitatur ab alio, at excitatus ipse se mouet, vt surgat à lecto: etsi discrimen est, quippe Deus excitat, & adiuuat. Et vt summatim aperiam mentem meã, meminisse oportebit, quod distinct. 25. commemorabam, Deum bifariam mouere voluntatem, & efficaciter, & inefficaciter. Quando igitur mouet inefficaciter, gratia est operans: quando verò efficaciter, est gratia cooperans, si sermo agatur de gratuita motione Dei, in qua Thomas etiam collocat operantem, & cooperantem gratiam. At verò si de gratia habituali sermo vertatur, quãdo gratia sola operatur, vt sanando mentem, & renouando, operans gratia est: at si non sola operatur, sed cum illa agit liberũ arbitriũ, tũc est cooperans. Prior ergo est ratio gratiæ operantis, quã cooperantis. Nã prior est Dei motio, quàm nostra operatio: & prior mentis sanitas à peccato, quã quòd opera meritoria pariat, id quod est gratiæ cooperantis. Et quia merita non solũ sunt in actibus externis, imò & internis ideò gratia cooperans etiam est secundũ actus meritorios, quos voluntas intra mentis cãcellos constituta, adiuta Dei gratia operatur. Et vt olim Dñs Iesus dixit paralytico: Tolle grabatum tuũ, & surge, & ambula, ita sanando peccatorem, à paralysi peccatorum se habet, vndè verba illa: Surge, & ambula: tolle grabatũ, gratiæ fuerunt operantis: at quòd ille paralyticus surrexerit, & tulerit grabatum, & ambulauerit, gratiæ fuerunt cooperantis. Fortasis scisciteberis à me, in pueris num est gratia cooperãs? in ablutis, inquam, ex sacroq; fonte renatis? Et aperta est responsio, non esse in illis cooperantem gratiam, sed tantum operantem, donec adolescant. Locus autem Hieronymi suprà indicatus, est admodũ scrupulosus, nisi mentem Hieronymi habeamus. Hieronymo enim, & alijs Doctoribus sanctis fuit familiarissimum, quãdo impetebãt hæreticos exaggeratione vti sermonis. Itaq; quãdo agebatur, verbi causa, contra negantes liberum arbitrium, videbantur detrahere diuinæ gratiæ, vt liberũ arbitrium stabilirent: alioqui vtrumq; cõfitentes. At deducebant virgã in cõtrariũ, vt illam ex obliqua redderent rectam, vt monuit Aristot. Quare Hieronymus non sensit initium salutis esse in nobis, vt verba sonant: sed eò dixit, quò testatissimum habeamus, quod August. dixit: Qui fecit te, sine te, non saluabit te, sine te. Hæsitat adhuc quispiam, cur dicitur gratia cooperãs libero arbitrio, cum potius videbatur dicẽdum liberum arbitrium cooperarium esse gratiæ. Nam gratia est motor primus, & est tanquam sessor, & voluntas, tanquam equus. Et Magister docet in litera volũtatem non esse præuiam gratiæ, sed pedisse quam. Porro aduertes non idem esse gratiam cooperantẽ, & cooperariã. Nam primũ nihil denotat aliud, quã quòd à gratia, & libero arbitrio prodit vnum, & idem meritum, at secundum videtur innuere, gratiam esse ministram voluntatis, quia Dei operarii, dicuntur Dei ministri, iuxta Paulum monentem eos, vt sint operarij inconfusibiles. Cæterum hoc non admittimus, gratiam esse ministram voluntatis, imò liberum arbitrium à gratia Dei regitur vt diximus, ex Augustino, in Enchiridio. cap. 32. Quem Magister Sentẽtiarum, indicat hoc in loco. Porrò hæc directio est, quia gratia inclinat voluntatem ad supernaturalia appetenda bona, hoc est, ad Deum sitit, vt ad fontem viuum, cuius ipsa riuulus est. Nam gratia est fons ille saliens in vitam æternam, Ioann. 4. & spiritus per gratiam sibi subdit liberum arbitrium, vt sit ductile ad opus Dei faciendum. Meminit quoq; Magister in dist. hac alterius distinctionis gratiæ in prẽuenientem, & subsequentem. Quam vt percipias, scito gratiam multis abũdare effectibus. Sanat eñ mentes nostras, tribuit benè velle, quod est ad Deum velle, benè operari, perseuerare in bono inceepto, tandemq; beatificat. Quorum effectuum primus gratiæ est prẽuenientis, posteriores verò gratiæ subsequentis. Et hæc referuntur ad gratiam habitualẽ. Verùm si intelligamus hanc diuisionẽ de gratuita Dei motione, gratia prævenies, est motio Dei inefficax: subsequẽs verò, est gratia cooperans, seu motio Dei efficax. Vndè si rem oculatè dispexeris, hæc distinctio gratiæ nomine tenus discrepat à

Prior est ratio gratiæ operãtis, quã cooperãtis.

Marc. 2. Ioan. 5.

Hieronym⁹ exponitur.

Gratia est animæ sessor.

2. Timo. 1. Matthæ. 9. & sæpè alibi

Gratia præueniens & subsequens

Effectus. 5. gratiæ.

pat à priori, quam dissecuimus in gratiam Dei operantem, & cooperantem. Namque præueniens est gratia operans, vt sub sequens est gratia cooperans. Et Magister ità decernit in hac distinct. & Thomas in eadem distinct. idem docuit, articulo. 6. Porrò autem Casianus libro de collationibus patrum, censuit gratiam prę uenientem Dei, pendere à nostra præuentione. Itaque nos præuenimus Deum aliquando, & existimat hoc esse verum, quia Dauid ait. Præueni in maturitate, & clamaui. Et rursum: Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, &c. Hoc tamen Casiani documentum non est verum, si de gratia præueniente, quæ prima est, intelligatur. Hæc namque præuenit nostram omnem diligentiam, omnemque nostri arbitrij motum salutarem. Vnde arripuit sibi nomen præuenientis gratiæ. At verò si sermo sit de quibusdam alijs charismatibus, verum est, nos illa præuenire. Nam vt perseuerantiam habeamus, nostri studij est, etsi sit diuinæ etiam gratiæ, & augmentum fidei charitatis, &c. etiam ex nostris operibus præuenimus, vt autor est Augustinus libro de dogmatibus, cap. 31. Tradit enim aliqua dona Dei nos præuenire, id quod intelliges, vt prædiximus. Porrò etiamnum est Hieronymi locus, qui videtur innuere, nos præuenire prorsus Deũ. Nullus inquit sine propria voluntate saluatur, quia liberi arbitrij sumus, ideò vult nos bonum velle, vt cum voluerimus, velit in nobis suum implere consilium: habes libro primo comment. ad Ephesios, capit. 1. Hoc tamen intelliges, vt Casianum censuimus dudum intelligendum. Argumento in principio facto respondebis, diuisionem præfatam exhiberi per oppositos effectus. Nam operans gratia sola mouet, at cooperans mouet non sola. Demum istis addas gratiam concomitantem, esse coope rantem.

Casianus exponitur.

Hieronymꝰ exponitur.

Gratia est animæ sessor.

2. Timo. 1. Matthæ. 9. & sæpè alibi

Gratia præueniens & subsequens

Effectus. 5. gratiæ.

DISTINCT. Vigesimęseptimę, Disputatio prima.

¶ Num sit sufficiens diuisio gratiæ, in gratũ facientem, & gratis datam.

ET videbitur fortasis alicui nõ esse sufficiẽs. Etenim omnis gratia, est gratis data: igitur non est bifida gratia gratis data, & gratum faciens. ¶ Præter hæc quærere licebit, vtra istarum gratiarum alteri præstet: dices, gratia gratum faciẽs, est melior. Et hoc falsum videtur. Namque bonum publicum diuinius est, quàm priuatum, Aristoteles est autor: gratia, quæ spectat bonum publicum, dignior est, quàm quæ priuatum: at gratis data gratia, est in bonum publicum (est namque ad vtilitatem Ecclesiæ) & gratum faciens solum seruit habenti: igitur dignior est gratis data, quàm gratum faciens.

1. Argum.

2. Argum.

¶ In diuersum est Paulus. 1. ad Corint. 12. enarrans plures gratias gratis datas, quæ non sunt gratum faciens gratia.

Argum. in diuersum.

¶ Concors est patrum sententia, has duas gratias inuicem differre. Nempè quòd gratis data, gratia est ex vsu Ecclesiæ: at gratum faciens, ex vsu habentis. Vnde Glossa tractans verba Pauli ad Corint. 12. Manifestatio spiritus datur ad vtilitatem: intelligit vtilitatem Ecclesiæ publicam, vt genera linguarum olim in primæua Eccle sia donabantur ad vtilitatem Ecclesiæ vtique, vt certò cõstaret Euangelicam prædi cationem veram esse: quippe quam ipsa veritas, quæ Deus est, testabatur miraculis. Porrò si obieceris Theophylactum mihi, eadem Pauli enarrantem verba, dicentem tum in Ecclesia illa primitiua baptizatis à baptismo generalinguarum donata à Deo,

Decisio quæstionis.

Deo, in baptismi recepti testimonium, & gratiæ Spiritus sancti infusæ baptizatis. Vndè videtur confectum iri, gratiam gratis datam etiam exhiberi, vt sit ex vsu habenti. Imò res hæc firmatur ex Gregorij testimonio super Ezechielis, capit. 17. agentis illa verba: Erat similitudo palmarum: ait enim Deũ exhibere miracula per sanctos suos, vt palàm fiat quales sunt sancti apud Deum. Igitur operatio miraculorum fit in testimonium sanctitatis operantis miracula, id quod eius honori cedit. Et rursum sæpè sancti præstiterunt miracula. Si ergo illa miracula alijs cedunt in vtilitatem, multò melius facientibus. Quippe ex illis maiores in se incendent diuini amoris flammas. Ergò gratiæ gratis datæ etiam sunt ad vtilitatem habentis. Adhæc timor seruilis, quo concutitur peccator, & attritio, qua atteritur, sunt gratiæ gratis datæ: nihilominus non sunt in vtilitatem aliorum, sed solùm habẽti sunt ex vsu. Nihilominus certa est statuta iam conclusio. Vndè gratiæ gratis datæ sunt publicæ, & gratia gratum faciens adeò occulta est, vt lateat etiam habentem. Verùm tamen gratis datæ non possunt latere: sunt namque euidentes omni populo, siue miraculorum operatio, siue prophetia, siue quæuis alia. Siquidem huiusmodi gratiæ sunt in commodum Ecclesiæ, ideò necesse est, vt non lateant Ecclesiam Dei. Cæterùm obseruandum est, huiusmodi gratias gratis datas quanuis in scopum habeant ipsum Ecclesiæ profectum, nihilominus nihil impedit, quòd etiam proficiant habenti. Nam quis hæsitabit, sanctis Apostolis miracula profeciſſe ad maius fidei, & charitatis incrementum? Quamquam, vt diximus, non est scopus hic harum gratiarum, habentis commodum, sed Ecclesiæ, at proficiens alijs, sibi etiam proficit, quamuis non semper. Itaque proprius profectus non est certus, at Ecclesiæ vtilitas, ex gratijs istis est certissima. Et hoc est, quod argumentis commemoratis dandum est. Timor porrò seruilis non est connumeratus à Paulo inter gratias gratis datas, sed ab Esaia, capit. 11. inter dona Dei. Nam sub timore, filialem, & seruilem comprehendit. Neq; attritio connumeranda est inter gratias gratis datas. Sed est operatio timoris seruilis. Nam, qui timet Dominũ, nõ faciet mala. Quare propter hoc argumẽtum Gabriel non debuisset discedere à vulgato Theologorum placito. Iam verò si obseruasti, duas præscripsimus differentias inter vtramq;, quã diximus, gratiam, quibus iam iunge alteram. Gratia enim gratum faciens iustorum tantùm est, at gratis data etiã peccatorũ est. Et plena est scriptura testimonijs, hoc ipsum persuadentibus. De Saul enim habes. 1. Reg. 10. quòd prophetauerit. De Balaã, Numer. 23. de Caypha, Ioã. 11. de Pharaone, Genẽ. 41. De Nabuchodonosore Danielis. 2. Vndè Hieronymus lib. comm. 1. ad Gal. cap. 3. tractãs verba illa: Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis, inquit, Galatas fascinatos, & errãtes in fide, donatos fuisse virtutũ, & miraculorũ operatione, vt etiã Corint. Et Marc. 9. legimus Apostolos dixisse Dño: Dñe, vidimus quendam in nomine tuo, &c. qui nõ sequitur nos. Ad hæc Hieronymus in comm. ad Matthæ. cap. 7. exponẽs verba illa: Dñe, nõne in nomine tuo prophetauimus? inquit, miracula facere interdũ non est in merito operantis: sed innocatio nominis Christi hoc facit ad vtilitatem eorũ, qui audiunt. Nã Saul, Balaã, Cayphas, pphetauerũt: & Nabuchodonosor, & filij Sceuę. Act. 19. expellere dæmonia tentauerunt. Porrò hæsitant quidã, nũ gratia gratis data, sit proprio sermone dicenda gratia? Gabrieli enim visum est, nõ esse propriè gratiã, propterea q̃ peccatores illa fruũtur. Aduertendũ est autẽ vocabulũ hoc, gratia, trifariã vsurpari à Theologis. Est enim gratia, quidquid alicui gratis datur. Quapropter etiam naturales dotes, gratia sunt hoc modo: nam sunt gratis concessæ, vt dixit Chrysostom. homilia. 13. ad Ioannem, vbi creationem, gratiam vocat. Et August. itidem lib. cõfessionum, ingenium inligne, quo præpollebat, & tenacissimã memoriam, dona Dei esse fatetur. Imò & diuina scriptura germanã esse appellationẽ hanc, nõ obscurè docet. Ecclesiastes. cap. 3. Omnis inquit homo, qui comedit, & bibit, & videt bonũ de labore suo, hoc donũ Dei est. Quamquam Hieronymus hoc retulit ad tropologiam de corpore, & sanguine Domini. At nos literam tantum indicamus. Vsurpatur etiam gratia propriùs pro donis supernaturalibus. Et hæc dona quædam sunt, quæ homines habentes illa non reddunt gratos

Gratia gratũ facies latet habẽtẽ, at gra gratis data nota est.

Gabriel refellitur.

3. Differentia.

Gratia trifariam vsurpatur.

gratos Deo, vt prophetia, miraculorum operatio, alia verò reddunt Deo gratos. Priora gratis datæ gratiæ dicuntur: posteriora, gratũ faciens gratia, vt charitas Dei, & gratia Dei, quæ illi iungitur necessariò. Inter hæc autem tria si fiat collatio, postrema acceptio est maximè propriè gratia. Etenim gratia est, quia debita non est, ex Paulo ad Rom. cap. 4. quo ergo donatum longiùs abest à debito, magis est gratuitum. At verò quamquam creare rerum naturas, in diuina fuit potestate, & nullo cogente creauit, & nihil erat meriti vnde crearet, at postquam creauit, creatis debet conseruationem, & gubernationem, & demum naturis creatis necessaria subministrare, vt in proprijs naturis subsistant, & operentur. Vndè creato igne, illi debebatur locus sublimis, qui est sibi natiuus: & hunc debitum locum illi tribuit Deus, vt cęteris elemẽtis debita ex natura sua Deus tribuit: itemque mistis omnibus, ne frustrà viderentur creata à Deo. Quapropter hæc, quæ naturæ conceduntur, quamquã simpliciter Deus nihil debet alicui creaturæ, at postquam illam creauit, hoc debetur illi, quod pertinet ad illius conseruationem, & administrationem. Rectè igitur dona dicuntur naturalia bona, quia psalmus cecinit: Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno, &c. Etenim poterat nõ creasse vniuersa, & creata potest euertere omnia. At verò non sunt propriè gratia, quia creatis rebus quæ concedũtur, debita sunt illis pro administratione, & conseruatione sua. Quamobrem prorius dona supernaturalia sunt gratia, quia nullo modo sunt debita naturæ. Porrò quæ gratiæ primatum tenet, est gratia gratũ faciens, cùm quòd est supernaturale donum, tum quod Deo reddit ex inimicis amicos. Atqui inimici digni sunt supplicijs, tantum abest vt donentur muneribus. Ideoq; illis collata munera, gratia sunt potissimè, at verò munus, quod reddit ex inimico amicum, quàm maximè gratiæ rationem obtinet. Quare gratum faciẽs gratia, vel ex nomine conuehit proprijssimè obtinere gratiæ rationem. Dubium est quod agitatur à Theologis de gratijs gratis datis, an sint habitus. Et responsio aperta est, non esse habitus, sed operationes transeuntes. Vndè Paulus. 1. Corinth. cap. 12. sub nomine operationum illarum meminit: Sermo, ait, sapientiæ, sermo scientiæ, operatio virtutum, &c. Est autem sermo sapientiæ, quando gratis donatur à Deo explicatio diuinorum mysteriorum: sermo verò scientiæ quando datur explicatio rerum agendarum, &c. De prophetia itidem res prompta est. Non est enim habitus. Nã si habitus esset, vterentur Prophetæ habitu prophetico pro sua voluntate. Nam habitibus vtimur cùm volumus. 2. de anima. Cæterum Heliseus satis indicat diuersum. Ipse enim fatetur sibi celatum fuisse mysterium quoddam. 4. Reg. 3. Quamuis autem Paulus commemoret fidem inter gratias has, verũ non est fides hæc Theologica virtus, sed constantia quædam in asserenda, & profitenda fidè, qualem sancti Martyres habuerunt, aut confidentia in Deo eximia in edendis miraculis, aut alijs rebus arduis aggrediendis. Item genera linguarum, est loqui varijs linguis, vt loquuti sunt sancti Apostoli. Quamquam non video quid impediat, quo minus aliqua gratia gratis data sit habitus, & quòd Apostoli habuerunt scientiam infusam linguarum. Etenim ipsi scripserunt Græcè, vt Petrus, Paulus, Ioannes. Igitur habebant habitum infusum linguarum, & non tantùm sermonem trãseuntem. Nam sancti Apostoli non didicerunt linguam Græcam, in qua scripserunt, sed cælitus fuere edocti. Istis quoq; accedat & alterum dubium, de sacramentarijs potestatibus, num sint gratiæ gratis datæ? vt claui-gera potestas, & conficiendi corpus Domini, & hoc genus reliqua. Et equidem non sunt gratiæ gratis datæ. Nam potestates istæ sunt ad regimen Ecclesiasticum, ideoque sunt ordinariæ, at gratię gratis datæ, nõ sunt ordinariæ, sed extraordinariæ. Nam solùm sunt ad ædificationem fidei, quapropter ædificata iam fide cessarunt. Aut si quando emergunt, fides illas exigit vt confortetur. Quod si ais, istæ potestates sunt gratiæ, & gratis dãtur, igitur sunt gratis datæ. Negabis collectionem, quia variatur appellatio. Non enim sufficit, quòd gratis detur, sed oportet, quòd raro detur, & quòd à solo Deo detur, vt sit gratis data. Potestates autem sacramentorũ per manus Episcoporum frequenter dantur, ideò neque raro neque à solo Deo dãtur. Sunt enim gratiæ gratis datæ, vt dixi

mus

Quo datũ lõge abest à debito magis gratuitum est.

Dona naturalia.

Gratia gratum faciẽs est præcipua gratiarum.

Sermo sapientiæ, sermo sciẽtiæ.

Potestates sacerdotales nõ sunt gratiæ gratis datæ.

Quæ requiruntur ad gratiã gratis datam.

mus, non familiares Ecclesiæ, sed raræ admodum. Quid? quòd potestates sacramentorum sunt potestates, quibus vti licebit, pro arbitrio sacerdotum, pro loco & tempore? At verò gratijs gratis datis non semper vti licebit pro arbitrio habentis, vt diximus de prophetia. Itidem dicito de potestate ad edenda miracula. Et obseruabis Hieronymum in quæstione. 9. ad Hedibiam, dicentem, potestatem dedit Christus diuisim sacramentorum Apostolis, & gratias gratis datas. Nam sacramentorum potestates Ioan. 20. concessit dicens: Accipite Spiritum sanctum, &c. & in die Pentecostes dedit omnia genera donationum ad omnia. Quæ verba satis firmant id, quòd nos dudum docebamus. Intellige Hieronymum dare tunc gratias gratis datas Apostolis omnes, quia ante Pentecosten quasdam habuerunt. Ad argumenta igitur in principio obiecta, ad primum dicito, multas esse differentias inter vtramque gratiam, gratis datam, & gratum facientem, & quod hæc in bonum singulare, illa in bonum commune: & rursum, quod hæc est occulta, illa manifesta. Et præter hæc, quòd hæc est iustorum, illa etiam iniustorum. Neque valet collectio, gratis datur, est igitur gratis data: vt paulò ante demonstrabamus.

Exponitur Hieronymus

¶ Ad secundum dices: Effectum formalem gratiæ gratum facientis, esse præstantiorem simpliciter, quàm sit effectus formalis gratiæ gratis datæ. Nam illa facit hominem Deo gratum: id quod præstat cunctis alijs charismatibus. Cæterum dispositiuè est præstantior gratia gratis data, quàm gratum faciens, quia illa præparat, & disponit plures ad amicitiam Dei, id quod non facit gratum faciens. Et hoc solùm argumentum probat, quòd sit melior secundum quid, non tamen simpliciter.

DISTINCT. Vigesimę octauæ, Disputatio prima.

¶ Num intellectus noster innixus solùm generali Dei auxilio omnes veritates ita naturales, vt supernaturales assequi valeat.

ET videbitur alicui forsitan, nostrum intellectum auxilio Dei generali solùm suffultũ, impotentem esse ad quamlibet veritatem assequendam. Etenim Augustinus lib. 2. de ciuitate Dei. capit. 7. inquit: Philosophi diuinitùs adiuti magna de Deo cognouerunt. 1. Argum.

¶ Et quòd non sit audiendus de auxilio generali, ipse testari videtur, scribens Paulinæ, epistola. 112. cap. 12. Vt valeamus, ait, cogitare Deum superare sensibilia, egemus auxilio speciali Spiritus sancti. 2. Argum.

¶ Et rursum in cõcilio Mileuitano, cap. 4. vtrumq; docetur esse Dei muneris, & scire quæ facere debeamus & diligere, vt faciamus. 3. Argum.

¶ Et sumpsit Concilium ex August. lib. de vera innocentia. 4. Argum.

¶ Et in Cõcilio. 2. Arausicano, cap. 9. idem habetur: Diuini, ait, muneris est, cum & recte cogitamus, & pedes nostros à falsitate tenemus, &c. 5. Argum.

¶ Ad hæc psalmus: Qui docet (ait) hominem scientiã. Et Beda super Lucã. cap. 10. quatuor noxas nobis induxisse peccatum primi parentis testatur, & ignorantiam agendorum, & malitiam, hoc est malignitatem, & difficultatem agendorum, & noxiam concupiscentiam. Igitur vt hæc caueamus egemus Dei speciali auxilio. 6. Argum.

¶ Et firmantur hæc ex Paulino oraculo ad 7. Argum.

ad Rom. 1. Quod notum, inquit, erat Dei, manifestum erat illis. Deus enim reuelauit illis, igitur non omnes veritates naturales scire valemus, si destituamur speciali Dei præsidio. Quādoquidem hæc veritas naturalis est, Deus est.

Arg. in diuersum.

¶ In diuersum est Paulus: Inuisibilia Dei, per ea, quæ facta sunt intellecta cōspiciuntur, facta verò à Deo, sunt creaturæ visibiles. Has nūt acerrimè calluerūt philosophi ex auxsilio Dei solū generali, igitur diuinitatē intellexerūt ex eodem auxilio.

¶ Disputatio hæc eò mota est, quò spectum sit, & adhodum exploratū, quid velint verba illa Augustini: Credere, nostrū est. Quæ Magister indicat in litera, quæ Pelagianis fomentum erroris præstiterunt. Firit autem in disputationibus istis de gratia, & facultate liberi arbitrij Augustinus; noster ante signianus, vt ferè in alijs materijs, Theologicis meritissimè est. Vnde dixit Hieronymus, Augustino scribens: Catholici te conditorem rursum antiquæ fidei venerantur, & suspiciunt, & quod signum est maioris gloriæ, te hæretici detestātur omnes. Id & Hieronymus propterea scripsit, quia de gratia, & libero arbitrio, mirabili ingenio, & solida veritate Augustinus edisserit. Cuius ingeniū, Hieronymus reueritus scribens. 3. lib. dialogorum cōtra Pelagianos, ait. In ijs, in quib⁹ Aug. fixit stylū, supersedendū duxi. Neq; tamē obieceris mihi, cur nō supersederūt Theologi, si Hieronymus supersedendū duxit? Equidē sancti Patres quāuis doctè multa disserūt, at obscurè. Quāobrem Theologis non est vitio vertendū, si quæ Augustinus scriptitauit, ipsi inculcēt. Vt ergo à distinctione veritatū, mihi gradū faciam ad decisionem claram huius disputationis, scito veritates quasdam esse naturaliter scibiles: aliæ verò sunt scibiles, non ex lumine naturali, sed ex lumine superinfuso. Atqui perindè est, atque si dixeris, quædam esse scibilia naturaliter, alia verò supernaturaliter. Et hæc duo scibilia non discrepant ex obiecto. Nam vnum, idemq; obiectum potest sciri vtroque modo, at discrepant ex medio: vt Deus, quatenus est, scibilis est naturaliter, at quatenus trinus est, est scibilis supernaturaliter. Et homo vt homo est, scibilis est naturaliter, at vt redemptus est sanguine Christi, vt beādus tandē per Christi merita, & proprium studiū, scibilis est supernaturaliter. Vt corpus humanum, vt mobile ex natura, est scibile à Physico: vt autē sanabile ex arte, scibile à Medico. Diuersitas igitur mediorū diuersam facit scientiam, & cognitionem. Itaq; id, quod sciri, aut assequi nequit, nisi ex lumine superno addito lumini naturali, hoc sanè est cognoscibile supernaturale: quòd verò ex lumine vernaculo assequi potest, veritas est naturalis. Quamobrem. 14. fidei articuli sunt veritates supernaturales, siquidem egent lumine superno, vt assequantur: cæterum cætera alia sunt veritates naturales. Obserua autem, quædam naturaliter scibilia, nonnūnquā ex Dei dispēsatione ex superno discuntur lumine. Nā Salomō diuinitus fuit ductus naturæ arcana. 3. Reg. 3. & Sap. 7. Et Exodi. 31. Dās mirabilem artes, quasdā cōscendit qbusdā. Porrò istud præcedās fuit illi cognitioni, siquidem cognitio illa suapte natura assequibilis erat ex lumine natiuo hominū, vt quædā sunt etiam, quæ diuinitū docuit magisterium, quæ ex fide creduntur, quæ alioqui sine fide sciri poterant. Vt & Abraham duos filios habuit, alterum ex libera, alterum ex ancilla. Huiusmodi igitur non sunt per se veritates supernaturales. Porrò autem Augustinus in Enchiridio, cap. 6. tres distinxit sciendi vias, alterā per experientiam, alteram ex ratione, aliā ex fide. Quæ ergò experimēto discuntur sensu docente, naturaliter discuntur: quæ verò ex ratione itidem, ratione ostendēte, naturaliter discūtur: quæ verò ex fide, hæc sensum superant, & rationem natiuam vincunt, & solùm ex cælesti pendent magisterio. Iam verò vt ad differendum propositā quæstionem accingamur, scitō Gregoriū Ariminēsem dist. 19. 2. Sēten. contendisse veritatem hanc, Deus est, non esse naturalem, sed supranaturalem, & illi suffragantur vniuersa, quæ cōtulimus in argumēta quæst. huius principio. At reuera Augustinus, lib. 8. de ciuitate Dei, cap. 11. mota quæstione, vnde Platonici tātam, & tam mirabilē vim de diuinitate philosophandi habuerint, in duorum alterum deuenien-dum putat, aut quòd ex libris prophetici sibi hauserunt diuinitatis, quæ nouerunt, arcana: aut potius quod per hæc visibilia diuinas veritates cognouerūt, id quod ipse magis eligit. Rursum eodem lib. capit. 9. ex naturali lumine cognouisse Deum esse philo-

Hieronym⁹ Augustinū reuereretur.

Lege Panegyricū nostrum ad Theologiā scholasticā.

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

5. Argum.

6. Argum.

7. Argum.

Veritates supernaturales perse, & per accidens.

Tres viæ scientificæ.

Philosophi nō indigue rūt illustratione super na ad explorandā diuinitatem.

philosophos, probat ex testimonio Pauli Act. 17. Qui postquam dixerat: In ipso viuimus, mouemur, & sumus: citat autoritatem vernaculam Poëtarum: Sicut quidã, ait, vestrorum Poëtarum dixerunt: Genus Dei sumus. Ad hæc ne dicas, Augustinum nõ dixisse ex lumine naturali philosophos Deum cognouisse, leges August. in homilia de verbis Apostoli. 55. qui elucidãs verba Domini: Ego sum via, veritas, & vita: explicat etiam vndè cognouerunt philosophi diuinitatẽ: Ex creatura, ait, creatorem: ex factura, factorem: per mundum, fabricatorem. Et item homilia. 56. de verbis Domini, dixit, Philosophos cognouisse diuinitatem, sicut Paulus ait, non per legem, neque quia Deus loquutus fuit illis, sed per visibilia. Indeq; digreditur Aug. vt demonstret, vt per creaturas, creator ostendi potest. Igitur veritas hæc, Deus est vnus, &c. naturalis est. Et præter hæc Damascenus, in lib. 1. de fide, cap. 1. nobis naturaliter commemorat esse diuinitatis notitiam: igitur non egemus lumine super addito. Idem te idem docebit, cap. 4. eiusdem libri: Notum est, ait, Deũ esse, at eius substantiã, & quid sit, prorsus ignoramus. Nos multa in rem hanc cõgessimus in primum Sententiarum, ideò istis aceruandis testimonijs supersedendum est. Hæc verò ideo retuli vt conuellerem Gregorij placitum, vndè temerè putat Philosophos ex reuelatione superna fuisse illustratos. Et addit, duplicem esse reuelationem, alterã coagente creatura, alteram non coagente. Primam tribuit philosophis, alteram Prophetis. Et Gregorius non fuit primus huius opinionis inuentor. Nam eiusdem meminit S. Thom. in. 2. Sentent. distinct. 28. art. vlt. At insultabis fortasis, cur ergò Paulus ait, Deũ reuelasse philosophis suã diuinitatem? Dixerim tibi, reuelare, esse verbum Latinum correspondens verbo Græco, ἀποκαλύπτω, quod significat, manifesto. Vndè Apocalypsis Ioannis. At verò reuelatio in scripturis nõ est semper de arcanis diuinitatis, sed etiam ad alia non arcana vsurpatur. Vndè Dominus iubet sacerdotibus vmbratilibus, vt feminalibus vterentur, ne reuelaretur turpitudo ipsorum. Et Dominus quoq; docet nihil occultum factitari apud homines, quod tandem non sit reuelandũ. Et hoc genus alia reperias innumera. Vt igitur philosophis celebre est, opus naturæ tribuere intelligentiæ, ita Paulo sapiẽter visum est, quod philosophi ex creaturarum adminiculo de Deo exploratum habuerunt, Deo tribuere. Ideò ait, Deus enim reuelauit illis. subaudi, per creaturas Deus ostendit philosophis suam celsitudinem. Et quod ait Gregorius: Prophetas habuisse reuelationem, nõ coagente creatura, hoc est falsum. Namque sæpè mota phantasia diuinitùs, Prophetæ sua ediderunt oracula. Quòd verò argutatur, si naturaliter philosophi diuinitatem exploratã habuerũt, & quod naturale est, commune est omnibus, igitur omnes homines exploratam habuerunt diuinitatẽ. Id quod falsum esse quiuis nouit. Nã plebes rudes diuinitas latebat. At ego illi obijciam, Astrologiam scire & Philosophiam, & cæteras scientias, naturę est hominum: igitur omnes homines possunt esse sapientissimi. Id quod ignarus esset qui concederet. Nam quædam in potestate naturæ sunt, non tamẽ ita peruia, vt cuiuis contingant, sed rarò accidunt, & cum magno labore. Vt neq; omnibus acidit corporis elegantia, & bona virium habitudo: quæ tamen naturæ sunt, & non supernæ gratiæ. Argumenta porrò, quæ Gregorio obtrudebat, vt persuasam faceret suam sententiam, dilues si dixeris, duo esse consideranda in diuini numinis notione, ipsam, scilicet, nudam diuinitatis notionem, aut non nudam, sed affectui syncero ad diuinitatem copulato. Quòd si de notione nuda agatur, poterat, vt potuit, philosophis contingere, sine particulari præsidio præter generale. At si secundo modo restractetur, non potuerunt philosophi Deum amare cognitum super omnia, vt oportebat amare, nisi Spiritus sancti adiutorio donarentur. Id quod Paulus illis vitio dat, quia cùm Deum cognouissent, non sicut Deum honorificauerunt, sed euanuerunt, &c. ad Rom. 1. & sub hac censura intelliges siue concilia, siue Augustini verba. Quid? quòd ad facilem notionem diuinitatis habendam, & syncerã, constantem, & incorruptam, etiam præsidium Dei particulare erat necessarium. Namq; philosophi præclarè multa, multo tamen labore exporauerunt diuinitatis mysteria: at illa vitiarunt, ex multis erratis admistis, vt affatim disseruimus in primo. Quibus accedat, trepidulos illos fuisse in asse-

Reuelatio In scripturis quid velit.

Leui. 20. & 26.

Matth. 10.

Gregorius non probatur.

Argumẽta pro Gregorio diluuntur.

Duplex notio diuinitatis.

asserenda Dei omnipotentia, & alia, quæ maiestatis diuinæ erant, vt diuinitatis infinitas, prouidentia, & gubernatio rerum, & hoc genus alia, quæ tenuiter attigerũt, qui maximi etiamnum philosophorũ fuerunt. Porrò autem de veritatibus contingentibus nullam hactenus fecimus mẽtionem, quippe quæ incertæ sunt veritates apud nos, soliq; Deo manifestæ. Ideò illæ neq; sunt veritates naturales, neq; supernaturales apud nos. Quippe nos latent, & vt pateant, egent lumine cælesti, vt supernaturales veritates. At de istis non est cur disputemus. Sed ad veritates morales deflectamus stylum, an omnes istæ patêre possint hominibus sine cælesti lumine, vt de naturalibus theoricis veritatibus hactenus mentionem fecimus, omnes has posse patêre nobis, sine lumine superadiecto. Nam si quæ fugeret nostrum conspectum, maxime hæc, Deus est vnus: at hæc nõ fugit philosophos, præsertim præclarissimos, vt Platonẽ, Anaxagoram, Pythagoram, Aristotelem, &c. Iam igitur idẽ voluimus dubium de veritatibus moralibus, non sanè de omnibus. Namq; quòd diligẽdus sit inimicus, quòd cõfitenda sint peccata, quòd parcendũ sit iniurijs, & hoc genus alia pleraque multa, quæ Euangelicæ cõmemorant literæ, non sunt veritates naturales, quas modò proponimus quærendas, sed eas duntaxat, quæ finem naturalem concernunt, vt homo studiosè viuat secum, & cum alijs tranquillè conuersetur. Et has omnes ditionis esse humani intellectus nudi ab speciali auxilio ne dubita. Etenim Aristoteles sufficienter satis, vt cætera omnia, has veritates est persequutus. Nam quæ spectant ad regimen priuatum hominis, exactè tradidit libris Ethicorum. Quæ verò ad Oeconomicam, seu domesticam gubernationẽ, libro œconomicorum, vt quę ad reipublicæ ciuilem administrationem, libris Politicorum: exceptis paucis, quæ commemorat lib.7. Politicorum, capit.16. quæ à recta ratione videntur esse aliena, vt de orbatis natura, quos voluit non educandos, & aborsum non viuentium adhuc fœtuum procurandum. Quamuis non desunt, qui hæc ad saniorem torqueant intelligẽtiam. De qua re nihil curæ mihi modò est. Adde, Senecam præclarè multa scriptitasse de moribus humanis sanctè componendis, adeò vt sæpè habeat vnde miretur lector prudens, gentilem philosophum ita incorruptè de moribus differentem. Et Tullium si commemorem (testis etiam erit huius rei locuples) probos docentem mores: libro de officijs, & sæpè alibi. Et demũm vnum hoc satis sit huic assertioni persuadendæ. Si enim veritatem hanc, Deus vnus est, naturale hominis lumen mentis assequi potest, quæ re vera est maxima veritas, quid quòd veritates morales, de agibilibus consequi valeat? Porrò fortasis adhuc insistes, proferens quod sancti Doctores omnes clamãt, hominem docẽtes ex primitiua culpa ignarissimum redditum in agendis. Et nos suprà indicabamus Bedam in hanc sententiam. Et omnibus silentibus Psalmus intonat clara voce, inquiens: Homo, cum in honore esset, factus est similis iumentis insipientibus. Quòd si veritates naturales ita theoricas, vt practicas assequi possumus ex natiuo lumine, quomodò sumus tanquam bruta? Et adde Paulum dicentem: Nam quid oremus, nescimus. Ad Roman.7. Obseruabis igitur ignorantiam, quam sancti loquuntur, hominem conuexisse ex primo delicto, non esse omnium rerum gerendarum, aut speculabilium. Non enim mansit homo ex peccato illo stipes. At, vt diximus, philosophi multa præclara memoriæ prodiderunt. At verò ignorantia hæc diuinorum est in primis. Quippè hæc ignorantia oppressit humanam naturam, adeò, vt deserto Deo verò, effingerent sibi Deos falsos. Exceptis paucis, quos Dei imbuit afflatus: testante Esaia: Tenebræ, ait, operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus. Quia igitur homines diuinitatis veræ facti sunt ignarissimi, ideò scopo vitæ humanæ vero sublato, qui est diuinitatis veræ notitia, gubernatio tota hominum, quatenus ad finem supernaturalem tendebat, funditus perit. Namq; neque supplicia malorum, neq; præmia bonorum æterna illis constabant. Et quamquam philosophi nonnulla de re hac calle bant, vt diximus, cæterũ hæc potius mussitabant diuinitatis arcana, quàm palàm confiterentur. Non enim audebant diuinitatẽ vnam confiteri. Vndè Anaxagoras retulit supplicia ab Athenienſibus, quia diuinitati verè assentiebat: itemque Pythagoras.

De veritatibus contingentibus.

Gregorius non probatur.

Argumẽta pro Gregorio diluuntur.

Veritates morales, naturales patêre possunt menti nudæ lumine nouo Dei.

Duplex notio diuinitatis.

Aristotelis errata.

Expositio sanctorum.

Hominum tetra ignorantia.

Philosophorũ ignorantia.

thagoras. Porrò Philosophi onusti doctrinis, in Deum non se retulerunt, hocq; illis fuit pernicioſa ignorantia. Quare non ab re Paulus dixit: Et obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. Non quidem eſt obſcuratum, quia mentem ignaram habebant, ſiquidem doctiſsima illis mens fuit. At eò obſcuratū, quòd cū Deū cognouiſſent, nō ſicut Deum honorificauerunt, aut gratias egerunt. Cæterū vt nihil offendiculi relinquamus, vndè ceſpitandi ſit occaſio, etiānum dubium excitare placebit ex Dionyſio, lib. de diuinis nominibus, capit. 4. tradēte, dæmonibus præclariſsima à peccato naturalia ſupereſſe. Quid ergo ſi dæmones poſt peccatum ita ſapientes fuerunt, vt ſub innocentia, ſub qua conditi fuerunt, homines inſipientiſsimos fuiſſe ex peccato aſſerimus? At vt ſcrupum iſtum reuellam ex corde tuo, aduertes, duo fuiſſe in dæmonibus, intellectum nempè, & liberum arbitrium. Intellectus igitur clariſsimus ſubſtitit ità poſt peccatum, vt ante: cæterum liberum dæmonis arbitrium adeò vitiatum fuit, vt obſtinatiſsimo affectu in Deum autorem ſuperbè vſque modò ſæuiat, & æternò ſæuiet. Homo verò mole corporis impeditus mētem gerit ignaram ex peccato. Nam quæ nouit, ex magno labore diſcit. Vt verum ſit illud Salomonicum: Qui addit ſcientiam, addit laborem. Quod ergo homini corporis tollit impedimentum, dæmonibus naturæ ſubtilitas concedit. Verùm liberum hominis arbitrium non tam oblæſum eſt, quā angeli arbitriū. Etenim peccatum hominis, non eſt conclamatum, vt diabolicum peccatum, fuit ergo homo læſus in corporis dote, namque ex immortali, obnoxium eſt iam morti: fuit læſus in animalibus viribus appetitiuis, quia infixum gerit peccandi fomitem: fuit læſus in intellectu, propter ignorantiam eorum, quæ vitæ æternæ adipiſcendæ conducunt: fuit deniq; læſus in libertate arbitrij, quæ magis prona eſt ad malum, quàm ad bonum. Per hæc in abſoluto tibi erit, quid Magiſter voluerit de re hac diſtinct. 25. & Beda loco indicato, & Gloſſa ad Lucam, capit. 10. Et Dionyſio fecimus etiam ſatis. Nam ipſe de naturalibus loquitur dæmonum, non de libertate arbitrij, cuius corruptionē is ipſe in eodem libro proſequitur.

Paulus exponitur.

Hæc obſeruatio de læſione hominis & dæmonis ex peccato.

Magiſter exponitur.

¶ Poſt hæc autem animo ſubit, deciſorias quaſdam tibi offerre concluſiones, vt ſit tibi in numerato huius diſputationis veritas. Primam igitur accipe concluſionem.

¶ Ad naturales veritates inueſtigandas, & aſſequendas, ita theoricas, vt practicas, natiuum lumen, quod Deus homini conceſsit, ſufficit. 1. Cōcluſio

¶ Secunda concluſio: Hoc natiuum lumen non excludit Dei generale auxilium, ſed ſolùm ſpeciale non eſſe neceſſarium docet. 2. Cōcluſio

¶ Tertia concluſio: Ad veritates ſupernaturales, ſeu theoricas ſeu practicas, neceſſarium eſt, vt lumen natiuum iuuetur lumine ſuperno, vt illę aſſequantur. 3. Cōcluſio

¶ Quarta concluſio: Veritates naturales aliquando ex Dei diſpenſatione innotuerunt ex lumine ſuperno. Primam concluſionem, & ſecundam inde probabis, quia cum Deus ſit primus intellectus, omnis intellectio in ipſum refertur, vt in autorē: quia primum in vno quoque genere, eſt cauſa eorum, quæ ſunt in illo genere. Et primum ſimpliciter, eſt cauſa ſimpliciter omnium motuum, & omnium effectuum. Ideò ſine auxilio Dei generali nihil natura, vel mens præſtare poterit. Et rurſum ex Eſaia admonemur, omnia opera noſtra à Deo operari. Quòd verò ſpeciale auxilium non ſit neceſſarium, ſatis demonſtratum eſt in exactis ſermonibus. Et tertiam concluſionem probat locus Matthæi. 16. Beatus es Simon Bariona, quia neque caro, neque ſanguis reuelauit tibi, &c. Et Matthæi. 13. Nobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei, &c. Et Sapient. 9. Quæ ſunt in proſpectu, inuenimus cum labore, quæ autem in cælis, quis inueſtigabit? & ſenſum Domini quis nouit? Quaſi dixiſſet clariùs, generationes, corruptiones, & miſtiones elementorum difficiles ſunt inueſtigatu, at cælorum numerum, & motum multo difficilius eſt exquirere. At quòd omnia ſuperat, fides eſt Catholica, quæ vna vincit vires noſtri intellectus. Rurſum Dominus. Matthæ. 11. ait, Confiteor tibi, pater, rex, &c. quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Et ad hanc normā multa colliges ex ſanctis ſcripturis. Et profectò ſi Ariſtoteli. 2. de cælo viſa eſt difficilima, aſtronomica, cæleſtiſq; ſcientia, quia cæli

ſunt

sunt longè à nobis siti, & illorum ignoramus accidentia, longè difficilior apud illum censeretur Trinitatis arcanum, & alia, quæ fides Catholica docet. 14. articulis comprehensa.

¶ In enodanda quarta conclusione nihil opus est facto bonas horas terere, quippè quam satis elucidant disserta. Argumenta porrò facta in principio clarescunt, si quæ inter disputandum attentè obserua sti. lege Thom. lib. 3. contra gentes, capit. 147. &. 2. Sentent. artic. 5. quæst. 1. &. 1. 2. quæst. 109. artic. 1.

1. Cõclusio

2. Cõclusio

3. Cõclusio

4. Cõclusio

Distinct. 28. Disputatio. 2.

¶ Num vt credamus reuelatis à Deo per Prophetas suos, & à Christo per Apostolos suos necessaria sit fides infusa.

1. Argum. ET fortasis alicui videbit reuelata credi posse, citra infusum fidei habitum. Nam hæretici, habitu fidei infuso orbantur: at reuelatis credunt, igitur, &c.

2. Argum. ¶ Secundo, Per media topica possunt persuaderi fidei articuli: igitur tum credẽtur, & non est necessarius fidei habitus. Item credi possunt ex autoritate Magistri illa asserentis, quæ autoritas generat credulitatem in alijs credibilibus: ergo itidem in articulis fidei.

Argum. in diuersum. ¶ In diuersum est, quia sine fide ad Hebræ. 11. est impossibile placere Deo, at nõ est hic sermo de actu credendi, quem desiderant infantes recèns baptizati: ergo de habitu fidei oportebit intelligere.

¶ Disputatio hæc mota est propter Durãdum, qui simpliciter negat, dist. 28. quæst. 1. ad credendum reuelatis, infusum habitum exigi, at verò ad faciliorem assensum necessarium credit. Faciunt cum Durando, quæ produximus argumenta. Itemq; assentire vtcumq; reuelatis, non eleuat potentiam, at assentire firmiter, & faciliter. Igitur simpliciter non est necessarius infusus habitus fidei. Et S. Thom. in. 2. dist. 23. art. 3. q. 3. idem sapit, atq; Durandus. Non esse simpliciter necessarium habitum infusum ad credẽdum ex aliqua æstimatione, nisi vt firmiter credamus fidei, & cõtraria refutemus. Et Capreolus dist. 28. 2. Sent. Durãdũ, & Tho. cõuenire existimat. Mihi tamen videor controuersiam omnẽ discin dere paucis annotatis conclusionibus.

1. Cõclusio ¶ Prima esto: Assentire etiam firmissimo assensu alicui articulo fidei, nõ eget habitu fidei infuso. Hæc est perspicua conclusio. Nam Iudæus firmiter credit Deum creasse vniuersa, itidem & Saracenus, citra fidẽ tamen infusam. Itemq; hæreticus multis credit reuelatis firmissimè, & infusam fidem desiderat.

2. Cõclusio ¶ Secunda conclusio: Omnia reuelata ex humana fide possunt credi sine fide infusa. Voco humanam fidẽ, probabilẽ credulitatẽ. Probabis hanc. Nãq; philosophi quidã quędam persuasa habuerunt longè minus probabilia, quàm articuli fidei. Vt Parmenides, & Melissus omnia crediderunt vnũ esse. Democritus ex atomis omnia consti tuebat. Zeno motum negat: & Saraceni suo pseudoprophetæ Mahometo credũt, qui tamen pleraq; multa docuit mõstruosi mendacij. Quid enim mõstrosiùs quam terram tremere, quia tauri cornibus terra suffulta, taurumq; premens, vt se à labore leuet, transfert terram ex cornu, in cornu, indèq; tremor. Quibus accedat, dæmones credere citra fidem infusam, non spontanea fide, sed coacta.

3. Cõclusio ¶ Tertia conclusio: Credere omnibus articulis fidei non alijs nominibus, sed hoc solo nomine, quia Deus reuelauit per Prophetas, per Christũ, per Apostolos, & hæreses omnes non probare, fieri nequit nisi ex fide infusa: Matth. 16. est conclusionis huius fundamẽtũ: Beatus, ait, es Simõ Bariona, quia neq; caro, neq; sanguis, &c. hoc est, tua fides est cælica fides, quia non credis qa pater tuus, aut mater tua te fidẽ docuit, aut qatopicis psuaderis argumẽtis, aut ex humana credis autoritate, sed ex diuina. Hæc est fides quæ est donum Dei, ad Ephes. 2. Et in Cõcilio Arausicano. 2. ca. 5. idem docetur, fidẽ non esse naturalem, sed esse Dei supernaturale donũ, probatq; suum decretum ex Paulo ad Philippẽses, cap. 1. Vobis, ait, datum est pro Christo non solùm vt in eum credatis, &c. Et ex Paulo ad Ephesios, iam indicato, &c.

Exponitur Concilium Arausicēse. At dicet aliquis, verū esse fidem non esse naturalem, quippè pendet ex cæleſti magiſterio. Nam niſi edocta eſſet per Prophetas, & Apoſtolos, non ſubiret fides humanas mētes. Cæterum poſtquā edocta iam eſt, quid eſt opus habitu fidei, vt credamus, quando multa credimus difficiliora? Imò ſæpè credunt homines impoſsibilia, ſine aliquo habitu. At certum habe non ſolum doctrinam fidei pendēre ex cæleſti magiſterio, quin etiam aſſentire huic doctrinæ fidei vt oportet aſſentire, muneris eſt diuini, tranſcendentis naturalis vires: & non ſolū aſſentire, quin etiā ſe præparare ex affectu ad fidē, doni eſt diuini ex Cō

Præparatio ad fidē ex Deo eſt. cilij decreto indicato. Nam aſſentit nemo, niſi prius habuerit piā affectionē ad fidei doctrinam: & hæc pia affectio, eſt ex ſpeciali Dei adiutorio, vt demum omnia, quæ noſtra ſunt, quia liberi ſunt arbitrij, ſi vitā æternam ſpectent, quia finem ſupernaturalem ſpectant, ſupernaturali adiutorio

Aſſentire fidei vt oportet. egent. Voco autem, aſſentire fidei doctrinæ vt oportet, quando illi aſſentimus, & illam recipimus tanquam verbum Dei, & omnia, quæ illi aduerſantur, reſpuimus. Et re vera hoc eſt magnum opus, doctrinam tranſcendentē lumē natiuum ita obſeruare reuerentiſsimè, vt illā dubio procul credamus: & non ſolum hoc, ſed omnes hæreſes, & errores omnes illi aduerſarios, reſpuamus, paratiq; ſimus vſq; ad ſanguinis effuſionem illam proteſtari.

5. Cōcluſio ¶ Quinta cōcluſio: Non ſolū vt credamus omnibus articulis, vt oportet, neceſſariū eſt adiutorium Dei ex habitu fidei, imò vt ſingulis credamus articulis, vt oportet, eodem egemus. Clara eſt concluſio ex præhabitis. Nam tantæ difficultatis eſt, vni articulo ſolū, vt oportet, credere, quātæ omnibus. Obſeruabis tamen Auguſt. in libro de prędeſtinatione ſanctorum ad Hilariū, & Proſperum, vbi damnat eos, qui dixerunt, fidem primam eſſe noſtri arbitrij, at verò incrementa fidei, muneris eſſe diuini. Prima igitur fides, donū Dei eſt ex Aug. Et idem in epiſtola ad Sixtū, non ſolū fidē egere Dei adiutorio ſupnaturali imò omnes virtutes morales, quas homo proprio marte parare poteſt, ſi ad cæleſtē vitā diriGātur, eodē egere adiutorio, docet. Habēs idē apud Hugonē de S. Victore, lib. 1. de ſa

Exponitur Auguſt. cram. cap. 25. Quod ergo Aug. citante Magiſtro cenſuit, credere eſſe noſtrū, tū intellige, noſtri eſſe arbitrij credere, vel non credere: at vt credam⁹, diuini eſt adiutorij, & non ſolū noſtri eſt arbitrij. Huc poteris vocare, q̄ Paulus. 2. ad Cor. 12. non ſufficientes nos eſſe tradēs cogitare aliquid ex nobis, &c. Quippe cogitationes quæ nos promouent ad ſupernaturalē finem obtinendum, cæleſtis ſunt adiutorij, quando illas param⁹. Et q̄ Paul⁹ ſcripſit ad Philipp. cap. 2. à Deo eſſe velle, & perficere, &c.

DISTINCT. Vigeſimænonæ, Diſputatio prima.

¶ Num homo ſub ſtatu naturæ integrę, poterat naturaliter omne bonum operari, & cauere omne peccatum.

1. Argum. ET fortaſsis videbitur alicui poſſe. Etenim collapſa natura illud poteſt, ergo etiā integra. Antecedēs probatur. Etenim natura quęvis à ſua inſtitutione poteſt in omne opus ſibi germanum, vt ignis calfacere, aqua refrigerare, bruta quoq; in operationes ſibi natiuas poſſunt, & itidē plātę. Deniq; & miſta, & elemēta citra auxilium ſuperadditum, ſolūmodo prēſidio Dei generali ſuffulta agere poſſunt ſibi cōuenientia opera, igitur itidem homo poterit omnia opera conuenientia ſuæ naturæ exercere, ex eodem auxilio, & mala vitare, quæ ſunt contra ſuam naturalem rationem.

2. Argum. ¶ Secundo idem colligitur. Nam philoſophi pleriq; optimè vixerūt ſub naturali lege, nulla fruentes reuelatione.

3. Argum. ¶ Tertio. Nam Paulus docet gentes, quæ legem nō habent, naturaliter ea, quæ ſunt legis faciunt.

¶ Quarto

4. Argum. ¶ Quartò, Hieronymus in epistola ad Demetriadē, Patriarchas veteres credit fuisse sanctos ex bono naturæ.

Incōtrariū. ¶ In diuersum est Paulus, qui. 1. Cor. 13. charitatem commendās, citra illam testatur nulli patēre salutem: ergo in statu naturæ integræ necessaria erat charitas, vt homo bene operaretur.

¶ Disputatio hæc est cum primis grauissima, neq; leuiculo calamo prætereūda, sed in illa oportet stylum figere, si fortasse illius difficultas, sæpè illam terendo, emollietur. Pendet autem ex origine vna disputationis huius decisio, quid sancti vocent statum hominis integrum, quidve collapsum. Et si Augustinum consulimus attente, inueniemus eum lib. de correctione, & gratia, cap. 10. dicentem, Deum ordinasse vitam angelorū, & hominum, vt primo, quid liberū arbitrium illis concessum posset, ostenderet: dein verò, quid gratiæ beneficium, quidq; iudicium iustitiæ suæ exerceret, demōstraret. Primus igitur status hominis, quantum hic Augustinianus sermo indicat, fuit status liberi arbitrij secundū suam primæuā institutionem, sine gratia superaddita. At secūdus status fuit ex gratia Dei accedēte: tertius ex iustitia vindicāte. Fuit ergo status integer naturę humanæ ipsa natura sub innocentia cōstituta. Quare videtur quòd in eo statu liberum arbitrium poterat in omne opus bonum, & cauere omne malū ex naturalibus suis, cuius incorruptus vsus gratiam Dei promereretur, vt abusus vindictam acceret. Et in libro primo de gratia, & natura, cap. 43. Deus, ait, bonus, & iustus, fecit hominem inculpabilem, & sanum in libero arbitrio, atq; ad benè, iustèq; viuēdum libera potentia constitutum. Vndè etiam videtur statū integrū hominis esse, in quo liberum arbitrium ex sua naturali institutione, primæuaq; creatione, sine gratiæ superadditæ præsidio poterat omne bonum opus facere, & omne peccatum cauere. Et in libro. 2. de bono perseuerantiæ, cap. 7. cum ageret de tentationis illatione: Qui non discedit, ait, (subaudi à Deo sub tentatione) hoc non est omnino in viribus arbitrij, quales modò sunt, fuerat in homine, antequàm crederet. Quæ tamen libertas voluntatis quantum valuerit, apparuit in angelis, qui, diabolo cum suis cadente, in veritate steterunt. Rursum Augustinus lib. Responsionum ad Pelagium. responsione tertia, locum versans Ecclesiast. 17. Reliquit illum in manu consilij: hoc verbum ad statum naturæ humanæ ante peccatum detulit. Id namq; temporis poterat homo peccare, & poterat non peccare. Et huiusmodi potentiam, primam gratiam vocat. Quam Magister indicat distinct. 24. vocās illam creationis gratiam: & hanc libertatem arbitrij, appellat adiutorium diuinum. Vndè videtur statum integrum hominis esse libertatem ad peccandum, & ad non peccandum. Et in libro de gratia vnico, capit. 49. Nos, ait, post lapsum confractos habenti pedes, esse similes: cui ob hoc adempta est ambulandi potestas. Cæterùm homo ante peccatum, vt homo, qui sanus est pedibus, erat, qui potest ambulare, & non ambulare. Vndè idem videtur, quod prius statum naturæ humanæ integrum esse, quia liberum arbitrium nulla erat commaculatum labe peccati, vt modò est nostrum. Sed potens erat à se omne peccatum arcere ex sua innocētia, in qua conditū fuerat à Deo. Et in responsione. 3. hypognosticôn idē testatur, & sæpè alibi, vt parcamus fastidio. Cui concinit Magister dist. 24. huius secundi. Existimat enim statum naturæ integrum non comprehēdisse gratiam superadditam creationi, sed fuisse libertatē arbitrij ab omni labe, & corruptela immunem, & voluntatis rectitudinē, & omnium naturalium potētiarum animæ synceritatē, atq; viuacitatem. Gratiam autem superadditam illi statui integro hominis fatetur necessariam, vt proficeret ad meritum beatitudinis. Cæterùm vt persisteret in integritate, & innocentia creata, & vt peccatis posset resistere, non fuisse necessariam arbitratur: quia satis sibi erat natiua rectitudo, & innocentia, &c. Et item Augustinus libro de natura, & gratia, cap. 43. testatur. & sæpè aliàs, vt iam induximus. Et Henricus Gandensis non est alienus ab hac Magistri sententia, quæ etiam Augustini videtur. Nā quodlib. 11. tradit iustitiā originalē non fuisse aliquod super naturale donum, adiectū naturæ humanę: sed iustitiā originalē fuisse naturæ cōditionem humanæ primitiuam, quæ ex cōditione illa habebat tria hæc, & quòd poterat operari omne opus bonū moraliter, & stare in innocētia, in eaq; persistere, atq; frui

Status integer hominis qualis & quis.

Integritas naturæ humanæ ex Aug. quæ.

Iustitia originalis qd.

Tria status integri priuilegia.

immortalitate. Hæc autem tria non dabat homini primo virtus aliqua infusa, sed solum ex Dei creatione habebat, qui creauit illum sanum sine labe, & vitio, potentem non peccare, & potentem non mori. At verò ad meritum necessaria fuerat illi gratia infusa, vt promereretur æternã vitam. Et hic autor hoc censuit, quia credidit in statu integro nullam rebellionem vexaturam hominem, quia ipse creatus fuit in summa tranquillitate animi, & corporis. Et stimulus, fomesque peccati, appendix est iuxta Henricum originalis, primitiuique peccati, vt & mors ipsa. Nã stipendia peccati, mors. Vt ergo mors, est peccati pœna, ita & recalcitratio concupiscentiæ contra rationem. Vndè existimat alibi rationem id temporis dominaturam sensuali concupiscentiæ, non politico principatu, vt modò, sed potius despotico. Et, quantùm arbitror, hoc placitum fuit antiquius Henrico. Etenim Bonauentura in 2. dist. 24. art. 1. quæst. 2. idem docuit, sequutus Magistrum, & Augustinum, libro de vera innocentia, qui videbatur refragari huic sententiæ. Ait enim, quòd humana natura in illa integritate nõ posset persistere, nisi creatore adiuuante, interpretatur Bonauentura de auxilio generali Dei, non tamen quòd gratia aliqua superaddita fuisset necessaria tunc. Et cum Bonauentura est Thomas faciens, in eadem dist. 24. art. 4. quæst. 2. vbi asserit hominem primũ non eguisse gratia habituali noua, præter generalem influentiã, quæ sola tum fuisset naturæ necessaria ad quodlibet opus bonũ moraliter peragendum. Et Albertus Magnus ante Thomam. 2. parte. summæ quæst. 90. tract. 14. mẽbro. 2. & primo idẽ testatur, potuisse hominem in statu integro secundum liberi arbitrij natiuas vires quodlibet morale opus naturæ humanæ proportionatũ exercere, citra aliam specialem Dei opem: excepto opere meritorio. Etenim est ordo naturæ, est ordo gratiæ, est deniq; ordo gloriæ. Est autem prior tẽpore gratia, q̃ gloria. Ergo itidẽ prior tẽpore erit natura, q̃ gratia. Igit natura humana vt erat tũ rectissimè instituta, potuisset in omne opus bonũ humanæ naturę proportionatũ, qualia sunt moralia opera, secũdũ quę vires naturales illa exercere potuisset. Cùm istis omnibus facit Hieronymus, explicans parabolam euangelicã Matth. 22. vbi vocantur ad nuptias, & sani, & claudi, & debiles, &c. Id q̃ inquit Hieronymus indicare gentiũ populos, qui vocati sunt ad nuptias, ita boni, vt mali. Nam inter ipsos ethnicos est maxima distantia. Nam quidam eorum erant propensi admodum ad malum, alij verò ob morum honestatẽ, dediti virtutũ culturæ. Et probat ex Paulo: Gentes, quæ legem nõ habent. &c. Quod si sub lapsu homines possunt virtutes morales omnes colere naturaliter, vt Hieronymus ait, ethnicos coluisse quosdã, ecquid mirũ si ante lapsum homo potuisset? Quãquam hic locus si alteri confertur, lib. 2. cõment. epistolæ ad Galatas, nõ id docet, q̃ præfert. Tractãs enim verba illa, quæ Paulus disserit: Iustus ex fide viuit: Fortis, ait, sine fide nõ viuit, item sapiens, castus: sine Christo enim omnis virtus in vitio est. Tametsi hoc Hieronymi verbũ nõ est impetens sententiam priorem. Quia sermo est de natura collapsa, cuius virtus nulla est, relata ad æternam vitã, nisi fides & gratia Iesu Christi illi præsto sit. Porrò autẽ si ad recentiores Theologos disserendos calamum deducimus, offert se nobis Capreolus in. 2. dist. 29. qui credit placitum fuisse Thomæ, hominem ante lapsum nõ potuisse exercere opera bona moralia cũ debitis circunstantijs, nisi à Deo moueretur, & diuinitùs adiuuaretur. Credit etiam integram naturam hominis non fuisse destitutam dono supernaturali, imò fuisse illi integritati necessariam originariam iustitiam, ad naturæ perfectionem. Primum probat ex Thom. 1. 2. quæst. 109. artic. 2. In vtroque statu, ait, indiget homo auxilio diuino, vt ab ipso moueatur ad benè agendum. Et auget probationem ex alio loco decerpto ex quæst. de veritate, vbi traditur, liberum arbitrium quia indifferens est ad bonum & malum, ideò eget diuina motione, ipsum determinante ad bonum. At verò si hæc vrget ratio, planè cõsequitur prorsus nullum opus posse exercere liberũ arbitrium moraliter bonum, nisi ex speciali motione. Porrò Tho. 1. 2. loco prænotato, quædam opera esse ad quæ non eget homo speciali auxilio, facilè testatur. Vt ad colendum agros, ædificandasve domos, quæ sunt opera artis, & liberi arbitrij, vt curare ægrotos, quod Hippocrates, & Galenus, & cæteri fecerũt. At quis dicet, ad curandam pleurisin, esse ne-

Magister Albertus, Thomas, Bonauẽtura, Hericus idẽ sapiunt de integritate humani status.

Exponitur Hieronymꝰ

Thomas disseritur.

Quæst. 14. artic. 14.

necessariã Dei motionem? Porrò Capreolus S. Thomam interpretatur, quãdo ait, quòd sine habituali dono, poterat homo ante lapsum facere opus moraliter bonũ, esse verũ, excepto dono iustitiæ originalis, quæ erat secundum Capreolum integritati illius status necessaria. Et sibi videtur placitũ fuisse Magistri dist. 29. in hæc verba: Egebat itaq; homo gratia, non vt liberaret voluntatem suam, quæ peccati serua nõ fuerat, sed vt præpararet ad efficaciter volendum bonum, quod per se non poterat. At hic locus, vt patet ex dist. 24. solùm colligit de bono meritorio? vt præhabita satis ostendunt. Gregorius autem in. 2. dist. 29. ar. & quæst. primis, omnino contendit contra Thomam non esse necessariã Dei motionem primo homini ante peccãtum ad opus moraliter bonum exequendum. Et illi suffragantur Augustiniana testimonia, quæ suprà retulimus. Quæ omnia ex prætextu verborum facilè indicant hominem ante lapsum per naturales vires arbitrij cum auxilio generali solum vitare posse omne peccatum, & exercere omne opus sibi proportionatũ.

Gregorius aduersatur Thomæ.

Exponitur Hieronymꝰ

Thomas differitur.

¶ Iam verò si decisionem huius quæstionis à me lector exigit, ingenuè fateor difficilem esse. Nam sub tanta varietate Doctorum, viam veritatis eligere, non peruium est, imò accliue admodum est. Cæterum, Domino opitulante, nonnullas decidendi gratia tibi offeram conclusiones.

1. Cõclusio ¶ Prima sit hæc: Natura humana ad moralia ante miserandum lapsum, non indigebat aliquo supernaturali dono, aut superaddito sibi, præter ea, quæ sibi concessa fuerant in sua institutione, seu creatione. Hæc à me non multis est persuadenda. Namque pauca arbitror illi persuadendæ sat esse. Etenim, obsecro, quid discriminis statues inter lapsum hominem, & stantem, inter sanum, & morbiculosum? Mitte modò quòd hic mortalis, ille immortalis erat (nam de hac re nihil ad præsens) sed quantum ad operationem ex libero arbitrio prodeuntem, quid discriminis statues? Nam ad meritoria lapsus, & integritas sibi consentiunt, vt dicebatur. Si ergo quantum ad moralia opera, quæ sunt naturæ humanæ proportionata, ille ante lapsum egebat auxilio nouo, vt post lapsũ, nihil discriminis esset. Nam si dixeris, integritas esset facilior in operando, quàm lapsus, vtique hæc exigua est differentia in tanta status differentia. Nam si vis scire quanta sit differentia vtriusque status, ex Augustino lib. vnico de gratia, cap. 49. iam didicisti. Ea namque est differentia, quæ est inter sanum pedibus, & confractum; hic nequit ambulare, ille verò potest. Cui quoque accedat, angelos fac in naturalibus puris fuisse conditos, vt Magister suprà concessit, ecquid angeli tum nõ possent, sine auxilio nouo omnia bona moralia opera agere? equidem possent: homo etiam in integritate naturæ consistens itidem posset. Et est argumentum Aug. lib. 2. de bono perseuerantiæ, cap. 7.

Questi. 14. artic. 14.

¶ Secunda conclusio: Per naturæ humanæ integritatem non oportet intelligere naturam nudam, & destitutam omni dono, vel habitu supernè infuso. Hæc probatur. Nam hæc nuditas non poterat tueri immortalitatem hominis. Quippe natura hominis, si esset nuda, cùm sit composita ex contrarijs, necessariò morti succumberet. Et rursum natura nuda rebellione concupiscentiæ premeretur. Siquidem homo constitutur ex carne, & spiritu, & caro in sua tendit ex natura sua, nempè sensilia, & voluptifica: at spiritus ad sibi germana se profert, hoc est, ad inuisibilia. Nã autor est Aristot. ratio ad optima precatur. En tibi dissidium in vno homine, & bellum intestinum. Siquidem caro concupiscit aduersus spiritum, &c. ad Gal. 6. Si ergo naturã credis hominis nudã fuisse creatã, & nullo præsidio cælesti donatam, non poteris effugere hæc duo mala, illam sociatura. Quòd si dixeris, immortalitas ex arbore vitæ esset tum accersenda. At, vt hoc tibi concedam, obsecro, tranquillitas hominis, quæ necessaria erat illi statui inter spiritum, & carnem, vndè esset petenda, si natura erat, & nihil habebat retinaculi, caro ne insolesceret contra spiritum? Hoc sanè volebat Augustinus lib. indicato de gratia, capit. 48. loquens de homine ante lapsum. Nam illum contulit oculo sano, qui adhuc eget lumine forinseco. Denotans hominem primum creatum sanũ, at eguisse adiutorio Dei forinseco. Et hoc adiutorium non aliud est, quàm iustitia originalis. At dicet aliquis, Deus creauit sensitiuam naturã hominis ex natura sua obedientem rationis. Nam quod fecit per

2. Cõclusio

Dubitatio notanda.

iustitiam originalem, vt dicebam, poterat facere se solo. Quare non videtur necessarium habitum iustitiæ supernè infusum. Et, ni fallor, hoc cēsuit Hericus, imò & Magister dist. 24. & cæteri omnes, qui crēdūt naturam creatam hominis sine labe peccati, & potentem peccare, & potentem non peccare, & sine habitu infuso hoc habuisse ex gratia solā creationis. Etenim si creata fuisset natura sensitiua, qualis modò est, fieri non poterat, quin posset peccare, saltem venialiter. Quia effrænis appetentia sensus aliud non sinit. Veruntamen hæc consideratio, si cui arriserit, mihi non arridet. Siquidē ego exigam, num natura nostra sensitiua est eiusdē speciei cum natura protoplasti, an nō? Si nō, ergo nos, & Adā non sumus eiusdē speciei. Nam altera pars hominis, est sensitiua, si hæc differt specie ab illa. Totus igitur homo sub lapsu differt specie ab homine primo. Sin verò est eiusdem speciei, nostra tamen rebellis est ex natura sua, & contumax rationi, ergo, & natura sensitiua protoplasti ex propria natura hoc habebat germanū, quod verè fuisset, nisi retinaculo iustitiæ originalis compesceretur, ne fluctus sibi natiuos vomeret in rationem. Vndè argumento Henrici existimantis rebellionem hanc esse pœnam peccati, dicito, nobis quidem rebellio, pœna est peccati. Quippe spoliati sumus ex peccato primi parentis retinaculo iustitiæ originalis, quod datum fuit protoplasto, pro tota posteritate. At simpliciter loquendo conditio est naturæ: vt mortalitas pœna est peccati, at simpliciter sermo si vertatur, conditio est naturæ humanæ. Porrò obijcies, quid ergò iustitia originalis, erat ne gratuita, an naturalis? Si gratuita: non ergo læsa sunt naturalia nostra ex peccato protoplasti, sed solum læsio fuit in gratuitis donis. Sin verò naturalis, igitur natura integra nullum includit gratuitum, seu superinfusum donum. Ad hæc, natura integra nihil superinfusum denotat. Nam superinfusum non pertinet ad naturam, sed ad gratiam, quia superinfusum est gratiæ, & supra naturam. Si est supra naturam, quomodo ergo naturæ integritas ex illo necessario pendebat? Caietanus suo more rem hanc difficilem, quæ disseratur, suo commento difficiliorem fecit. 1. 2. quæst. 109. artic. 2. Docet enim naturam integram, esse naturam humanam habentem rationem vigentem ad operandum omnia sibi proportionata bona. Et quod vigor hic non accesit naturæ ex naturalibus principijs humanæ naturæ, sed accesit ex coniunctione ad originalem iustitiam. Nihilominus natura integra nō denotat originalem iustitiam, quia originalis iustitia gratiæ erat, non naturæ. Quasi verò integritas naturæ humanæ solum comprehendisset rationis vigorem, quandoquidem integritas naturæ humanæ tum erat mens sana in corpore sano. Nam cum ex duobus consletur homo, ex anima scilicet, & corpore, necesse est integram naturam hæc duo habere integra, & nullatenus viciata. At mens id temporis sana erat, quippe sine labe à Deo creata: corpus verò etiam sine vicio erat à Deo conditum. Esset autem vicium eius, si inordinatis ageretur appetentijs, essent autem inordinatæ, si voluntatem vel modicum ad se flecterent, vt nobis accidit. Quare Deus prouidit ex dono iustitiæ originalis huic mederi malo, vt caro subdita, videlicet, esset spiritui, & natiuum vitium deponeret ex vi originalis iustitiæ superiori præuentum. Fateor igitur quòd hæc vox, integra natura, non præsefert originariam iustitiam, cæterum illam comprehendit. Quia citra illam hominis natura non careret pronitate ad vitium, hæc autem pronitas non poterat conuenire cum integritate naturæ. Igitur originaria iustitia, erat naturalis quodam modò, quia non leuabat naturam supra se, vt leuat gratia gratum faciens, at naturam perficiebat, illam dimittens in proprijs naturæ limitibus, tametsi excellentioribus quàm fuissent sine illa. Quia iustitia originalis de se non ordinabat hominem ad vitam æternam. Cæterum ordinabat hominem intra semetipsum, vt esset totus homo vt quidam minor mundus ordinatissimus erga Deum conditorem, & in semetipso. Hoc igitur habituali dono natura humana egebat propter suam sublimitatem, & quia ex duobus quasi contrarijs cōflabatur, vndè nō poterat trāquille agere nisi huic contrariorū dissidio Deus prouideret: ideò Deus illi prouidit ex habitu originalis iustitiæ. Qui, vt dixi, necessarius erat ad hominis tuendā pacē, & tranquillitatē. Quare rectè dixeris habitū hunc esse quo-

Integritas naturę quę

Originalis quomodo naturalis.

Si iustitia erat naturę an gratiæ disseritur.

quodãmodò naturalẽ, quia naturalis perfectio humanæ naturę, qua submota, nõ subsisteret illius integritas. Neq; hoc superat fidem hominum. Quandoquidem ex placito vetusto quorundam Theologorũ naturalis angelorum perfectio ex speciebus concreatis, quas Deus illis in exordio suo infudit, pendebat, & pendet. Ità quoq; naturalis perfectio hominis ex habitu infuso originalis iustitiæ pendebat. Et quanquã credamus primo homini ante peccatum infusam gratiam gratum facientem, at verò gratia hæc non erat per se necessaria ad perfectionem, & integritatem primitiuam hominis, vt erat iustitia originalis: erat tamen accessoria. Gratia enim hæc non facit naturam humanam integram, neq; restaurat collapsam integritatem. Quippe viciũ concupiscentiæ, seu, si mauis, fomitem nõ euellit, neque immortales nos facit. Quamuis in spe hoc donat, & actu voluntatem subdit Deo. At iustitia originalis tenebat hominem in sua germana integritate. Etiã si non reddebat ipsa sola opera meritoria vitæ ęternę. Quia non ordinabat ad finem beatitudinis supernaturalem. Eius namq; scopus erat, naturam integram, & perfectã constituere. Bruta autem, & cætera corporalia perfectissima fuerunt à Deo condita sine adiecto habitu supernè infuso, quia illo non egebant, vt liquet ex præhabitis. Collige iam, si iuuat, hæc duo diuersa esse, homo in puris naturalibus, & homo in integris naturalibus. Nã naturalia pura sunt in absoluta adhuc, quãquam sine infectione culpæ, vt si quem creasset modò Deus hominem ex limo terrę sine aliquo habitu superne collato: at homo integer, non solum excludit peccati labẽ, sed vocat omne illud, qđ est sibi necessariũ, vt sit plena naturalis perfectio eius. Quæ plena non est, nisi habitu iustitiæ originalis sit affecta. Hinc colliges, integritatem naturæ humanæ exigere quòd eo fruatur statu qui liber sit à peccato omni: itaque sit potens non peccare, & potẽs cauere omne peccatũ. Et rursum qꝺ sit potens nõ mori, & deniq; qꝺ possit omne opus moraliter bonum, qꝺ naturæ humanæ est proportionatum, exercere. Istã tu vocato naturam humanam integram. Vnde fit hominem ante lapsum fuisse integrum. Quapropter etiamsi scientia fuerit præditus infusa, vt suprà docebamus, cæterum hæc scientiæ plenitudo erat quidem ad dignitatem primi hominis maiorem, vberiorem q; decorem, at non erat necessaria naturæ integritati. Quippè ex scientia non habebat, aut quòd posset non peccare, aut quòd posset nõ mori, &c. Et rursum naturæ humanæ integritas nõ erat conditio personæ, aut personalis dos, sed totius posteritatis erat velut hæreditarium ius. Id quod de scientia infusa, aut de gratia gratum faciente, neutiquam dixeris. Hæ namq; dotes erant personę, non conditiones naturæ. Transfudisset igitur Adam suã integritatem in posteros ex iure generationis, non tamen reliqua ex illo iure transfudisset. Quanquam, vt dixi, habitum iustitiæ Adam nõ infudisset, at Deꝰ ex pacto cum natura humana simul cum prole donaret.

¶ Habeto iam promptam conclusionem: Hominem non eguisse auxilio alio speciali ad vitanda peccata & ad opera sibi proportionata præter ea, quę in sua creatione adeptꝰ fuerat. Auxilium autem generale nusquam excluditur, quia Deus est autor naturæ, & omnis in primam causam necessario est reducendus. Quod si contrariorũ eadem est disciplina, natura collapsa palã est, quid sit, illa, scilicet, quæ subditur peccato, quæ subditur morti, quæ ad opera sibi proportionata inualida est, vt post hęc differetur. Quòd ergò Augustꝰ libro de correctione, & gratia cap. 11. dixit. Naturam humanam habuisse in sua conditione adiutoriũ ad perseuerãdum, si voluisset, per huiusmodi adiutorium, iustitiam originalem intellectam volo. Iuxta quem locum cætera quæ induximus ex Augustino moderaberis. Et non subeat tibi cogitatio, cùm audis iustitiam originalem, subaudire commutatiuam, aut distributiuam iustitiam, sed intelligas primitiuam hominis integritatẽ.

¶ Iam verò naturam integram hominis interim valere sinẽtes, ad collapsam deflectamus stylum. Et antequam de illa memoremus, præmitterè oportet quædam, quæ huic instituto seruiunt. Nam hæreticorũ sentes, primùm oportet deurere, aut reuellere, ne nobis facessant in processu sermonis negotium. De facultate igitur collapsę naturæ nostræ, hæreses extiterunt, quas commemorat Hieron. in expositione fidei ad Damasum. Quarũ prima fuit Manichęi, cui omnia opera nostra peccata erant. Altera fuit Iouiniani, huic opposita,

Naturalis angelorum perfectio ex habitibus infusis pendet.

Integritas naturę quę

Originalis quomodo naturalis.

Pura naturalia & naturalia integra non idẽ

Auxilium generale

Conclusio.

Augustinꝰ exponitur.

Tres hæresesde libero arbitrio.

cui nullū opus erat peccatū. Postrema fuit Pelagij, q̄ magnificās liberū arbitrium, gratiæ Dei fuit iniuriosa. Negās gratiā Dei esse hominibus necessariā ad benè operādū. Et quantū Hieronymi lectio præfert, Pelagius etiā auxiliū generale Dei cōcessit nō esse necessariū ad actiones nostras. Quia post creatū liberum arbitriū sine alia Dei ope, poterat suas actiones peragere. Lege Hieron. in epist. ad Ctesiphontē. Colligebat em̄ Pelagianus, si auxiliū Dei iudicatur necessariū, igitur ad reddēdum aluū, ad reddendū lotiū, ad scindendū calamum, necessariū erit. Ad quę tamē omnia Dei auxiliū esse necessariū locus ꝓbat ille Pauli. 1. ad Corinth. 10. Siue cōmedatis, siue bibatis, &c. omnia in gloriā Dei facite. ex Hieron. ibidē. Quāuis cautè, ne fallaris, legēdus est Hiero. lib. cōm. 1. ad Pauli epistolā ad Ephesios. c. 2. Tractans em̄ Pauli verbum, fidem esse donum Dei, ait, non quod nostrum tollatur arbitrium, verum quòd arbitrij nostri libertas Deum habeat autorem, & ad illius beneficium cuncta referantur, cum etiam bonum velle ipse permiserit. Porrò vt in absoluto habeas quid voluerit Pelagius colligam tibi ex August. lib. de gratia. c. 3. 25. & sequētibus. Et prę̄mittēda maioris lucis gratia est dist. qua Pelagius vtebatur. Est posibilitas arbitrij, est velle, atq; nolle, est agere. Posibilitas Deū habet autorē solū: cętera nostra esse asserebat.

Auxilium generale vnde colligit Hieron.

Verba Hiero. quæ ex superficie videntur fauere Pelagio.

¶ Prima igitur sententia est Pelagij: Gratia Dei nō est necessaria ad benè volendū, vel agendū. hanc suadebat, quia periret laus liberi arbitrij. ¶ Secūda sentētia est: Tamē expediens est gratia Dei ad benè volendū, & benè agendu. ¶ Tertia sentētia: Gratia Dei necessaria est homini ad antè acta mala remittenda. Nā non est in potestate arbitrij reuocare peccata, ideò Deus illa gratis donat. ¶ Quarta: liberū arbitriū benè volēdo, & benè agēdo gratiā Dei prę̄uenit. ¶ Sexta: Auxiliū Dei extrinsecum est necessariū, non tamen intrinsecū. Est extrinsecū Pelagio, latio legis Mosaicæ ꝓ Iudęis & euangelicę ꝓ vniuerso orbe. Nam huiusmodi legis lationes non subiacent potestati arbitrij, auxiliū verò intrinsecū ille vocitabat, motionē Dei intrinsecā, afflatū verò spiritus sancti internum. Quē negabat necessariū. Et sunt multa in diuinis literis, quę ex cortice sermonis considerata, videntur suffragari huic perfidię. Est em̄ locus Matthęi. 20. & Mar. 10. Potestis bibere calicem quē ego bibiturus sum? dicūt ei: Possumꝰ. 2. Prouerb. 16. Hominis est animā suā prępatare. 3. Deut. 3. Hoc mandatū nō est supra te. 4. 1. Ioannis. 5. Mandata eius grauia non sunt. Si non grauia, ergo leuia: igitur liberū arbitriū sat est illis exequēdis. 5. Eccles. 15. Reliquit hominem in manu cōsilij sui. Et ad hunc sensum offendes innumera, quę hoc idē videtur spirare. Quib⁹ accedit argumentū. Nā si ex gratia Dei pēdent nostra opera, & nihil boni possumus citra illā vbi igitur libertas arbitrij ad bonū & malū, si non potest bonū, nisi aliundè adiuuetur? Est em̄ voluntariū, cuius principiū est intrinsecum. Si aūt benè volendi gratia est principiū, cū gratia nō sit nobis intrinseca, consequens erit, benè velle, non esse voluntariū. Lege Hiero. in epistola cōmemorata ad Ctesiphontē. Porrò scripturā diuinā scrutantibus sedulò, hæc, quæ retulimus, esse impia dogmata, haud dubium, subluceb it, & missis prioribus, quę sunt stulta hominū deliria, Pelagiana assertio etiā impia est. Etenim ad Ephes. c. 1. Paulus ait, Prædestinauit nos, &c. secundum propositum voluntatis suæ in adoptionem filiorū Dei. Quem locum, vt seruientē admodum huic instituto August. 2. lib. de bono perseuer. cap. 18. commendat. Et ad Philippens. 1. Vobis donatum est, non solùm vt credatis, &c. Et ibidē c. 2. Operatur in vobis & velle, & perficere ꝓ bona volūtate. Et c. 3. Vt inueniar in illo nō habens iustitiā meā quæ ex lege est, sed illam, quæ est ex fide Christi. Et Matthęi. 10. Dabitur in illa hora quid loquamini. Et sapientiæ. 8. Nemo potest esse cōtinēs, nisi tu dederis. Et Matt. 19. Quę hominib⁹ sunt impossibilia, Deo esse possibilia cōmemorat. Et. 2. Corint. c. postremo: Oramꝰ ꝓ vobis, ne qd mali patiamini. Et ad Rom. 8. Qui spiritu Dei agūt ij filij sunt Dei. Et inibi. Quid oremus nescimꝰ. Spiritus est, qui postulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilibus. Lege Aug. lib. de gratia, & libero arbitrio. Et in lib. de natura & gratia, & sępè aliās, quibus locis deijcit dogma istud. Indicatur quoq; locus alter Ioannis. 1. Dedit eis potestatē filios Dei fieri. At verò locus hic calumniæ patet. Nam Pelagius remissionem peccatorum gratiæ Dei tribuebat. Est porrò locus vnus, quem magnificiunt Concilia: apud Ioannem legimus: Sine me nihil potestis facere. Ioannis. 6.

Posibilitas benè velle benè agere

Auxiliū Dei extrinsecū, & intrinsecum.

Pelagianū dogma refellitur.

facere. Quem tamen scholastici doctores sinistrè intelligunt, vt Bonauentura, Durãdus, Gabriel, & alij nonnulli. Locum enim subaudiunt de auxilio generali, quo sum moto, nulla creatura quicquam operis prę stare valebit. Porrò concilium Mileuitanum de fructibus mandatorum intellectũ voluit, ad quos faciẽdos cælestis pater nos trahit donando fidem Iesu Christi. Cælestinus verò Papa ex loco illo prouerb. 2. A Domino diriguntur hominis gressus: euertit Pelagium interponens etiam decretum Zozimi Papæ & decreta concilij Mileuitani. Habes quoque August. libro. 2. de bono perseuerantiæ cap. 18. 19. & 20. &c. qui ex autoritate Ambrosij, Cypriani, Gregorijque Nazianzeni, hoc Pelagianum expulit dogma. Et in epistola ad Sixtũ: Deus ait, cum merita nostra munerat, munera sua coronat. Idem in epistola. 94. ad Hilarium, Pelagium damnat ex duobus concilijs, Numidico, & Carthaginensi. Et item secundo Arausicano damnatur hęc vesania. Et hanc hæresim abiurauit, & retractauit Pelagius in concilio Palæsthino autor est August. epist. ad Sixtum. 105. Et Innocentius primus decreto papali, illam dãnauit epistola. 91. & 93. quas leges in lib. epistо. August. & Hieronymus in comment. ad Esaiam. cap. 30. Nisi Dominus, inquit, adiuuerit, in vanum laborauit, qui se putat esse sapientem: nisi Dominus omni custodia seruauerit cor nostrum, in vanum vigilat, qui putat illud sua diligentia posse seruare Porrò autem quod scripsit Augustinus cõtra Adimantum cap. 26. Nemo potest bonum facere, nisi mutauerit volũtatẽ, quod in nostra potestate est. Ipsemet August. libro retractationũ primo. cap. 22. sub hac censura intellexit esse in nostra potestate, iuuante Deo, vt mutemus. Hæc commemorasse sufficiat ex lectione sanctorum, quamuis plura cõmemorari possent. Agẽdum tamen modo est cum Pelagio rationibus. Ipse namq; veritus, ne periret libertas arbitrij, libertatem duxit ad inuidiam gratiæ Dei. Non enim potuit intelligere quomodo Deus erat motor arbitrij, ad benevolendum, & quod arbitrium esset in colume. At verò oportuisset meminisse Deũ (quæ est eius suauis rerum creatarum dispositio) mouere arbitrium non cogendo, aut necessitando, sed mulcendo & inclinãdo. Namque naturam mouet necessitãdo, & libertatem mouet liberè inclinando. Vnumquodque enim mouet, iuxta germanam mobilis naturam. Naturalia necessitãdo, libera, liberè inclinando. Ecquid rhetor prædicator, consultor, nonne mouent auditores ad multa opera faciunda? vt Ioannes mouebat Herodem, quia, illo audito, multa faciebat. Et liberè sanè mouent, & Deus nequibit mouere liberè arbitriũ non cogendo, aut necessitando, sed liberè inclinando ad benè volendum, & benè agendum? Quis, obsecro, credet Deum hoc nõ posse? Igitur nugatur Pelagius, libertatem credens perituram, si à Deo moueretur ex afflatu interno. Ad hæc ipse fatetur expedire huiusmodi afflatum, & motionem. Iá ergo, te autore, vt facilia sint opera bona, Deus aliquando afflat, & tum non cogit, tum nõ necessitat. Igitur si semper sanctis suis afflauerit recta, cur coget? Præter hæc auxilio generali non orbatur arbitrium: & velit, nolit, Pelagius hoc ex scripturis fateri tenetur, auxilium Dei generale effundi super omnem creaturam. Audiat Christũ docentem: Qui facit solem suum oriri super bonos, & malos: & pluit, &c. Nõ exoritur igitur Sol, nisi Deo intimè cooperãte, & ipse est, qui pluit, qa nubes stillãt imbres ex intima Dei operatione. Aliter enim vt responderet verbo Domini, Ioannis. 5. Pater meus vsque modò operatur, & ego operor? Et sunt alia sexcenta, quę hoc colligũt ex diuinis oraculis. Quòd si libero arbitrio agente, Deus intimè illi cooperatur ex auxilio generali, & hoc auxilium non cogit, aut necessitat libertatem, speciale auxiliũ, quod ad gratiam Dei attinet, cur soluet libertatem? Testimonia autem sacra vt soluas, quæ Pelagius in fauorem suum indicauit, scito hanc fuisse industriam spiritus sancti, quædam enim loca sũt quæ libertatem arbitrij facilè testantur, suppressa mentione diuinæ gratiæ: alia verò cõtrà tota incumbunt in exponenda Dei gratia, liberi arbitrij interim non facta mentione. Hæretici igitur trahere cupientes Dei gratiam ad luxuriam suam, hæc testimonia venditant, quæ libertatem arbitrij videtur prosternere, vt sibi applaudant in concupiscentijs suis. Qualis fuit Lutherus, cuius mentionem suprà fecimus. Hæretici antẽ alij alia testimonia priora ad superbiã suã fouendam ducunt, gratiæ Dei insidiantes, vt in propria libertate gratulentur. Et itidem

Pelagius retractauit dogma inimicum diuinę gratiæ.

Matth. 5.

Censura Augustini obseruanda.

Pelagianũ dogma refellitur.

Obseruaad intelligẽtiã sanctæ scripturæ.

Argumenta autoris contra Pelagium.

Ioannis. 6.

dem apud Paulum impendiò sæpè commendatur fides, operum interim non habita ratione. At alibi in scripturis commẽdantur opera, non habita ratione fidei. Vndè contigit vecordia Germanis hæreticis, vt fidem amplectentes, opera despicerent.

Hæc obserua ad intelligentiam sanctarum scripturarũ

At verò vnus est spiritus veridicus, scripturæ sacræ autor, qui vtraq; scriptitanda dictauit prophetis suis, & Apostolis. Et quę alicubi supprimit, alibi exprimit. Sociãda igitur sunt testimonia sacra, & non dissocianda. Et fides catholica illa sociat, & nectit. Vesania verò hęretica illa dissociat, & disiungit. Sic ergò gratiam Dei fides catholica reueretur, vt libertatem arbitrij nõ lædat, sicque fidem profitetur vt opera illi iungat. Quamobrem omnibus locis, qui libertatem arbitrij potentem docent esse ad opera Dei præstanda, tu respondebis iuxta Augustini prefatam censuram esse subaudiendos, Deo iuuante, & ferente nobis suppetias. Et locus ille Pauli: Gentes, quæ legem non habent, &c. non reijcit gratiam Dei. Nõ enim Paulus ait, quòd gentes, sub mota Dei gratia, possunt omne bonum opus Dei præstare, sed quòd sine lege Mosaica gentes ex lumine naturali ductę multa bona exhibebant opera. Nusquam em̃ legemus in Paulo gentes accessisse ad Baptismi fontes naturaliter, & non ex gratia Iesu Christi. Tu lege Augustinum lib. de spiritu & litera in cap. 28. exponentem locum hunc. Demum argumentum Pelagij suprà inductum solues, motus liberi arbitrij, etiamsi Deo gaudeant motore, esse liberos. Nam Deus qui est naturæ autor, mouens naturam, nõ tollit naturam, ita is ipse cum sit autor libertatis, mouẽs illam, non tollit illam. Est ergò motus liberi arbitrij voluntarius, quippe qui à principio fit libero intrinseco, hoc est, à nostra voluntate, & à principio extrinseco, hoc est, Deo, liberè tamen mouente arbitrij libertatem. Cuius operatio, vt sæpè dicebam, intima est omnibus causis, ita naturalibus, vt liberis. Iam verò dogmatibus istis subuersis, vt fidei orthodoxæ hostibus infestissimis, liberiùs iam agemus disputationem propositam, quæ exigebat, quæ erant ad quæ liberum hominis arbitrium se proferre potest, bonorum operum agendorum, citra speciale adiutorium Dei. De qua re Bonauentura in. 2. distin. 28. artic. 2. quæst. 1. & quæst. 3. agens, tria distinxit operum genera. Quædam sunt meritoria vitæ æternæ, quibus nemo catholicorum controuertit. Orthodoxa enim est doctrina illa egere cęlico adiutorio. Pelagi⁹ solus refragatur, qui merita ascripsit libero arbitrio, nõ gratiæ Dei: quem iam explosimus. Alia sunt opera, quæ ad amicitiam Dei parant, vt timor gehennæ, attritio, &c. hæc item auxilium speciale exigunt. Demum alia sunt quæ in limitibus naturæ consistunt, miseriam leuare inopis, charosque obseruare parentes: & hoc genus alia, quæ fieri possunt ex bono fine, & debitis circunstantijs. Et huiusmodi opera non egẽt afflatu Dei. Consentit Thom. in. 2. distinct. 28. quæst. 1. artic. 2. & ibidem artic. 3. omnia opera præceptorum iuris naturalis, quantum ad substantiam præcepti, fatetur liberi esse arbitrij, citra speciale auxilium, non tamen quantum ad intentionem prẽcipientis. Et Durandus in hoc. 2. distinct. 28. quæst. 2. idem sapit. Quamuis Thom. artic. 4. citatę distinct. & quæst. etiam præparationẽ ad gratiam Dei conciliandam non excludit à facultate liberi arbitrij cum auxilio generali Dei, vt neque Durandus, qui meritorijs exceptis actionibus, cætera libero arbitrio donat simpliciter. Quamuis, vt facilius operetur moralia opera, necessariam credunt isti autores gratiam esse Dei, non tamen vt simpliciter illa præstet. Gregorius Ariminensis in alia ingreditur via in 2. Senten. distinct. 26. 27. 28. à quo has decerpsi sententias, vt planius fit tibi hominis commentum.

Pelagi⁹ absoluitur.

Operatio Dei intima est omnib⁹ agentibus.

Placita autorum defacultate arbitrij collapsi.

¶ Prima est: Ad opera, quæ sunt tantum ex genere bona, sat est facultas arbitrij.

¶ Secunda: Ad opera, quę sunt bona moraliter, quæ, scilicet, sunt bona non solum ex genere, sed ex fine, & circũstantijs, Dei gratia est necessaria, vt operi mandentur.

¶ Tertia: Finis vltimus est necessarius, vt opera sint moraliter bona. Hoc est, relatio actualis, vel virtualis in finem vltimũ necessaria est ad complendam moralẽ bonitatem: & non solum ad meritoriam. Itaque qui porrigit eleemosynam pauperi, & non propter Deum amatum, vel acquisito, vel infuso amore, non benè facit, imò peccat. Qua propter idololatræ, qui notitia vnius Dei veri carebant, in omni opere bono moraliter peccabãt, ex sentẽtia ista. Nam deerat operibus illorum circunstantia vltimi finis, nempe Dei cognitio, atq; amor

amor.Primam harum sententiarum chronica probant, quæ memoriæ prodiderũt præclara gentium infidelium gesta. Reliquas colligit multa coaceruãs sanctorum testimonia,quæ quia facilè soluuntur (loquuntur enim esse gratiam Dei necessariã ad meritum) ideò illis supersedendum est.

Placita autorum defacultate arbitrij collapsi.

Colligit præterea à argumentis,quiã si auxilium generale sat esset ad opera moraliter bona exhibenda, cùm illud etiam exigatur ad opera mala,nihil discriminis esset inter hæc, quia tantum Deus iuuaret ad bona, quantum ad mala.Et secũdo,si satis est auxiliũ generale,cur dęmones nõ possunt benè moraliter agere?cur damnatę animę? Primum horum argumentorum videtur collectũ ex August. lib. de libero arbitrio cap. 18.Secundum ex eodẽ in Enchiridio cap.3. Quibus accedit Glossa ad Rom.8. Totavita infidelium,peccatum est.Paulus enim: Quodnõ est ex fide,ait,peccatũ est. Et Sanctus Thomas non abhorrere videtur ab hoc dogmate. 1.2.quæst. 109.artic. 2.Ait enim naturam collapsam,non prorsus redditam impotentem ad bona operãda. Nam quædam potest præstare bona, vt plantare vineas,& ædificare domos. At hęc bona potius spectant ad naturę humanæ incolumitatem,quàm ad humanos mores. Vnde Gregor.in. 2.distinct. 29. suum dogma Thomæ esse duxit. Tametsi Caietanus in commentario, nititur ab hoc dogmate asserere Thomam, dicens huiusmodi opera ædificandi,&plãtandi, esse artis, ideoque esse virtutis. Volens ex hoc Thomam credidisse quædam opera bona moraliter esse facultatis arbitrij.Porrò Ioãnes Capreolus Thomam censuit existimasse nullum opus moraliter bonum posse exhiberi à libero arbitrio nisi prędditum auxilio speciali.Id quod Gregorius putauit Thomam credidisse.Lege Capreolum,distinct. 28.2.Sententiarum quæstione vnica, conclusione secunda. Et quod ait Caietanus, modicum suffragatur suæ defensioni.Etenim ars,&sciẽtia,virtutes sunt intellectuales,& manifestum est ad actus istarum nõ egere hominem auxilio speciali, vt ad discendas Mathematicas,philosophiam,&c. Et de operibus intellectualis virtutis exemplum posuit Thomas, nõ de operibus moralium virtutum. Scito autem Thomam rem hãc disseruisse clarius. D.Augustinus Hypognosticõn lib. tertiò, rem obscurè absoluit.Liberum ait, arbitrium per peccatum amisit boni posibilitatem, at manet in nobis,secundum nomen & rationem. Manet enim rationis iudicium. Neque tamen idoneum est liberum arbitrium in ijs quæ ad Deũ pertinent,sed in his quæ sunt bona naturæ, vt velle comedere, velle bibere,velle habere amicum,velle ducere vxorem. At verò velle habere amicum,est morale bonum, & velle habere vxorem. Nam amicitia, moralis virtus est: vt coniugalis castitas.Quamobrem hic locus, mea sententia,satis est, vt Gregorius digito cõ pescat labellum. Quandoquidem Augustinus expresse docet in his,quæ ad Deum pertinent,esse non idoneum per se liberũ arbitrium. Quæ exceptio firmat regulam in contrarium, vt cætera alia credat facultati arbitrij subesse. Ea autẽ opera ad Deũ pertinẽt,quæ meritoria sunt vitæ æternæ: aut quæ ad meritum præparant, vt infrà nos disseremus.Et opera naturæ vocantur ab Augustino opera,quæ retulimus:quia naturaliter illa gentes faciunt. Et iuxta Augustini sententiam,haud dubium, est exponendus Hieronymus ad Fabiolã scribens:Nihil prodest exercere,ait, virtutem nisi noueris creatorem. Intelligit enim ad vitam æternam nihil prodesse. Et subdit: Neque Dei veneratio quicquam prodest, nisi Dei præcepta impleueris,vt fidem nostræ interpretationi habeas. Neque existimes velle comedere,aut bibere,esse naturalia purè,hoc est nõ morales actiones, quia hæc ad temperãtiam pertinent:sed, vt dixi,vocantur ab August.naturalia, quia à ratione naturali dictantur.Quod si Augustinum obseruas in lib. cõmemorato dudum eandem habet rationem August.horum operum, velle ducere vxorem, velle habere amicum:&horũ,fabricare domos, colere agros,&facere indumenta.Quapropter,vt hæc,citra cõtrouersiam potest homo facere ex solo auxilio generali,Thom. etiam concedente & illa similiter August. rursum istis opponit ea,quæ ad Deum pertinẽt.Quæ,inquit,nemo inchoare, neque perficere potest, per liberum solum arbitrium. Vnde ait: Quisquis negat liberum arbitrium,catholicus non est. At qui ait, ea,quæ ad Deum spectant, liberum arbitrium non posse inchoare, neque perficere,catholicus est.Lege Augustinum in medio fere libri,& Hypognosticõn contra Pelagianos

Obseruandus Augustinus contra Gregorium Hypognosticon. lib.3.

Expẽditur Augustinus & tu benè obserua.

lagianos. Neque diuersum scripsit in libro 2. de bono perseuerantiæ. 13. cap. tractans verba Pauli: Non sumus sufficientes cogitare, &c. 1. Cor. 3. inquit: Cogitantes credimus, loquimur: cogitantes agimus, quidquid agimus. Quod attinet verò ad pietatis viam, & ad verũ Dei cultũ, cogitare non sumus sufficiẽtes ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex Deo est. Et tractãs lib. de spiri. & litera. c. 27. verba Pauli: Gẽtes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ sunt legis, faciunt. Ad Rom. 2. inquit: Impiorum hominum multa legimus, aut vidimus, aut audiuimus, quæ si secundum regulam iustitię metiuntur, non solùm nõ sunt digna vituperatione, sed laudem merentur: quanquam si excutiantur, quo fine fiant vix iustitiæ laudem, aut defensionem habent. Impij igitur, quamuis rarò, bona tamen ex bono fine faciunt. & cap. 28. non esse docet penitùs abolitam per peccatum Dei imaginem: sed adhuc manere in nobis Dei vestigium, vndè impij sub impietate, aliqua bona faciũt opera. Quod si in infidelibus supereſt adhuc imaginis diuinæ vestigium, ergò non obstante infidelitate, possunt aliqua præstare bona, ex genere quidem & ex fine moraliter bona. Aliâs si solùm peccata possunt infideles facere, vestigium diuinę imaginis quomodò est in illis? Quòd si dixeris. possunt ædificare domos, colere agros, &c. quæ sunt bona: at huiusmodi quantula sunt obsecro, quę bruta etiam exercent? Formicæ colligunt frumenta in horrea sua, hirundines nidos fabricant, & ciconię, araneæ telas texunt, &c. in quibus non est imaginis vestigium diuinæ, vt est in homine. Ad hęc Aug. lib. retract. primo, cap. 23. hominem dixit describi sub lege non sub gratia constitutum, benè facere volentem, sed victũ carnis concupiscentia malè facientem. Igitur saltem benè velle poterit sine gratia. Et Ambros. in comment. ad Rom. cap. 7. Velle, inquit, nobis adiacet ex natura. Quamuis vt hic locus, ita proximus Augustini, non de quocunque benè velle subaudiendi sunt, sed de velle remisso, & inefficaci, quem nostri dixere velleitatem. Per hęc satis in absoluto tibi erit Gregorianum placitum non amplecti, imò illud respuere. Quamuis habet assertores Roffensem lib. contra Lutherum. articulo. 32. Et Ioannẽ Driedonem. lib. de libertate. At verò, vt nihil tibi in hac disputatione sit desiderandũ scito quædam esse, quæ ex prætextu videtur docere, necessariam esse relationem in Deum, vt bonum sit opus morale. Nam. 1. Corinth. 12. Siue comedatis, &c. omnia in gloriam Dei facite. Et Matth. 6. Primum quęrite regnum Dei. Et Magister distinct. 38. ex Augustino, omnium docet bonarũ voluntatem esse vnum finem. Et Aristot. 12. Metaphysi. text. 51. Omnia ait esse ordinata in vnum, hoc est, Deum. Si ergo natura habet Deum in finem, voluntas eundem debet habere, nempè Deũ. Adde istis, qui pascit patrem suum, propter solùm patrem suum, patrem suum constituit vltimum finem suæ actionis. Vndè quia creaturam constituit vltimum finem, ideò peccat. Et S. Thomas non videtur longè esse ab hoc placito in. 2. distinct. 40. artic. 5. Edisserens enim verba Pauli: Siue comedatis, &c. ait, hæc verba interpretari posse negatiuè, hoc est, nihil facite contra Dei gloriam, hoc est non peccatis. Et hac ratione præceptoria sunt verba: alio verò modo affirmatiuè, & tũ si nõ sit sermo de relatione actuali, sed virtuali, adhuc docet esse præceptoria. Tenemur enim omnia opera bona, si non actu, saltem ex habitu referre in Deum, & facere illius amore. Quibus Marsilius assensit in. 2. Sentent. quęst. 18. artic. 2. Sunt qui, vt faueant Gregorio, illum interpretantur voluisse esse necessariam relationem habitualem in Deum, non ex parte operantis, sed ipsius operis. Itaq; opus ipsum, vt sit bonũ moraliter, necessum est, vt sit ordinabile in Deum: vt qui alit patrẽ, quia honestum, & pium est hoc opus habitualiter ordinatur in Deum. Quippe bonis circunstantijs exornatur. Ita Gabriel in primo dist. 1. quæst. 1. Porrò hæc interpretatio non est germana sententiæ Gregorij: siquidẽ alere parentes quia virtutis est opus solùm, non est bonum opus secũdum Gregorium, quia deest relatio in vltimum finem. Neque ad huiusmodi opera ipse diceret necessarium esse auxilium Dei particulare. Nam hoc contendit esse necessarium propter relationem non ex opere, sed ex operante.

Augustinus & Ambrosius exponuntur.

Fauẽtes loci Gregorio

Relatio in Deũ an sit necessaria operi bono moraliter.

¶ Cæterum, vt rem istam paucis expediã sit hæc prima conclusio: Gentes, quæ cognouerunt Deum, tenebantur opera moralia, quæ faciebant bona, aliquando referre in Deum. Habes hanc ex Paulo vituperante

Decisio ex autoris placito.

1. Conclusio ordine secunda.

rante philosophos, quia non retulerunt se & sua in Deum. Qui cũ cognouissent, ait, Deum non sicut Deum, &c. & subdit: Ita vt sint inexcusabiles.

2. Conclusio. ¶ Secunda conclusio: Quando homo primum attingit rationis vtendæ lineam, nõ tenetur huiusmodi habere relationem in Deum, vel habitualem, vel actualẽ. Hęc patet. Etenim tũm plerique fuerunt homines ignorãtes Deũ inculpabiliter. Nã enutriti inter gentes barbaras, non poterant facilè Deum vnũ cognoscere. Quippe philosophis ex summo studio notitia diuinitatis cõtigit: igitur simul atque homo incipit potiri vsu rationis, non poterit continuò diuini, veriq; numinis habere notitiam: igitur sub illo tempore non referendo actum suũ in Deum, non peccat. Nam Paulus philosophos damnat, quia cum Deum cognouissent, non sicut Deum honorificauerũt. Igitur si non cognouissent, non vicio illis daretur, non glorificare Deum. Modò per eos non stetisset, quo minus cognoscerẽt.

Relatio in Deũ an sit necessaria operi bono moraliter.

3. Conclusio. ¶ Tertia conclusio: Omnes gentes, quæ orbatæ fuerũt notitia diuinitatis, ex socordia propria, & negligẽtia, peccabãt aliquãdo, & si non semper, non referẽdo se, & sua in Deum. Prompta est conclusio. Nã præceptum de colendo Deo, & amando, est affirmatiuum, ideò non semper, & pro semper obligat. Quòd verò sit culpanda negligentia non cognoscẽdi vnum Deum, hinc liquet, quia diuinitatis vel exilis odor nunquam homines destinauit. Vndè apud Athenienſium aras scriptum erat: Ignoto Deo. Actor. 17.

4. Conclusio. ¶ Quarta conclusio: Exercens opus bonũ moraliter propter finem honestum tantũ, non peccat, nisi vrgeat hora, sub qua Dei præceptum obligat colendi, & amandi Deum. Probabis hãc conclusionem, quia fortis dimicãs in bello ad defensionem patrię, non peccat: & ita in cæteris etiam si alium finem non spectet. Neque huiusmodi credit defensionem patriæ, esse finẽ simpliciter vltimum. Scit enim defensionẽ nõ esse Deum, at defensionem intendit, vt finis est vltimus non simpliciter, sed solũ secundum quid, quatenus alium finem fortis ille non prætendit. Et quatenus secundum rationem naturalem non illustratam desuper non est alius finis. Nam si beatitudinem prætenderet, hæc prætensio est supra naturalem ordinem. Neque rursum assentior Durando distinct. 38. quęst. vltim. esse necessariam relationem actualem, vel habitualem in fęlicitatem humanam, vt opus sit moraliter bonum. Etenim fælicitas hæc humana cuius meminit Aristot. Ethi cor. 10. est finis communis virtutis, & est contemplatio suprematum substantiarũ quæ contigit paucis hominibus, quia difficillima est, quòd si esset necessaria relatio hæc, pauci fuissent vulgarium hominum, & idiotarum, qui potuissent benè operari moraliter. Quid quòd nescitur citra culpã hæc humana felicitas, imò & supernaturalis inculpatè aliquando ignoratur? Paulus verò Corinthijs fidelibus loquebatur, quando aiebat: Omnia in gloriam Dei facite. Et Dominus Iudæis fidelibus verba faciebat, quando aiebat: Primum quærite regnum Dei. Aristoteles autem omnia ordinari in vnum Deum recte dixit, quia omnia quoad possunt in Deum tendunt, & assimilari cupiunt. Infideles quoq; quando ea præstabant opera, quæ bona erãt ex genere, & fine sibi proprio, quanquã in Deũ non retulissent, non peccabant: quia ipsa opera de se erant referibilia in summũ bonum, Deum. Etenim erant exhibita secundum rationem naturalem à Deo inditam dictantem illorum operationem, sicut natura refertur in Deum, quia agit, quę Deus agenda sanciuit. Infideles autem quando sua referebant in idola semper peccabunt, vt q victorias bellicas Ioui Statori dabãt, Mercurio doctrinas, &c. Ideo Paulus dixit: Quod non est ex fide, peccatum est. Et Glossam sub eadem ratione intelliges.

Durandus non probatur.

Exponitur Pauli locus

¶ Quinta conclusio: Liberum arbitriũ hominis, opera, quæ sunt moraliter bona, tantũ potest absoluere, sine particulari auxilio Dei, sed illi sat est generalis influentia. Hanc iudico esse Augustin. libro. hypognosticon indicato. & lib. 2. de bono perseuerantiæ, quem pridem docebamus, cap. 13. Etenim hæc bona sunt proportionata libero arbitrio, & ideo non excedunt eius facultatem: igitur illi subsunt. Neque multi feceris obiectionem Gregorij, quia etiam influentia generalis Dei est necessaria ad peccatum. Etenim influentia generalis non datur à Deo ad peccatum, nisi secundum substantiam peccati, verùm ad opus bonum moraliter datur ad substantiam actus, & ad formam eius.

5. Conclusio.

Soluitur Gregorij argumẽtũ.

¶ Sexta conclusio: Liberum arbitrium nõ potest.

6. Cõclusio

potest diu perseuerare in exercitio bonorum operum moraliter citra auxilium particulare. Etenim multa sunt incentiua malorum, est tentatio Satanica, est fomes peccati, est debilitas humanę mentis, sunt calamitates variæ, indigentiæ humanæ vitæ, amici, & inimici, ægritudines, &c. quę omnia etiam sancti vix superant. Quid? quòd sine auxilio particulari non superantur?

7. Cõclusio ¶ Septima conclusio: Liberum arbitrium ex auxilio generali solùm non sufficit ad opera primæ tabulæ præceptorum. Nam quę hæc sunt sublimia opera. Diligere eũ Deum super omnia, sublime est opus, quia ad amandum inuisibilia, vix assurgimus. Item cultus Dei, & religio, quę est ex iureiurando, excellentia sunt opera. Nã habent Deum pro obiecto, vt amor Dei: aut pro fine, vt cultus, & iurisiurandi religio. Alia verò opera, quæ septem alijs præceptis comprehunduntur, quæ in secunda continentur tabula, non habẽt Deum pro obiecto, neq; pro fine, sed creaturam, ideo que sunt magis proportionata libero arbitrio etiam lapso. Nam de huiusmodi sermo instituitur, vt prędiximus. Quare hæc esse sub libero arbitrio, demonstrauimus. Quod si hoc sensit Bonauentura loco prę notato, dicens, opera præceptorum decalogi quãtũ ad materiã egere gratia gratis data vt impleãtur, nos illi assentim⁹. Etiãsi Thomas, vt indicabamus paulò antè, opera omnia decalogi, quo ad substantiã, subdit libero arbitrio, cum auxilio generali, non tamen quo ad intentionem præcipiẽtis. Mihi verò magis arridet cum August. ea opera, quæ sunt Dei pietatem, & honorem spectantia, egere auxilio particulari, vt prædixi non semel. Quapropter excepi tria decalogi præcepta. Hæc tamen conclusio est mihi certa, quantum ad præceptum primum, & maximum dilectionis Dei: at verò quantum ad reliqua duo non assero illam, vt indubitatam, sed vt probabilẽ. De qua fusiùs disseretur disputatione quarta infrà agenda.

In. 2. Sent. distinct. 28 art. 1. q. 2.

8. Cõclusio ¶ Octaua conclusio: Præparare se hominem ad gratiam non potest sine auxilio particulari. Hæc est Augustini hypognosticõn libro. 3. docens inchoare, quæ sunt ad Deum, non posse liberum arbitrium nisi Deum habeat adiutorem, vt neque perficere. Et Thomas in quodlib. primo. quæst. 7. idem docuit, & in. 1. 2. quæstione. 109. articulo. 6. Et me latet cur Gabriel Thomæ imposuit dogma, quod ipse loco ab eo indicato nõ scripsit. Existimat enim Thomas credidisse hominẽ lapsum posse se præparare ad gratiam Dei, sine auxilio particulari, cùm contrà in eo loco Thomas asseueret. Imò nullus potest facere quod in se est, nisi ex speciali adiutorio Dei, vt testatur Thom. 1. 2. quæst. 112 artic. 3. Porrò in. 3. Sententiarum. distinct. 9. art. 1. hominem fatetur se prę parare posse ad gratiam Dei obtinẽdam sine auxilio particulari, at insufficienter. Nescio igitur cur subit Gabrieli Thomam fateri, quod ipse nusquam, quod meminerim, est fassus inibi. Quòd si Gabriel indicasset S. Thomam secundo sententiarum distinct. 28. quæst. 1. artic. 4. rem collimasset. Nam ibi fatetur liberũ arbitrium collapsum se posse præparare ad gratiam sine motione particulari. Id quod & in quodlibeto indicato, retractauit. & in. 1. 2. quæst. prænotata correxit. Verùm quia hæc conclusio amplam poscit disputationem, ideò illam seorsum disseremus.

Responsio ad argumẽta principio obiecta

¶ Argumentis igitur in principio factis supereſt respondere. Primo dicito creaturam rationalem esse à Deo institutam ad finem supernaturalem obtinendum, ideoque etiamsi rationalis creatura, quoad naturales fines obtinendos, non egeat speciali Dei motione, nam illi sufficit generalis influentia, vt alijs rebus naturalibus, at quantum ad finem supernaturalem obtinendum, motione etiam speciali eget.

¶ Secundo dicito, Philosophos quosdam rectè vixisse quantum ad moralia, libero arbitrio proportionata, aut saltem rectè potuisse viuere si voluissent, veruntamen quoad ea quæ ad Deum spectabant, non rectè vixerunt. Nam Paulus illos carpit, & docet fuisse inexcusabiles ad Rom. 1. Quòd si vel Philosophi aliqui, vel quicunque alij quoad huiusmodi quæ Dei erant, rectè se habuerunt, Deum habuerunt motorem, & adiutorem. Paulo respõdebis, vt respõsum est inter disserẽdũ. Ad argumentum verò in contrarium, dicto, locum Pauli solùm agere ad meritum, necessariam fuisse in omni statu hominis, & integro, & collapso, Dei charitatem. Obseruato tamen, liberum arbitrium collapsum,

psum & in puris naturalibus, ex potentia, & impotentia ad paria esse iudicanda. Nisi quod libero arbitrio in puris naturalibus fuisset natura, at nobis est pœna. Nempe ignorantia, peccati fomes, mors, &c. vt ex præhabitis discere poteris.

Distinct. 29. Disputatio. 2.

¶ Num homo collapsus poterit se præparare ad Dei gratiam obtinendam, solũ ex generali influentia.

1. Argum. ET videbitur alicui forsan non egere particulari auxilio. Etẽ traditur Iacobi. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Igitur nostrũ est appropinquare Deo. Et ad Ephes. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Et Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Et in psalmo. Quærite Deum, & viuet anima vestra. Et Hierem. 29. Si quæsieritis me in toto corde vestro, inueniar à vobis. Et Matth. 7. & Lucæ. 11. Quærite & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis, ex quibus locis videtur præparationẽ ad gratiã, & amicitiam Dei conciliandã liberi arbitrij esse. Et poteris, si voles, ad hoc idẽ propositũ multa alia ex scripturis cõcinnare, quę sanè ex prætextu idẽ habẽt

Malachię. 3

Responsio ad argumẽta principio obiecta

1. Argum. ¶ Quibus accedat argumentum. Si præparatio non est liberi arbitrij, sed Dei vocãtis, eò esset vel maximè, quò gratia Dei est forma supernaturalis, ideo eget præparatione supernaturali, hoc est diuina, specialique motione. Porrò hoc non videtur necessariũ. Siquidem anima rationalis est forma supernaturalis, & dispositio ad animam rationalẽ est naturalis. Nam Sol, & homo generant hominem. 2. Physicorũ text. 26.

3. Argum. ¶ Rursum. Si præparatio, & dispositio ad gratiam est à Deo, & non à nobis: igitur quòd hic præparetur, Dei est, & nõ est nostrum: cur igitur istum præparat Deus incitando, & mouendo, & illum non præparat? Videtur enim istud esse non meritorum, sed acceptionis personarum, quę abest longissimè à Deo.

¶ In contrarium est Ezechielis. 11. Dabo, ait, vobis cor nouum, & spiritum nouum, & auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum: non propter vos, ait Dominus, sed propter nomen meũ, quod pollutum est in gentibus. At cor durum, est voluntas obsistens Dei mandatis, hãc Deus pollicetur se auferre, nõ ppter nos, idest, propter nostra opera, sed ppter gloriã suã. Si aũt dispositio nostra iustificationẽ præcederet, iã ppter nostra opera nos iustificaret Deus. Et. 1. Ioann. 4. Non quòd dilexerimus Deum, sed quòd ipse prior dilexit nos: si autem nos Deum prœuenimus ad iustificationem, iã prius nos diligimus Deum, quàm diligamur à Deo. Et August. lib. de gratia & libero arbitrio. cap. 26. cùm non diligimus, ait, nulla sunt bona merita in nobis, propter quæ Deus nos diligat, sed ipse prius nos diligit. Disputatio hæc, est cum primis grauissima, & difficillima. Cuius Prosper in libro de diuina protectione, meminit, duas ex aliorum sententia narrans præparationes ad iustificationem. Aliam miraculosam, aliam verò ordinariam. Primam agnosces in Paulo, & aliam in Zachæo, & in latrone, cui dictũ est: Hodie mecum eris in Paradiso. Harum igitur duarum præparationum priorem Deo tribuit. Nam illius initium non est in nobis, posteriorem verò libero nostro arbitrio donat. Huic placito Theologorum scholasticorum non modica turba hæsit. Vt Gabriel in. 2. Sentent. dist. 27. conclusione. 4. credit, bonum motum in Deum sine obice peccati, idest, sine consensu peccati. Nam nihil meminit de dissensu esse præparationem proximam ad iustificationẽ. Et hic bonus motus dilectionis erga Deũ super omnia, apud cũ viribus naturalibus subdit arbitrij. Et ante Gabrielẽ idẽ cẽsuit Scotus, & ante Scotũ Thomas in. 2. Sentent. dist. 28. q. 1. art. 4. idẽ docuit, reiectis aliorũ sententijs, hominem ex solo auxilio particulari posse disponere se ad gratiã Dei conciliandã. Vndè docuit, Paulũ in sua cõuersione nõ habuisse lumẽ, & motionẽ intrinsecã, donec acquieuit Christo vocãti: quãuis habuit multa adiutoria extrinseca, vt acquiesceret. Quod si placiti huius vires expendis, inuenies conuenire cum Pelagio, itemque differre. Conuenit namque, quia ex horum, & Pelagij sententia liberum arbitrium ex se ipso se potest

Argum. in contrarium

Duplex præparatio ad gratiã Dei.

test mouere sufficienter ad gratiã Dei obtinendam. Differunt porrò, quòd Pelagius censebat hanc præparationem liberi arbitrij esse meritoriam de cõdigno gratiæ, & beatitudinis. At nostrates isti Theologi, qui catholici fuerunt, non ausi sunt tantum derogare diuinæ gratiæ. Ideo non ex condigno duxerunt esse meritoriam, sed ex congruo, quod est meritũ impropriũ. Vndè Scotus. in. 4. Sententiarum distinct. 14. quæst. 2. artic. 2. generalem influentiã censuit solùm esse necessariã vt homo se præparet sufficienter diuinæ gratiæ obtinendæ. Est autem præparatio per attritionem continuatam vsque ad certum terminũ, sub quo termino anima attrita ex peccati dolore imbuitur diuina gratia gratũ faciente. Et ante Scotum, & Thomã, Alexander Halẽsis. 3. part. q. 69. art. penultimo idẽ videtur docuisse, ita infidelẽ, vt fidelem ex sola Dei influentia generali posse se prępa rare sufficienter ad gratiam Dei concilian dã. Nã infidelis habita diuinitatis notitia poterit facilè scire se à Deo pendêre, ideò ex libero arbitrio, poterit petere à Deo vt illuminetur, & dirigatur in agendis, & cognoscendis: fidelis verò aduertens Dei iudicium, poterit detestari peccatum suum, & misericordiã Dei de cõmissis flagitijs expetere. Et multis sapientibus, & insipientibus hoc arrisit placitum. Namque vt putant, aliâs Deum non euadet acceptionem personarum. Porrò autem Augustinus lib. de correptione, & gratia cap. 8. mota eadẽ quæstione cùm apud Deum non sit iniquitas, neq; apud ipsum sit acceptio personarum, cur igitur vim perseuerantię donũ tribuit, alteri verò non? Murmurant hoc aduersus Deum. Sed dignentur, ait, nobiscum hoc ignorare: & hoc debuisset sufficere Scoto, qui prædictum magnificet argumẽtum. Quandoquidem Paulus solutionem quęstionis non aperit, at admiratur potius ex illa, quã soluat illã. Ait eñ non esse volẽtis, neq; currẽtis, sed Dei miserẽtis. ad Rom. 9. Et cui? vult, miserẽt: & quẽ vult, indurat. Et erũt (tradit Matth. 24.) duo in lectovno & vnus assumẽt, & alter relinquẽt. Si ergo ex ęquo impij sint duo, vel plures, ꝙ vnus trahat, dulcedo est diuinę misericordiæ: ꝙ alter in sordibus sordescere sinatur, censura ęquissima est diuini iudicij: & non est personarum acceptio. Quia omnes sumus filij iræ, & nulli debita est diuina miseratio, imò omnes obnoxij sumus diuino supplicio. Tu lege Augustinũ epist. 106. ad Paulinum. Et Ecclesiastici. 33. res hæc apertè commõstratur: Vias, ait, eorũ immutauit, & ex illis quosdam sanctificauit, & exaltauit, & ad se applicauit: alios verò maledixit, & humiliauit. Cesset igitur huius argumenti importuna cum Deo expostulatio. Et, vt verum fatear, vulgatę horum opinioni ego hęrere nõ possum. Nam video illã vix euadentem Pelagianam perfidiam. Nam vt colligitur ex Augustino, in libro de gratia & natura, cap. 14. & in libro de gratia, & libero arbitrio, Pelagiani aduertentes ex suo dogmate valdè detractum iri gratiæ Dei, correxerunt illud, dogmatizantes, velle quidem benè primum, & conari ad gratiam Dei habendam, nostrum esse: at verò perficere & consummare velle nostrum, diuinæ gratiæ erat. Itaque credere diuinæ fidei, arbitrij nostri erat, & velle Deo adhærere, verum horum consummatio, & perfectio gratię diuinæ erat adiuuãtis nostros conatus. At etiã num Augustinus dogma hoc sub censura ista neq; catholicum, neq; pium voluit esse: contẽdens ex multis initium salutis nostræ nedum consummationem Deum habere autorem. Et re vera ego facilè dixerim autores prænominatos non valdè declinasse à Pelagiano dogmate. Nam dicentes præparationem ad iustificationem nostram esse (de sufficiente est sermo) an non dicunt, quod exordium salutis nostræ à nobis est? Nam quid mea interest, si ad meritum congrui referant? Quantulum est hoc, obsecro, modò dixeris initium salutis à nobis esse, & conatum ad salutem nostri arbitrij esse, & non egere gratia excitante, & adiuuante? Neque Pelagius somniabat hoc meritum congrui. Imò si præparatio hæc nostra sufficiens est ad iustificationem, Deus infallibiliter hominem iustificabit per hominis propriam dispositionem. Quid igitur mea, si vocetur meritum ex congruo, si infallibilem adipiscitur effectum, & tam infallibilem quàm meritum condigni? Neque Catholici Doctores disceptabant cum Pelagio de merito huius præparationis, sed si initium, & conatus primus salutis est à nobis primùm, an à Deo? Et Augustinus in Enchiridio ad Laurentium. capite

Theologi scholastici recentiores & Pelagius conuenĩũt & differunt

Non probãtur vulgati Theologi.

Correctio Pelagij.

Soluitur argumentum Scoti.

32. agens verba illa Pauli: Non est volentis, neque currentis, &c. contra Pelagianum, cuius cum indicasset responsionem, eò dictum, scilicet, quo voluntas nostra non est sufficiens ad salutem citra diuinam. Qui obijcit Augustinus ex æquo enim dicendum esset, non est miserentis Dei, sed volentis hominis. Quia Dei misericordia sola nõ implet salutem nostrã, ideò initiũ humanę iustificationis, Augustinus vt sępè aliàs cõtra Pelagiũ, in Deum refert, vt in primũ autorẽ. Et in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus, satis diligẽter ordinẽ iustificationis est ꝓsequutus, cap. 21. Initium, ait, nostrę salutis, Deo miserante, habemus: quod acquiescamus, nostræ potestatis est; quòd adipiscamur, quod acquiescendo diuinę monitioni cupiamus, Dei muneris est, quòd nõ labamur ab adepto munere, nostrę est solicitudinis & cęlestis pariter adiutorij. Quę si attentè dispexeris, quatuor obseruabis gradus esse in iustificatione. Primusque omniũ est Dei inspiratio, & excitatio qui est sine nobis, neq; ex nobis est: vndè in libro vnico de gratia. cap. 17. Deus, ait, incipit, vt velimus sine nobis, sed volẽtibus cooperatur, vt faciamus: sed sine incipiente vt velimus, & sine cooperante vt faciamus, ad pietatis opera nihil sumus. Probatumq; habet hoc suum documentum ex Paulo ad Philippenses capite. 1. Confidens hoc ipsum, quia qui cępit in vobis opus bonũ, ipse perficiet. Et quia Augustinus in cõmv ad Rom. cap. 61. dixerat: Nostrum esse velle, & credere, sed bene operandi facultatem Dei esse. Quæ verba perfidiam Pelagianam videbantur nutrire. Ideò interpretatur cap. 64. velle nostrũ, & credere nostrũ esse Dei, vt præparantis, & adiuuantis, esse autem nostra, quia libere volumus, & credimus Deo consentiendo. Nã quamquã Deus incipiat nostram iustificationem sine nobis, nõ iustificat sine nobis. Ideoque iustificatio in scripturis aliquando nobis tribuitur. Ezechielis. 18. Facite, inquit, vobis cor nouum, & spiritum nouũ. Et dixerat prius: Dabo vobis: deinde subdit: Facite vobis: vt expendit Augustinus lib. vnico de gratia. cap. 15. Et in Osea. cap. 3. Perditio tua ex te, Israel: salus autem ex me. Quę verba apertè euertunt Pelagij dogma. Nam si salus ex Deo est, igitur initiũ salutis nostræ ex Deo est, nõ ex libero arbitrio. Quare probè Augustinus in Enchiridio, hoc vt cętera dixit. cap. 32. Deus præparat volũtates adiuuandas, & adiuuat præparatas: nolẽtes excitat vt velint, sed volentes adiuuat ne frustrà velint. Vndè excipit Bernardus lib. de libero arbitrio cap. 17. Liberi, ait, arbitrij conatus sine gratia casi sunt, & si non excitentur, nulli. Et Augustinus epist. 106. ad Paulinum, loquens de filio prodigo, huiusque verba disserens illa: Surgã, & ibo ad Patrem meũ: ait: Quã cogitationem bonam nunquam haberet, nisi in occulto illi misericordissimus pater inspirasset. Et ante hęc verba ꝑmiserat: Nisi Deus adiuuet, nihil pietatis, atq; iustitiæ siue in opere, siue in voluntate possumus habere. Et ne diutius te morer ex Augustini testimonijs, lege lib. 19. de ciuitate Dei ca. 14. & 27. vbi idẽ quòd sępè alibi testatur. Et reuera Aug. ignorat, aut dissimulat, qui credit liberũ arbitriũ per ꝓprias vires posse se sufficienter disponere ad iustificationẽ. Neq; solum Augustinus imò & Cõcilia, vel ignorat, vel dissimulat, quę nos in priore disputatione protulimus, in hãc sententiã. Et demũ concilium Tridentinum sessione. 6. cap. 5. declarat ait, prętereà ipsius iustificationis exordiũ in adultis à Dei per Christum Iesum pręuenięte gratia sumendum esse, hoc est, ab eius vocatione, qua nullis eorũ existentibus meritis vocantur: vt qui per peccata auersi erant, per eius excitantẽ, atque adiuuantem gratiã ad conuertendum se ad suã ipsorum iustificationẽ eidẽ gratię assentiendo, & cooperando disponi tur. Obserua verba concilij. Nullis prękedẽtibus meritis hominẽ à Deo excitari, & vocari, quomodò ergo sine auxilio Dei particulari potest homo mereri de cõgruo suã iustificationẽ? Non enim rationi cõsentaneũ iudicabit esse aliquis, id ꝙ minus est donari nobis ex nullis prękedẽtib⁹ meritis, quale est vocatio Dei, & excitatio, & ꝙ magis, quale est, ex cõgruo mereri nos, quale est iustificatio. Quod si vocationem non possumus mereri de cõgruo, aut cõdigno, test. ante cõcilio, quia ex nullis meritis decernit nos vocari, quomodò merebimur sine aliquo auxilio speciali Dei ex ꝓprijs viribꝰ iustificationẽ? Quippè quę maior est, seu dignior est, ꝙ vocatio. Est nãq; iustificatio vocationis finis. Ego agit vt ingenuè fatear hãc Theologiã citatorũ autorum tametsi multos habeat assertores, existimo esse cauẽdam, quia neq; Concilijs, neq; Augustino neq; alijs sanctis, consona est. Quare Thomas

Non probatur vulgata Theologia.

Correctio Pelagij.

Quatuor gradus iustificationis ex Augustino.

Auxilium Dei est necessariũ ad pietatis opera. vocat Augustinus ꝓpria pietatis opera quæ ordinãtur ad iustificationem

Neoterici Theologi refellũtur.

re hac oculatiùs explorata à placito commemorato discesserit, vt exacta disputatio admonuit.

Quæst. absolutior decisio ex sententia autoris.

¶ Iam verò vt rem hanc eniodatiùs ediſſeram, libet prænotare, dispositionem ad gratiam Dei conciliandam, quandam esse indirectam, aliam verò directam: prior est operatio bonorum operum ex causa humana recta, vt is, qui incorruptis vacat operibus, ex fine bono sibi proportionato, nempè fortis in defensionem patriæ, temperatus in tutelam vitæ, & salutis: iustus reipublicæ causa. Et similiter, qui dolet de peccatis patratis, ppter nocumenta sibi ex illis illata, aut proximo, aut quia mala illa esse putat, sibique indigna. In quem modum gentes, quæ erant sine Deo, operabantur. Hæc sanè disponunt mentem ad Deum indirectè, sanè quia huiusmodi operatio boni, vel dolor de malo non tendunt directè in Deum, at quodammodò diuinæ misericordiæ sternunt viam. Nam qui ad modum prædictum vitam suam moderatur infidelis, faciliorem habet transitum, vt illuminetur ad Christianam pietatem, quàm qui corruptam vitam degit. Est alia dispositio directa, vt, si infidelis quispiam Deum precatur, vt luce veritatis illum perfundat, vt de quodam Iudæo Hispano referebat mihi pater meus, qui omnino hoc à Deo precabatur, & tandem obtinuit, viso Christo crucifixo. Similiter & fidelis, qui mole peccati pressus, Deum solicitè precatur, vt tanta mole peccati eruat eum. Hanc voco directam dispositionem: nempè quia tota incumbit ad gratiam Dei conciliandam. Hæc autem directa distribuitur præparatio in remotam, propinquam, & proximam. Est sanè remota prædicta. Namque prænominati adhuc remoti valde sunt à diuina gratia paranda. At verò fidelis, qui horrens Dei iudicium ex illo timore seruili, quem habet, culpam detestatur: & animo statuit ab illa se subducere, ne æternò temporalis peccati pœnas luat. Hic sanè propinquiorem habet præparationem, quàm ille qui sub peccato iacens orat, vt à peccati pondere subleuetur. Verum hæc præparatio non est proxima. Quippe ex timore seruili profecta & nisi iuuetur sacramento vocalis confessionis gratiam Dei non sibi conciliat. Proxima verò est, quæ efficax est introducendæ diuinæ gratiæ, vt quæ est ex vera contritione, & non ex attritione solùm, vt præhabita processit. Accipe igitur sententias aliquot.

Duplex dispositio directa & indirecta.

¶ Prima sit: Dispositio indirecta non eget particulari motione spiritus sancti. Hæc patet ex præscriptis. Etenim hæc dispositio est germana viribus arbitrij: & illi proportionata. 1. Sententia.

¶ Secunda est: Dispositio directa & remota eget Deo excitante. Hæc patet. Siquidē (vt ex August. cōmemoratū est hypognosticōn lib. 3. & lib. de gratia. cap. 17.) in his, quæ sunt ad pietatem, liberum arbitrium eget Deo excitāte: & Deus est, qui inchoat huiusmodi opera in nobis, sine nobis, & perficit nobiscum. At verò quòd quis precetur Deum intentè & peruigili cura, vt illuminetur ad veritatē fidei assequendā, vtique operatio hæc spectat pietatē. Quā doquidem spectat hominis iustificationē, quā August. locis prænotatis pietatem appellitat. 2. Sententia.

¶ Tertia sententia: Dispositio etiam directa, & propinqua item eget Deo auxiliāte. Hæc prompta est ex priore, & vtranq; colligit cōcilium Mileuitanum canon. 4. Gratia Dei, ait, necessaria est ad cognoscendū quæ agenda sunt: & vt diligamus, quæ agamus, & operemur, quæ diligimus. Et demū ex præmonstratis istę liquent sententię. 3. Sententia.

Prouidētia Dei habet operatiōes.

Porrò profundiùs adhuc eadem te docere volo, proferēs Augustinū lib. 8. super Genes. cap. 9. & cap. 20. vsq; ad libri calcē: vbi geminam tradit esse prouidentiæ Dei operationem, alteram naturalem, alteram verò voluntariā. Prior regit naturalia omnia: posterior res humanas administrat.

Obserua hæc de Dei prouidētia

Præter hæc, aduertit Deum motorem omniū esse: vniuersa enim mouet. Mouet omnia sanè siue suprema, siue media, siue infima, iuxta germanos proprios q; rerum fines. Vnamquamq; em̄ naturā pro suo modulo administrat. Et quia naturę rerū varię sunt, ideo quoq; varia est administratio diuina. Prouidentia igitur diuina naturalia mouet iuxta ordinē naturalē ab eo institutū. Est aūt finis proximus naturę se seruare indemnē, & viuentia addūt se ex prole seruare, quādo ex individuo nō licet. Homines verò, quia rationales sunt, habēt quidē eundē finem, quem naturalia, & viuēcia, at quia rationis sunt compotes, habēt sibi natiuū, virtutem colere, honesta amare, turpia

pia fugere. Cæterùm, quia tam homines, quã angeli capaces sunt vitę æternæ, hos solos mouet Deꝰ alio modo, quã ad fines alios naturales assequẽdos. Nã ad hos mouet sua generali administratione, & influẽtia. Cęterũ, quia beatitudo, est finis transcẽdens humanas vires, necesse est vt ꝓ ratione pręexcelsi finis, sit quoq; motio sublimior, & particularior. Iã ex istis tibi colligere nõ esse satis, vt homo sese præparet ad gratiã Dei conciliandã, generalẽ Dei influxũ. Et si hac ratione expendissent Scotus, Gabriel, vbi suprà, & Durandus in. 2. dist. 28. q. 5. nõ ex abrupto dixissent, vires arbitrij sufficere ad præparationẽ idoneã gratiæ Dei obtinendę. Et quod addit Durãdus, nihil est cur addat. Aitem, si per speciale adiutoriũ intelligamus specialẽ Dei prouidentiã, tum præparatio sufficiens ad grãtiã Dei eget speciali adiutorio. Etem electorum habet Deus propriã curam. Sed quid? si ita se res habet, electi igitur cùm se pręparant ad iustificationem, egent speciali adiutorio, & reprobi non. At quid stultius? Quid? quòd hic tãtum de excitatione fit mentio intrinseca, & adiutorio intimo, nõ solũ de prouidentia, quæ futura magis spectat dirigẽda. Quæ omnia, si legitima trutina librabueris, affabrè discres discrimẽ inter auxilium generale, & speciale. Generale equidẽ est, ad operationes natiuas, finesque assequendos naturæ proportionatos: at speciale est, quod creaturis rationalibus solum impẽditur ad finem supernaturalẽ. Hoc est ad beatitudinem consequendam æternã: &, vt breuiter dixerim, auxiliũ speciale, est auxilium pertinens ad ordinẽ gratiæ implendũ, auxilium generale est pertinens ad ordinem naturæ consequendum. Et quia sublimior est ordo gratiæ, quàm naturę ordo, cõsectariũ est auxiliũ speciale esse sublimius, quàm generale. Vndè, ni fallor, auxiliũ generale non sat est ad meritum parandum, siue ex condigno, siue ex congruo. Nam cùm meritum etiam pertineat ad ordinem gratiæ, cui ordini exequẽdo non seruit generale auxilium, conficitur auxilium generale non satis esse cuiuis merito siue ex congruo, siue ex condigno. Quapropter nemo potest ex solo auxilio generali mereri de congruo iustificationem. Namque iustificatio est sublimioris ordinis, ideò sublimius exigit auxiliũ. At verò potest mereri ex cõgruo iustificatio, aut præparatio ad eandem. Siquidem quando Deus excitat peccatorẽ infidelẽ, vt illuminationem poscat: aut fidelem, vt vincula peccati, quibus constrigitur, soluat, huiusmodi petitio (vt admonebã) spiritum sanctum habet autorẽ, quare meritoria est ex cõgruo. Nã motio spiritus sancti hoc præstat illi meriti. Meretur autem ex cõgruo obtinere pręparationem sufficientẽ ad gratiã Dei obtinendam. At verò pręparatio illa, cuius meminit sententia tertia, meretur de cõgruo proximam, & sufficientem pręparationẽ ad Dei gratiam conciliandam, quę ex cõtritione est. Hęc autẽ, quia ꝓxima est pręparatio, ex condigno meretur beatitudinẽ, non aũt primam gratiam: quia hęc non cadit sub merito condigni ad Rom. 3. Quanquam sub merito cõgrui nihil vetat primam subesse gratiam. Quòd si attritio ex congruo illã meretur, cur non contritio? Hinc iam tu mihi considera maximã illam Theologorum: Facienti quod in se est, Deũ pręsto esse, nõ excludere auxiliũ speciale: quod necessariò exigitur vt homo se pręparet ad iustificationẽ. Rursum considera remotã dispositionẽ promereri aliã, hoc est, ꝓpinquiorẽ, & hãc ꝓmereri similiter ex congruo proximam dispositionẽ gratię infundendę. Prætereà dispositio remota, meritoria est ex cõgruo pręparationis propinquioris, at dispositio propinquior crescit in merito, quia magis meretur quã remota, quia meretur dispositionem proximam, etiamsi omne harum meritum sit ex congruo. Contritio verò cordis, quæ est vltima ad gratiã Dei obtinendam dispositio, non potest promereri formam, ad quam proximè disponit ex condigno: at quod maximè omnium præparationum gratiam etiam ex cõgruo mereatur, non video cur sit formidandum concedere. Quod autem Augustinus suprà dixerat, ante gratiam non esse bona merita, non tollit præparationem esse ex cõgruo meritoriam, quia præparatio est ex gratia Dei, hoc est, auxilio gratuito.

¶ Liquidum iam tibi erit, vt arbitror, nemiꝰ nẽ posse se præparare ad gratiã Dei directè, nisi ex auxilio sancti spiritus sibi donetur, id quod Thomas in. 3. contra gentes cap. 149. ex multis persuadere adnititur. Primò, quia volũtas nostra est tanquã materia quædam Deo collata: at materia eget extrinseco motore: igitur volũtas indiget

Durandus non probatur.

Auxilium generale & speciale.

Auxilio speciali rationalia tantũ potiuntur.

Liquida quæstionis resolutio.

Deo mouẽte illam ad opus. Secũdò, instrumentum nõ potest sese mouere, at creaturæ sunt tanquam instrumenta Dei. Tertiò, quia actio agẽtis vniuersalis, est prior, quã actio agẽtis particularis. Verũ huiusmodi argumenta si illis demus, auxilium generale esse necessarium ad creatarum causarũ absoluendas functiones, planè absoluũtur. Quare exactius nos supra rem istam collegimus.

¶ Dubitabis fortasis, quid nam de statu hominis integro sentiendũ sit, nũ ille eguisset etiam auxilio speciali ad gratiam Dei obtinendam, hypothesi admissa ex Magistro non fuisse conditum in gratia Dei. Neque memineris modò de gratia operante, quæ omni statui necessaria est vitæ æternæ adipiscẽdæ. Et iuxta iam à me decreta, prompta est quæstionis huius decisio, statum integrũ auxilio hoc eguisse, quia pertinet ad ordinem supernaturalem gratię huiusmodi infusio, ideoque necesse fuisset homini integro, si sine gratia creatus fuisset, vt ad illam obtinendam excitaretur à Deo, & eleuaretur, quamuis ille citissimè sine reluctatione Deo inspiranti cessisset, quod nobis ex multis obstaculis retrahẽtibus nos, ne diuinis cedamus, non accidit. Adhuc hæsitabis, num satis est nobis excitatio spiritus sancti, & illustratio ex fide, vt nos præparemus ad iustificationẽ? Censuerim non satis, nisi Deus vires addat ad opus grande hoc, quod est iustificationis opus. Addit autem vires inclinando ad suum amorem volũtatem nostram. Habes responsum hoc ex Augustino suprà in Enchiridio cap. 32. Deus præparat voluntates adiuuandas, & adiuuat præparatas. Et in concilio Tridentino sessio. 6. cap. 5. iustificari hominem traditur adultum, per gratiam excitantem, & adiuuantem. Deus enim monendo interius excitat, & inclinando iuuat. Excitãdo igitur inclinat, & inclinando excitat. Fortasis status hominis integer illustratione, & excitatione contentus esset, & non eguisset speciali adiutorio. Satis illi fuisset status sui integritas ex originali iustitia, vt Deo prõptissimè parẽret in cunctis. Nos verò quia infirmi sumus, egemus Dei gratia excitãte, & iuuante. Nam spiritus est, qui adiuuat infirmitatem nostram. ad Rom. 8. Prædictis adde Albertum Magnum. 2. parte suæ summæ quæst. 100. membro. 1. dixisse, profanum esse dogma, quod Gabriel, Scotus, Durandus, & plerique alij Theologi receperunt, voluntatem nostram præuenire Dei gratiam, sapereque Pelagianam hæresim: cum potius voluntas nostra præueniatur & adiuuetur à Dei gratia. Et in. 2. sententia. distinct. 28. artic. vltimo, credit voluntatis actum nullum esse meritorium ante Dei gratiam aut congrui, aut condigni. Et ego suprà iam admonebam. Vndè August. epistò. suprà non semel indicata docet: Si homo quærere voluerit, quid meruerit ante gratiam, vt illam acceperit: mala, ait, sua inuenire poterit, nõ bona. Et paucis interpositis: Nec à Patre luminum, ait, à quo descendit omne datũ optimum, boni aliquid accipere quisquã meretur, nisi accipiendo quod non meretur. Et hoc veraciter dixit, quia vocari, excitari à peccato in gratiam, nullus meretur neque ex congruo, neque ex condigno. Verũ vt dicebam, Augustinum intelligo, nihilominus hominem ante gratiã nõ mereri quoquã modo, ante gratiam nõ habitualẽ, sed ante auxiliũ Dei gratuitum vocationis, & excitationis. Nam, vt prędiximus homo attritus, ex congruo promeretur iustificationem, vt rectè dixit Bonauentura, in. 2. distinct. 28. art. 1. quæst. 1. Quippe ex Deo specialiter excitante actus voluntatis nonnihil diuinitatis sapit, vndè promeretur ex congruo. Vt ex gratia gratum faciẽte actus procedens quamuis exiguus sit, magnificus ex merito vitæ æternæ redditur. Neque obieceris, bona temporalia mereri posse ex bonis actibus moralibus, sine motione speciali Dei. Namque temporalia non habent rationem veri meriti, quia verum meritum referendum est ad vitam æternam, siue sit congruitatis, siue condignitatis. Sunt qui inter hæc duo merita medium statuunt digni, verùm sine causa statuitur.

¶ Porrò autem, quia iam satis prata biberunt, canamus, si libet, receptui, argumenta in principio facta absoluentes. Et omnibus testimonijs vnica est responsio, illa tãtum denotare, nostri arbitrij consensum Deũ exigere, vt iustificemur. Vt qui peccato assensimus in mortem, Deo assentiamus ad vitam. Vt habes in concilio Tridentino, sessione. 6. cap. 5. Et lege August. homilia ad Psalmum. 84.

¶ Ad rationem dicito, animam rationalẽ non

Gratia excitans, gratia adiuuãs

Status integer non esset tam indigus quam lapsus.

Antegratiã nulla merita.

Augustinus exponitur.

Responsio argumentorum.

non esse formam naturalem, quia in sua productione non subit legem aliarum formarum, quæ educuntur de potentia materiæ. Cæterum hoc habet, quod sapiat formam naturalē, quia ex natura possunt ad eam producēdam exhiberi omnia pręuia, & requisita, quibus positis, ipsa ex pacto Dei necessariò producetur. At verò gratia Dei nō hoc habet. Etenim tota natura nō poterit ad eius productionem exhibere omnia requisita, & necessaria, quibus positis, ipsa necessariò producetur. Ideoq; non potest habere præparationem naturalem sibi sufficientem, sed gratia Dei, prępparat ad gratiam Dei. Neque hinc processum arguteris infinitum. Nō enim ad gratiam habitualem, est necessaria alia habitualis, sed ad habitualem est necessaria excitatio, vocatio, & alia auxilia Dei gratuita, quæ non sunt habitus, sed gratuitę Dei actiones. Postremum argumentum, si obscitanter non legisti præscripta, solutionē habes illius, ex antè habitis.

Valdè obserua.

Antegratiā nulla merita.

Distinct. 29. Disputatio. 3.

¶ Num sub statu naturæ humanæ collapsę, ab homine omnia peccata caueri possint, sine spiritꝰ sancti ope.

1. Argum.

ET videbitur alicui fortasse hominem posse. Etenim nemo peccat in eo, quod vitare non potest. Igitur si aliquod cauere non potest, illud sanè peccatū non erit, vt videtur. ¶ In contrarium est decretum cōcilij Mileuitani, cap. 3. Si quis dixerit, gratiam Dei solùm necessariam esse ad remissionem peccatorum, quę iā commissa sunt, non autem in adiutorium vt non committantur, anathema sit. At hoc concilium coactum fuit ad deuastandam Pelagianam aciem. Erat autem hæresis Pelagiana, gratiam Dei necessariam esse remittendis peccatis iam commissis, non tamen esse necessariam, vt liberum arbitrium caueat omnia, & singula peccata. Igitur sine spiritus sancti ope non possumus cauere peccata. Et augentur vires

Argum. in diuersum.

Augustinus exponitur.

Responsio argumentorum.

huius argumenti ex Aristotele. 1. Physic. text. 89. necessitātem tradente finem imponere medijs. Nam finis in practicis, est tanquam finis in speculabilibus: igitur qui vinculis peccati obstringitur, cum hæreat fini peruerso, ex peruersitate finis necessariò peccabit. Igitur ad cauēdū peccata, necesse est vt liberetur à peccato primùm, hoc autem fit per gratiā Dei; igitur ex gratia iuuandi sumus, ne peccemus.

¶ Disputatio hæc non est minus sinuosa, neque pauciores habet Mæandros, quàm dudum exacta. Etenim Gabriel in. 2. dist. 28. quęst. vnica, facilè testatur per arbitrij vires cū auxilio generali caueri posse vniuersa, & singula peccata. Et hoc dogma existimat esse Thomæ in. 1. 2. q. 109. artic. 8. & pace illius dixerim, Thomas non ita sapit, vt Gabrieli visus est sapere in loco ab eo indicato. Quanquam in. 2. Sententiarū distin. 28. art. 4. quæst. 1. de quæstione ista duas profert sentētias. Prior est: Liberum arbitrium non esse potens ex sua natura ad omnia peccata cauenda, & si hoc vel illud peccatum declinare poterit. Et hanc inibi non recipit. Siquidem liberum arbitrium ex electione liberū est, & sicut hoc, vel illud peccatum cauere potest, ita & omnia, nam cauens ab vno, potentius redditur arbitrium, ad cauenda cætera. Rursum credit Pelagij hæresim fuisse, diuinam gratiam nō esse necessariam remittendis peccatis, at liberum arbitrium citra gratiam Dei hanc remissionem peccatorum sibi posse promereri. At verò Augustinus lib. contra Cælestium. cap. 30. duas hæreses commemorat fuisse Cęlestij, & Pelagij, alteram, baptismum paruulis non esse necessarium delendo peccato originali: alteram verò, liberum arbitrium proprijs suffultum viribus posse omnia peccata declinare. Et in eodem libro cap. 2. & 28. indicat Pelagium gratiam Dei concessisse necessariam ad remittēda peccata prętrita. Et concilium Mileuitanum coactum contra Pelagianos hoc placitū Pelagij nō obscurè damnat, vt suprà indicabam. Thom. igitur nihil distinguens in. 2. Sententiarū loco prænotato liberum arbitrium potens fatetur ex generali Dei influentia ad cauēdum omnia peccata. At verò in. 1. 2. quęstione. 109. artic. 8. responsione. argumēt. primi. tradit vires arbitrij sat esse cauendis singulis peccatis, non tamē omnibus.

Pelagius ētiam concedebat gratiam Dei. vt de supra. 1. disput.

Rem enim diligentiùs considerans, sapuit aliter, quàm sapuerat. Durandus verò dist. 28. quæst. 3. duas protulit sententias. Prima est: Liberum arbitrium sine Dei particulari ope vitare posse omnia peccata, quę sunt contra ius naturale. Secunda est: Nō potest euitare sine particulari ope, quæ sunt iuris supernaturalis. Suadetur prior sententia, quia si quid obstaret quominus possemus vitare omnia peccata, vel esset, quòd orbamur gratia, vel infirmitas arbitrij, vel peccatum originale, vel actuale: at gratiæ orbitas, non est in causa. Gratia ẽm habitus est, non potentia. Igitur nō donat posse euitare peccata, sed faciliter euitare. Rursum neque infirmitas, quia infirmitas non tollit vires, sed facit eas flaccidas, vt non fortiter, sed infirmè operētur. Rursum neq; peccatū originale causa erit. Etenim si hoc esset in causa, semper inclinaremur ad gulā, vel superbiam, id quod falsum esse, quilibet experitur. Itē de peccato actuali idē conuincitur, nō esse causam, quòd nō possim⁹ euitare omnia peccata alia, si quis premitur vno, vel alio. Scotus quoque subscripsit istis. Nam in. 2. dist. 28. quæst. vnica, eandem amat sententiam, liberum arbitrium ex generali Dei influentia posse euitare omnia peccata. Etem̃ isti omnes fatentur posse hominē implere omnia iuris naturalis prę̃cepta: igitur poterit euitare omnia peccata. Etenim peccatum nō est aliud quā prę̃cepti transgressio. Et præterea, eadem est natura hominis lapsa, quæ fuit integra: at integra poterat cauere peccata omnia, igitur lapsa. Nam etiamsi non tam facilè possit, quia infirma est, & vitiata, at poterit. Porrò autem cōsultis patribus vetustis, hoc placitum ego non probo. Et primùm proferamus Augustinum, qui scientissimè, & pijssimè loquitur de facultate liberi arbitrij, & de præeminentia diuinæ gratiæ. Ipse enim libro de natura, & gratia, cap. 67. ait: Homo potest non peccare, & homo potest peccato resistere, sed opitulante illo, qui docuit nos orare, dicens: Et ne nos inducas in tentationem. Et Magister Sententiarum, vt egregius Augustini rhapsodus longe discessit à placito commemorato in distinct. 25. 2. lib. Sẽtentiarum. Quatuor nanq; status excogitans humanæ naturæ secundum commemorat esse statum nostrum infęlicem. Ait igitur hūc statum lapsum antę reparationem esse infirmum ad bonum, & ad malū procliuem, potentemq́ue peccare, & non posse non peccare etiā damnabiliter, hoc est, mortaliter. Et Thomas hos nō pænitē dos magistros sectatus, decernit hominem sub peccato posse quidem singula deuitare peccata, non tamen omnia, intellige collectim omnia. Habes hominis decretū. 1. 2. quę̃st. 109. art. 8. Capreolus tamē distinct. 28. huius. quæst. vnica. vires profert suas, vt Thomam exponat, primumq́; sensum, ait, esse Thomę, posse euitare omnia in potentia remota: quia potest se prę̃parare ad gratiam Dei, ex qua euitabit singula peccata. At hic sensus refellitur. Quippe sub hoc sensu, etiam omnia euitare poterit si ex gratia Dei intelligas, quod Thom. negat. Alter sensus est, euitare potest singula non tamen omnia, quoad act⁹ exteriores. Sed neq́; hic sensus aptus est. Etenim si interiores actus sunt necessarij, & exteriores, si non impediantur. Quippè interim actus sunt causa externorum. Tertium adhibet sensum: peccatorem posse euitare singula peccata iuri naturali contrauenientia, non tamen omnia collectiuè. Itaque propositio hæc: Sub peccato potest homo euitare omnia peccata: si distributiuum habeat sensum, vera est, non tamen si collectiuū. Caietanus verò aliam commentus est viā interpretandi Sanctum Thomā. Docet enim Thomæ doctrinam, trifariam intelligibilem esse secundum quod trifariam excogitare possumus esse hominem in peccato. Primò in affectu peccati quod scit. Itaque sciens, & volens, est in adulterio, aut furto, &c. secundo est in affectu peccati, quod culpabiliter ignorat, vt mercator amans contractum vsurarium, quem existimat ex culpa tamen sua esse contractum innoxiū. Tertiò est aliter sine affectu peccati mortalis, de quo nunc vertitur sermo. At verò est sub peccato, quia non sufficiẽtem adhibuit diligẽtiam, vt de illo verè pæniteret, vt verbi causa, is, qui attritus est de scelere suo, quē ex affectu iam misit, at non est contritus verè de scelere. Iuxta hāc trifidā cōsiderationem, Thomam moderatur dicens, veram esse eius doctrinam, secundum priorē peccatoris cōsideratiōnē, & posteriorē, nō tamē postremā. Itaq; qui est in affectu peccati, nō potest euitare omnia peccata: quippe qui ex affectu peccādi, quo premitur, necessariò tādē incidet in ali-

Durādi medium placitum.

Expositio Thomæ ex Capreolo.

Expositio Thomæ ex Caietano.

Argu. Thomæ. in. 2. Sentent. distinct. 28. artic. 2.

in aliquod peccatū. At verò secundum postremam considerationem, non censet verum esse Thomæ decretum, siquidem peccator ille non est in affectu peccandi, quāquam est sub peccato. Ego tamen Caietano non subscribo in hoc commento. Namq; hi, quos ipse docet esse in affectu peccandi, equidē non solùm non possunt euitare omnia peccata, imò neque singula peccata. Fac hominem affectum efficacē habentem ad furtum, ille, toties, quoties se dederit furandi occasio, furabitur. Et in secundi ordinis peccatoribus itidē erit, qui habet affectum ad cōtractum vsurarium, quem culpabiliter censet non esse vsurarium, itidem toties quoties se dederit occasio committendi contractum, illum committet: & multò facilius quàm prioris ordinis peccatores. Quippè credit se non malè agere, ideò sine remorsu conscientię aget. Vbi ergo est doctrina Thomæ tradentis peccatorem posse singula deuitare peccata, non tamen omnia? Et rursum peccatores tertio distributi ordine tāetsi sint sine affectu peccati, at sunt sub peccato, & sunt sine gratia Dei sanante, quomodo ergo poterunt euitare omnia, & singula peccata? Et Caietanus credit deuitare posse peccata vtriq́ue iuri aduersaria, & naturali, & Euangelico. Et, vt 25. distinct. huius dixit Magister, homo lapsus ante reparationē per gratiam non potest nō peccare, at verò hic homo nō est reparatus ex gratia Dei, etiam si Deum timeat. Nam timet ex seruili timore. Et etiam si sit attritus, animo instituens omnia cauere peccata. Cæterùm omnia cauere non poterit collectim, quia sanus non est. Fateor hunc faciliorem esse, vt diutiùs perseuēret non peccans, quàm prædicti alij. Porrò, si diutiùs sine adiutorio diuinę gratiæ subsistat, omnia peccata deuitare non poterit. Et propiùs agam in Caietanum. Fac hominem esse in puris naturalibus, idest, quem Deus ex limo terræ faciat modò, non ex propagine Adamica ducens originē, num quid hic poterit omnia, & singula peccata? Dicet, non poterit: nam huic eadem impendunt salutis impedimenta, quæ nobis, vt promptum erit discurrēti, nisi quod nobis salutis obstacula sunt in pœnam flagitij Adamici, illi verò homini natiua essent impedimenta, vt ignorantia, fomes, infirmitas ad bonum, pronitas ad malum, &c.

Caietanus non probatur.

Expositio Thomæ ex Capreolo.

Expositio Thomæ ex Caietano.

At verò est sine peccato quia à Deo sine aliquo peccato creatur in puris naturalibus. Si ergo hic, qui sine labe peccati est, non enim solùm vacat ab affectu peccati, sed vacat à peccato, non poterit euitare omnia, nisi singula peccata. Ex hac resp̄ sione quomodo, obsecro, qui sub peccato est, illa deuitare poterit. Dices forsitan, hunc, quem hypothesis indicat hominem, posse euitare omnia, & singula. Igitur sine gratia adiuuāte poterit hic homo se seruare semper innoxium ab omni peccato mortali, & veniali. Gratia igitur non est necessaria in adiutorium, ne peccemus, sed solùm ad remissionem peccatorum. Quia si sine peccato essemus, vt in puris naturalibus, omnia & singula possemus deuitare peccata iuxta te. At verò hoc Pelagianū esse puto. Nam, vt non semel diximus, Pelagius ad cauenda peccata, dixit gratiam Dei non esse necessariam, benè tamen remittendis commissis.

¶ Iam verò, vt rem hanc pro meo penso fi niam, scito aliud esse loqui de peccatis cōmittēdis, seu futuris, aliud de præsentibus. Aliud est deniq; de abigendis peccatis sermonem habere, aliud verò de peccatis arcendis. Etenim de peccatis abigendis iam nobis infixis, dubio procul etiamnum Pelagio annuente sentētia est Catholica, hominem illa non posse abigere ex seipso, neque singula, neq; omnia. Nam abigere peccatum, est resurgere à peccato, cæterū nemo resurgere potest, nisi ex diuina viuificetur gratia. Vndè August. libro de libero arbitrio, ca. 15. Homo, inquit per liberum arbitrium cadere potest, non tamen resurgere. Et indicatur Paulus in hanc sententiam: Beatus vir cui non imputauit Dñs peccatum. Et, vt diximus suprà, nemo se potest præparare ad gratiā Dei, citra Dei auxilium: igitur neque resurgere à peccato. Et Esaiæ. 43. decernit hoc idem diuinus Spiritus: Ego, ait, sum, qui deleo iniquitates tuas, propter me. Et ad Rom. 3. Benignitas Dei te adducit ad pœnitentiā. Et in Psalmo: Remisisti iniquitatē plebis tuæ. Et. 1. Petri. 4. Caritas operit multitudinem peccatorum. Quibus suffragatur Ambrosius comment. ad Lucam tractans verba illa: Cōuersus Dñs, respexit Petrū: vbi docet nō propter aspectū oculorum dictum hoc esse accipiendum, sed propter intimam motionem, ex qua Petrus pœnituit.

Decisio Quæst.

Ad Rom. 4. Psalm. 31.

Homo non potest resurgere à peccato sine gratia Dei.

tuit. Et indicatur locus hic ab Aug. lib. 1. de gratia, & libero arbitrio, cap. 45. Lege Ambrosium lib. 10. comment. ad Lucam, cap. 95. Et demũ ne in omnia testimonia sit euagandum, rem paucis accipe. Peccatum maculat mentem, & Deus solùm hanc maculam abstergere potest: peccatum facit hominem reum dãnationis æternæ, & solus Deus, qui iudex est, & æterni supplicij autor, potest hunc reatum tollere: peccatũ facit hominem Deo inimicum, & solus Deus potest hominem restituere in amicitiam suam. Et hæreticum esset dogma aduersarium huius decisionis, quæ catholica, & orthodoxa est.

¶ Est igitur solùm sermo habendus de peccatis futuris cauendis, & hęc cauere posset omnia homo si frueretur conditæ naturæ integritate, vt suprà ostensum est. Item cauere illa poterit homo Deo gratus. Nã hic sanus est ex gratia gratum faciente, quæ illum sanat, & iuuat inclinando ad bona, & retrahendo à malis. At verò homo sub peccato mortali degens, poterit quidem singula cauere, non tamen omnia collectim, vt rectè decreuit Thomas. Itaq; poterit cauere hoc, vel illud, vel illud, cæterum totã turbam peccatorum si ad intellectum demonstraueris, totam cauere nequit. Est em hæc disiunctiua necessaria, hoc, vel illud, vel illud, &c. peccabit peccatum. Quãuis nulla pars disiunctiuæ est necessaria, vt si dixeris, Petrus necessariò vel curret, vel sedebit, vel stabit, vel loquetur, vel tacebit, &c. At verò non necessariò loquetur, neque necessariò tacebit. Hoc sane dogma satis probat Mileuitanũ Concilium, Can. 10 vbi decernitur, homini iusto esse necessarium Dei adiutorium ad perseuerandum in bono. Si iustus igitur eget gratia Dei ad perseuerandum in operibus mandatorum, peccator multò fortius egebit, ad nõ peccandũ: ideoq; sub peccato degens, nõ poterit totam peccatorum deuitare phalãgem. Adhæc iustus omnia venialia deuitare nequit, sed solùm singula, igitur qui sub peccato est, non poterit peccata omnia mortalia euitare, sed solùm singula. Antecedens colliges ex Hieronym. 3. dialogorum contra Pelagium: Pro tempore, ait, pro loco, pro nostra fragilitate possumus esse sine peccato, sed ad breue spacium: in peccantiam verò ad perpetuum, soli Deo docet esse tribuendam. Et in eodem libro ostendit necessariò tandem in aliquod esse incidendum peccatum. Quod intelligas de venialibus, quæ à iustis necessariò tandem admittentur, etiam si nullum necessariò admittetur, vt de mortalibus diximus. Inquit igitur, si homo semper esset intẽtus virtuti, lic laxaretur vt chorda in cithara, sine vicio, sed quia necesse est cogitare quę sæculi sunt, collabimur. Vndè Paulus cogitauit. 1. ad Timo. 6. quæ sæculi erant, petens, lacernam, & penulã, quæ reliquerat Troade. Da hominem, qui non esuriat, nõ sitiat, neq; algeat, non doleat, non febricitet, non torminibus, aut vrinæ difficultatibus torqueatur, & ego tibi concedam hominem posse nihil nisi de virtute cogitare, sed sicut is, qui aduerso flumine lembũ trahit, si remiserit manus, statim retrò labitur, & fluctibus aquæ, quo non vult, ducitur, sic humana conditio si paululùm se remiserit, discit fragilitatem suam. Quæ verba solùm cape de iustis hominibus, qui paulùm remittunt intentionem suam ad sæcularia agenda: ex qua remissione venialia admittũt. Nos de re hac lõgam habuimus disputationem Salmanticæ, repetẽtes pro more illius scholæ, locum illum Iacobi. In multis offendimus omnes. Quæ, parcens fastidio, mittenda duco. Satis sit dixisse, vt homo iustus se gerit erga venialia, peccator se gerit circa mortalia. Iustus ergo nullus potest diu cauere omnia agmina venialium peccatorum, vt Hieronymus docet lib. 1. dialogorum contra Pelagium. Vndè ait: Nullus fuit huiusmodi, neq; est, neque erit. Nam omnes scriptura ostendit esse maculatos, etiamnum Deo gratos. Iti dè igit homo peccator nõ effugere omnia criminalia. Nãq; vir iustus hãbet ordinatã volũtatẽ erga Deũ, quia illi morẽ gerit: at inordinatũ gerit cõcupiscẽtię sensualis appetitum, proinde poterit criminalia fugere, at omnia venialia effugere nequit. Peccator verò vtrumque inordinatum habet, & voluntatem, & concupiscentiam: quare neque omnia criminalia effugere poterit, neq; omnia venialia. Verum quia liber est, singulã peccata cuadere nihil phibet. Dixit autem Hieronymus. 2. lib. dialogorum contra Pelagium, verbũ Domini versans: Necesse est vt scandala veniant: per scãndalum, peccatum esse notandum. Nã, scandalon, Græcis offensionem, & ruinã Latinis significat. At verò omne peccatũ offen-

Vir iustus nõ possunt cauere omnia venialia.

offensio est. Igitur necesse est vt peccata veniant. Quippe quæ agmina si peccatorum sumas, euitare nemo peccatorum poterit, at sigillatim si illa numeres, euitari poterunt. Nam cape adulterium, hoc Petrus, exempli causa, euitare poterit: cape furtum, poterit etiã, quia liberè peccatur: & ita de cæteris: cape omia simul, vires fugit humanas, illa euitare. Nam sæpè incidit homo in Scyllam, cupiēs vitare Carybdim. Et dum vni peccato vult subuenire, ne contingat, in alterum labitur. Vt qui cõtendit fugere fornicationẽ, incidit in inanẽ gloriam, & ita de reliquis. Antiqua sunt huius rei exẽpla. Nauclerus, cui nauis est foraminosa, appetens foramen vnum obdere, aliud se insinuat. At vtinam hoc exẽplum prorsus conquadrasset nobis. Nãq; nauclerus poterit tandem obdere omnia foramina nauis, id quod peccatori negatur, per proprias vires omnibus peccatis obstare. Est exẽplum aliud de pugili, qui contendens se obmunire ne ictus excipiat lethiferos, dum se se munit ex parte vna, aliam patẽre facit partem aduersario. Cæterùm est pugil dexterrimus, qui sese obmunire poterit, ne vel rimula pateat aduersario, at nullus peccatorum tam dexter in militia spirituali erit, vt non pateat aliquã do diabolo: donec induat panopliam vel armaturam cęlestẽ, ex qua poterit nequissimi tela retundere. Quantum iusti viri defectibus pateant, si vacat ex ocio para tibi Hieronymum. 2. lib. dialogorum aduersus Pelagium, vbi disertè, & opulenter rẽ prosequitur, veteres, & recẽtiores sanctos proferens peccatis subiacuisse. Non ab re erit tamen, si illis missis, vertamus in dubium vndè hæc petenda sit necessitas, qua peccatores premuntur, vt necesse sit eos tandem in manus peccati incidere. Et re vera neq; huius rei sola carentia diuinæ gratiæ est. Etenim primus homo hac caruit, vt Magistro placuit, nõ illi tamen necessum fuit peccare. Imò potuisset non peccare. Itidem de angelis dicito. Neque causa est originale peccatum, aliâs hoc ablato per baptismi lauacrum, necessitas hæc auferenda esset. Neq; fomes peccati in causa est. Namque fomite sancti torquẽtur, qui alioqui peccatorum agmina, densasque phalãges vincere possunt. Neq; infirmitas liberi arbitrij sola causa est, aliâs cum peccator nunquam non infirmum gerat arbitrium, semper esset peccandum. Neq; esse in peccato, est huius causa rei pręcisa, aliâs homo in puris naturalibus à Deo conditus, posset effugere delictorum omniũ caterua, & diu ita innocens persistere, quod non credimus vt suprà differebatur. Propterea non leuicula est quæstio, neq; quæ in numerato habeat responsionẽ vnde hæc necessitas. Vetusta Theologia placitum amauit, quod mox subiungam, duo coire, quę sunt causa tota huius necessitatis. Et alterum est priuatiuum, auersio nẽpe à Deo. At verò quia hoc non sat est, ad effectum exhibendum, siquidem nauis si submergitur, ex naufragio, non est sola causa absentia nautæ, imò habet causam positiuam, procellarum, scilicet, vehementiam: ideoque causa est altera necessitatis huius positiua, videlicet, inordinata cõuersio peccatoris ad creaturas. Quare hæc coeunt, & auersio à Deo, & conuersio ad creaturam. Namq; anima auersa à perenni bono, ad bona fugacia necessario se deuoluit, ideò necessario incidet in manus peccati. At verò quia rationalis est, & ad oppositа fertur, ideo nõ hoc vel illud necessario amat, verùm omnia peccata deuitare nequibit, vt cæcus, etiamsi vnum, vel alterum gressum rectè premere valeat, cæterũ omnes nõ valebit. Et qui iaculatur sagittã configendi scopi gratia, etsi semel atque iterum collimet, non semper collimabit. Hæc, & alia hoc genus exẽpla, non exacta quæras, tibi sit satis nonnihil conuenire cũ proposito. Scimus enim rectũ esse gressum non pendẽre à cæci volũtate, vt neq; à sagittarij volũtate collimationem, vt pendent peccata, & opera studiosa ex libero arbitrio. Hanc porrò sententiam, quã enarraui, lego apud Albertũ Magnũ in. q. 15. tract. 18. 2. par. suæ summæ. Ego verò censuerim non absolutã decreuisse decisionẽ quæstionis Albertum. Etenim auersio à Deo, & conuersio ad creaturas, non duo sunt, sed vnum, atq; idem peccatum, quòd vtraq; inficitur labe. Porrò iam diximus peccatum, non esse præcisam, & perẽptoriã causam huius, quã exquirimus, necessitatis. Quippè homo in puris naturalibus non posset omnia peccata declinare, semper sermo agitur de peccatis contra ius naturæ. Quãobrem dixerim duas esse huius necessitatis causas, alteram sanè priuatiuã, estque carentia originalis iustitiæ. Hæc enim

Albert⁹ nõ probatur.

Duæ causę cur peccator nõ potest omnia declinare peccata.

enim (vt suprà cõmemoratũ est) ordinabat mẽtẽ hominis erga Deũ, & cõcupiscentiã subdebat ꝓrsus rationi. Vnde Adã etiãsi gr̃æ orbitatẽ pateretur, posset nõ peccare, ex celesti isto adiutorio, quo donatus erat. Positiua causa verò duplex est, & pronitas arbitrij ad malũ, ex cõiũctiõe cũ cõcupiscẽtia effreni, & difficultas ad bonũ. Quæ causę ambę emergũt ex ablatiõe iustitię originalis. Obijciẽtẽ te mihi iã p̃sentio. Ais em, quid ergò? iusti orbãt originali hac iustitia ergò nõ poterũt se auertere ab oĩb⁹ peccatis. Scito tamẽ gratiã gratũ faciẽtẽ, vicariã esse iustitiæ originalis, secũdũ ꝙ cõponit mentẽ ad diuina, quãuis insolẽtiã sensualitatis non penitus tollit. Excellit tamẽ iustitiã originalẽ, qa hęc tantũ cõponebat mẽtẽ ad Deũ, vt finẽ hominis naturalẽ, gratia verò cõponit eãdem ad Deũ, vt ad finẽ supernaturalẽ, ideoq; mereri vitã æternã donat, ꝙ iustitiæ originalis munus nõ erat.

Argumẽta contra disserta.

¶ Forsitan tamen te adhuc pulsabit cõtra dissẽrta à me, argumentũ, ꝙ subdã. Nam dicet aliquis, quid si gratia Dei est, quæ præstat omnia declinare peccata, nũquid ergo ante gratiã obtentã, liberũ arbitriũ est ne potẽs declinare, aut impotẽs? Si potẽs est, gr̃ę nõ eget adminiculo: si impotẽs est, igit̃ potentiam habet ex gratia. Si ex hac potẽtiã habet, ergo libertatẽ habet ex Dei gr̃a, igitur ante Dei gratiã liberũ arbitriũ seruũ erat, & nõ liberũ id ꝙ debacchatur Lutherus. Rursum si præparatio ad hanc gratiã, est ex gr̃a, si declinare peccata omnia est ex gratia, si mereri est ex gratia, vbi est conatus noster? vbi mereri nostrũ? si omnia in gratiã sunt referenda? Cũ quibus facit, Augustinũ decreuisse ex peccato amissam liberi arbitrij in resp̃õsione. 3. ad Iulianũ, si impossibile est liberũ arbitriũ ad declinanda peccata, &c. Ergo ante gratiã seruũ est, aut titulo tenus liberũ. Obseruabis autẽ, vt primũ argumentũ non te irretiat, liberum arbitriũ ante gratiam Dei esse potẽs, & impotens: potẽs, in potẽtia remota: impotẽs, in potẽtia ꝓpinqua. Puer enim esse miles potest in potentia remota: at accedẽte robore ex ætate, fit potẽs in proxima potẽtia. Ita liberũ arbitriũ accedente robore spirituali ex Dei gratia, potẽs fit, proximũq; ad cauenda omnia peccata. Nã sine gratia Dei superueniẽte suapte natura aptũ natũ est ad diuina omnia peragenda. Cæterùm hæc aptitudo, nisi ex Spiritus sancti gratia coagente tamen libero arbitrio reducatur ad actum, iners est per se vt diuina præstet, vt præstare oportet. Gratia ergo Dei superueniens non confert nobis ipsam liberi arbitrij potestatẽ secũdũ substantiã suã. Siquidem ante gratiã liberi sumus, & si liberi non essemus gratia non indigeremus, vt neq; bruta illa indigent. Cæterũ hęc potentia liberi arbitrij ad diuina, gr̃a Dei submota, est valdè remota, quæ proxima redditur ex gratiæ dono accedẽte. Et sicut homo infirmus impotẽs est ad opera sanitatis, vt paralysi laborans, aut podagra, ingredi non potest ex morbi impedimento, quo ablato, rectè ingredietur, ita liberũ arbitriũ collapsum ex peccati impedimẽto, nõ potest rectè ingredi in viã Dei, quo ablato, ꝑ gratiã Dei, rectè ingredietur. Aduerte autẽ in morbis corporalib⁹ nõ satis esse si depellas morbũ, nisi depulso, patiẽtem cõfortes: ita & gr̃a Dei duo præstat, & depellit peccatũ, & liberũ arbitriũ cõfortat, & adiuuat, vt declinet peccata omnia. Verũ si homo cõderet in puris naturalibus, gr̃a Dei non tolleret peccati impedimẽtũ, qa nullũ subpuris naturalibus fuisset, esset tamẽ illi necessaria, vt peccata oĩa declinaret gr̃a Dei. Voco pura naturalia, quę sunt sine gratia Dei, & sine peccato. Nã nr̃a impura sunt.

Gratia Dei sanat animã, & illam confortat.

¶ Liberũ igit̃ arbitriũ collapsum, seruũ est peccati, at verò liberũ est ex substãtia sua: & liberari potest à peccati seruitute ex gr̃a Dei, adiuuãte, & ipso cooperãte. Nãq; homo bello capt⁹, seruus est victoris, nõ qdẽ ex substãtia naturæ, sed iure captiuitatis, ex qua vel gr̃a, vel pretio liberari potest. Quod ergo dixit Aug. impossibilitatẽ accessisse nobis ex peccato ad benè oꝑandũ, eò dixit, quò sine adiutorio diuinæ gr̃æ supernaturalia exeq nequim⁹. Quãq; autẽ sit mihi impossibile ferre centũ libras, ex adiuuãte possibile fit, ideoq; nõ est simpliciter impossibile. Et etiãsi sine adiutorio diuinæ gr̃ę, quę sæpè dixim⁹, p̃stare nõ possum⁹, cęterũ qa nr̃a coopatio est necessaria ideò ꝓmeremur coronas nr̃i laboris, corã Deo. Ideò Paul. 1. ad Tim. 4. fidẽs ait: Ego iã delibor, tẽpus resolutiõis meę instat, fidẽ seruaui, &c. Quæ verba tractãs Aug. lib. de correctione, & gr̃a, ca. 6. Fidẽ, ait, Paul⁹ seruauit, & cursum cõsummauit, sed ꝑ gratiã Dei illa habuit opa. Est tamẽ vnũ argumẽtũ sophisticũ. Sine gr̃a Dei poterit homo hodiè abstinere à peccato, & cras poterit,

Liberũ arbitriũ suapte natura aptũ est ad declinandũ omnia peccata nõ tamẽ declinabit nisi ex dono Dei.

ergo

ergo semper poterit. Tu similiter colligè: poteris hodie viuere, & cras viuere, ergo poteris perpetuò viuere. Fallacia est consequentis à minori ad maius affirmatiue. Lege Hieronymum epistola cõtra Ctesiphõtem, & in dialogo cõtra Pelagiũ, vbi duos introducit interlocutores, & Critobolum, agentem Pelagium, & Atticum, agentem Catholicum. Et hoc postremum argumentum est Critoboli, q̃ cum alijs dilutã est. ¶Quod si ex auxilio diuinæ gratiæ peccata omnia declinare possumus, & huic negocio arbitrij nostri vires impares sunt absoluendo, & hoc verũ esse diximus de criminibus, meliore quoq; ratione asserendũ erit de venialibus peccatis. Etenim si mortalia cauere nequimus omnia, quomodo venialia cauebimus omnia? Quando quidẽ venialia sunt frequentiora, & quæ facilius se ingerunt, & quæ minus aduertũtur, quã mortalia peccata. Durandus tamẽ dist. 28. quæst. 3. veniales distinxit culpas, alias subreptitias, alias verò ex deliberatione. Priores docet inuitabiles esse omnes, at posteriores euitabiles, vt pßistat in sua sentẽtia. Tu tamen dicito neq; illas, neq; has, per solas vires arbitrij esse euitabiles; si sermo sit de omnibus collectiuè, nõ tamen distributiuè, vt sæpẽ commemoratum est. Nam veniales culpæ etiam ex deliberatione sunt nobis familiares magis quã ex surreptione, quæ quia repentina est, rarius impetit. Neque solum qui sub peccato vitam ducit, has leiculas culpas omnes vitare nequibit, quin etiam sanctißimi quique illas deuitabunt minimè, vt suprà colligebã ex Hieronymo in lib. 3. dialogorum contra Pelagium: nisi ex speciali priuilegio vt beatißima virgo Maria, quæ singulari dote, neq; leiculis fuit infecta culpis, nedum grauioribus. Veruntamen viri illi integerrimi, vt Apostoli, peccatis ex surreptione venialibus magis subiacuerunt, quã ex deliberatione. Quãuis vel istis, vel illis incõcussè tenendum est illos fuisse culpabiles. Et errori dabis q̃ ascribitur Origeni diarranti Psalm. 17. vbi insinuat sanctißimos Dei famulos ab omni labe vel labecula peccati abhorruisse. Nam tractans verba illa: Tota nocte increpuerunt me reges huius: ait conuulere perfectionis est possibile, vt nulla pollutione tãgamur, neq; cogitatione mala afficiamur. Id quod damnat Hieronymus. Etenim ab Stoico dogmate derißatur. Stoici enim tradebant sapientibus hominibus esse possibiles, ἀπαθείας, hoc est, imperturbationes, & omnium affectuum vacuitates. Et in prologo ad dialogos contra Pelagium, Hieronymus commemorat dogma hoc fuisse Syrorũ hæreticorũ. Lege epistolam quinque Episcoporũ ad Innocentium Papam huius nominis primum, vbi damnatur hæc hæresis. Et August. lib. de dogmatibus, cap. 39. Apostolos omniũ sanctorum sanctißimos, affirmat citra venialia non vixisse. Hoc idem decernitur in Concilio Tridentino, Sessione. 6. cap. 11. leiculis istis affici omnes iustos, & sine istis vitam non degere. Esseq; debita illa, pro quibus à sanctißimis etiam precandus est Dñs, ex Dñi prece: Dimitte nobis debita nostra, &c. Hoc Iacobus docuit: In multis, dicens, offendimus omnes. Iaco. 3. Hoc Ioannes: Si dixerimus quod peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus. Et cætera hoc genus alia non pauca sunt testimonia, quæ hoc idem probant. Vt iam nõ abre ethnicum illum Poetã dixisse credas: Optimũ esse, qui minimis vrgetur. Quòd verò legimus Zachariã, & Elizabeth vixisse sine querela coram Deo, & hominibus: & Nathanaelẽ virum esse verè Israelitam, in quo dolus non erat: & Ioannem Baptistã à Dño summè fuisse laudatum. Hæc accipe; & alia similia, viros hos fuisse innocuos, quia Deum mortaliter non offendebant. Et quod Canticorũ. 4. legimus: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et ad Ephesios. 2. Vt sitis irreprehensibiles. Et ad Ephes. cap. 5. Christus dilexit Ecclesiam, &c. vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neq; rugã. Ad Ecclesiam triumphantem hæc retulit omnia verba Hieronymus. 3. lib. dialogorũ contra Pelagium. Et Paulus non ait. Estis irreprehensibiles: sed, vt sitis irreprehensibiles. Præsens non dixit, sed futurũ. Et Dñs fudit sanguinem suum, vt tandem in cælestibus regnis habeat Ecclesia sibi põsum, absq; vlla macula, & rugã. Cæterũ non obstante expositione Hieronymi, quidã sunt reprehensibiles coram hominibus, & corã Deo. Paulus autem monet Ephesios, vt nihil admittant reprehensione dignum corã hominibus, quãuis coram Deo nullus sit, qui reprehensione nonnulla, quo ad vixerit, careat. Quia non iustificabitur in cõspectu eius omnis viuens. Hæc perfunctorie,

& per

Durandus nõ probat.

Gratia Dei sanat animã, & illam confortat.

Sanctißimi quique sine labeculis peccati non possunt degere.

Origenica hæresis.

Lucæ. 1. Ioan. 1.

1. Ioann. 1.

& per transennam dissero, quia alibi dissertа habeo opulentius. Obserua, præter hęc, viros iustos posse sanè aliquādiu immaculatos prorsus esse, at non multò tempore. Non enim semper necesse est eos peccare venialiter, vt neque peccatores est necesse semper delictum committere, aut flagitiū admittere. Quia poterit peccator aliquandiu ab omni peccato committendo abstinere per vires sui arbitrij, gratia Dei submota: At multo hoc præstare tempore, fieri nequit, nisi Deo potiatur homo adiutore. Neq; te distrahat argumentum Durandi: Natura infirma, etsi debiliter, poterit præstare quod sana. Hoc enim nullam habet veritatem. Etenim membrum paralysi laborans ad motum redditur impotens, vt amens ad rectè iudicandum, sub amentia ipsa. Quid? q damus Durando, hominē sine gratia posse singula euitare mortalia, & venialia, negamus tamen illi omnia collectiuè. Et ad eundem canonem solues alterum argumentum: Eiusdem substantiæ est natura corrupta, & integra: ergo idem possunt. Dixerim tibi membrum paralyticum, & sanum membrum, idem esse secūdum substantiam: at hoc mouetur spōtè, illud minimè.

Argumētū Durādi solui tur.

Responsio Argum.

¶ Superest argumento primo respondere. Et nos fatemur neminem peccare, in eo, q vitari non potest, ex August. lib. 1. retract. cap. 9. Verū peccator singula peccata vitare quibit. Quod si adhuc insultat quispiam, Quiuis peccator habet auxilium speciale ad non peccandū, ergo poterit omnia peccata declinare. Dicito auxilium illi esse vt se præparet ad gratiam Dei, ex qua non peccabit, non tamen directè ad non peccandum.

Distinct. 29. Disputatio. 4.

¶ Num liberi humani arbitrij vires decalogi præceptis implendis pares sint citra Dei gratiam.

¶ Videbitur aliquis fortassis esse pares nostri arbitrij vires diuinis explendis mandatis. Namq; possumus diligere sup omnia Deū ex naturalib⁹ viribus solum, ergo & cætera mandata poterimus absoluere. Consequentia satis lucida est, & antecedens colligitur. Intellectus noster ex lumine natiuo solum ductus, potest cognoscere Deum esse omnipotentē, & summum esse bonum, summeq; diligendum: ergò voluntas ex propriis quoq; viribus poterit consentire huic dictamini intellectus: ergo poterit Deū diligere super omnia, ex naturalibus viribus cum generali influentia.

1. Argum.

¶ Secundò idem videtur colligendum. Nā Zpchariæ. 1. traditur: Cōuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Prius ergò est hominem se conuertere in Deum, quā quòd Deus se cōuertat ad hominem. Igitur cum nulla possit esse conuersio ad Deum, nisi diligendo Deum super omnia, prius diligimus Deum super omnia, quā quod Deus nos afficiat gratia sua: igitur ex naturalib⁹ arbitrij viribus possumus diligere Deum super omnia. ¶ Et roboratur hoc argumētum ex Chrysostomo lib. 1. de compunctione cordis dicente: Non est personarum acceptor Deus: nos siquidem si quod in proposito nostro, & viribus nostris est, explemus; venit ad vnumquemq; gratia Dei.

2. Argum. Corroboratio.

¶ Tertiò: Vir politicus aduertens bonum publicum esse præferendum priuato bono, poterit exponere vitam suam in muni mē boni publici, vt multos legimus, qui intrepidè morti succubuerūt, ex patriæ amore. Isti ergò dilexerūt magis patriam, quā seipsos. Igitur quid mirum erit si magis diligat homo Deum, qui est bonū vniuersi, quā seipsum ex viribus naturalibus solū.

3. Argum.

¶ Quartò: Creatura diligi potest super omnia, vt filij, vxor, amici, &c. Deus igitur quidni diligetur?

4. Argum.

¶ In diuersum est, quia non sat vires liberi arbitrij sunt vt homo se præparet ad gratiam Dei, vel timendo timore seruili, vel dolendo de peccatis ex attritione, quæ ex illo timore procedit, vt suprà demonstratum est, ergo neq; sat erunt huiusmodi vires, vt homo diligat Deum super omnia. Probo consequentiam: Multò præexcel-

In cōtrariū

sior

sior est iste actus diuini amoris, quàm actus timoris seruilis, aut attritionis de peccatis. Non ergo mãdata omnia sufficimus ex nobis implere.

Varia placita S.Tho.

¶ Disputatio hæc miras habet controuersias, & recentiorum & priscorum Theologorum. Thomas enim in quodlib. 1. quæst. 8. credit hominem ex proprijs viribus naturæ cum influentia Dei generali diligere Deum posse super omnia. Et in. 2. Sententiarum distinct. 28. quæst. 1. art. 3. idem docet, actum diligendi Deũ super omnia homini ex viribus naturę à Deo concessis, esse possibilem secundum substãtiam actus, quamuis non secundum intentionem præcipientis. Idemq; commemorat de alijs decalogi præceptis. At verò in. 1.2.q. 109. artic. 3. homini sub integritate naturæ cõstituto concedit hunc actum diligendi Deũ super omnia, Deum, inquam, vt bonũ naturale. Nam vt bonum beatificans, nõ poterat diligi in eo statu, nisi ex charitate. At verò sub collapsa iam natura homo nõ potest diligere Deũ super omnia. Etenim ex corruptione naturæ ex peccato præferimus Deo priuata nostra bona, vndè satis ex loco isto colligitur, nõ omnia pręcepta decalogi, hominẽ lapsum posse ex viribus naturalibus implere, etiã quo ad substãtiã actus: quãuis Thom. vt aiebam, ante istũ locũ diuersum decreuisset. At modò dilectionẽ Dei super omnia subtrahit viribus arbitrij, nisi primũ ex gratia Dei sanetur. Et Caietanus in cõmentario prænotati dudũ loci existimat hominẽ lapsum, etiamnum sub gratia sanãte, non posse diligere Deũ super omnia simpliciter, quãquam posse nõ inficiatur Deũ diligere super omnia secundũ statũ lapsum. Etẽ sub lapsu quamtumvis homo sanus sit ex gratia Dei, nihilominus nõ potest nõ peccare venialiter, at peccatũ veniale est impedimentũ diuinæ dilectionis super omnia. Quę simpliciter non solũ offensam exitialem, sed etiã venialem excludit. At verò status integer simpliciter posset diligere Deum super omnia, quia posset nõ peccare exitialiter, & venialiter. Hęc clariùs, quàm ille, reddidimus, quę ꝑ suo more inuolutè explicat. Cæterũ hæc explicatio quorsum sit, ipse doceat. Hic enim nihil agitur si homo corruptus necessariò peccabit, & integer nõ necessariò peccasset. Istud ẽ differendũ misit Thom. in art. 8. q. 109. libri indicati. Neq; modo sermonẽ texemus de dilectione Dei, vt cõprehendit actus omniũ virtutũ, & omniũ peccatorum fugam. Hac ẽ ratione actꝰ est vniuersalis, cuius Dñs meminit: Qui diligit me, sermones meos seruat. Neq; texẽda est disputatio, de actu amoris diuini, ex cõplacentia quadã, vndè sibi cõplacet homo, eò quòd Deus sit infinitũ bonũ, & super omnia honorandũ, & laudandũ. Namq; hęc cõplacentia non est vertenda in dubiũ. Potest namq; homo sine gratia sanãte cõplacentiam habere in bonis diuinis. At disputatio est si natiuæ nostri arbitrij vires sufficiunt, ad amandum Deũ propter se, supra seipsum, & supra omnia sua, & aliena.

Amor complacentiæ.

¶ Post Thomam autem fuerunt alij Theologi, qui placito eius commemorato in 1.2. non hæserunt. Nam Scotus in. 3. distinct. 27. Et Gabriel in. 3. distinct. 27. quæstione vnica, propositione secunda, tradiderunt vires arbitrij nostri pares esse ad diligendum Deum super omnia, subindeq; asserunt hominem ex naturalibus suis se posse sufficienter præparare ad gratiam Dei conciliandam. Nam hæc dilectio Dei super omnia, quæ est amor amicitiæ diuinæ, est vltima dispositio ad gratiam. Itaque hæc dilectio diuina est prior non tempore, sed natura, quàm charitas, vel gratia gratum faciens. Et meliorem, & digniorem credit Gabriel esse hanc dispositionem, quàm quæ ex dolore peccatorum est. Hanc sententiã probant argumenta facta in principio. Huius placiti est Adam in primo Sententiarum distinctione prima, & quæst. prima credens sufficere intellectum, & voluntatem ex naturalibus suis: illum, ad intelligendum Deũ esse bonum summum: & hanc, ad amandum illud summo amore amicitiæ. Quamuis hic amor non potest elici sine charitatis coniunctione. Huic etiam placito hæsit Almain in. 3. Sentent. distinct. 27. quæst. vnica, & in moralibus suis tractatur. cap. 9. Quanquam fatentur charitatem esse necessariam infundi à Deo, quæ dilectionẽ nostram faciat de condigno meritoriã vitæ æternæ. Isti habent in columen sui decreti, prius liberũ arbitriũ agere, quod suũ est, quã quòd Deus illi propitietur elargiẽdo illi charisma gratię suę. Quia faciẽti qd̃ in se est, Deus gratiam suam non negat. Prius ergò exhibendũ est quod homo agere tenetur, quàm quòd Deus illum iustificet.

Columen placiti communis.

ficet. Alioqui esset Dei acceptor personarū vt videtur Chrysostomi fuisse placitum. lib. de compunctione cordis. 1. non longè à fine, cuius verba suprà sunt annotata. Dionysius etiam Cisterciensis Monachus, in primo Sentent. distinct. 17. quæst. 1. viam aliam est ingressus ab omnibus istis diuersam, credens diuina mandata omnia à maximo ad minimum vsq; impleri non posse sine charitate Dei. Nam Paulus ad Rom. 13. scripsit: Qui diligit proximum, legē impleuit: ergò qui non diligit, legem non implet: & qui non implet, peccat, ergò qui nō diligit, peccat. Quare præcepta ex dilectione charitatiua videntur implenda. Itē dist. 40. huius dicet Magister: Qui ex timore facit opus præcepti, ille non implet præceptum: ergò solum is implebit, qui ex amore. Et multa quæ cum hac sententia faciūt, aut videntur facere, habes apud Gratianū, collecta. 23. q. 6. cap. vltimo. Ad hæc, qui exhibet eleemosynam pauperi ex inani gloria, num seruat Dei præceptum? Quod si seruat, ergò per peccatum seruat Dei præceptum, quod est absurdum. Si nō seruat, cur non seruat, nisi quia sine charitate pauperi extremè indigenti eleemosynā porrigit? De huiusmodi enim sermo modò habetur. Præter hæc, Paulus. 1. ad Corinthios cap. 16. Omnia vestra, inquit, in charitate fiant. Igitur omnia Dei mandata sunt ex charitate seruanda. Rursum, Augustinus libro de correctione & gratia. cap. 3. Præcepit ait, vt habeatur charitas, corripit si non habeatur. Item idem lib. de gratia & libero arbitrio contra Pelagium, cap. 16. si putauerit homo se bene facere sine charitate, nō bene facit. Et accedit istis, quòd is ipse tractans verba Pauli, rursum docet: Omnia vestra in charitate fiant, non aguntur ait, si non fiant, aut sine charitate fiant: de correctione & gratia cap. 3. Et ad hanc normam posset aliquis & alia aceruare testimonia, quia multa sunt, quæ hoc præferunt.

Decisio quæstio. ex auto. placito.

¶ Iam verò aliorū placitis recēsitis opportunum erit, quid nobis subeat exponere. Et oportebit excernere in primis disputationem istam non esse de præceptis, quæ sunt iuris Euangelici. Nam hęc præcepta, si de quibusdā fit sermo, impleri nequeūt nisi ex charitate, vt præceptum de participatione diuini sacramēti altaris, Paulo docente: Probet autem seipsum homo. 1. ad Corinth. 11. &c. Nisi ex ignorantia inuincibili homo excusetur: vndè hoc præceptū vt impleatur, vires arbitrij poscit sanatas & adiutas diuina charitate. Neque tamen omnia euangelica præcepta hoc exigunt. Nam præceptum Baptismi, non hoc poscit, vt ex charitate suscipiatur. Et qui diligit inimicum, alioqui existens in peccato mortali, non peccat. Et qui fidem euangelicam excipit, etiam sub peccato, vt infidelis, quia iam vult fidem profiteri, non peccat. De istis autem euangelicis præceptis modo verba nō facimus. Quia etiamsi pleraque non exigant charitatem Dei, at auxilium Dei speciale poscunt. Nam Saracenus, aut Iudæus, aut quiuis alter infidelium sine hoc auxilio, non suscipiet fidem Iesu Christi, neque baptismum appetet. Itēque is, qui diligit inimicum non ex causa temporali, sed propter reuerentiam Christi illud docentis, & vt sibi paret veniam propriorum delictorum. Quamuis hoc sine charitate Dei fieri potest, tamen non citra auxilium particulare. Est enim quædā præparatio ad Dei gratiam conciliandam. His igitur missis, figamus dumtaxat pedē in præceptis iuris naturæ, quæ sunt decalogi præcepta, & quæ ex illis euidenti collectione consequuntur. Et primum de maximo mandato, primoque omnium, instituemus conclusiones aliquot.

Præcepta euangelica

Dilectio inimicet auxilio Dei

¶ Prima sit: Diligere Deum super omnia propter ipsum Deum, hoc est, velle Deo placere in cunctis, & in nullo displicere, etiam cū dispendio vitæ propriæ, actus est superās arbitrij, nostri vires, nisi cælitùs adiuuetur. Hanc probo. Actus fidei, quo credimus articulis omnibus & repudiamus hęreses contrarias superat arbitrij vires, ergo actus dilectionis diuinæ, quem descripsimus. Consequentiam facilè persuadebis. Nam huiusmodi dilectionis actus, secundum Gabrielis, & aduersariorum placitū, est proxima dispositio ad gratiam Dei obtinēdam, vt præscripta te docebunt. At actus fidei non est huiusmodi: si ergo dilectio Dei præfata reponit hominem in statu salutis, & actus fidei etiam explicitæ non reponit, dignior est incomparabiliter dilectionis actus, quàm huiusmodi sit fidei actus. Cæterum fidem non possumus habere, nisi ex dono Dei, ergo neque actum illum dilectionis. Minorem, me tacente, Paulus clamat, ad Ephesios. 2. Et nos satis suprà edocuimus. Secundò præparatio ad gra-

1. Cóclusio

Contra Gabrielem & recentiores theologos.

gratiam Dei ex solo timore seruili est ex dono Dei, vt suprà docebamus disputatione. 2. igitur præparatio ad gratiã ex amore Dei, erit etiam diuini muneris. Probatur collectio, quia hæc præparatio est multo excellentior, quàm illa.

¶ Secundò si actus ille dilectionis iã præscriptus viribus naturalib? arbitrij subest, igitur Iudæus, Saracenus, quiuis paganorum, imò & hæreticus, illum assequi poterit, quia in naturalibus illi non differunt à fidelibus. Igitur hæreticus, & pagani sine fide Iesu Christi se possunt præparare ad Dei gratiam conciliandam præparatione vltima, & Dei gratiam cõsequentur sub sua infidelitate, & paganismo, id quod hæreticum esse dogma, si quis assereret, fidelium ignorat nemo. Dices fortasis, huic dilectioni impedimẽto est paganismus, aut hæresis, ideo disponit minimè ex infidelitatis obice. Iam colligam aduersum te, igitur præter actũ hunc dilectionis, necessaria est displicentia peccati, vt quod Iudæo displiceat Iudaismus, & Saraceno paganismus, & hęretico hæresis, & demum peccatori peccatum, non ergo iste actus diligendi Deũ est proxima dispositio ad gratiam, neque satis est, vt reponat hominem in salutis statum. Quippè exigit etiam displicentiam peccati. Vndè crediderim Paganum, vel hæreticum, si huiusmodi actum diligendi Deum habuerint, illum ex naturalibus viribus habere: si quidem & si dicant se velle Deo placere in cunctis, & in nullo displicere, procedit nihilominus actus ex lata fallentia, quam habent propriæ infidelitatis. Ideo volũt placere Deo in cunctis, sed inefficaciter, & se ipsos seducunt. Si quidem asserunt se in nullo vel le Deo displicere, at in suo errore maximè displicent, quem ex latissima culpa veritatem esse credunt. Habent illum ergo actum amandi Deum infideles, Deũ laudantes, & honorantes super omnia. At non est actus hic supra vires proprij arbitrij, quippè non est verè diligendi Deum super omnia actus. Similiter fidelis credẽs culpabiliter, se non peccare, vt vsurarius credens ex culpabili ignorantia fœnus non esse, quod fœnus admittit, etiamsi illum actum diligendi, quem diximus, habeat, non reponitur in statum salutis propter eandem causam. At verò qui caret affectu peccandi, & dolet de omnibus peccatis suis, tametsi non dolet vt oportet omnino, quia ex attritione dolet, non ex contritione, quamuis inuincibiliter putat se sufficienter dolere, huiusmodi, si actum diligendi Deum, quem diximus, habeat, scilicet, velle Deo placere in cunctis, & in nullo displicere, etiam cum proprię dispendio vitę, dixerim hunc ex huiusmodi actu cum attritione priori, dispositionem habere proximam ad gratiam Dei obtinendã, & quòd superueniens dilectio reddit hominem de attrito contritum, vt pœnitentiæ sacramentum. Et hoc mihi valdè rationi consentaneum esse videtur, admodumq; probabile, verum neque attritio, neque actus huiusmodi habentur nisi ex Deo adiuuante & excitãte. Et est actus hic diligendi, specie differens ab eo, quem habet vel Iudęus, vel paganus, vel fidelis existens in peccandi affectu. Cæterum de istis hæc sufficiat cõmemorasse, & rationibus prioribus nouas addamus.

¶ Sit ergo tertia ratio conclusionem nostram colligens: Consilia non operamur nisi ex dono Dei speciali, igitur præceptũ diuinæ dilectionis, cælico eget adiutorio. Antecedens probo. Etenim castitatis cõsilium implere, diuini est muneris, docẽte Sapientia: Nemo potest esse continens, nisi tu dederis: igitur qui castam vitam duxit, solùm ex Christi consilio, & non propter inanem gloriam, aut vt crumenæ cõsulat, hic eget dono Dei, vt castam vitã agat. At actus diligendi Deum super omnia, sublimior est, quàm castitatis obseruatio, igitur non potest haberi ex viribus naturæ. Dices forsitan de generali auxilio esse intelligendum Sapientis verbum, id quod ferri non potest. Nam etiam dicere oportebit, nemo erit fur, vel mœchus, nisi tu dederis. Namq; peccatum nullum perpetrare possumus, Deo subducẽte auxilium generale. Quid? quòd Matth. 19. cum de cẽlibatu esset sermo, de his, inquam, qui se castrauerunt ex regni Dei amore: Non omnes, ait Dominus, capiunt verbum istud: sed quibus datum est. Non ergò negari potest, nisi proteruiendo, castitatem esse diuini muneris. Ergò & amor Dei super omnia cur non erit? Quartò idem colliges: Si potest liberum arbitrium diligere Deum super omnia ex proprijs viribus, & hæc dilectio est proxima præparatio ad gratiam

Præcepta euangelica

Dilectio indiget auxilio Dei

1. Cõclusio

Contra Gabrielem & recentiores theologos.

Iudęus, Paganus, fidelis ex affectu peccãs. Fidelis sine affectu peccati.

Hæc obseruã.

Dei assequēdā. Fac esse hominē in angulo extremo orbis, ad quē nunquā peruolauit euangelica fama, hic in articulo mortis poterit habere hūc actum dilectionis, & iustificabitur statim, & euolabit ad regna cælorū sine fide Christi. Nāq; hic fecit totum, quod suū erat: igitur iustificabitur. At contrà est, quia qui non credit, damnabitur.

2. Cōclusio ¶ Secunda conclusio: Liberum arbitrium non potest se ex se præparare ad gratiam Dei sufficienter. Hæc abunde est probata in. 2. disputatione, quia initium salutis nostræ est à Deo sine nobis, vt Augustin. dixerit in Enchiridio ad Laurentium. c. 32. vbi rem statuit hanc, videlicet nostrā voluntatem non prēuenire Dei gratiam, imò Deus est, qui prævenit voluntatem nostram, vt iustificetur, & gratia suā donetur. Quapropter si dilectio Dei super omnia prēparat, vti isti dicunt, sufficiētet, necesse est, vt sit à Deo excitante, quia iustificationem nostrā Deus initiat sine nobis, & nobiscū perficit, vt sæpè prælocuti sumus. At Chrysostomus indicatur à Gabriele, vt suprà memini, in contrariā sententiam. At si ipse nō citasset locū Chrysostomi mutilum, nō arriperet argumētū ex verbis Chrysostomi. Tu igitur benè obserua Chrysostomi locū in hæc verba. Sed quoniā non sola gratia Dei hoc agit. Requiritur eñ vt & nos, qđ in proposito nostro, & viribus est, expleamus. Idcirco venit advnumquemq; gratia Dei, &c. Hoc eñ ad nouā pertinet clausulā, quę incipit. Idcirco, &c. Et Chrysostomus agit ibi cōtra hęreticos, qui omnia ascribebat, vt Lutherani, gratię Dei, & nihil tribuebant nostro arbitrio, ideò docet esse necessariā cooperationem nostram. Non tamē Chrysostomus tradit prius esse nostri arbitrij studiū, quàm diuinam gratiam vt Gabriel somniat. Quòd verò monebam in prima conclusione cęlicum auxiliū necessarium esse, vt compotes simus diuinæ dilectionis, quā prędiximus, intellige per hoc, auxiliū, aut charitatē, aut auxiliū particulare: nō eñ cēseo esse necessariā charitatē, vt ille actus diligēdi, pdeat, quia satis illi est auxiliū gratuitū Dei: Vndè homo sub peccato potest illo actu diligēdi Deū potiri. Quod si vt dicebamus, attritio cū huiusmodi actu est, pxima dispositio ad charitatē, est prior tū actᵘ hic, quāsit ipsa charitas. Prior, inquam, natura, & ideo non est causa charitas huius actus. At fieri poterit hoc actu gaudere hominem sine attritione, & sine consensu aliquo ad culpam, & tunc non est proxima dispositio ad iustificationem. Et tum erit sine charitatis consortio. Verùm si obieceris, sacramentorum est, facere ex attritis, contritos, quomodò ego dicebam, hunc actum diligendi Deū super omnia si faciet attritionē, facere ex attrito contritum: dixerim tibi in attritione comprehendi etiam votum vocalis confessionis. Quod ergo attritio iūcta pœnitentiæ sacramento promeretur vt gratia donetur, hoc idem ex voto confessionis sociata dilectioni Dei assequetur. Dubitat aliquis, in quo differt actus iste dilectionis sæpè commemoratus ab actu charitatis diuinæ: dixerim tibi, actum dilectionis sæpè repetitum tendere in Deum sub rationibus naturalibus, vt in creatorē, in summum bonum vniuersorum: at charitatis actus, vt in beatificantem. Et vt semel dixerim, charitas tendit in Deum, vt ostenditur solùm ex lumine fidei, at dilectio iam dicta, tendit in Deum, vt ostendi potest ex naturali lumine.

Chrysostomus prēsentit Lutherū

Notandum dubium de natiua inclinatione ad Deum.

¶ At verò argutabitur fortasis quispiā, contendens mecum, actum dilectionis diuinæ iam commemoratum, posse ex solis naturalibus haberi. Etenim naturalis inclinatio rerum omnium est ad Deum, & omnia ad ipsum tendunt, vt ad vniuersorum bonum: at verò pars magis amatto tum, quàm se ipsam, vt indiculo nobis est manus, quę se obijcit percutienti, ne caput lędatur, & aqua propriam deserit naturam mouendi se deorsum, vt vacuum vitet. Vndè S. Dionysius libro de diuinis nominibus. cap. 4. docet, diuinam bonitatem omnia ad se rapere, & in suum conuertere amorem: igitur voluntas humana ex natiua inclinatione diligit Deum supra se, & supra cætera omnia alia à se. Est tamen obseruandum ne ex hoc innodemur argumento, inclinationem naturalem humanę naturæ ad Deum super omnia diligendū integram, & illibatam fuisse in protoplastis. Quippe erat tunc originaria iustitia, vt sæpè diximus, quæ integram illam tenebat, & erga Deū, & erga proximos. At verò, vt dixit Anselmus lib. de concordia, c. 1. vel. 2. humana natura deserta iustitia originali, facta est ancilla suę affectionis. Quā doquidē illa naturalis inclinatio, ad Deū recta fuisset semper in homine, nisi ex peccato

cato homo laberetur, lapso tamen homine vitiata est illa inclinatio naturalis ad Deum, quæ erat vt ad bonum sibi connaturale. Etenim si cæteræ creaturæ naturales rectam hanc seruant inclinationem, vt pro modulo suo tendant in Deum rectissimè: congruebat quoque vt dignissima visibilium omnium creatura eadem rectitudine naturalis inclinationis gauderet. Ideoque, vt diximus, homo si in integritate persisteret, sine dono super addito, id est sine gratia gratum faciente aut charitate infusa, diligeret Deum super omnia. Quæ illi esset veluti naturalis dilectio, quippè ad illam sat erant liberi arbitrij vires rectissimè à Deo institutæ ex originaria iustitia sibi collata. Sat dico, non excludēdo auxilium generale. Et intelliges sub hac ratione Thomam in. 1.2.quæst. 109.art.3. Porrò autem peccatum accedens, hanc inclinationem non abstulit, sed illam viciauit. Nam morbus accedens, vt ophtalmia oculo, vel paralysis membro, non tollit membrum, sed vitiat. Et sicut visibile, quod oculo sano est proportionatum, vitiato oculo fit nō proportionatum, vt ægrotus oculus lucem solis spectare nequit. Ita quoque natura humana vitiata non potest, quę sana potuisset, vt Augustinus docet libro. 1. retractationum. cap. 8. Deus igitur libero arbitrio integro, & non vitiato, esset bonum connaturale, & Deum diligeret supra se, & omnia naturali dilectione. Cæterum vitiatum iam id nequit, & Deus non est illi cō naturale bonum. Hoc est proportionatū obiectum naturalibus viribus suis, vt fuisset si languidum non esset. Nam quamuis Deus & tum, & nunc, sit obiectum superexcedens omnem naturā, & rationalē, & irrationalē quippe qui infinit⁹ est: cæterū actio hæc, scilicet diligendi Deū super omnia simpliciter, non excedebat naturæ humanæ integritatem, ideoque Deus, vt diligibilis naturaliter ab homine, non excedebat vires arbitrij rectè à Deo institutas. Quas ad hoc instituebat, vt ad se, & suam bonitatem amandam super omnia hominem conuerteret, vt cæteras creaturas ad se conuertit, vt Dionysius paulò ante aiebat. Ex peccato autem, vt dudum aiebam, non est ablata inclinatio hęc naturalis. Nam peccatum non abstulit naturā testante Augustino libro. 3. de libero arbitrio. cap. 14. verùm tamen vehementer læsit naturam nostram. Ideò ad illam dilectionem præstandam, quæ homini integro fuisset naturalis, ad sensum prædictū, iā non sat sunt arbitrij vires, nisi Deus maiores ex suo gratuito dono suppeditet. Imò quātūlibet sanemur ex gratia Dei: & illa inclinatio natiua ad Deū, quæ ex fomite sopita est, reuiuiscat per gratiam Dei sanantem, nunquam tamen perueniet sub lapsu ad pristinam integritatem, sub qua homo poterat non peccare venialiter, & mortaliter. Quia venialibus subditur necessariò natura corrupta, vt supra fusius disputatum est. Quando verò liberabitur homo à vanitate, cui subijcitur, & verè liberatus fuerit in cælesti patria, plena libertate filiorum Dei gaudebit. Nunc verò fomes peccati nos eò vehit mali, quò magis velimus bona nostra priuata, quàm diuinum bonum. Charitas autem Dei, quæ diffunditur in cordibus fidelium, hūc languorem sanat, leuans hominem, ad diuina magis amanda, quàm sua priuata bona. Porrò etiamnum non ex toto sanat, quippè iusti multa diligunt, quæ charitatis legem non subeunt, vt sunt venialia peccata. Habes ex istis dilectionem quandam esse gratuitam, illam vtiq;, quę Deū diligit, vel per quam nos diligimus Deū, vt beatificaturum nos sua visione. Et hęc gratuita æquo appellatur nomine: nam gratiam gratum facientem exposcit. Alia verò est naturalis dilectio, non quia nō est libera, sed quia non eget lumine fidei, sed sat illi est, vt prodeat, diuinitatis notitia ex lumine natiuo, aut etiam naturalis germanè appellabitur, quia naturalis esset homini integro, & non labefacto. Et illi naturalis esset, quia vires sui arbitrij illam dilectionem Dei expleuissent. Hæc igitur naturalis Dei dilectio, si homini cōtingat, cum detestatione omnium peccatorum ex timore seruili gehēnæ, ex dono gratuito Dei pēdet addito viribus natiuis liberi arbitrij. Et itidem si sine consensu, & dissensu peccatorum acciderit. At verò aliās viribus arbitrij subditur, vt superiora te docebunt.

Notandum dubium de natiua inclinatione ad Deum.

Dilectio naturalis: dilectio gratuita.

Deus vt diligibilis naturaliter nō excedebat vires arbitrij rectè institutas à Deo.

¶ Tertia conclusio: Excepto hoc primo mandato, cuius mentionem iam fecimus, cætera decalogi omnia mādata alia, vt impleātur secundū substātiā cōtenta sunt auxilio generali Dei. Hæc est cōtra Dionysiū 3. Cōclusio

suprà indicatum, & ni fallor contra Adrianum in quodlib. quæstione octaua, vbi existimat, ex timore facere præceptum, vitio esse dandum, quamuis melius est facere ex timore, quàm non facere. Ex Augustino homilia. 127. ad Psalmos. Nam ex timore incipit iustitiæ consuetudo. Contra tamē Dionysium colligo, sciscitans ab eo, si ex charitate sunt implenda Dei mandata, ex qua charitate, num acquisita, an infusa? Si primum asserat, nihil differt Dionysius hic à Gregorio, cuius placitum suprà refellimus: si ex infusa, iam ergo qui curat eleemosynam porrigere pauperi, oportebit excutere conscientiam suam, vt si peccatum criminale aduertit, conteratur de ipso priùs, quàm subueniat pauperi: vt fieri solet ante synaxeos sacram perceptionem. Ad hæc, negatiua præcepta etiam sunt diuina: igitur vt impleantur, egebunt charitate, vndè qui sine charitate est, peccat etiamsi non furetur, peccabit non furando, quia tenetur non furari ex charitate. Et sexcenta inferas, si libet, absurda contra hanc sententiam. Non me latet Augustinum comment. epistolæ ad Galat. dixisse quòd qui non habet fidem, & charitatem, nullum bonum opus facit. & in libro primo, de libero arbitrio, capite. 26. cò torsit verba Pauli: Quod non est ex fide, peccatum est: vt diceret, eos, qui non habent fidem, per dilectionem operantem, non benè operari. Cæterum hæc testimonia, & alia, quæ suprà induximus in suffragium huius sententiæ, illò sunt referenda; quò intelligamus huiusmodi bona opera etiam si sint heroica, si fide orbantur, & charitate, non esse meritoria vitæ æternæ. De re hac Magister differet sub hæc, in distinctione. 41. Memini autem me dixisse suprà, tria præcepta primæ tabulæ egere speciali auxilio Dei: hoc autem tanquam probabile dicebam. In hac autem conclusione tanquam probabiliùs censui omnia decalogi præcepta non egere particulari auxilio Dei, quantum ad impletionem suam secundum substantiam operis excepto primo, maximoque mandato. Quamuis quantum ad rationem meriti, non solùm auxilio egent, imò etiam, & charitate Dei, sine qua non contingit mereri vitam æternam. Aduertes autem ex

Augustin. in expositione epistolæ ad Galat. c. 5.

Bernardo in epistola ad Carthusiēses monachos, amoris esse gradus aliquot. ¶ Primus est animalis, & terrenus, quia prius est, quod est animale, dein quod spirituale. Ideoque primum est, se hominem diligere, non cogitato Deo. ¶ Secundus gradus est, quando suam aduertens inopiam, Deum amat, vt subleuet indigentiam, qua premitur. Et hic gradus amandi Deū, non est propter Deum, sed propter hominem. ¶ Tertius est, quando iam homo leuat se amplius, amando Deum propter Deum, precibusque Deum orat, & cultibus celebrat propter ipsum Deum. ¶ Quartus est, quando homo se diligit, propter Deum, & omnia sua propter Deum amat, & quidquid amat, ex Deo amat, & nihil amat, quod ex Deo non amet. Quē gradum amoris, beatis esse familiarē credit, nobis verò quàm remotissimum. Et hæc disputatio de tertio gradu amoris, est subintelligenda, qui est amor amicitiæ. Iā verò post longam, & spinosam disputationem, quid restat, nisi argumentis primò obiectis facere satis, vt moris nostri est? ¶ Et primo argumento respondebis, intellectum posse ex natiuo lumine Deum cognoscere, esse supremum bonum. At negabis consequentiam: ergo voluntas poterit illud super omnia amare ex naturalibus viribus suis. Etenim ad intelligendas naturales veritates diuinorum, nulla est repugnantia ex fomite: at verò ad amandum Dei bonitatem super omnia, imò & super amantes, mira est obluctatio fomitis, qui semper voluntatem pellicit ad bona priuata amanda, plusquam diuina bona: & vtinam ex quotidiano exemplo non disceremus. Et reperias adolescentes facilè discere morales scientias: at difficilè, imò difficillimè, quæ didicerunt, non magno negocio, operi mandāt. Etenim ad sciendum, ipsa natiua inclinatio proritat. Quia omnes naturaliter scire desiderant: at verò ad virtutis opera rarissimus est, qui se accingat, ex repugnātia fomitis nos trahentis ad vtile, vel delectabile bonum.

Quatuor amoris gradus.

Responsio argumentorum.

¶ Secundo argumento dices, ex concilij Tridentini sessio. 6. c. 5. cū Dñs ait: Cōuertimini ad me: cōsensum nostrū exigere. cū verò ait: Cōuerte nos, Domine, & conuertemur. Thren. 3. gratiam excitantem exigi à vate. Itaque si conuertimur, initium

nostræ

nostræ conuersionis non ex nostris meritis est, sed ex diuina munificentia, quæ vult omnes saluos fieri.

Quatuor amoris gradus.

¶ Confirmationi iam responsum est inter decidendum quæstionem.

¶ Tertio argumento dicito, quòd vir politicus oppetit mortem propter rem publicam sæpè ex inani gloria, vt statuam promereatur, & nomen. Et vix, vt dixit Augustinus, politicum reperias, qui ex amore virtutis hoc fecerit. Verùm si qui fecerunt virtutis amore, non trahendi sunt in consequentiam. Namque reipublicæ bonum, quod amat politicus & defendit ad effusionem proprij sanguinis, est bonum sensibile, & sibi proportionatum, cuius ipse est pars. Quod nisi ipse defenderit, & alij, actum erit de vita sua, & aliorum conciuium, actum de vxoribus proprijs, & liberis, ideoque ex amore sui boni, reipublicæ defendit bonum. Et perindè est, atque si seipsum defenderet. Deus verò, vt sæpè diximus, ex peccato primitiuo factus est nobis improportionatum bonum. Ideoque arbitrij vires in illud supra se tendere non possunt nisi Deus ipse opem ferat illis: vt, quæ superiùs commonefecimus, satis docent.

Responsio argumentorum.

DISTINCT. trigesimæ, Disputatio prima.

¶ An ex peccato protoplasti posteritas aliquam culpæ contraxerit labem.

Argum. 1.

ET videbitur forsan alicui posteritatem, nullam contraxisse culpę labem. Nam si contraxit, & contrahit, aut illud est, quia corpus illā cōtrahit, aut quia anima illam contrahit. Non primum quia corpus culpam non capit: neque secundum, quia si anima illam contrahit, si non ex corpore contrahit, regerenda erit in autorem animæ Deum. Id quod blasphemum est.

¶ Secundò: Si posteritas labem hanc culpæ contrahit ex conceptione humana, iam ergò nuptiæ essent execrabiles, quia causa sunt huius execrabilis conceptionis infantium. 2. Argum.

¶ Tertiò: Baptismus aut sanctificauit parentes fideles infantium, aut non: si non sanctificauit, temerè sunt fideles parentes tincti aqua lustratoria baptismi. Si verò illos sanctificauit à peccato omni, igitur infantes fidelium saltem non habent, vnde contrahant originalem maculam. 3. Argum.

¶ Quartò: Vel creatur anima infantuli munda, vel immunda. Si munda, vbi est hæc labes originalis culpæ? si immunda, ergo non habebit Deum autorem, quippe qui non est autor peccati. 4. Argum.

¶ Item quinto. Sap. 8. Veni, ait, in corpus incoinquinatum. Ergo corpus non habet inquinamentum, igitur anima ex corporis commercio non inquinatur, neque ex creatione Dei inquinatur, vndè ergo inquinatur? Siquidem infantilis anima ex proprio consensu non inquinatur. 5. Argum.

¶ Sextò: Matth. 17. Non quod intrat per os coinquinat hominem: ergo corpus nō potest inquinare animam. 6. Argum.

¶ Septimò: quando liberi ex peccato mulctantur parentum, solùm mulctantur in iure hæreditario: nam quæ ex parentum beneficio erant iure hæreditario assequuturi, ex parentum delicto perdunt: at in his, quæ non sunt iuris hęreditarij, non mulctantur, vt est perspicuum in liberis hæreticorum, qui spoliā tur paternis bonis, non tamen in animæ bonis, quia animam non acceperunt à parentibus. Igitur cùm infantes non acceperint animam à parentibus, neque à parente primo, sed tantum corpus, sat erit, si spolientur in bonis corporis, vt immortalitatis dote, & aliorum bonorum corporis, quæ hanc consequebantur. Et non videtur necesse quòd aliquod peccatum concilient, 7. Argum.

quod est contra animæ bona.

8. Argum. ¶ Et augentur ista ex Ezechiele. 18. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, &c.

Argum. in contrariũ. ¶ In diuersum verò est Paulus ad Rom. 5. Omnes in Adam peccauerunt. Nam hic locus non potest intelligi de peccato actuali. Namque hoc non poterant peccare homines in Adam. Quippè ex proprio cuiusque consensu proficiscitur. Igitur antequam homo sit liberi arbitrij compos, ex actuali peccato non maculatur: igitur est audiendus locus de originali culpa, quę habitualis est. Demum est concilij Tridentini autoritas in sessione. 5. idem docens.

¶ Disputatio ista firmam habet veritatem, quam stabilit catholica, & orthodoxa fides: Infantulos ex conceptione sua, labe culpæ originalis esse infectos. Quamuis difficile satis est hoc fidei dogma, vt cætera fidei dogmata. Neque fidei tamen essent, nisi difficilia essent. In concilio igitur Arausicano primo, capite. 1. & 2. hæc traditur fidei veritas, & decernitur contra Pelagium, tradentem, peccatum primi parentis nocuisse posteritati: at hoc nocumentum corporum erat, non animorum. Subdimur enim ex culpa primitiua calamitatibus innumeris, & denique morti. Cæterum pueri anima ex Pelagio innocens est, ex conceptione sua. Aduersus Pelagium colligit Concilium verba diuina ex Ioanne. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Et. 2. Petri. 2. A quo quis superatur, est eius seruus. At verò natura hominis superata fuit à Diabolo, quando Adam peccauit, igitur tota natura humana serua est Diaboli. At hæc seruitus non solùm ex corpore est, quippe corpus non fieret diaboli mancipium, nisi ex animæ delicto. Et Leo Papa multis hoc fidei documentum probat testimonijs, citans locum illum Exodi. 20. Reddam peccata patrum in filios. Tametsi locus hic non admodum videtur congruere originali culpæ. Nam subdit: In tertiã, & quartam generationem. At originalis culpa serpit in omnes generationes, ne dum in tertiam, & quartam. Secundò colligit ex loco Hieremiæ. 31. & Ezech. 18. illic habetur: In diebus illis non dicẽt vltrà: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt: sed vnusquisque in iniquitate sua morietur. Istic verò habetur: Quid est, quod inter vos parabolam vertitis in Prouerbium istud in terra Israel? Patres comederũt vuã acerbam, & dentes filiorũ obstupescũt, &c. Et paucis interiectis subdit: Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Quæ verba edisserens, tradit sub veteri testamento ex parentum delicto primorum filiorum dẽtes obstupuisse. Nam animæ sanctorum Patrum ex protoplastorum peccato in Limbo multa sæcula detentæ peregerũt. At verò sub nouo testamento, iam iste stupor filiorum cessat ex regeneratione baptismi: ideoque sub regeneratione anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et nõ damnabitur ex protoplastorum delicto. Tertiò probat hoc idem ex Psalmo. 50. In iniquitatibus conceptus sum. Neque oppedit veritati, quod dixerit, iniquitates, originale peccatum: quippè cætera peccata in ipso quodammodò continentur. Etenim peccatum Adam etiam sub quadam ratione multa comprehendit. Superbiam, videlicet, gulam, furtum, auaritiam. Augustinus verò libro contra Iulianum primo, à capitulo secundo, in calcem libri vsque, colligit Patrum testimonia, quæ probant originale peccatum, vt poteris videre. Et in epistola. 99. quæstione secunda, indicat locum ad Romanos. 5. Per vnum hominem peccatum. &c. quem locum docet prosternere Pelagianum dogma. Et in libro de baptismo paruulorum capite decimo, eundem locum tractans, edisserit verbum Pauli: In quo omnes peccauerunt: bifariàm exponendum. Primo referendo ad hominem primum, idest: In quo homine omnes peccauerunt. Etenim Adam est autor peccati totius naturæ humanæ, non solùm ex imitatione delicti, vt qui exemplum delicti dedit, est autor delicti quodammodo. Si alter peccauit ex imitatione delicti, non solùm hoc modo, sed etiam ex propagatione est causa originalis maculæ. Vt Christus est autor sanctimoniæ, non solùm quia reliquit nobis exemplum sanctitatis, vt sectemur vestigia eius, sed etiam est causa sanctitatis illam donans nobis, ex regeneratione, & ex alijs sacramentis, tanquam per sanctificationis instrumenta. Adam verò etiam est causa vera humani lapsus,

Pelagius damnatur.

Loci probãtes peccatum originale.

Paulus bifariã exponitur.

lapsus, vt Ambrosius ait, enarrans eundē Pauli locum: Ex massa, dicens, corrupta in primis parentibus, omnes nascimur corrupti. Nisi quòd Ambrosius inibi attentum poscit lectorem, ne socors lectio legentem in errorem præcipitet. Videtur enim ibi docere mortem corporis causatā fuisse à primo parente, at verò mortem secundā quēlibet hominum ex suis delictis sibi parare. Concilium verò pridem indicatum, hoc, vt Pelagianum dogma, damnauit. Tuigitur Ambrosium subaudias, mortē scilicet, secundam, seu gehennam, quemuis sibi parare ex proprio delicto. Quippè paruuli, & si patientur mortem secundam, quando non lustrati discedunt, quia orbabuntur æternò Dei visione, cæterùm quia ibi sistet illorum pœna, & non torquebuntur alia pœna, quam sensus pœnam nostri vocant, quæ præter prædictam, adultorum erit. Propterea ait, hanc pœnam sensus ex proprio parari delicto. Subintelligens, nō parari ex peccato primitiuo, quamuis damni pœna ex proprio delicto paratur aliquando. Misso Ambrosio, in Augustinum, vndè primò cæpit, recurrat oratio. Est ergò alter Pauli sensus: In quo omnes peccauerunt, ideſt, in quo peccato omnes offenderunt. Nam sunt peccata hominis cuique propria, in quibus autor peccati peccat, alij verò non peccāt in illo, hoc est, non coinquinantur ex illo per ductionē illius peccati in eos, nisi fortasis ex imitatione. At verò in peccato primo omnes peccant homines, qui ex naturali coitu, ex protoplasto originem deducunt. Et beata virgo excipitur ab hac lege, ex priuilegio, de quare alias. At priorem sensum recipit Ambrosius. Et revera Paulus Græcè scribens, Hebraismum sapit semper. Cùm ait igitur: In quo omnes peccauerunt, est Hebraismus, ideſt, per quem omnes peccauerunt. Est locus alter Ecclesiastici. 40. Graue iugum super filios Adā, &c. Qui locus non solū intelligitur, quòd subiecti simus tot, tantisq; miserijs, sed etiā de iugo, quo subdimur diabolo ex die cōceptionis nostrę. Rursum Iob. 14. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi tu solus, qui mūdus es? Semen autem non est alia ratione immundum dictū, nisi quia ex coniunctione illius anima sordescit ex labe originalis culpæ. Et Iob. 3. & Hierem. 20. natalibus suis maledicunt: quibus non

Ambrosius cautè legēdus.

Paulus Hebraismum sapit Græcè scribens.

Paulus bifariā expo nitur.

maledicerent sanctissimi viri Iob, & Hieremias, nisi ex peccato originali in cōceptione contracto, vt Grego. enarrans eundē locum, meminit. Et Iob. 25. non esse infantē, etiam vnius diei, mundum coram Deo, traditur. Quę oracula omnia non obscurè indicant, nos conceptionem habuisse maculatam ex peccato originali. Vndè in Concilio Mileuitano damnatur Pelagius, & in epistola. 91. in ordine epistolarum D. Augustini. Innocentius Papa huius nominis primus, testatur in paruulis esse perditionem, quam abolet Baptismus.

¶ Constito igitur, peccatum originale esse ex fide confitendum, iam exquirendum restat, quid sit hoc peccatum originale? quæ quoque sit eius causa, vndè deriuatur in infantulos? At verò, vt rem obscurissimam patere faciam, aduertes ex Aristot. priuationem esse dijudicandam per habitum, & negationem cognoscendam per affirmationem. Sunt autem hæc duo, originalis iustitia, & originale peccatum esse inuicem priuatiuè oppositа. Nam per indè est dicere, originale peccatum, ac si dixeris originalis iniustitia. Iā verò originalis iustitia erat habitus ordinans mentē hominis erga Deum: & ordinans hominē exteriorē erga hominem interiorem. Erat nāque ordinatio quædam rectissimum tenens hominem. Nam fecit Deus hominē rectū & ipse miscuit se quæstionibus multis. Hæc autem ordinatiua virtus collata fuit protoplasto, & si ipse perstitisset in accepta integritate, eadem ordinatio naturæ atque integritas donaretur animabus omnibus puerorum, qui tum nascerentur. Itaque simul atque anima pueri à Deo conderetur, & embryoni infunderetur, crearetur ordinatissima, hoc est, habens illam virtutem ordinantem animam illam ad Deum. Nisi quòd sub conceptione & pueritia erat habitualis ordinatio: adolescentibus verò pueris se prodidisset in actum ordinandi hominem cum Deo, & concupiscentiam cum ratione. Et hanc ordinantem virtutem Deus quasi iure hæreditario (Augustino autore) concessisset hominibus statim à conceptu, si protoplastus stetisset. Nunc verò animæ infantulorum quando creantur, creantur orbatæ hac ordinatione, siue hac virtute ordinatiua, ideoque etiam si Deus non creat eas inordinatas,

Lib. 1. retract. cap. 15

sed bonas bonitate naturæ, at verò ipsę animæ, quę creantur, sunt inordinatę. Non enim ex creatione est hæc animarum habitualis inordinatio. Deus namque paratus erat illam virtutem ordinatiuam hominibus à conceptu infundere, at non infudit, ex demerito primi parentis, qui illam perdidit sibi, & posteritati. Hæc autem inordinatio in anima pueri, habitualis est, & non actualis. Quippe anima infantilis nullum habet actum inordinatum, quia adhuc sui iuris compos non est: est tamen habitualis, quia nisi illa abstergatur per baptismalem gratiam, ex illa puer adolescens, etiam si non necesitabitur ad peccata singula, quæ liberè admittet, at necesitabitur, vt nequeat totam peccatorum euitare turbā vt suprà iam distinct. 29. latè disseruimus. At accepta regenerationis gratia, potens erit & singula, & omnia peccata vitare criminalia, & omnia, & singula virtutum exercere opera. Itaque homo ex regeneratione istud emolumenti, præter alia sibi cōciliat. Etenim ex regenerationis gratia potest singula, & omnia vitare peccata: at sub inordinatione originalis culpæ poterat vitare singula, non tamen omnia. Si tamē regenerationis gratia seruetur, aut perdita ex pœnitentia, restituatur. Hæc autem inordinatio, culpa est pueri: tñ qa est habitualis inordinatio, ideò est habitualis culpa. Quāuis quia inordinatio est, ideò culpabilis est. Etenim pœna, non est inordinatio, sed culpa est inordinatio. Quam quidem culpam rectè dixeris esse propriam puero, & alienam, vt dixit Augustinus libro de correctione & gratia. Est sanè aliena, quia ex peccato protoplasti deriuatur: est verò propria, quia illa inordinatio est in anima pueri & ex illa est filius iræ, & Deo inimicus ad Ephes. 2. Nascimur em̄ omnes filij irę: vt cōtrà si Adā stetisset, omnes pueri nascerētur filij misericordiæ. Et quia est propria culpa pueri, ideò etiam propriam subibit quiuis puerorum nō renatorum pœnam. Solū scrupus vrget, vt culpa est pueri sine voluntate, & assensu pueri? Etem̄ si animæ essent antiquiores corporib⁹, & vltrò se ingererent in corpora vndè erāt fœdādę, nō absimile esset àvero illas ob eā causam esse culpabiles. At verò anima ignara sui, corpori sociatur à Deo, cur ergo culpabilis? Etem̄ qui ex iure humano puniuntur ex patrio delicto, vtique & si puniantur, at verò non redduntur culpabiles ex patrio delicto. Satis igitur videbitur alicui, si pueri pœnam miseriarum, quibus abundat humana vita subeant. Cæterum vt culpabiles sint non perspicuum est infidelibus. At verò vt dicebam, culpa est animæ rationalis inordinatio, & si ex actu proprio inordinetur, est actualis culpa. Si verò nō ex actu proprio, sed aliundè, est culpa habitualis. Quæ sanè eò est habitualis appellata, quia non ex actu proprio inficit, sed ex voluntate aliena ex qua voluntaria quoque est antecedenter. Protoplastus igitur se inordinans, totā naturam inordinatam effecit. Et hoc est, quod Paulus aiebat: In Adam omnes peccasse. Quippè ipso inordinato ex suo peccato, tota natura humana, quę erat in ipso tanquam in primo naturæ parente inordinata mansit. Quare antè quàm fœtus animetur anima rationali, non est inordinatus nisi in potentia. Siquidem fœtus ille nondum est naturæ humanę individuum: at verò simul atque animatur rationali anima, iam homo est. Et quàm primùm est homo, tam primùm est inordinatus coram Deo, & noxius. At ais, quid ergo? Facito Deum creare modò hominem in puris naturalibus ex limo terrę, non ex propagine Adamica, etiā anima illius careret virtute ordinatiua, quam non semel appellaui primitiuam iustitiam. At illius hominis anima: non est noxia coram Deo, vt liquet: igitur orbitas ordinatiuæ virtutis illius, non facit puerum culpatum. Respondebis, Protoplastum obligatum fuisse à Deo vt virtutem illam ordinatiuam, hoc est originariam iustitiam seruaret in columen, vt naturæ præclarissimam dotem, & humana tota natura obligata est simul obligato parē te totius naturæ. Quapropter anima pueri non habens illam inordinatiuam virtutem, quę erat totius naturę eminentissimū à Deo infusum pignus, peccat, quia deficit à debito, cui soluendo tenebatur, & nō est soluendo. Porrò anima modò à Deo creata in puris naturalibus, vt prędicebam, hęc etiamsi non habeat iustitiam originalem, non deficit à debito. Quippè illam non tenetur habere, propterea vacat à culpa. At ais, vt obligatur puer, qui nondum est capax doli? Dixerim, obligatum fuisse in primo parente. Hinc intelliges Hieronymum in. 3. libro dialogorum contra Pelagiū docentem, peccata puerorum esse aliena. Nā ait, ex

Peccatum originale quomodo propriū & alienum.

Culpa est animæ rationalis inordinatio.

Hieronym⁹ cautè legēdus.

ait,ex baptismo relaxari illis peccata, non propria,sed aliena:ideoque facilius illis remittuntur.Et Paulum dicentem regnasse mortem,&c.etiam in eos,qui nō peccauerunt in similitudinem Adæ. Intelligit eṁ de pueris dictum fuisse à Paulo, qui non violauerunt Dei præceptum in paradiso, vt Adam. Verùm,quod ait, puerum recēs natum nihil peccare, subaudi ex peccato actuali. Quòd vero sint propria peccata infantium originalia,concilium Tridentinum docet sessione. 5. Et re vera est argumentum hoc euidenter colligens. Namq; quilibet infantium non renatorum, propriam experietur pœnam. Igitur propriū gerit peccatum.Hic tu mihi considera,quā abest à veritate dogma Alberti Pighij in prima controuersia de peccato originali. Existimat enim infantes sanè esse peccatores,at non ex proprio peccato,sed ex peccato primi parentis.Itaque omnes infantes non renati vno peccato, dicuntur peccatores,& non multis.Nam peccatum Adam,est peccatum infantium. Quare omnes infantes huiusmodi sunt peccatores, non ab intrinseca labe, sed extrinseca denominatione.Quod falsitatis vt redargua tur dogma,alia non oportet præstruere argumenta,præter præstructa.Iam verò causam peccati originalis inquiramus. Primū proferentes Albertum Magnum in libro, cui titulum fecit, De mirabili scientia Dei. tracta. 17.quæst. 107.vbi existimat humano semini primi parentis ex diuina maledictione hęsisse vim quandam ad maculandam animam infantilem. Et Capreolus in distinct.31.amat hoc placitum.Atverò,pace illius dixerim,si hæc vis maculat, Deus esset autor maculę:& ita non esset macula. Et præter hæc aut in semine est peccatum originale infantis formaliter, aut virtualiter:non primùm, quia peccatum non est formaliter in semine nondum animato, vt liquidum est.Aliâs sanè peccaret. Si verò dixeris quod virtualiter:quæram à te,quænam vis est hæc causatiua peccati? num spiritualis,an corporea?Et nihil horū est. Nāque priuatio non eget vi illa,vt fiat. At originale peccatū priuatio est. Quorsum est igitur cogitanda vis efficiens illam priuationem?Alijs verò placuit peccatum originale causatum fuisse ex venenato halitu serpentis antiqui. Putant enim originale peccatum esse morbidam quandam qualitatem ex halitu serpentino inditam membris primorum parentum, quæ sic affecit afflata corpora,vt si ex manu, vel pede Adam ex miraculo homo fieret alter,ille etiā originali delicto succubuisset, etiam si sine propagatione fieret.Cuius placiti fuit Gregorius Arimineus.in.2.distinct. 30. & 32. & Henricus quodlib. 1.quæ.21.Quam sententiam ducunt ex August. hypognosticōn.lib.4. non procul à fine.Namque serpentinum halitum venenatum esse ex multis ostendi potest.Etenim basiliscus ex visu occidit:quid mirum si serpens alter halitu interimat?vt ferunt de regulo, & cæraste?Et aspides, quę in deserto Cades nutriebantur,tātisper dum filij Israel per illud desertum iter faciebāt,deserti incolas Iudęos exleuissimo ictu interfecerūt. Nihil igitur est cur dubiam trahamus fidem(vt isti putant)quòd serpens ille,quem diabolus assumpsit, afflans corpora protoplastorum illa venenasset. Porrò autem si de morbo corporali mentio nunc fieret, vtcumque fidem daremus istis,hoc fuisse posibile: at verò cùm sit sermo de peccato, quod est morbus animę,superat fidem meam ex halitu serpentino causatum fuisse peccatum, cùm halitus ille,corporeus cùm fuisset,animā venenare non poterat. Et saltem peccatum primorum Parentum non fuit ex halitu illo,sed ex libero arbitrij consensu, & prius consensit Heua fallaciæ serpentinæ, quàm afflaretur.Igitur prius fuit peccatū, quàm afflatus.Et serpens non fecit verba cū Adā. Igit non fuit afflatus ex halitu lòquentis serpentis.Iam verò originale peccatum,quod prolis est,ex morbida qualitate illa non potest originari. Namque tabifica illa qualitas,si quæ esset, in semine conderetur humano, siue spermate: at hęc spermatica qualitas quomodò potest agere in animam pueri spiritualem ? Quod si in illam agit, cùm anima pueri purè passiuè se habeat ad illam recipiendam, & sperma sit agens,esset vtique sperma nobilius anima rationali:quia agēs est nobilius passo. Et rursum vis illa spermatica non est peccatum,igitur non est peccati effectrix. Ad hæc impossibile est,illā tabificam qualitatem, tot annorum millibus propagari llæsam,& æquè vigentem,vt prius. Etem humana vita à tempore illo in tempora vsque nostra lapsa est,ex ingenti lapsu. Nāque iam vitæ humanæ tempus est exiguū,

Culpa est animærationalis in ordinatio,

Albertus Pighi⁹ refellitur.

Quæ sit originalis peccati causa.

Hieronym⁹ cautè legēdus.

Peccatum originale ex tabifica qualitate ex Gregorio fit,& ex Henrico.

Non probātur Grego. &Henricus

quòd tum longæuum erat. Igitur vt vita humana non est tam vigens, neq; viribus pollens, vt tum erat, ita & qualitas illa tabifica flaccidior erit, quàm solebat, quare nō tantum erit originale peccatum, quantum solebat: quippe debiliorem habet causam: id quod quis absurditati, & temeritati non dabit? Rursum, filij, & nepotes, & successores parentum, non referūt suos maiores ex aliqua singulari proprietate sempiternò, sed vsque ad quartam tantum generationem. Vndè dixit Aristot. 7. lib. de historia animalium cap. 7. signa maiorum, vt oculorum cæsitas, quā glaucedinem dicūt, aut notæ aliæ, quæ spectabantur in maioribus siue in capillis, siue in oculis, siue in quauis parte alia corporis in tertia prole sæpè spectātur. Neq; prorogatur vlterius spermatica illa, singularisque spermatis proprietas, quàm vsq; ad tertiam vel quartam generationem. Vndè ecclesia ibi fixit ob eandem causam nuptiarum prohibitiones, vsque ad quartam videlicet generationem. Quippè similitudo maiorum ibi quoque cessat. Quamobrem illa tabifica, vel morbida qualitas iam diu est quòd cessauit. Et quid? illa venenata qualitas non venenauit corpora protoplastorum, neque morbida fecit. Nō enim legimus illos morbiculosos eiectos à paradiso. Quomodò igitur non venenato corpore, non infirmato, non mortuo ex qualitatis veneno, animam mortificat hæc qualitas? Ideò valeat hoc commentum, quia plusquam fictitiū est. Augustinum autem intellige ex metaphora venenatam fuisse Heuam ex sibilo, vel ex flatu serpentino, hoc est, inclinatam fuisse ad peccatum. Et quod August. 2. hypognosticôn tradidit, semen vitiatum fuisse, sed non fuisse vicium, non est audiendū quasi verò in spermate producta fuerit à sibilo serpentis, vel ab animabus protoplastorum qualitas tabifica effectrix originalis culpæ. Hoc enim scripturæ nullus est locus probans, ideò facilè reijci potest. At verò Augustinus aduertens sperma esse principium generationis hominis viciati, & corrupti ex peccato originali, ideò dixit semen esse vitiatum: nempè quia origo est culpati hominis: est autem origo vitiati, & labefactati hominis. Non quia culpa est in semine vel in spermate (quia hoc rectius dicitur) etenim sperma non est magis culpabile, quàm sputum, vel sanguis, vt dixit Anselmus lib. de cōceptu virginali cap. 5. & 6. at quia sperma est potestate habens concupiscentiam effrenem initialiter, vt ita dixerim, est peccatum in semine. Est porrò semē causa originalis peccati, sine qua nō, at nō efficiens. Est sanè causa sine qua nō, etenim mediante semine, fit traductio peccati protoplastorum in prolem. Putat autem Magister in distinct. 31. libidinem, & feruorem coitus viri & fœminæ, esse causam originalis culpæ: & probat citans sibi Augustinum lib. de fide ad Petrum. Et hoc verum est esse causam sine qua non, nō tamen efficientem causam. Etenim libido & feruor est nonnunquam venialis culpa, vt quando nuptialis est coitus: venialis autē culpa non est causa originalis efficiens. Quòd si nuptialis non est coitus, sed fornicarius, iam tū libido mortalis est, quomodò ergo efficiet originalem culpam, quæ longe minor est? Quid? quòd crediderim ego si nunc coitus nuptialis aliquis citra feruorem hunc libidinis Dei gratia extitisset, vt fortè fuit in Zacharia, & Elizabeth præcursoris progenitoribus, nihilominus proles nasceretur peccato originali infecta? Cæterùm quod Augustinus commemorat, libidinem esse causam, quòd proles inficiatur, & item Chrysostomus homil. de Adam, & Heua, eò protulerunt, quia non actum libidinis tantùm obseruarunt, sed concupiscentiam ex se effrænem, sine retinaculo originalis iustitiæ, illam compescē tis. Quare etsi demus ex miraculo prolem concipi ex coitu citra feruorem, & citra libidinem culpabilem, imò prorsus esse in culpatum, nihilosecius proles cum suo onere originalis culpæ nascetur. Siquidem quòd coitus sine libidine sit, non est ex natura coitus, pro statu præsenti, qui ex concupiscentia sine fræno prosilit originalis iustitiæ, sed diuini muneris esset. Cæterum neque hæc causa prima est originalis peccati, sed neque propagatio, est causa, siquidem propagatio est naturæ opus: ideo inculpatum est. Et propagatio esset sub naturæ integritate, & innoxia esset. Sed neq; coniūctio animæ cum corpore, est per se causa huius peccati originalis. Quia Deus est qui coniungit animam cum corpore, ideo coniūctio illa insons est, quia operatio Dei est. Accidit autē propagationi, & coniunctioni huiusmodi, quod puer, qui propagatur, aut anima, quæ carni copulatur,

Cur connubia non prohibentur post quartam generationem.

Non longè à principio

Semen est causa sine qua nō, originalis culpæ.

Effrænis cō cupiscētia, ꝓpagatio, coniunctio animæ cum corpore nō sunt causæ peccati originalis.

tur, sordescat ex originali sorde. Causa igitur, cur hæc, vel illa infantilis anima sordescit, est, quia inordinata est, quæ alioqui ordinata debuisset esse ex originali iustitia: & quia deficit ab hoc debito, quandiu non soluerit debitum hoc, per Christi regenerantem gratiam, macula originali maculata persistet. Animiæ porrò protoplastorum etiam defecerunt ab hoc debito, at peccatum eorum non fuit formaliter defectus ab hoc debito, sed potius fuit causa huius defectus debiti. At verò anima infantilis habet quidem defectum ab hoc soluendo debito, non tamen est causa defectus huius, sed causa huius defectus, quem infantes patiuntur, est peccatum protoplastorum. Est igitur (vt summatim accipias) in spermate humano potentialiter originalis culpa: at post quam animatum fuerit anima rationali, est iam habitualiter in eo originalis culpa, quamuis materialiter. Est namque in semine iam animato concupiscentia insolens, & inordinata, nō actu, quia embryo adhuc est, at inhabitu, quippe cū adoleuerit, recalcitrabit contra rectam rationem. Ideò dixi esse in semine animato originale peccatum habitualiter. Porrò nō temerè adieci, esse in eo materialiter. Etenim in corpore nusquam est peccatum quodcumque formaliter, nisi tantum materialiter, vel participatiuè, in anima verò infantuli est item hæc inordinatio habitualis, at formaliter. Ipsa namque sola est, quæ cum sit essentialiter libera, formaliter peccati, est capax, atque virtutis. Cæterum inordinatio animæ, respicit diuinam legem, inordinatio verò concupiscentiæ, est spectans rationis humanæ dictamen. Nam vt voluntas repugnat Deo, ita concupiscentia rationi. Prius ergò est peccatum originale potentialiter in semine, quàm in anima: at habitualiter simul tempore est in anima, & in carne. Quamuis sit natura prius in anima, quàm in corpore. Quia ex eo carnis concupiscentia inordinata fuit, quia anima rationalis se auertit à diuino ordine. Et denique originalis culpa est completiuè in toto homine. Deus igitur volens concupiscentiam virginis Mariæ esse ordinatam, illam sanctificauit in vtero Annæ, & liberam fecit ab onere peccati originalis. Ideoque caro B. Mariæ adhuc non habitualiter in materno vtero erat inordinata, sed habitualiter ordinata, vt nos vberius in declamatione de conceptu virginis persequuti sumus. Ioannis vero Baptistæ caro, & Hieremiæ, quia horum animæ aliquandiu subiugo diaboli iacuerūt, ideo etiam si fuerunt in vtero sanctificati, illorum concupiscentia erat etiam tum habitualiter inordinata. At vero hæsitare non possumus, sperma, vndè erat compingenda virginis Mariæ caro, potentialiter habuisse hoc originale peccatum, quippè quod potestate erat inordinatum. Christus vero dominus extra hūc ordinem est. Quippè qui expurgare venerat vetus originalis culpæ fermentum, necessarium erat, vt nullatenus, neq; potentialiter, neq; alio quouis modo, peccato originali subiaceret, aut cuiuis peccatorum alij, quia non per naturalem propaginem descendit ab Adā, vt cæteri mortales omnes, sed per supernaturalem obumbrationem sancti spiritus, sine semine humano, factus est homo, in virginali Mariæ vtero, vt nobis suam diuinitatem elargiretur.

¶ Opportuna tamē est dubitatio: quidest, quod Pauli scriptura Dei afflata spiritu Adam autorem faciat originalis culpæ ad Rom. 5. & 1. Corinth. 15. In Adam, ait, omnes moriuntur, &c. At vero maius fuit peccatum Heuæ, quàm Adam, vt suprà commonefecimus, & colligitur ex Ambros. lib. comment. ad Rom. cap. 5. Et Ecclesiastici cap. 25. Initium traditur peccati fuisse mulierem: & propter illam, inquit, omnes morimur. Verùm Paulus ad virum videtur retulisse peccatum originale. Nam ait: Per vnum hominem peccatum: non: per vnā mulierem. Et rursum: In quo omnes peccauerunt, & hanc relationem bifariàm intellexit August. libro. 1. de baptismo parvulorum. cap. 10. aut ad virum, vel ad peccatum, vt in hac disputatione annotatū est. Porro Diuus Augustinus hypognosticon lib. 2. non procul à principio libri, hoc idē vertisse hæreticos Pelagianos dubium demonstrat. Et haud dubium, fatetur peccatum originale deductum fuisse ex viro, atque muliere. Et quanquam Paulus meminerit Adam, eo fecit, quo Heuæ caro est accepta ab Adam: Nam erunt duo in carne vna: & hoc, inquit, est os, ex ossibus meis: & caro de carne mea. Et prolato testimonio ex Ecclesiastico, rem confirmat. A muliere initium factum est peccati, &c. cap. 25. & Guilielmus Altisiodorensis in sua

Semen est causa sine qua nō, originalis culpæ.

Christus nō potuit vti clari originali macula

An Heua sit peccati originalis causa.

Effrænis cō cupiscētia, ppagatio, coniunctio animæ cum corpore nō sunt causæ peccati originalis.

sua summa, peccatum originale, ex viro, & fœmina trahi fatetur: nisi quòd pœnalitas annexa peccato ex muliere trahitur: culpa tamen ex viro. Itaque mortalitas, & calamitates nostræ à muliere sumpserunt initium, at verò quòd Deo simus infesti à viro processit. Nam mulieri dixit Dominus: In dolore paries: &. Ego multiplicabo ærumnas tuas. Et Thomas. distinct. huius. 31. quæst. 1. art. vltimo responsione ad. 4. Idem quod Guilielmus saperevidetur. Por rò vera est assertio, docens, vtrumq;, virum & fœminam fuisse principium traductionis peccati in posteros. Etenim Heua prius amisit iustitiam originalem, quàm Adam. Et illa sola non est potens concipere prolem, neque vir solus generare. Quia ergo proles ex vtroque parente fit, ex vtroque parente maculam contrahit. Nam vir & fœmina coeunt in vnum ad generandam prolem: hæc enim materiam præstat fœtui, ille verò formam. Obserua autem Aristotelē primo lib. de generatione animalium cap. 1. tradidisse, marem conferre proli animā, at fœminam corpus. Nam spiritus spermaticus masculi animat fœtum. Quare aues quando pariunt oua nō ex coitu marium, illa oua & si vitam habeant altricem, nō tamen sensificam, quia illis sperma deest maris: vndè dicuntur oua subuentanea. Et, vt obiter hoc annotem, huius rei ratio Physica est. Quippè sensus est immaterialior, quàm vires altrices, ideoq; eget principio separato, & non sufficit illi coniunctū principium. Quare animalia, quippè quæ sensu gaudent, distinguūt sexum: plantæ verò, quia vegetatione solùm fruuntur, sexū non separant. Sed habent vtranq; vim maris, & fœminæ coniunctam. Quamobrem cùm peccatum originale formaliter sit in anima; & hæc magis referatur ad virum, ideò principaliùs traducitur peccatū hoc à viro quàm à fœmina, verum etiam à fœmina traducitur, quia peccatum etiā suo modo est in corpore vt diximus. At, ais, anima rationalis à Deo creatur, & non à viro, & hoc fatemur: tamen vltima dispositio spermatis, ad suscipiendam animam rationalem, est à spiritu spermatico viri, ideò dispositiuè & formaliter magis refertur peccatum ad virum, quàm ad fœminā, ad quam nihilominus pertinet eiusdē traductio, propter causam prædictam. Et si rem expendis hanc libratè, vt oportet, vi-

Mas præstat formam fœtui, fœmina materiam.

debis Heuā nō fuisse à Deo maledictā, donec Adam peccauit. Nā tum Deus Heuę maledixit: vt discas Adam quia caput erat Heuæ. Fœmina enim ex viro, & non vir ex fœmina, ideo tantisper dum vir non peccauit, Deus non maledixit. Est ergo principalior causa traductionis peccati vir, quā fœmina. Vndè Paulus: Primus homo de terra, terrenus: nouissimus homo de cælo, cælestis, &c. Sicut portauimus imaginem, &c. 1. ad Corinth. 15. vbi virum confert viro, ideſt Adam confert Christo. Et primi docet nos portare imaginem, propter peccatum originale ab eo traductum, & monet, vt nouissimi Adam portemus imaginem, per susceptionem spiritus sancti regenerantis, & renouantis nos in adoptionē filiorum Dei. &c. vnum tamen certum habeto non esse separandam pœnam à culpa, & in duo principia discernenda, vt Altisiodorensis monebat. Nam per vnum hominem peccatum introiuit in mūdum, ad Rom. 5. & per peccatum mors: igitur autor peccati, mortis, & cæterarum miseriarum, autor est. Itaque Adam, & Heua, & culpam, & pœnam traduxerunt in posteros omnes, qui ex naturali coitu progenerantur. Vndè non recipias Henricum credentem, si ex manu, vel pede hominis infecti crearetur alter homo, ille inquinatus euasisset. Etenim quodammodò inquinatus fieret, is, qui non est filius Adam, & Heuę, per naturalem propagationem. Vndè Dominus Iesus ex naturali non natus concubitu maris, & fœminæ, legem hāc traductionis peccati subire non poterat. Neque miraculo dandum est, ipsum fuisse immunem à culpa hac originali, sed naturæ. Et etiam si Deus non fuisset, à culpa originali immunis fuisset, quippe non ex commistione maris, & fœminę procreabatur.

Paulus exponitur.

Altisiodorensis non probatur.

Henricus refellitur.

¶. Hinciam disces hæreticum esse dogma, asserens, originale peccatum non esse propriè peccatum, siue culpam, sed tantum esse pœnam culpæ primitiuæ, quam filij sustinent ex culpa veteri protoplastorum. & per synecdochē quidam asserunt appellari peccatum, quia est effectus peccati. Ad hunc modum in. 2. Senten. distinct. 30. theologizauit Hibernicus quidam. Facit cum illo quidquid citari potest, ad probādum peccatum necessariò esse voluntariū, quia nemo peccat, in eo, quod vitari nō potest. 3. libro de libero arbitrio Augustinus est autor

Peccatum originale est peccatū propriè.

autor. Et in. 1. retrac. cap. 13. & 15. multis agit peccatum esse voluntarium, se citans in libro de vera religione, c. 14. Et rursum Amb. in lib. de paradiso, peccatū est cælestiū trāsgressio mandatorū, &c. Pleraque denique multa sunt, quæ hoc idem probare videntur. Si ergo paruuli non sunt volūtarij, si non sunt doli capaces, vt præcepto constringātur, quomodò culpabiles sunt? At verò hoc dogma neque catholicum, neque pium est, imò sapit cum Pelagio. Nam Pelagij hoc amasset placitum, pueros non esse culpatos propriè at obnoxios pœnis esse, ex delicto protoplastorum. Et Magister huius meminit sententiæ, dicens, peccatum originale esse obligationem, & reatum ad pœnam quibusdam placuisse. Et recedit ab hoc placito quia obligatio ad pœnam, non est pœna, igitur originale peccatum, non est pœna. Durandus verò existimat. distinct. 30. quæst. 2. originale peccatum non tam propriè esse culpam, quàm actuale, quia hoc est magis voluntarium, quippe ex actu proprię volūtatis emergit. Magister verò cēsuit dist. 30. originale peccatum esse fomitem, seu legē membrorū, at verò fomes, vel concupiscentia non est propriè peccatum. Etenim sensitiua pars, nō habet propriè peccatum. Quippe quæ necessariò agitur, & naturaliter tendit in appetibilia, aut fugit non appetibilia. At verò conclusio est catholica, originalem culpam esse verè, & propriè culpam. Neq; sapit cum Paulo, qui aliter sapit. Ad Ephes. enim. 2. Eramus, ait, natura filij iræ, sicut cęteri. Hoc est, ex natiuitate nostra eramus Deo infensi Iudæi, sicut Gentiles, at verò sola pœna, nisi culpa adfuerit, non facit hominem filium iræ, hoc est Deo inimicum. Rursum Paulus: Per vnum hominem peccatum, & per peccatum, mors. Vbi apertè distinxit peccatum à pœna peccati, quæ est mors, non solum temporanea, sed etiā sempiterna. Ad hæc puniuntur pueri, non renati in Christo, pœna dāni, igitur ex sua culpa. Præterhæc, ad Titum. 3. Baptismus est lauacrum regenerationis, & renouationis, cur ergo regenerat? vtiq;, quia filios iræ, facit filios misericordiæ. Rursus cur renouat? vtique, quia facit hominem culpatum, insontem: & nouam creaturā in Christo. Dices, renouat, quia tollit reatū à puero ad pœnam ęternam: sed quid obligatur puer ad pœnam ęternam ex delicto alieno & non ex proprio? Absit hoc. Quia quamuis ad pœnas temporales filij ex parētum delicto obligentur aliquando, vt ad exilia (nam sępè exulant filij ex patrio peccato) at ad æternā pœnam nullus ex delicto patrio obligatur, nisi adsit etiam & proprium. Quod si obiecerис mihi Augustinum lib. de verbis Domini sermone. 14. contra Pelagianos, tradentem, pueros non propter proprias, sed propter alienā damnari culpam: intellige non propter proprias actuales, vt Augustinus Chrysostomum explicans, libro contra Iulianum exponit seipsum. Iuxta quam interpretationem etiam intelliges Hieronymum in comm. epistolæ ad Ephesios cap. 1. vbi paruulos vocat innocentes, distinguēs inter immaculatos, & sanctos. Vocantur igitur infantes, innocentes, quia actualia crimina non habent. Distinguit autem Chrysostomus in hom. de Adam, & Heua, culpas. Quasdam ēm testatur esse culpas solùm, alias etiam pœnas. Itemque August. lib. 1. retractat. cap. 13. & 6. Est igitur originalis culpa non solum culpa, sed etiam pœna prioris parentum primorum delicti. Et August. lib. 2. hypognosticōn in principio, ex professo probat originale peccatū esse propriè culpā. Et equidem si non est propriè culpa, non est culpa. Itidem Anselmus lib. de concep tu virginali. cap. 26. Et satis nobis sit, egregium illum psalten natiuitatis suę damna plorantem, & sui conceptus initia maculata esse, interno afflatu Dei aduertentem dixisse: Quoniam ego in iniquitatibus conceptus sum. At verò intra materni repagula ventris contētus, necdum liberè spirans, necdum sæculi miserias expertus, gemit dicens: In iniquitatibus conceptus sum. Quòd verò Magister fomitem dixit esse originale, sermonē habuit de materia peccati originalis, non de forma. Est autem vetus distinctio, peccatum originale distinguens in materiam, & formam: materiam docens esse fomitem, at formam, carentiā originalis iustitiæ debitæ, quæ habeatur, vt meminit Albertus Magnus in distinct. hac art. 3. Et in libro de mirabili scientia Dei tract. 17. quęst. 107. addens tamen, in peccato originali esse auersionem à Deo, & cōuersionem ad creaturam. Conuersio autē est habitualis. Etenim puer nondum natus non actu se conuertit ad creaturas, sed habitu: at auersio à Deo in originali peccato, est

Non est catholicum asserere peccatum originale non esse propriè peccatum.

Paulus exponitur.

Altisiodorensis non probatur.

Hēricus refellitur.

Peccatum originale est peccatū propriè.

Chrysostomus, Augustinus, Hieronymus exponūtur

Culpa solùm, & culpa & pœna.

Materiale, & formale, in originali peccato.

to, est actualis: tu intellige, est actualis conuersio, non per actum aliquem. Quippe nullus actus auersionis est in paruulo, at est actu auersus infans, quia actu est inimicus Dei, & filius iræ. Sectatus est Alberti hanc distinctionem Alexãder Halẽsis par. 2. quæst. 122. & Thom. in. 1.2. quæst. 82. artic. 2. & 3. & Bonauẽtura in distinct. hac in priore parte & vulgati Theologi. Et horum doctorum placita originem traxerũt ex Anselmo loco suprà indicato. Augustinus verò in lib. 2. retractationum cap. 15. concupiscentiam ream, & infirmam, peccatum originale esse insinuat. Itaq; duo sunt in concupiscentia, & quod sit culpabilis, & & quod sit infirma, hoc est, procliuis ad malũ. Reatus igitur hic tollitur ex baptismo, at superstes est infirmitas. Vndè ait: Cuius concupiscentiæ reatus in baptismate soluitur: sed infirmitas manet. Vndè Albertus Magnus idem sapiens, dixit, concupiscentiam à baptismo manere eandem in genere naturæ, non in genere moris, hoc est, eadem secundum substantiam, est in homine sanctificato ex baptismate, & non baptizato: at post baptismi sanctificationem, non est culpabilis, quæ ante erat culpabilis. Cæterum Augustinus peccatum originale loco indicato non finit, nisi à posteriori docet, quid peccatũ originale causauerit in nobis: causauit autem culpabilẽ fomitem, &c. At verò culpabilis est ex culpa animæ quæ formaliter originale peccatum est. Porrò autẽ Lutherus credens peccatum originale esse hanc concupiscentiã noxiam, tradidit, baptismum non soluere, aut tollere originalem culpam, sed illam radere, vt nouacula, quę căpillum radens capitis, radices capillorum dimittit. Namque Paulus etiamnũ in tertiũ raptus cælum cũ hac concupiscentia expostulat. ad Rom. 7. & 1. ad Cor. 12. Ideò Lutherus sibi persuasit, peccatũ hoc originale manere à baptismo, sed non imputari ad peccatum. Cæterũ ipse toto cælo errat. Primum quia ipse effectum peccati originalis considerat nõ ipsam originalis peccati essentiã. Namque concupiscentia est inordinata, & rebellis ex originali culpa. Et rursum quia ipsa cõcupiscentia propriè non est peccatũ. Etem est pars animæ sensitiuæ, quæ nõ est essentialiter libera, ideoque propriè in ea nõ est peccatum, nisi ex participatione dixeris mentis. Ad hæc baptismus renouat, & regenerat. Si autem peccatum originale manet quòd traximus ex protoplastis non renouamur, neq; regeneramur. Si quidem ipsa peccati vetustas nobis manet infixa. Quã obrem cõcilium Tridentinum sesione. 5. hanc Lutheranam sententiam prorsus tanquam hęreticam damnauit, ablationem originalis culpæ, non abrasionem tribuens baptismo. Et hæreticum est, originale peccatum tantum nõ imputari ex baptismo, imò verè tollitur ex baptismo: alias vt cõplantamur Christo per baptismum? vt illi commorimur? ad Rom. 6. vt nihil damnationis est ijs qui sunt in Christo Iesu. ad Roman. 8. si adhuc peccatũ originale secũ gerunt? Quòd verò sanctorum animæ viuentes in mortali corpore vexentur stimulis, & illecebris concupiscentiæ, istud non colligit peccatum originale persistere in sanctis, sed illius appendicia dũtaxat sunt carnis insultus, qui ex baptismo relinquũtur in memoriam diuinæ iustitiæ, quam exercuit in protoplastos. Illis insultibus dimittit sanctos suos torqueri, ad eorum tamen profectum, & propter sanctorum humilitatem, vt Paulus commemorat: Et ne magnitudo reuelationum extollat me, &c. 1. ad Corinth. 12. & deniq; vt cumulatiores suorum Deus faceret coronas, has permisit ex baptismo soluti peccati originalis reliquias. Vndè sancti ingemiscunt vsque adhuc redemptionem filiorum expectantes, quia se vanitati adhuc esse subiectos cernunt. Nam (vt sępè diximus) venialia singula vitare possunt sancti in hoc degentes sæculo, non tamen omnia. Non ergo obligatio ad pœnam æternam, vel temporalem mortem, est originalis culpa: si quidẽ obligatio hæc, iusta est. Et authorẽ habet Deũ, igitur culpa nõ est. Et contrà asserere, hæreticum esse duco. Et si Durãdus quæst. 3. distinct. huius, non credat hæreticum, quia Magister illã non damnauit sententiam, tanquam hæreticam. Porrò argumentum meum conuincit de hæresi placitum hoc iam supra commemoratum. Rursum, peccatum originale non est propriè concupiscentia effrenis, seu fomes. Nam si esset, cum hæc supereſt ex baptismo, post baptismum adhuc esset in nobis originale peccatum. Id quod vt hæreticũ dogma repudiabis. Sed peccatum originale (quantũ mea fert sententia) sub hac forma definiri poterit: Est inordinatio totius naturæ humanę

Exponitur Albertus.

Augustinus exponitur.

Lutheri impium dogma.

Ad Titũ. 3.

Baptismus tollit, nõ abradit originalem culpam.

Ad Rom. 8.

Peccatum originale non est pœna neq; obligatio ad pœnam.

Peccatum originale non est concupiscẽtia.

manæ, per naturalem propagationem à primis parentibus descendens. Est autem inordinatio, in hanc definitionem, vicem generis subiens. Etenim est inordinatio in artificiatis, vt si domus sine recto ordine fiat, aut scabellū, & id genus alia. Et quādo artificiata non seruant ordinem artis, quem debuissent seruare, peccatum est artificis. Itemq; monstra peccata appellantur naturæ ob eandē causam: mores quoque si inordinatos respexerimus, culpabiles esse censemus, quia rationis rectæ ordinem prætergrediuntur: & demum omne malum est inordinatum: ideò rectè peccatum originale per inordinationem finitur. Quòd verò additur, totius naturæ, differētiæ tenet locum. Nam etiā si omnia peccata actualia sint inordinationes, sunt porrò personæ, nō naturæ. Etenim peccatū Iudæ (verbi causa) fuit inordinatissimum, fuit tamē sibi soli noxiū, & ita de cæteris actualibus dicito. Cæterū originale, naturæ toti nocet, non solū personę. Sunt autē naturę humanæ partes duæ, & anima, & corpus, vtriq; nocuit hæc culpa & vtrūq; inordinauit, vt patet ex habitis sermonibus. Deniq; adijcitur, descēdens, &c. vt etiā ex hoc discas differre originale ab actuali peccato. Etenim actualia peccata non deriuātur ex protoplastis, sed ex volūtate operātis, nisi solum ex imitatione dixeris deriuari, quia Adā formā exhibuit peccandi, at originale peccatū non deriuatur ex protoplastis imitatione, vt malè censuit Origenes: sed potiùs propagatione, vt suprà cōmonefecimus. Quod si ex imitatione tantū peccatū deriuaretur, paruuli nō essent maculati in maternis vteris, vbi imitari nō possunt peccatū Adæ. Siquidē imitatio hæc nō esset sine actione. Aut si dixeris infantes imitari protoplastos, cū orbētur ꝓprijs actionibus, vtiq; sunt imitatores, quia sunt peccatores, nō ex actione propria, sed ex macula propria, quā sibi cōciliarūt ex ꝓpagatione. Quapropter peccatū originale non contrahitur à Diabolo, etiā si Sap. 2. legamus: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Introiuit sane tanquam ex incentiuo ad peccādum, at non tanquā ex necessaria causa: at verò originale peccatū propagatur à protoplastis, tanquam ex necessaria causa. Qui verò finiunt originale peccatum esse carentiam originalis iustitiæ debitæ, quæ habeatur, per posteriora finiunt: vt qui finiret mortale peccatum esse carentiam gratię gratum faciētis. Etenim carere gratia hac, consequium est ad ipsum mortale peccatum: & eius proprius effectus: ita quoq; carere iustitia originali cōsequitur ad inordinationem, quā habet infantis anima. Nam ob hoc Adam orbatus fuit originali iustitia, quia se inordinauit. Vt ergo qui dixerit peccatum actuale, seu mortale esse actualem inordinationē liberi arbitrij, contra legē Dei, rectè finiet, & ꝓ priora finiet. Ita quoq; qui finit originale, vt nos finiuimus, à priori finiet. Hæc porrò inordinatio ex regenerāte Christi gratia tollitur prorsus. Quāuis non prorsus tollitur. Neq; hæc inuicē pugnant. Etenim quidquid culpę est, prorsus tollitur ex baptismo: at verò reliquiæ culpæ, & inordinationis vestigiū antiquæ, nō tollitur. Vndè dixit August. lib. de baptismo paruulorū, & indicātur verba eius de cōsecratione dist. 4. cap. Nō ex quo. Originale peccatum sub baptismo trāsire reatu, manere tamē post ipsum, legē carnis: vt cōtrà trāsiens peccatum mortale actu, manet reatu. Et in eodē cap. docet post baptismū adhuc manere corruptionē, nō solū in corpore, sed in animo: quia nōdum est plena nouitas, & perfecta mutatio. Quāuis ex baptismo plena sit remissio peccatorū. Nulla igit manet inordinatio ex baptismo, quæ culpa sit, at inordinationis reliquiæ super sunt, propter causas suprà indicatas. Quæ verò videbātur suffragari Hibernico, prōptū est diluere ex Aug. lib. 1. retract. ca. 13 & 15. originale peccatū esse voluntariū in origine, hoc est volūtate primorū parētū. Verū est tamen ꝙ primi parētes noluisēt orbari, si quiuissent, originali iustitia: at qa voluerunt Dei mandatū violare, ideo originale peccatū ex ipsorū volūtate volūtariū est. Vt ebrius, qui sponte se ingurgitat vino, facinora, quæ admittit sub ebrietate, culpabilia sunt. Quippe quæ voluntaria sunt, ex voluntate largiùs exhauriēdi calicis, quā par fuisset. Quare Aristot. dixit ebrios duplici pœna esse dignos. 3. Ethic. cap. 5. Ambrosio verò respōdebis, trāsgrediente Adam Dei mādatum, totā humanā naturā transgressam fuisse in illo, vt toxicato fonte, riuuli ab eo emanātes toxicati redduntur: & ex parentibus lepra infectis, leprosa succedit proles.

¶ Porro autem hæsitat quispiam, si vera narrat

Baptismus tollit, nō abradit originalem culpam.

Baptismus quomodo tollit originale peccatum.

Quæ pro Hibernico soluuntur.

Quomodo originis peccatū fit voluntariū.

Quomodo peccatū est ex diabolo.

Peccatum originale non est pœna neq; obligatio ad pœnam.

Peccatum originale non est concupiscētia.

Ad Rom. 5.

Dubia explicatia paulum.

narrat Dionysius lib. de diuinis nominib⁹. cap. 6. Potẽtius est bonum, quã malum, quo modo igitur primitiua culpa serpit in omnes mortales? At gratia Iesu Christi nõ in omnes effunditur. Et rursum: Primitiua culpa nos inimicos Deo effecit & mortales, at gratia regenerãs, amicos nos facit, nõ tamẽ immortales. Et rursum, cur Paul⁹ ad Rom. 5. docet: Sicut per vnius inobediẽtiam peccatores constituti sunt multi, ita per vnius obeditionem, iusti constituuntur multi. Quo modo ait rectè quæretur multos peccatores effici ex Adę peccato? Nũquid nõ omnes? Atqui dixerat primò, omnes, cur subdit multos? Dices, gratiam Iesu Christi potentiorem esse, quã primitiuam culpam. Nũc quidem quia illa remittit omnia peccata ex Adam contracta, & ex propria edita voluntate. At Adam peccatum, quod serpit in omnes, non actuale est, sed solùm originis, & hoc solo inficimur ex propagine terrena: at ex propagine cælesti non solum hæc abstergitur infectio, sed innumeræ aliæ, quæ ex libero prodeũt arbitrio. Et hoc sibi volebat Paulus eodem cap. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, &c. At verò etiãnum in spem regeneramur vitæ æternæ. Et quod in præsentia non datur in re, datur ex arrhabone Spiritus sancti, exequendum tamen in finali resurrectione. 1. Corinth. 15. Quòd verò dixit, multos, Aug. lib. 1. de baptismo paruulorum, exposuit dicens: omnes, etiam esse posse, paucos. Vt ergo non paucos significaret Paulus esse, quos vel inficit propago terrena, vel reficit propago cælestis, ideo dixit, multos, postquàm dixerat omnes. At verò non in omnes effunditur gratia Christi cælestis, cæterùm effunditur in omnes iustos. Et sicut nullius generatio carnalis fit nisi per Adam, ita nullius est regeneratio nisi per Christum. Et hoc sibi voluit Paulus. 1. ad Corin. 15. vt in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur, subaudi, qui viuificabuntur. Quale illud: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, &c. Ioan. 1. Omnis nempè illuminatur, quia nullus illuminatur nisi ex luce Christi. Quid? quòd gratia Christi omnibus est parata volentibus? Nam Apostolis dixit: Ite in vniuersum mundũ. Cæterùm, dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem.

Responsio argumentorum principalium.

¶ Iam verò argumenta facta in disputationis huius principio exigunt solutionem. Et primo respondebis, peccatum originale contrahi ab anima, at mediante corporis propagatione. Et ipsa anima quę creat, bona est bonitate naturæ, at culpabilis, non ex creationis vitio. Nonenim, quia creatur est immunda, imò bona, sed proprio vitio est immunda: quia inordinata est, & ideò maculata est. Lege Magistrũ distinct. 32. Nam simulatq; creatur, auersa est à Deo, & habitualiter habet inordinationem ad creaturas. Vt, quæ præloquuti sumus, non obscurè docent.

¶ Secundum argumentum fuit Iuliani hęretici, & quædam ex sequentibus, narrante Augustin. lib. 2. contra eũdem Iulianum. Et responsio est prompta, honorabile esse connubium, & innoxias esse nuptias, quia eas Deus instituit in paradiso deliciarum, ante peccati noxam. Et earum institutio erat ad prolem generandam, id quod sanctum est institutũ. Quòd verò proles sub lapsa natura inficiatur, hoc per accidens est, & non dandum vitio nuptijs est.

¶ Tertio dices, parentum sanctificationẽ non descendere in prolem. Etenim sanctificatio parentum est personalis, & prolis infectio est etiam naturæ. Quare etiam si sint sanctissimi, qui generant proles, nihilominus concipietur infecta. Et quis dubitat Adam generasse Caim, & Abel in charitate iam Dei constitutum? Cæterùm labe infectos illos genuit. Namq; etsi in gratia Dei erat, verũ hæc gratia personæ erat perfectio, non totius naturæ dos. Ideoq; non transfundebatur eius sanctificatio in posteros. Quòd si genuisset prolem ante lapsum, sine lapsu, & vitio genuisset: quia integram, & non collapsam habebat naturam. A lapsu verò neminem integrum gignere potuit. Iam ergò cape sanctissimũ virũ quem volueris, modò ille sub lapsa natura degat, vitiosam necessariò edet prolẽ.

¶ Quarto dices, anima infantuli, quæ à Deo creatur, immunda est. Neq; valet argumentum, ergo creatur immunda. Variatur enim appellatio, si colligas, ipsa anima, quæ creatur, est immunda, ergo creatur immũda. Vtiq; crearetur mũda si propagationis vitium nõ obstitisset, hoc est, protoplastorum culpa abfuisset.

¶ Quinto respondet Augustin. lib. 10. de Genesi ad literam, cap. 17. eò dictum, quia Salomõ

Salomon non fuit ex adulterino coitu, sed ex legitimo matrimonio exceptus. Aut fortè dictum est, quia corpus Salomonis non habebat corporalem defectum: quippe macula in scripturis etiam corporis denotat defectum, vt agnus eligendus erat in paschale eduliũ sine macula, Exod. 12. aut de Christo, qui volet intelliget, qui est immaculatus agnus.

Macula in scriptura significat aliquando corporalem defectum.

¶ Sexto argumeto respondetur, corpus non inquinare animam: peccatum enim originale etiam si non conciliatur ab anima, nisi quando creatur, & infunditur in corpusculum infantile. At verò corpusculum infantile, non causat hoc peccatum in animam, vt suprà commemorabam. At ipsa anima quia est inordinata, hoc est auersa à Deo, & habitualiter conuersa ad creaturas, ideo peccato maculatur originali, indeque resultat inordinatam esse corporis concupiscentiam. Quamquam simul tempore ambo sunt habitualiter inordinata.

¶ Septimo dicito, quando ex legibus humanis filij puniuntur ex delictis parentum, delicta parentum sunt personalia, & non sunt naturæ peccata, ideoque illa delicta non transeunt in filios. At verò delictum Adę fuit delictum totius naturæ, ideo transit non solum pæna illius in posteros, sed etiam culpa.

¶ Octauo dicito, animas infantiles etiã si ex origine protoplastorum peccatum deducant, at verò originalia hæc peccata, propria sunt infantium, ideo etiã de illis verũ est: Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Ex istis colliges omnia originalia peccata esse ęqualia. Colliges itẽ tot esse originalia numero, quot sunt homines propagati ex naturali concubitu, excipias Christiferam virginẽ. Colliges rursum originale proprie esse in anima, impropriè in carne.

Respõsio argumento rum principalium.

DISTINCTC. trigesimęprimæ, Disputatio vnica.

¶ An iustitia originalis locabatur in essentia animę, an in potentijs.

ET fortasis alicui videtur, sedem habuisse in potentijs, & nõ in animæ essentia. Etenim originalis iustitia subdebat voluntatẽ Deo, & vires sensorias voluntati. Igitur iustitia originalis, erat in voluntate, & in potentijs sensorijs. Quippe quas debuisset dirigere, & ordinare. Argum.

¶ In contrariũ verò est. Nam quod datur ad complendam naturam, naturæ debet hærere, at iustitia originalis erat huiusmodi: igitur naturæ hærebat humanæ. Hæc autem natura duabus constat partibus, anima, & corpore: ergò quia has cõplebat, in horum essentia erat. At quia anima est præcipua, potius erat in animæ essentia, & inde resultabat in corpus. Argum. in cõtrarium.

¶ Disputatio hæc non est admodum aperta. Etem̃ habet suas cõtrouersias vetustiores. Scholastici doctores iustitiam originalem in essentia animæ locarunt, vt Albertus Magnus in hac dist. art. 3. persuasus argumẽto, quia gratia gratum faciens est in animæ essentia: at peccatum originale est aduersarium gratiæ gratum facienti, ergo iustitia originalis erit, vbi gratia gratum faciens. Quippe originale peccatum contrarium est ambabus. Et contraria nata sunt fieri circa idem. Amauit Magistri placitum Thomas in. 1. 2. quæst. 82. art. 2. Etenim originalis iustitia erat essentiæ perfectio: igitur in ea sedẽ habebat. Et rursum quia essẽtia naturã spectat, vt potẽtia personã: quia ergo iustitia originalis donũ

erat naturæ, ad essentiam ergo pertinet potius, quã ad personam: item peccatum originale etiã in essentia est animę. Etenim prior natura est vnio animæ cũ corpore, quàm potentiarũ cũ corpore. Nam terminus humanæ generationis, natura humana est, non potentiæ: igitur cùm infectio originalis sit in ipso termino humanæ generationis, consequens erit, naturam inficere peccatum originale, & in natura recipi: quare iustitia originalis in natura quoque sedẽ habebit. Quia cõtraria nata sunt esse circa idẽ subiectũ. Durandus aliam est ingressus viam. Nã originali peccato sedẽ dedit in voluntate, aut in viribus sensorijs. Neque absimilis est à vero opinio hæc. Nam iustitia originalis erat habitus operatorius, namque dirigebat voluntatem ad Deum, & concupiscentiam carnis cõponebat cum mente: igitur cum potentiæ sint operatoria principia, habitus operatorius illis congruebat.

Decisio ex Autoris placito.

¶ Porrò autem obseruandum est, vt decisio huius quæstionis magis sit in absoluto, iustitiam originalem fuisse virtutem quandam ordinatiuã totius naturæ humanæ, à Deo cõcessam huiꝰ ordinis gratia. Etenim homo, cùm conflctur ex duabus partibus fermè contrarijs, (nam ratio precatur optima, at sensus solũ sibi voluptifica amat & tristia fugit,) huic intestinum bellum suboritur, & dissidium natiuũ texitur inter hæc duo. Quæ duo colluctãtur in vno, eodemque homine: vt quondam Iacob, & Esau in Rebeccæ aluo. Aduertens igitur Deus, qui omnia absolutissima suis numeris omnibus condiderat, hominem, quem condere dispoſuerat, si inpuris condidisset naturalibus, hac pugna fore diuexandum, huic natiuæ pugnę ex naturali dono subvenire dispoſuit, vt natura humana nihil haberet natiui offendiculi, quo minus in suum se ageret conditorem. Concesit igitur Adam & Heuæ hoc naturale donum, quod sanè infusum erat, at naturale iustè appellandũ, quia ad complendam, & absoluendam naturam humanam erat. Hæc autem originalis iustitia non erat gratia gratum faciens, nempe quia gratia gratũ faciens, leuat hominẽ ad amicitiam super naturalem Dei: vnde per illam homo consors sit diuinę naturæ, vt verbis Petri vtar. At verò iustitia originalis amicitiã natura lẽ cõciliabat inter Deũ & hominem, & gratũ illũ faciebat Deo gratitudine naturali. At non leuabat ad diuinę naturę cõsortiũ. Quibus accedat originalem istam iustitiã, non esse gratiam gratis datã. Nam vt supra commemorabam gratia gratis data leuat homines ad operationes supernaturales, vt prophetia ad actum prophetãdi illustrat, & gratia sanitatum ad miraculosam sanitatis deuehit operationem, & tu (si vacat ex ocio) discurrere poteris in cæteras gratias gratis datas. Porrò originalis iustitia non leuabat hominem ad operationes miraculosas, sed ad naturales operationes perfectè habẽdas solùm promouebat, & hęc secũdariò vt patebit. Rursùm vtraq; gratia, & gratum faciẽs, & gratis data, personas respiciunt: sunt enim in gratiam personalem. Nisi quòd gratum faciens in habentis solummodo profectum cõceditur, gratis verò gratia data ad profectum aliorum. Cęterum vtraq; personæ profectum respicit, non humanæ naturæ institutionẽ vniuersalem. Id quod erat munus iustitiæ originalis, quę erat advniuersalẽ rectissimã que totius naturę humanę institutionem: eiusdẽq; absolutissimum cõplementũ. Nã illa subinota, erat defectus in natura humana, quem prædiximus. Quamobrem etiamsi non conderetur Adam gratia gratum faciente exornatus, nihilominus naturæ integerrimæ fuisset, ex sola originali iustitia. Quia ergò erat naturæ complemẽtum, non solum primus parẽs illam incolumem seruare debuisset, imò illo subducto, cæteri posteri in paradiso victuri illius iacturã si feciſſent, crimen esset illis. Vndè arbitror, si quispiam posterorũ Adę peccasset in paradiso, & genuisset liberos inficerẽtur quoq; originali macula. Quia quilibet posterorũ Adæ si hic perstitisset, originalis iustitię si iacturã feciſſet ex peccato damnabilis fuisset, illi & suis posteris tantum, iactura hæc. Iactura equidẽ iuiustitię originalis quã fecit ꝓtoplastis fuit iactura, quã patitur tota natura humana, quia ipse erat principiũ, vnde tota erat propagãda hominũ posteritas. At verò si ille perstitisset, & aliquis suorum successorum qui in paradiso degisset, ex peccato iustitiam hanc amitteret, vtique illius posteri etiam eiusdem damnum paterentur. Quãuis cæteri nõ paterẽtur, qui ab illo genus nõ duxisset. Quę vniuersa, si libratè pẽdũtur, facile habebis quæstionis propositæ enucle-

Iustitia originalis qd sit.

1. Petr. 1.

Originalis iustitia non est gratia gratũ faciẽs neq; gratis data sed media inter has.

Omnes qui degisserent in paradiso debito naturalis iuris cõstringebant iustitię originalis seruare pignꝰ.

Duo officia originalis iustitiæ.

enucleationem. Dices enim originalem iustitiam duobus muneribus obeundis institutam à Deo, & illis potiendis concessam protoplastis. Alterum erat naturam humanam complere, & reddere sine vllo defectu, scilicet, potentem non peccare, potentemque non mori. Et hoc primarium erat munus. At verò secundarium erat naturales operationes, idest, omnes operationes naturæ humanæ congruentes perficere, imò reddere secundum naturam perfectissimas. Et quia ex natura perfecta cætera prodeunt perfecta, ideò iustitia originalis perficiens naturalia omnia, perficiebat potentias consequenter, & operationes potentiarum. Et primò voluntatem perficiebat, quæ erat principium benè, vel malè agendi: & tandem se proferebat ad vires sensitiuas componendas, ne insolesceret contra rectum rationis imperium. Computatur ergò inter naturalia dona, non quia non erat naturæ superaddita ex infusione originalis iustitia, sed quia illa donabatur solùm ad perficiendum humanam naturam totam, quantum ad eius naturalia. Vnde mediam habet sedem inter gratias commemoratas. Quapropter subscribo Alberto, & Thomæ credentibus iustitiam originalem fuisse in essentijs animarum Adæ, & Heuæ: & inde ad potentias se diffundebat. Non enim solùm erat habitus operatorius, vt charitas, neque solùm habitus essentiæ perfectiuus, vt gratia gratum faciens, at vtrumque cõprehendebat. At quia prius natura perficiebat naturam, quàm potentias, ideò in mediatius erat tãquam in primo subiecto, in essentia animæ, & dein per quandam resultantiam in potentijs. Et fortasis si hæc obseruasset Durandus, non resiliret ab hoc placito. Et Durandi argumenta plana iam sunt quæ soluantur.

Originalis iustitia non est gratia gratũ faciés neq; gratis data sed media inter has.

Omnes qui degissent in paradiso debito naturalis iuris cõstringebant iustitiæ originalis seruare pignꝰ.

DISTINCTIO trigesimę secũdę, Disputatio vnica.

¶Num animæ omnes ex natura sint æquales.

ET videbitur alicui fortasse non omnes animas ex natura sortitas fuisse æqualitatem. Nam Sapientiæ. 8. traditur: Puer autẽ eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. Igitur quidam sortiũtur præstantiores animas, quã alij: nõ ergò omnes sunt æquales ex natura. 1. Argum.

¶Secũdo: Aristot. sectione. 30. Problematum, Melancholicos docet fuisse philosophos clarissimos, reipublicæ administratores dexterrimos, Poëtasque nobilissimos. Igitur nõ omnes animę sunt æquales: quia quæ hac complexione non potiuntur animæ, non possunt tantis dotibus fulgere. 2. Argum.

¶Tertiò: Anima rationalis indiuiduatur ex corpore, quod informat, at verò corpora informata quædã sunt alijs perfectiora substantialiter, quia etsi substantia specificè sit vna, at indiuidualiter corpus humanum vnius præstat alteri in perfectione, nẽpè ex sensus viuacitate, ex complexionis maiori temperamẽto, &c. ergò animæ etiã erunt indiuidualiter aliæ alijs magis perfectæ. Nam diuersa substantialis indiuiduatio corporũ, pariet quoque diuersam indiuidualẽ & substãtialẽ animarũ pfectionẽ. 3. Argum.

¶In diuersum est Aug. lib. 10. de Genesi ad literam cap. 7. vbi disserens contra Manichæum, tradit, omnes animas ex natura sua æquales esse, sortiri verò differentiam ex corporis temperatura, aut ex voluntate. Et in lib. Quæst. 83. quæst. 40. idem cõmemorat: animas rationales ex sua natura esse æquales, at discrimen, quod habent, ex diuersitate studiorum est, non ex natura, quæ vna est. Argum. in diuersum.

¶ Disputatio hæc, vt cæteræ aliæ, suas habet litigationes. Nec mireris, siquidè hęc, & alia sunt valdè latētia, idcircò necessum est vt varient autores sententias. Et hæc disputatio differit nihil de æqualitate in malitia, aut bonitate morali. Namque extra controuersiam est, animas quasdā esse optimas, alias pessimas, alias mediocres, in studijs moralibus. Neque etiam de æqualitate ex diuino charismate, agitur modò. Quippe fidelibus constat, ex charismatibus cælestibus animas esse longè dispares, imò quasdam excellere angelicam nobilitatem, talemq; esse animam Christi, Theologorum est consensus: & veritas fidei docet. Est igitur huius disputationis institutum de æqualitate, & inæqualitate naturali, non asciticia, qualis est gratiæ, & morū. Et quia experientia docente, quosdam cernimus, esse animo benignos, alios verò truces, alios temperatos, alios intemperatos, alios perspicaces ingenio, alios verò rudes. Quod vocamus in dubium, est, An hæc lata animorum differentia quæ naturalis est hominibus, sit ex animarum rationalium differentia, an ex corporum differentia. Et vt absolutior sit quęstionis huius sensus, quod vertimus in dubium, est, si fingamus, verbi causa, cum Origene, & Platonicis, animas fuisse conditas ante corpora, an tum habuissent naturalem differētiam ex sua creatione. Et Magister Sentētiarum in hac dist. ad calcem eiusdem, credidit non improbabile dictu ex creatione differentiam animas habere. Vndè cū diuina creatio det rebus naturam omnibus, promptū est ex Magistri placito, animas rationales, de quibus solummodò sermo instituitur, differentiam habere ex semetipsis, non ex corporibus. Et ipse probat, quod dixerat. Nam angeli etiam sunt differentes ex creatione, supponit Magister. Id quod multis placet Theologis angelos vnius Hierarchiæ esse eiusdem speciei, qui & si speciem habeant eādem, differunt tamē in nobilitate numerica, & Magister cēsuit. Et ita animæ rationales ex seipsis quędam alijs erūt perfectiores. Et iuuatur hoc placitum ex articulo Parisiēsi cap. 8. idem decernentis, animas rationales non ex sensu, sed ex seipsis inæquales esse, & contrariū, vt errorē damnat. Nedicatur animam Christi & animam Iudæ ex natura æquales esse. Itaque qui hæret huic sententiæ, dicat oportet, intellectum vnius hominis, ex creatione esse puriorem altero intellectu, & perspicaciorem. Henricus Gandensis quodlib. 3. quæst. 6. formidans autoritatem articulorum Parisiensium, non audet apertè docere, quod occultè insinuat animas rationales esse ex natura æquales, at differentiam assequi ex corporibus diuersis. Etenim si ex propria natura differunt, quę nam differentia est hęc? Num est essentialis? Num accidētalis? Primam nō cōcedes, quia animæ rationales omnes sunt eiusdē speciei. Neque secundum dicere poteris, quia accidētia sunt quæ faciunt accidentariam differentiam, at verò animarum rationalium accidētia propria, sunt intellectus, & voluntas: hæc autē cū cōsequātur essentiam animę, cùm hæc sit eadem, accidentia quoque ista erūt ęquè perfecta ex se ipsis. Thomas quoque in hāc videtur iuisse sententiam in. 1. parte quæ. 85. ar. 7. & in hoc. 2. Senten. hac eadē dist. ar. 3. Item in anima rationali est actus corporis: quapropter ex corpore indiuiduatur, & capiet perfectionem. Igitur cū sit vnum altero perfectius, ex diuersa complexione & differēti humorum æquabilitate, consequetur, animam assequuturā maiorem, aut minorē in diuidualem perfectionem in se ipsa & in potētijs suis, nō ex se ipsa, & ex corporis cōsortio, cui copulatur. Caietanus in cōmē. adeò osculatur, & suspicit hoc placitū, vt ducat cæcos esse, qui huic repugnent sententiæ. Putat igitur certissimū esse animæ intellectualis vires ex corporis humani varia temperatura indiuidualiter, & substantialiter differre. Id quod ego tibi palā faciam, vt dogma Thomæ peruium sit magis. Cape tibi, exempli causa, animas duorum vel plurium infantium vita defunctorum, horum animæ, ex varia complexione corporum, in quo degebant tantisper dum vixerunt in carne, indiuidualiter differūt, iam separatæ varias habebunt substantiales ex indiuiduatione perfectiones: ita intellectus vnius infantis, qui temperatius corpus adeptus est, erit perfectior, & perspicacior, iam defuncto corpore, quā alterius infantis, qui non ita commensuratam adeptus fuit corporis sui temperaturam. Ego arbitror ad hunc modum Thomam intellectum iri. Nam si quis contenderit, Thomam aliam differentiam animarum rationalium intellexisse, præter

Animæ rationales ex seipsis differunt ex Magistro.

hanc

hanc individualem, desipiet. Quamuis individualis hæc, substantialis est differētia, non essentialis sanè, at substantialis individualis. Nam corpus meum substantialiter, & individualiter differt à corpore alterius. Equidem istæ carnes, & ista ossa mea non ex accidenti, sed ex substantia, nō sunt carnes, & ossa alterius hominis. Porrò autem ego huic placito non consentio. Imò crediderim animam vnam rationalem nō esse nobiliorem altera, neque in specie, neq; in individuo: neque intellectum Aristotelis in nudis naturalibus, fuisse ex se perfectiorem, quàm intellectum cuiusuis idiotissimi hominis. Itaque si Aristoteles infans moreretur, & rudissimus homo sub infantia etiam moreretur, animæ separatæ horum non se excederent in quauis perfectione. Et primùm hoc colligendum puto, quia anima intellectualis, quatenus est intellectualis, non est actus corporis: etenim intellectus, non est corporis actus, siquidem intelligere non est actio pendens à corpore. Iam verò si non est vt talis, actus corporis, vt talis non potest ex corpore individuari, aut suscipere perfectionem individualem, aut ruditatē individualem. Quòd si de anima sensitiua fieret sermo, dandum facile illud esset, animam rationalem vt sensitiua est, haurire nobilitatem, aut illam perdere ex corpore. Vndè dixit Aristot. lib. de sensu & sensili, si senex frueretur oculo iuuenili, æquè benè videret, atque iuuenis. At verò de intellectuali non item, imò senescente corpore, vegetior est mens, atque sapientior. Et complexio melancholica, quæ mortifera est, vegetiorem nutrit mentem: vt suprà Aristotelem docentem idem indicabamus. Præter hæc, ita est potentia animæ intellectiuæ, voluntas, vt intellectus, at verò volūtas æqua est in omnibus hominibus. Tanta enim est libertas in rudissimo quolibet, quanta in quouis sapientissimo. Neque perfectior est libertas in vno homine, quā in altero. Aliàs qui minorem haberet individualem libertatem, minus peccaret & minus benè ageret. Id q̄ asserere erratū esset. Ex istis excipe tibi aliquot sententias.

Differitur Thomas.

Animæ intellectuales æquales sūt ex se.

Sententiæ aliquot.

¶ Prima esto: Animæ intellectiuæ, vt tales, ex essentia non discrepant. Hæc patens est: quia sunt eiusdem speciei.

¶ Secunda: Animæ intellectiuæ inuicē naturaliter differūt. Itē hæc liquida est, quia differunt numero: & hæc differentia naturalis est.

¶ Tertia: Animæ intellectiuæ, vt tales, nō sunt ex substantiali perfectione se excedētes, vel perfectione aliqua essentiali, vel accidentali. De essentiali prōptè probabis. Etenim omnes habent eandem essentialem perfectionem. De accidentali item cōstat, quia accidētariæ perfectiones harū animarū sunt voluntas, & intellectus. Sūt enim proprietates cōsequiæ ad earū essentias. At admonuimus pridē, has proprietates esse ex se aut p se æquè perfectas in omnibus. Hanc tamen colligebat Henricus argumēto flaccido, quia si essent gradus substantialis pfectionis in animabus, susciperent substātiæ magis, atq; minus, & ita intēsibiles esset, & remisibiles: q̄ falsum est. At assertor Thomę diceret intellectiuā animā nō suscipere magis, neq; minus, qa nō parat sibi maiorē perfectionē ex motu vel mutatione. At verò est pfectior quædam alia, quia nacta est corpus perfectius, ideò sibi contraxit anima individuationem perfectiorem in se & in potentijs suis.

¶ Quarta: Animæ intellectiuæ per accidēs nobilitātur in suis potētijs atq; operationibus. Colliges hanc, quia necesse est intelligentem phantasmata speculari: igitur qui puriora sortitus est phantasmata, ille puriorem habebit intelligentiam. Igitur nobilitatis gradus sunt in intellectu ex nobilioribus phantasmatibus, & ex meliori cogitatiua virtute. Et demū ex corpore maior vel minor nobilitas est in functionibus intellectus. Itaq; intellectus ipse secūdum se non fit melior ex corpore, vt Thomas censebat, at eius operatio nobilitatur ex nobiliori phantasmate. Vndè ciborum habenda ratio ne obtundatur intellectualis operatio. Ex cibis enim delicatioribus delicatiores euadunt mentis functiones. Et trigesima sectione Problematum, Problem. 1. vinum dixit Aristot. acuere ingenium. Nā vt dixit ille: Fęcundi calices quē non fecêre disertum?

¶ Quinta: Quædam sunt animæ rationalis proprietates, vt commiseratio, crudelitas, suauitas, &c. quas ego crediderim ex corpore conciliari, earumq; discrimen ex qualitate tantū corporis pendêre. Sunt nā que variæ cōditiones animarū rationaliū, vt quædam clementes, alię truces, alię temperatæ, &c. quas quidem habent secūdum

magnam latitudinem perfecti, & imperfecti corporis. Quarũ differẽtia ideo cõmensurationi corporis variæ ascribenda est. Vndè ab Aristot. quidem traduntur benè nati, alij verò male. 6. Ethic. Quarũ qualitatũ etiã v mbrã videmus in brutis, quippe cũ materiales sint qualitates, etiam suo modo brutis cõgruũt. Quia ex corporis varia tẽperatura resultant. Porrò cũ intellectus, vt intellectus est, est separatus à corpore, nõ facilè est videre, vt sit perfectior substãtialiter alter altero, ex diuersa materia. Nam quãquam Caietanus sectatus sui principis placitũ, q̃ mordicus tenet, dicat corpus nõ tribuere indiuiduationẽ, aut perfectionem indiuidualẽ humanę mẽti, vt causam, sed vt occasionẽ, quia depẽdet in fieri à corpore anima intellectiua. Hoc sanè vehemẽtiùs obscurat Thomæ sententiã. Occasio enim est causa per accidens, nõ per se ex philosophorũ decreto. Iã ergo corp⁹ causa per accidens est indiuiduationis animę intellectiuæ, & nõ per se, & q̃ sit perfectior substãtialiter ex corpore perfectiore, hoc est, per accidens. Iam igitur exhibeat ipse causam per se, cur vna anima intellectiua sit perfectior altera? Nam causa per accidens, referenda est ad causam per se. 2. Physic. text. cõm. 66. Imò. 2. Physic. tex. cõm. 54. causa per accidẽs nihil facit simpliciter. Igitur si est corpus causa per accidens, vt nos intulimus ex verbo eius, vtiq; corpus nõ est causa simpliciter, q̃ vna anima intellectiua sit pfectior altera. At q̃ laborat Thomas est, vt hoc astruat loco iam indicato. Et profectò mihi est hoc dogma difficile creditu formã spiritualẽ, & immaterialẽ omninò sibi cõciliare maiorẽ substantialẽ perfectionẽ indiuidualem à corpore. At talis est anima intellectiua, quatenus est intellectiua. Vndè Aristot. 1. de anima tex. 49. dixit intellectui non benè esse propter corpus, & Cõm. ibidem intellectui ait videtur corpus esse cõtrariũ, quomodo ergo accipiet perfectionẽ substantialẽ ex corpore? Et Bonauentura in dubio literali ad Magist. idẽ colligit. Etenim anima nõ est propter corpus, sed corpus propter animam. Quòd igitur anima intellectiua sit excellẽtior vna alia, nõ ex corpore. Putat autẽ Bonauẽtura, id q̃ Magistro probabatur, animas esse excellentiores alias alijs, ex Deo creante illas ex nihilo. Itaq; Magister, & Bonauentura, fatentur esse quasdã animas excellentiores alijs, at ista excellentia, nõ ex corpore est, sed ex sapientia summi cõditoris volentis perfectiores alias alijs facere. Quãuis non distinguunt, neq; differunt, nunquid sunt substantialiter perfectiores, an solùm ex viribus animæ, erunt excellentiores. Nisi quòd Bonauentura tradit corpus egregiè temperatum conducere admodũ ad exercitium habilitatũ, quæ animæ ex sua creatione insunt. Nihil tamen exponit, quænam sunt habilitates istæ quas anima vna intellectiua excellẽter habet super aliam. Namq̃ si sunt habitus concreati, Platonicum recurreret dogma, quod iam diu explosit schola Theologica. At tu Bonauentura mintellig⁻, has habilitates non esse habitus concreatos, sed esse animam habiliorẽ ad hoc, vel illud opus exercẽdum. Deus igitur iuxta hoc placitũ rationales creat animas, quasdã ad artes, & sciẽtias habiliores alijs: at hæc habilitas non est substantialis perfectio, at accidentalis. Mouetur autem Bonauentura, vt hoc sibi persua sũ habeat dogma, quia sub cõtraria dispositione corporis excellere experimur mentis operationem, ideò non ex corpore est semper ista excellens mentis functio, ergò ex creatione. At verò istud argumentũ facilè eluitur, quia etiam astrorum aspectus, & lumẽ in causa sunt, quòd intellectus hominis magis nitescat. Etenim Aristot. scripsit. 7. Politico. cap. 7. Europæos, non tanto pollere ingenio, quanto Asiaticos, & Europæos nihilominus præpollere viribus, exceptis Græcis, qui etiam excellunt ingenij acrimonia, quia medij sunt inter calidũ, & frigidum. Et Commentator Auerroes in lib. 4. de generatione animaliũ Corduben ses commemorat Bæticos oẽs supe rare viribus ingenij: & causam exhibet, qa Corduba temperatissima est Bæticarũ ciuitatum, id q̃ signum est, temperatissimo gaudere cælo. Id q̃ego ipse expertus sum, dum Cordubæ ingenuas olim profiterer artes, annis ab hinc fermè triginta. Quamobrem etiamsi quidam nõ ea fruantur corporis tẽperatura, quàm ingenium, & musæ amare videbantur: qualis cholerica est complexio, cæterum aliunde adiuti, ex cælesti aspectu fauente ingenio, & literis, magnam promunt literarum frugem. Et re vera ad priorem formam si intellexeris Magistri, & Bonauenturæ placitum, mihi satis probatur. Quamquam magis mihi

Caietanus non probatur.

S. Tho. dogma difficile de animarũ inęqualitate.

Differitur Bonauentura & exponitur.

Astrorũ aspectus & lumen cõfert acrimoniæ intellectus & viriũ sen sitiuarum.

Magister & Bonauentura exponit.

mihi probatur ex creatione non habere animam maiorem, vel substantialem, vel accidentariam perfectionem. At ex corporis temperamento animas differre in intelligendi munere, cæteriſque muneribus animæ. Etenim intelligēdi actio tantiſper, dum in corpore ſumus, à corpore pendet, quia nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu, &c. ideo ex ſenſu perſpicaciori, & puriori, interiori, dico, non ſolum exteriori, exactior prodibit intelligentia. Quippè artifex electiori potitus inſtrumēto, exactius exhibebit opus artis. Itaque ex ſe intellectus non eſt habilior alter altero, at eius operatio eſt nonnunquam præſtantior, vt non ſemel aſſeruimus. Quapropter, vt ſemel dicam, etiāſi demus animam intellectualem indiuiduari ex corpore, at nunquam tamen dabimus animam ex corpore perfici, aut quòd corpus animā perficiat, vt Thom. ſentire putatur. Siquidem corpus non perficit animam, imò anima corpus. Argumentorum ſolutiones iam patent ex edoctis. Neque locus ſcripturæ quicquam conuincit contra præſcripta. Quem eleganter Auguſtinus expoſuit lib. 10. de Geneſi ad literā, cap. 17. Neque aliud ſignificat Salomon, quàm ſe adeptum fuiſſe animam docilem: id quod nos fatemur ex corporis temperatura accidere: ideò ſubdit ſe veniſſe in corpus incoinquinatum, hoc eſt, optimè commenſuratum. Nam molles carne, aptæ ſunt mentis ad diſcendum. 2. de anima. Cætera patent.

Differitur Bonauentura & exponitur.

Aſtrorū aſpectus & lumen cōfert acrimoniæ intellectus & virtū ſenſitiuarum.

DISTINC. trigeſimætertiæ, Diſputatio prima.

¶ An ex paternis facinoribus proles ſubdēda ſit ſupplicijs.

ET videbitur fortaſsis alicui non eſſe ſubdenda. Etenim ſi ſubditur, aut hoc erit, ob viuorum parentum delicta, aut propter defunctorum parentum delicta. Non ſecundum: etenim defuncti parentes, aut in cælum euolauerunt, aut purgatorijs ignibus torquentur, aut ſupplicijs ſunt deputati æternis. Quòd ſi in cælum ſunt excepti, nihil reſtat puniendis delicti: ſiquidem nihil coinquinatū cæleſtes occupat ſedes. Quòd ſi ignibus purgatorijs luſtrantur animæ parentum, inibi ſanè quæuis anima exiſtens, ſufficienter exoluet ſua peccata. Si ſufficienter, igitur filij in ſæculo ſuperſtites, non erit cur exoluant. Quia Naum. 1. Non iudicabit Deus bis idipſum. Et eodem argumento colliges filios nō exoluturos peccata patrum, apud manes, & orcum, luentiū pœnas pro delictis ſuis. Si verò primum elegeris membrum, ergo non viſitantur in tertiam, & quartā generationē paterna ſcelera, quia rariſsimi ſunt, qui vitā prorogent ad quartam vſque prolem, ſiue generationem. 1. Argum.

¶ Secundo: Vel filij, nepotes, pronepotes, abnepotes, ſunt inculpati, aut nocentes. Si inculpati, iniuſtum videtur, eos dare pœnas pro delictis parentum, auorum, proauorum, abauorum, &c. Si verò ſunt nocentes, aut punientur tantū pro ſuis facinoribus, aut adaugebit paternū delictū filij ſuppliciū. Si primū, non ergò propter peccata parentum punientur, ſed propter ſua: ſin verò ſecundum, hoc non videtur diuinæ cenſuræ, quæ limatiſsima eſt, congruere. Namq; Naum. 1. Non conſurget duplex tribulatio: quem locum tranſtulerunt interpretes: Non iudicabit Deus bis idipſum: hoc eſt, non puniet, bis idem peccatum. At verò ſi hoc dederis, bis puniuntur filij, ſemel pro ſuis, & rurſum pro paternis delictis. 2. Argum.

¶ Tertiò: Vel affligentur filij pro parentum ſceleribus pœna æterna, vel temporanea: nō æterna, quippè pœna æterna vnicuique imponitur pro ſuo, non pro alterius delicto: ſi temporanea, hæc vtiq; pœna etiam innocentes afficit: vt Iob innocētiſsimus, illa vehementer fuit mulctatus. Igitur ſi filij illam pœnā dederint, latebit, ſi in vindictam paterni ſceleris erit. 3. Argum.

Magiſter & Bonauentura exponit.

Argum. in diuersum.

¶In diuersum est Exodi locus. 34. Qui reddis, ait, iniquitatem patrum filijs, in tertiã, & quartã generationem. Idẽ Hier. 32. & Deut. 5. & 23. Moabitæ, & Ammonitæ puniuntur: arcentur enim ab ingressu Ecclesiæ in decimam vsque generationẽ, ob scelera maiorum. Et. 1. Reg. 15. Amalechitæ iubentur deleri sub cælo, ob crimen cõmissum à maioribus Malachitarum, cõtra filios Israel. Quippè pugnauerunt contra Israelitas olim Exodi. 17. At Amalachitę, qui scelus admiserant multis retrò temporibus præcesserant posteritatem suam, quã Dñs Sauli delendam inunxit: vt idẽ de posteritate Hieroboã leges. 3. Reg. 14. Et cætera alia sunt huius generis paradigmata in sacris scripturis. Igitur non solum nepotes, pronepotes, abnepotes, puniuntur pro parentum facinoribus, imo prorogatur hæc paterni sceleris vindicta in decimam vsque prolem.

¶Disputatio hæc ad sequentem, viam sternet, in qua de peccato originis disseretur, an ex peccato originis infantes sint puniẽdi. Hæc vero de actualibus tantum peccatis disputabit. Et, vt gradum mihi faciã ad eius discussionem, ex legibus humanis exordiar, quæ sanè peccata parentum animaduertunt in filios. Etenim crimen lesæ maiestatis non solũ sæuit in autores, quin etiam in autorum animaduertit prolem. Vt habes. 6. quæst. 1. cap. Si quis. Et est decretoria lex Honorij, & Arcadij imperatorum, statuens læsores Imperialis Maiestatis, vt qui contra eam conspirat ex hæredes habere filios, & infames, vitæ tantũ spiraculo illis ex Imperatoria clementia concesso. Itemque, & fortiore iure læsores diuinæ maiestatis, eadem inuoluuntur pœna. cap. Vergentis. extra de hæreticis, & schismaticis. Kursum & hi, qui patronũ Ecclesiæ occiderunt. de pœnis cap. In quibusdam. quorum filij in tertiam, & quartam generationem orbantur Ecclesiæ beneficio: quæ iura in filios etiam insontes sæuiunt. Quamobrem iusta est disputatio quid de re hac diuina sanxerit autoritas, siquidem humana censura, nisi ad amussim diuinæ legis moderetur, vana est. Vt Augustinus est autor. 1. lib. de libero arbitrio. Et præter ea, quę iam induximus, Dominus ex Exodo terribiliter tonat, dicens. Ego Dominus zelotes, & fortis, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem, ijs, qui oderunt me. Et Magister Sentent. in litera varia ex Augustino producit testimonia de re hac. Et tandem Augustinum interpretatur ex Augustino. Tunc sæuituram Dei vltionem, dicens, in filios, in tertiam, & quartam generationem: nempè quando filij paterna subolent scelera: tũc enim imitatores paterni sceleris afficiet Dei vindicta. Et Augustinus probatam habet hanc expositionem in quæst. Noui & Veteris Testamenti, quæst. 14. quo in loco eundem actitans locum, exponit, vt prædiximus. Et ex contextu sententiã suam confirmat. Nam textus subdit. Ijs, qui oderunt me. Et in propatulo est diuinum sermonem non meminisse in hoc loco, & alijs idem sapientibus, de peccato originali. Namq; peccatum hoc non solũ serpit in tertiam, & quartam generationẽ, quin in omnes homines ex peccato primi transit, Paulo autore, vt suo loco expressimus. Solum ergo est de peccato actuali mentio modo. Quod sane propter parẽtes affligere etiam prolem, Sodomiticum incendium facilè ostendit, & diluuium Noeticum non obscurè testatur. Quando inuoluti sunt infantes cum parentibus. Et insontes, cum noxijs, ex æquo sunt aut flãmis deusti, aut in valtis gurgitibus aquarum sunt demersi. Id quod si oculate consideras, videbis etiam Dei vltionem aliquando sæuire in prolem propter paterna facinora, etiamsi proles non sit imitata paterna facinora. Nam Sodomitici infantes, non imitabantur patrũ scelera, vt constat. Itemq; de pueris, quos diluuij submersit vortex dicito. Et rursũ si imitatores filios punit solũ Deus, iam nõ punit propter patres. Sed propter ipsã filiorũ scelera corripiuntur, neq; tũ puniuntur patres in filijs, sed filij vt ita dixerim, in seipsis. Quare res hæc satis ambigua redditur. Maximè quia diuina admonemur voce. Iob. 35. Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valdè. Vndè non inepte colliges, Deum non punire scelera vltra condignum, at citra, quàm culpa ipsa demeretur. Qui fiet igitur, vt Deus corripiat paterna scelera, & non expleta ira sua, adhuc sæuiat in filios? Quærendum igitur erit, num hoc à Deo proponitur tãquam lex inuiolabiliter sancita, quæ obseruetur, an solũ ostẽdit Deus suæ iustitiæ seuc-

Insontes filij cum noxijs parentibus sunt eadem corrept pœna.

Deus nõ punit scelera, vltra, sed citra condignum

seueritatem aliquando expiere visitãdo parentum peccata in prolem. Et, quantum arbitror, nõ proponitur tanquam lex, sed tanquam id, quòd iustè fit, quando à Deo fit. Etenim neque in inferendis temporalibus malis, neque temporalibus bonis, illa propter mala, hæc propter bona meritale gem statuit: sed solùm lex stabilitur de inferendis æternis. Ideoque cum in memoratis testimonijs non de æternis supplicijs, sed solùm de tẽporalibus sermo tractetur, non hæc habenda sunt tanquam lex. Vndè nonnunquam Deus non visitat peccata parentum in tertiam, & quartã generationem, at maiorum, & posterorum peccata sinit inulta temporaliter, vlturus æternò. Multum enim agitur æuum, quo ex Othomanica Turcarum gente floret imperium Turcium, & apud alios infideles simili modo. Et propter hos Dauid cecinit: Non est transitus, neq; clamor in plateis eorũ, &c. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. At quia infideliũ prosperitatem denarrabat, subdit: Beatus populus, cuius Dominus est Deus eius. Et rursum: In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Et Iob, eosdem commemorans, ait: Ducũt in bonis dies suos, & in momento ad inferos descendunt. Vides ne, vt Dominus florere peccatores aliquando in hoc sęculo dimittit? Si verò semper puniret peccata parentum in filijs, non floruissent, neque in bonis ducerent dies suos: si quidem cũ alijs hominibus flagellarẽtur.

Insontes filij cum noxijs parentibus sunt eadem correptí pœna.

Pſal. 143.

Pſal. 72.

Cap. 21.

Decisio ex autore.

¶ Porrò autem, ne vageris per incerta, in disputanda re ista accipe quas teneas, conclusiones.

1. Cõclusio

¶ Prima sit: Filij nonnunquam non propter sua, sed parentum delicta, pœnas dant. Hęc prompta est in Sodomiticis, & Gomorrhęis pueris, qui nefando crimine neutiquam erant contaminati, sed neque alio actuali crimine. At verò deusti sunt cũ parentibus. At dices, puniuit igitur Deus Sodomiticum crimen vltra condignum, quia parentum crimen incendio temporali, & æterno puniuit, quantum erat illi crimini sufficiens supplicium, & præterea puniuit temporali filiorum incẽdio. Dixerim ego, pœnas tẽporales accessorias esse in diuino foro, cui ęternę sunt necessariæ: cõtrà verò foro humano tẽporales pęnę sunt necessariæ, ęternę verò ignotę. De quibus tẽporali pęna sæpè nõ punit delicta, vt prędiximus, at verò æterna infallibiliter illa puniet. Pœnas autem temporales infligit aliquando & satis misericorditer, ad bonum delinquẽtis, illum mulctans morte corporis ne amplius prorogetur illius delictum, vnde maiori supplicio gehennæ sit torquendus, & ad exemplum viuentium, qui restãt, vt ex pœna vnius deterriti, proprijs finem imponant delictis. Quamobrem Sodomæorum nefandum scelus exactè puniturus Deus incendijs æternis, nihilominus puniuit tẽporalibus flãmis, istud quidem ex clementia, ne illi augentes crimina in dies æterna adaugerent tormenta. Et in exemplum totius orbis, spectaculum illud Pentapolici incendij excitauit Dominus, vt homines infideles, quos latent æterna supplicia, ex visibili supplicio aduertissent seueritatem diuinæ iustitiæ. At verò apud Turcas, & Saracenos idem crimen est. Sunt enim omnes catamiti, & vltrices flammæ in eos nõ sæuiunt. Quia satis fuit Deo ostendisse sibi infestissimum fuisse crimẽ illud Sodomęorum, ex stupendo illo incendio, vt mortales ab illo abstineant, si volent, si nolent, peius incendium passuri. Pueri verò Sodomęi, etiam peccatores ex originali culpa erant: ideo neque iusti coram Domino. Ideo Genes. 18. Neque iusti decem etiamnum sunt reperti in Pentapoli, qui obsisterent Dei iudicio: ideoque etiam digni morte erant, quã aliàs non inflixisset Deus nisi pueris illis consuleret ex sua clemẽtia. Etenim ne saperent paternos mores adulti, deusit illos infantes. Sat ergo in Dei foro est ęterna pœna delicto. Pœnę autẽ tẽporales, quę accedunt, non tam sunt ad punitionem delinquẽtis, quam ad eius correctionem, & aliorum. Quòd si vitæ exitium pœna est, ex illa satis consulitur delinquenti, ne sordescat amplius in sordibus suis, & consulitur alijs viuentibus, vt alieno periculo melius iam sapiant.

Deus nõ punit scelera, vltra, sed extra condignum

¶ Secunda conclusio: Deus, quando punit peccata parentum in sobole, sobolem non afficit duplici pœna: altera pro patre no imposita scelere, altera vero pro proprio iniuncta delicto. Hanc mihi videor probatum iri ex prębabitis sermonibus. Nam tunc Deus videretur punire vltrà cõdignum, si duplices caperet de paterno delicto pœnas, & in patre & in filio. Quòd si delictum paternum aliquando Deus dimisit inultum, & vlciscitur delictum in filio,

2. Cõclusio

aut filius iustus est, aut iniustus: si iustus iã non punietur: non enim est imitator paterni sceleris, vel in genere, peccans, scilicet, quouis mortali peccato, aut in specie, peccans similiter atque pater, & simili delicto se implicans. Non ergo iustus filius propatre punietur peccatore. Nam (vt admonebat Dei oraculum paulo antè indicatum) visitat Deus iniquitatem paternam in sobolem, non omnem, sed odio habentem Deũ. Si verò iniustus est filius, Deus vtique sumet pœnas de peccato filij. Et præter hæc, si asseris Deum sumpturum pœnas de paterno scelere ex filio, iam ergo duplices pœnas filius dabit de delicto. Id quod est modũ excedere iustitiæ: quod Deo repugnat: quia iustus est Dominus, & iustitias dilexit, & Genes. 18. Hoc, inquit Abraham Deo, non est tuum, qui iudicas terram.

3. Cõclusio ¶ Tertia conclusio: Deus & si non sumat duplices pœnas de paternis facinoribus, vt admonuit proxima conclusio, at duplici nomine punit filios iniquos, & quia ipsi iniqui sunt, & quia ex iniquis parentibus progeniti. Hoc est, etiamsi vnicum sit supplicium, quo afficitur iniqua soboles, at duplici nomine illo supplicio afficitur, & propter se, & propter maiores. Itaque & si causa supplicij augescat ex duplici titulo, vel nomine: at supplicium non augetur secundum substantiam suam, nisi extensiuè dumtaxat, quia ob duo delicta infligitur. Et hoc est, Deũ punire maiorum peccata in sobolẽ. Quia propter maiorũ peccata etiã patitur soboles, quę propter sua alioqui digna erat, quę pateretur. Vndè excitatur memoria paternorum facinorũ, & abominatio maiorum. Quare in psalmo legimus: In memoriam redeat iniquitas patrum eius, & peccatum matris eius non deleatur. Et Matthæi euangelium commemorat cap. 23. Vt veniat super vos omnis sanguis, qui effusus est, à sanguine Abel iusti, vsque ad sanguinem, &c. Sed quid est, quod Dominus Iudęis ait: Vt veniat super vos sanguis Abel? Nunquid Iudæi, qui fuerunt sub Christo, occiderũt Abelem? Neutiquam: neque consortes fuerunt illius delicti. Cur ergò sunt puniendi ex delicto illo? Nempe quia occidentes iustum iustorum, imitatores fuerũt Caim, qui occidit insontem fratrem. Et sunt Iudæi filij Caim non ex genere, sed ex scelere. Occidendo ergo Dominum refricarũt memoriam fratricidij iniustissimi. Quare Dominus dixit: Vt veniat super vos, &c. Hoc enim auget immanissimum Iudæorũ facinus, quia occidendo Dominum Iesum imitatores facti sunt omnium tyrannorũ, qui iustissimos quosque interemerunt. Ideò ait: Vt veniat super vos omnis sanguis, qui effusus est, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filium Barachiæ. Hæc igitur si libraueris exacta trutina, videbis Ezechielis locum. cap. 18. Filius non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filij: non dissentire à repetito loco illo: Visitans iniquitatẽ patrũ, &c. Etenim, vt admonebam filius iniustus non reportat duplicia supplicia ex patris delicto, tamet si Deus animaduertat in iniquã sobolem vsque ad quartam generationẽ. Quia Deus punit sobolem propter maiorum delicta ad sensum prætaxatũ. Quod verò nostrates Theologi locum Ezechielis referunt ad æternas pœnas, quas nullus subibit pro alio, verum est: at verò Ezechielis sensum non exponũt. Etenim Ezechiel sub captiuitate Babylonica ꝓphetizauit, hocque ediditvaticinium commemoratũ, propter Iudæos captiuos, qui expostulabant cum diuina iustitia, dicentes, se non propter sua, sed parentum demerita, captiuitatis experiri damna. Quibus respondet Ezechiel ex verbis denarratis docens, Iudæos captiuos falli ex opinione sua: si quidem ipsi Babylonicam experiebantur captiuitatem proprijs efflagitantibus culpis, non ex paterno scelere. Nam si ipsi iusti fuissent, nunquam Babylonicam captiuitatem sentirent. Obseruas ne quam aliena est expositio Theologorũ à germano sensu vatis huius? Sermo enim est de tẽporali pœna, quam patiebãtur Iudæi. Sed opportuna est petitio, cur ergo Ammonitas, & Moabitas ad decimam vsque prolẽ Deus extendit pœnam maiorum, itidemque & Amalechitarum? Nam quod vsque ad quartam, rationi est consentaneũ. Quippe ex Aristot. suprà annotauimus, similitudinem sobolis ad suos maiores, in singulari aliqua proprietate in quarta prole sistere: at dein iam debilitata vi seminaria maiores non refert, nisi secũdum speciem. At verò, cur ad decimam vsque proteletur ꝓlem, scitè quæret aliquis: quandoquidem iam tum cessat cognatio, vt prædiximus.

Locus Matthæi exponitur.

Collisio diuinorum oraculorũ soluitur.

Locus Ezechielis exponitur.

Exponitur Exodi loc⁹

Arbi-

Arbitror autem, Deum ita tum sanxisse, vt immanitas sceleris horum, semper exta ret in Iudæorum memoria, & eiusdem sceleris vltio. Alia verò scelera, quæ non tam atrocia fuerant, in quarta prole quieuisse. Hæsitas rursum, num vt Deus propter paterna scelera animaduertit in sobolem, ita propter paternas virtutes, sobolem prosperabit? Et locus Exodi indicatus, haud dubium, rem absoluit. Ita enim esse decernit. Et Iudæis multa præstitit beneficia Deus propter Abraham, Isaac, & Iacob: & Dauidicæ proli, propter Dauidem. Porrò autem vt non est infallibile Deum temporali supplicio semper punire parentes in sobole, sic neque est infallibile temporalibus prosequi beneficijs prolem ob præcedentia parentum merita. At cur aliquando nō prosequatur, quis scrutabitur Dei arcana? Cęterū quia Deꝰ ꝑnior ad beneficia elargiēda, quā ad supplicia inferēda, ideò si filius nō sapiat paternam iniquitatem, nō prosequitur illum Deus pæna ob paterna delicta. At si filius nō sapiat paternam sanctimoniam, sed viam elegerit prauam quā patres non sunt sectati, Deus temperabit flagellum, paternam virtutem obseruans, quę est eius ineffabilis clemētia. Vndè scriptura scatet testimonijs rem istam confirmantibus, Deum scilicet sæpè pepercisse flagellis Iudæorum propter patrum merita.

Collisio diuinorum oraculorū soluitur.

¶ Argumenta in principio facta, non est cur nos morētur, sunt enim diluta satis ex dissertis.

Locus Ezechielis exponitur.

Distinct. 33. Disputatio. 2.

¶ Num paruuli ex regenerationis lauacro non abluti, morientes pęnis torquebū tur æternis.

Exponitur Exodi locꝰ

1. Argum. ETvidebitur alicui fortasse illos torquendos æternis pœnis. Nā status hominū geminus est, aut qui confertur tritico, aut qui confertur paleis. Etenim Matthæi 3. Ioannes Baptista hanc distinctionem hominum futuram docuit: Congregabit, inquit, triticum in horreum suum, & paleas comburet igne inextinguibili. Iam verò paruuli aut sunt triticum, aut paleæ: non triticum, quia non congregabuntur in horreo cælesti: igitur sunt paleæ: quòd si paleæ, comburendi erunt igne inextinguibili.

¶ Ad hæc Lucæ. 3. idem Domini præcursor hominum status discernit, quosdam dicens esse arbores facientes fructum bonū, alios verò non facientes fructum bonum, & has arbores mittendas in ignem docet: at paruuli huiusmodi non sunt arbores facientes fructum bonùm: igitur igne crematuntur æterno.

2. Argum. ¶ Præter hæc Matth. 25. Cum venerit iudicare orbem Dominus, hinc, & istinc statuet homines, à dextris videlicet, & sinistris: oues, hoc est, electos à dextris: at hœdos, id est, reprobos à sinistris locabit: at infantes non sunt recensendi in numero ouium: igitur in numero hœdorum sunt computandi. Verùm hœdi sunt tradendi ignibus perpetuis, ergò idem quod prius.

3. Argum. ¶ Rursum, qui non habet vestem nuptialem, expellēdus est à conuiuio summi spōsi Christi, & depellendus in exteriores tenebras, vbi erit fletus, & stridor dentium. Matthæi. cap. 22. At verò pueri hanc nuptialem vestem desiderant, quippè qui illā ex regeneratorio lauacro non acceperūt. Deturbabuntur igitur in tenebras externas, vt indigni cælestis agni nuptialis conuiuio: at in tenebris illis erit fletus, & stridor dentium: ergo torquebuntur æternis pœnis.

4. Argum. ¶ Quibus accedat Augustini illa celebris ex libro de cura pro mortuis agenda diuisio, quosdam esse homines optimos, alios verò pessimos, alios verò nec valdè bonos neque valdè malos, sed mediocrem bonitatem habentes, mediocremque malitiā. Iam verò infantes nō sunt optimi, etenim originali macula sunt sordidi, ideoque Deo infensi. Neque sunt pessimi. Etenim actualem culpam non habent. Igitur erūt mediocres in bonitate, & malitia. Quid ergò si sunt mediocres? Igitur habebunt pœnas, non ergo tanta vexatione pœnarum diuexabuntur, quanta pessimi, qui maximè cruciantur. Cęterū vexabūtur tormentis mediocribus, quia mediocris illorū malitia, seu iniqtas, mediocria exigit tormēta.

¶ In

Argum. in contrariū.

¶ In diuersum est locꝰ ille Apocalypsis capite. 18. Quantum se glorificauit, & in delicijs fuit, tantum date ei tormentum. At infantes vita excedentes, cum originali peccato, nō sunt deliciati in delicijs, igitur nec erunt torquendi igne.

¶ Disputatio hæc, quantum admonemur ex vetustorum Theologorum codicibus, factiosa fuit olim, & pendulam habens decisionem. Vndè Albertus Magnus in summa Theologica tractat. 18. quæst. 113. ita meminit. Quamuis iam sua ætate credebatur animas puerorum non esse torquendas igne. Et Thomas, & Bonauentura hac distinct. ita commemorant. Porrò iam inter recentiores Theologos conuentū est, istud iam problematicū non habere dogma, sed certò apud se statuunt animas puriles ab ignea eximere tortura. Nisi quod distinct. hac quæst. vltima. Gregorius Ariminensis iunctis (quod aiunt) vmbonibus contra Theologicum & vulgatum iam placitum dimicat, illique collibuit hanc subire prouinciam, vt infantes ignibus torqueat. Quanquam haud hæsito si sub infantia non abluta ex sacro decessisset fonte, mallet non torqueri igne, & vulgatum

Gregorius tortor puerorum.

elegisset, quod meminimus placitū. Quā ob rem germanum à Theologis nomen illi inditum est, vt tortor cognominetur puerorum. Ipse autem mordicùs tenuit dogma istud, ratus Augustinianum fuisse dogma. Nam Augustinus in lib. de fide ad Petrum capite. 27. ita docere visus est, dicens: Firmissimè tene, & nullatenus dubites, paruulos, qui siue in vteris maternis viuere incipiunt, & ibi moriuntur: siue iam de matribus nati sine sacramento baptismi, &c. de hoc sæculo transeūt sempiterno igne puniendos. Et verba referuntur in volumine Decret. de consecra. dist. 4. cap. Firmissimè. Item de baptismo paruulorum idem ait: Paruulos, qui sine sacramento baptismi decedunt, in tenebris manere perpetuis. Et indicantur verba de consecratione distin. 4. cap. Nulla prēter. Et glossa interpretatur, esse in tenebris, id est, carere visione Dei, & hęc, ait, est pæna, & ignis afflictionis. Et in eodem lib. Augustinus tradit, paruulos huiusmodi pænam habituros mitissimam. In eadem distinct. habes Augustini verba in cap. Regenerante. Et Beatus Gregor. lib. Moralium. 9. ad cap. Iob. 9. tractans verba illa: Multiplicauit vulnera mea sine causa: propter pueros hos dictum fuisse putat, qui sine peccato actuali vita functi vulnera sustinent tormentorum. Ioannes Driedo in lib. de gratia, & libero arbitrio lib. 1. cap. 2. parte 5. Gregorianum amauit etiam placitum, ne solus ille tortor esset puerorum. Nicolaus verò Lyranus in glossa ordinaria exponēs locum illum Ecclesiastæ capite. 4. Et fæliciorem vtroque iudicaui eum, qui nondū natus: tradit sententiam cum placito Gregorij, & Driedonis pugnantem. Ait enim paruulos non experturos sensibilē pænam, sed potituros delectabili vita, excedente delectationem huius sæculi. Solumque orbabuntur Dei visione. Et hoc dogma ait esse iuxta Doctorum decretū. Et verè ait, secundum quod ipse meminit ex doctorum esse calculo. Cæterùm paruulos huiusmodi potituros forè vita maximè delectabili, non est sanè ex doctorum consensu prolatum. At ipse voluit acquiescere Scoto in hac distinct. quæst. vnica, fatenti paruulos hos potituros vita beata naturaliter, quia Deum contemplabuntur ex cognitione naturali, & illum ex naturali dilectione diligent. Et corpore impassibili fruentur, non ex dote impassibilitatis, sed alio modò. Tu intellige Scotū, illos futuros impassibiles ex diuina prouidētia, submouente omnia lædentia. Et quanquā Scotus nō exprimat hos paruulos Deū dilecturos super omnia naturaliter, at verò consequiū est ad suū placitū. Nam testatur illos futuros beatos naturaliter. At hæc beatitudo naturalis, in cōtemplatione diuinitatis collocatur, decimo Ethicorū, itidē in eius amore. Ego verò nescio quæ beatitudo erit ista, quæve vita maximè delectabilis. Quando lego in Augustino hos paruulos futuros, & mansuros in tenebris æternis, qui autem incolæ erūt æternarum tenebrarum, quis dicet beatos secundum naturā̄? Augustus. suprà indicabamus.

Infantes mortui sine baptismo qualesfuturi ex Scoto & Nicolao.

¶ Iam verò vt disputationem hanc enodatiùs habeas, sit prima conclusio: Infantes huiusmodi nullam sensibilem pœnam patientur. Hanc conclusionem est amplexus Magister Sentētiarum in distinct. hac ex Augustino docente, illos passuros mitissimam pœnam. Quamuis locus hic Augustini non colligit exactè. Nam illam mitissimam vocauit, relatā tamen ad pœnas adul-

1. Cōclusio

adultorum. Et ideo si credat aliquis illos ignibus torqueri, dicet hanc torturam esse leuissimam, relatam ad supplicia adultorum, non tamen simpliciter est leuissima. Et re vera si Augustinus insinuare voluisset tantum carentiam diuinæ visionis, nō dixisset mitissimam esse pœnam: quia hæc acerbissima est: Etenim priuat mentem summi, infinitique boni possessione. Vndè Glossa pridem indicata de consecratione. dist. 4. ita est interpretata Augustini verbum. Propterea hanc probabis ex Origene enarrante Pauli locum ad Rom. 5. Per vnum hominem peccatum. Quo loco credit ex proprijs facinoribus homines subituros gehennæ supplicia, non ex peccato Adam. Quanquam hoc peccatum Adamicum occasionem præstitit mortalibus, vt facinora admitterent. Idemque docet Ambrosius in comment. eiusdem loci. Igitur paruali gehennæ incendijs non torquebuntur. Quippè quia tormentum hoc non subitur ex peccato Adæ. Et obiter aduerte quēdam scripsisse pessimè, homines non peccasse in Adam, sed propter Adam. Nam si in Adam ait, omnes peccauerunt, & Adæ peccatū fuit mortale peccatum: igitur in Adam omnes peccauerūt mortaliter. Et ita Paulum interpretatur: In Adam omnes peccauerunt: idest, propter Adam. At iste dogmata theologica temerè vellicat, itemque physica, fretus suo indocto ingenio. Ideo cum Paulo dicamus: In Adam omnes peccauerunt. Et reuera scitè Paulus originalem culpā ex illa sermonis phrasi, intellexit ipse, & nos docuit. Nā si dixisset, propter Adam omnes peccauerunt, facilè insinuabat peccatum Adam transisse in mortales exemplo, & imitatione. At dicens, In Adam omnes peccauerūt ex origine serpere in omnes mortales hoc peccatum haud dubium docet. Neque valet collectio, ille peccauit actualiter, igitur nos in illo peccauimus actualiter, si quidē nos in illo non eramus actualiter. Quomodo ergo poteramus peccare actualiter? Imò antequam infans ex illo propagetur, non peccat in Adam originaliter, quia ante propagationem, non conciliatur originalis culpa, nisi potestate tantum: quam in effectu infantes conciliant, quando actu propagantur. At de istis hactenus. Ad conclusionem institutā redeat sermo noster. Quam vt lucidius contempleris, scrupus

Infantes mortui sine baptismo quales futuri ex Scoto & Nicolao.

Error Petri Montij.

1. Cōclusio

supereſt contra illam. Quomodo enim dicet aliquis, non afflictabuntur animæ infantiles pœna sensibili, quandoquidem cō siderabunt esse orbatas vitæ æternæ dulcedine, & desperabunt se vnquam Deum visuras, & cernent se locatas in tenebris? Tobias ille senex gaudio affici se non posse dicebat, quia lumen solis nequibat intueri. Paruulis igitur quale gaudium erit, quibus tenebræ erunt perpetuò socię, alioqui visum non obtusum habentibus? Rursum: num procliues erunt ad malum? num ad bonum difficiles? num rudes & ignorantes erunt? num Deum diligent? num odio habebunt Deum, & cæteros pueros, quos innumerabiles comites habebūt? num ob murmurabunt contra Dei iustitiam, quòd sine propria actione illò illos demerserit? Et quid paruuli ex Christianis parentibus orti, magis dolebunt, quia pares se vident in pœna cum paruulis infidelium? At quis tam præstabit viribus, quàm istæ quæstiones, vt soluantur poscunt? Dixerim porrò tibi, paruulos illos, quos dixeris paruulos ex animabus infantilibus, alioqui sub diē iudicij grandes iudicabis. Etenim nō resurgent sub quantitate infantili corporis, quam in sæculo deposuerunt morientes, sed sub perfecta virorum quātitate: isti ergo nullo tædio, aut tristitia afficientur. Nō quia stupidi erunt, & planè torpentes, vt quidam theologi censuerunt, illos esse veluti qui correpti sunt graui somno. Hoc enim falsum censeto, quoniam mentes habebunt viuaciores, quàm erant philosophicæ mentes. Si quidem Sapientia docēte: Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Verùm paruuli illi gestabunt corpora impassibilia, & immortalia, nihil grauedinis obijcientia mēti: item nihil tædij, nihilque mœroris illos sollicitabit, non cura ciborum, aut vitæ, &c. & demum libera erit illis mens. Quapropter multa callebunt rerum naturalū arcana. Maximè quia viuere ęternò illis dabitur, vndè facillimè, & sine labore naturalia omnia paulatim discent, non ex Magistrorum doctrinis, aut librorum lectione, sed ex propria indagine illa assequentur: etiamsi nullas habeāt species inditas, quas nihilominus Thomas illis tribuit. De quare nihil modò disseretur: fat sit disseruisse. Non ergo stupidas, gelidasque gerent

Obseruandæ quæstiones.

Animæ paruulorum sine tædio.

Sapien. c. 9

men-

mẽtes, vt non doleant calamitatem suam, imò sapientissimas, at etiamnum neq; dolebunt, neque tristabuntur de amissa vita æterna. Etenim beatitudinis præmia, quibus sancti potiuntur, particulatim illos latent modò. Nam illa cognoscere nequeũt, nisi ex diuina reuelatione: at hęc reuelatio quòd sit illis concedenda, nullibi aut diuinus sermo docet, aut ecclesiæ firmat autoritas. Quamobrem etiamsi erunt scientissimi rerum naturalium, cæterum supernaturalia, quantum opinor, illos modo latent, vt dicebam. Ecquid reuelatio illis concedẽtur, quæ magis erit, vt illos deijciat, & tędio afficiat? Nam dicere, vt quibusdam arrisit, Deum suspendere voluntatis infantilis actionem, ne illos tristitia torqueat, gratis est dicere, & qua facilitate miraculũ hoc asseris, illud eadem facilitate negare poteris. Satsit illis scire se propagatos esse ex origine protoplastorum viciosa, ideo orbatos fuisse maximis bonis, quamuis in particulari eos fugiat, quale sit beatorum prẽmium, quo sancti fruuntur. Itaque de propaginis infectione, & de protoplastorum peccato reuelationem erudientem habebunt: de præmijs autem sanctorum confusam habebunt tantum notitiam. Hæc autẽ notitia non eos vexabit, aduertentes se nõ ex demerito propriæ actionis illa orbatos fuisse, & quòd illam parare sibi non potuerunt, quia de medio sunt sublati antequam promereri illam quiuissent. Et quod mori non fuit sui arbitrij, sed diuini, propterea non tædet eos non fore beatos. Maximè quod non erunt rationis prauæ vt damnati in inferno, sed habebunt rationem rectã quæ tædia, & tristitias submouebit ab illis considerans impossibilem sibi esse sanctorum beatitudinem. Leuabit item tædia eorum tantisper, dum expendunt alios esse nequiores, qui maiora, & grauiora supplicia dant, pro proprijs sceleribus, quæ ex propria actione gesserunt. Neque tamen tę terrat difficultas, si laborant animæ horum desperatione. Nam si desperant, ergo peccant actualiter. Ego enim facilè dixerim eos sanè desperatam habere vitæ æternæ adeptionem: at sine vicio, & tædio. Itaque non sperant se fore beatos, & ideò desperant beatitudinis assecutionem, at non ex odio Dei desperant, vt gehennales homines, sed solùm ex rei veritate concepta. Paruuli namque isti non odio habebunt Deum, ne dicamus peiores tum futuros quàm cùm decesserũt à corporibus id quod falsum esse ducito, quia: Vbi cecidit lignum, &c. in merito ergo & demerito, in virtute & peccato, neque amplius proficient, neque amplius deficient, quã quandò exuerunt infantilia corpuscula, & illò commigrarunt, quò modò sunt, & erunt cõmigraturi alij. Scio Bonauenturam art. 3. quæst. 2. huius distinct. dixisse in nullo paruulos profecturos, neque cõferent, neque discent, neque proficient, neque deficient, neque lætabuntur, neque tristabuntur. Ego verò non video cur ita dixerit. De profectu enim in merito, & demerito, & virtute, & scientia dubio procul asserere idem non piget: verùm de profectu in cognitione, ipse non probat, neque mihi certum est, imò probabile duco esse contrarium. An paruuli non surgent in iudicio? An nõ videbunt Christum Dominum in maiestate venientem iudicare orbem in æquitate? An non videbunt iudicandos homines, & pios, & impios? An tum non proficient in cognitione? vtique proficient. Quia quæ anteà in particulari de beatitudine (vt diximus) sanctorum, de que pœnis impiorum ignorabant, iam tũ scient, & ex visu discent. Igitur erit profectus in scientia, & memorabuntur spectaculum illud mundi nouissimum se vidisse, & computabunt quanta fuerit eius duratio, &c. Sed ais, scriptura commemorat quod tunc se plangent vniuersæ tribus terræ, Matthæi. 25. & non excipiuntur infantes: igitur plangunt, & lugent infantes, quia se vident orbatos iri perpetuò tanto pondere gloriæ, quam spectabunt oculis proprijs. Nam tamet si diuinitatem nõ possint cernere Christi, at gloriam humanitatis Christi, & sanctorum videbunt, cuius carentia sola digna est, quæ illorum excitasset lacrymas. At non excitabit (vt dicebam) quia aduertent se orbatos non ex propriæ actionis demerito. Et quanquam scriptura non excipiat infantes, non tamẽ exprimit infantes tum lacrymaturos, & ecclesia illos excepit ex suo decreto, vt mox subdemus.

An animæ infantiles desperatione laborẽt.

Ecclesiast. 11.

Bonauentura non probatur.

¶ Secunda conclusio: Paruuli isti, qui sine regeneratione decesserũt, nulla beatitudine erunt beati. Hæc statuitur contra Scotum, qui loco iam prænotato credit futuros esse beatos naturali beatitudine. Quã

1. Cõclusio corollaria.

colligo,

colligo,quia beatitudo naturalis,est voluptifica,& in lætitia cordis posidetur, at paruuli isti non erunt læti. Probabis. Erũt miseri, damnati à Deo, cernentes se orbatos celsitudine cælestis beatitudinis,in tenebris æternis commorantes,quia inferus locus erit illis habitatio,quæ erit regio vmbræ mortis, quomodo ergo erunt isti beati naturaliter,non video.Imò existimo Nicolaum,& Scotum inconsideratum habere dogma hoc.Etenim vt ex August.lib.5. hypognosticôn colligitur, & ex libro cõtra Cælestium& Pelagium,Pelagiana erat assertio paruulos defunctos sine baptismo non potituros regno cælesti, at placidam, & quietam acturos vitam, fortasis illud probantes ex Iob.cap.4. Nunc enim dormiens silerem,& somno meo requiescerẽ. At verò isti idem tradunt, ideò videtur nõ nihil suffragari Scotus & Nicolaus Pelagij placito. Quod tamen maximè repudiat Augustinus vt hæreticum. Non tamẽ ex hoc existimes Scotum, aut Nicolaum, Pelagianam tradidisse hæresim. Nam isti fatentur paruulos pœna æterna mulctandos, quæ erit illis orbitas diuinæ beatitudinis. Porrò Pelagius illos indemnes constituebat: quia peccatum originale negabat. Propterea parcius ista, dicebam nonnihil suffragari Scotum, & Nicolaum Pelagio, quandoquidem cum illo conueniunt,paruulis vitam delectabilẽ, & quietam,imò naturaliter beatam concedentes. Et equidem Pelagius etiam tradebat paruulos huiusmodi orbandos Dei visione. Quod vero Scotꝰ,& Nicolaus capere possunt in discrimen sui dogmatis à Pelagiano carentiam diuinæ visionis esse pœnam puerorum, exiguum est. Nam si alioqui pueri in delicijs agunt,quantula obsecro, est hęc pueris pœna, si nullam ex theologorum sententia tristitiam illis infert? Nam quod non molestat, pœna cur est? quando ex hac non tristantur pueri, & aliâs vitam delectabilem maximè habent. Exigua est sanè differentia inter Scotum, & Nicolaum,& Pelagium. At maxima est Pelagij, & vulgatorum theologorum differentia.Nam vulgò theologi nullam delectationem pueris istis permittũt. At quãuis non tristentur ex orbitate diuinę beatitudinis:at carere summo bono ex proprio peccato,pœna est etiamsi molestiam non inferat.Nam esse sine molestia, solum colligito, pœnam illam esse citra sensum habentis,non tamẽ non esse pœnam.Nãque infligitur pro proprio paruulorum demerito;&demum miseri sunt ex hoc, vndè argumentum vulgatum,quod tamen nõ minimi facit Ioannes Driedo,loco annotato si Deus modo puerum conderet ex limo terreno,& ille discederet à vita sub pueritia, ille etiã orbaretur diuina beatitudine. Quæ ergò maior pæna erit infantis decedentis sub infectione originalis culpę, quã decedentis sine originali? Dicito,huic non infecto orbari cælesti beatitudine, pœna non esset: at infecto, pœna esset. Locus autem Eccles. qui videtur fauere Nicolao non est referendus ad vitam delectabilem puerorum,sed fæliciores iudicãtur illi morientes,non malè agendo, quàm viuentes malè agẽdo,vt Hieronymꝰ interpretatur. vndè ait:Melius est, non esse, quàm malè viuere.Tametsi August. melius putat esse sub pœna paruulos,quã non esse in natura:ita habes in Enchiridio.Neq; dissentiũt Augustinus, & Hieronymus:nam hic de culpa probè dixit,ille verò de pœna sapiẽter est loquutus.Itidem & alter locus inductus à me ex libro Iob non est audiendus, quòd paruuli defuncti vita, vitam habeãt placidam,& quietam,sed quiescerem, ait, subaudi à tumultibus sæculi. Quòd verò non sint torquendi sensili pœna, videtur colligẽdum:nam sensilis pœna respondet conuersioni inordinatæ, quę est ad creaturas,& pœna damni auersioni à Deo.Porrò paruuli non habuerunt actualem conuersionem ad creaturas,sed tantum auersionẽ à Deo,ergo non sunt torquendi afflictione aliqua,siue ex igne, siue ex quauis alia re torquente. Neque mirari non possum, cur Ioannes Driedo loco prænotato lib.1. de gratia,& lib.arbit.parte.5.capitis.2. dicat puerulos istos habere auersionem habitualem à Deo, cum tamen actu sint inimici,& filij iręs igitur actualiter sunt auersi & si non per actum suum, vt suprà nos docuimus.Hinciã colliges,etiãsi infantes isti contemplentur diuina,& naturalia,ex hac contẽplatione,nihil lætitię resultabit,quia (vt diximus ex vulgata sentẽtia theologorum) nihil illos molestabit,nihilq; delectabit:nihil solabitur,nihil desolabitur. Tametsi non est perspicuum hoc quomodo post resurrectionem suorum corporũ agẽtes in tenebris, tanta tenebrarum societas illos;

Scotus & Nicolausre felluntur.

Bonauentura non probatur.

Argumentum Driedonis soluitur.

Nicolaus absoluitur.

Concordia August. & Hieronymi

Conuersio exigit pœnam sensus auersio pœnam damni

Driedo refellitur.

Eccle.11.

1.Cõclusio corollaria.

illos non tædio afficiet, & quomodo nō cæcabūtur illorum visus semper tenebras versantes, sed fortè laxiores habent tenebras. Hoc tamen interim missō, ex dictis etiam consequium est, hos pueros non diligere Deum, neque odio habere Deum, non sanè odio habent, quia peccarent sub illo statu, peius quàm ante illum, id quod suprà à verò abhorrere ostensum est. Neque diligent Deum actu elicito: nam huiusmodi dilectio Dei super omnia libero arbitrio est impossibilis, sine nouo adiutorio Dei, quod illi statui puerorū nunquā concedetur: vt suprà dissertum est. Sequitur prēter hæc, fomitem paruulis istis post corporum resurrectionem adesse ex aptitudine, non tamen ex actu. Etenim nō est fomes actu, nisi sub pugna carnis, & spiritus: at hæc pugna nūquam torquebit paruulos hos. Siquidem pugna hæc aut meritoria est, si vincitur ab spiritu: contrà verò vitiosa, si spiritum prosternit. At verò paruuli sub illo statu futuro, nihil boni, vel mali meriti parare sibi possunt, fomite ergo non punientur.

Fomes quo modo in paruulis nō baptizatis erit.

4. Cōclusio ¶ Quarta conclusio: Paruuli isti nulla alia affligentur pœna, nisi damni pœna. Hæc est decreta conclusio in capite. Maiores. de baptismo, & eius effectu. Et est Innocentij Papæ. Est autem hæc pœna carentia diuinæ visionis. Obseruabis esse pœnā sensus aliam, aliam verò damni. Neque seducaris ex eo, pœnā sensus appellari, quia sensum solùm torqueat, vt fames, sitis. Etenim dæmones hac etiam torquentur sensus pœna, qui alioqui sensu carent. At sensus appellatur quatenus infligit molestiā, & infert nocumentum, & noxam. Est eñ sensus pœna, illatio læsiui: vt pœna damni, ablatio conuenientis. Quare decernunt theologi, pœnam damni esse priuatiuam: at pœnam sensus, esse positiuam. Vndè in scripturis, vincula, cum audis, carceres, vermem, fletum, stridorem dentium, horrorem, ignem, sulphur, manere miseros damnandos, & torquere damnatos, pœnā sensus subaudi: cùm verò audis expellendos à regnō cælorum, vt parabola decem virginum ostendit, Matthæi. 25. Amen dico vobis, ait Dominus, nescio vos: aut audis illud euangelicum: Recedite à me, qui operamini iniquitatem: aut illud: Filij autem regni eijcientur foras: & hoc genus cætera, tu subaudi pœnam damni, quę in carentia boni denotatur. Sunt qui pœnam sensus finiant esse ablationem boni iam habiti: at dāni, boni habendi, vt spoliato patre ex delicto filius familias ex hæres fit, & hoc quod patri est sensus pœna, est filio damni pœna. Et ita idem respectu diuersorum, est sensus pœna, & damni pœna. At istud nostra nihil modò interest, quia Theologus has prorsus distinguit pœnas, solùm vocans damnationis pœnam carentiam diuinę beatitudinis: at sensibilem pœnam, quam diximus. Sumptum tamen nomē est ex sensilibus pœnis & traductum ad pœnas illas inuisibiles. Animæ igitur infantiles modò tantùm damni pœnam habent, & acceptis corporibus nihil maioris accedet pœnæ. Et equidem hæc conclusio recepta est vulgò inter Theologos, quippè quibus confessum est in quarto libro Sententiarum, distinct. 45. pueros hos habere locum suæ damnationi deputatum, seorsum à loco damnatorum adultorum, quem locum, limbū, vocant. Quòd si hæc est theologica confessio vera, vtiq; si seorsum locantur, ideò est, quia non torquentur igne, aut afflictantia habent, vt ij, qui ardent in stagno ignis ardētis. Etenim Driedo etiam pueros in ignibus aliorum damnatorum ardere putat, & Gregorius ante eum idem censuisset. At rationi magis consentaneum est, pueros, quos nō infecit propriæ actionis macula, sed ea inficit, quam ex origine infecta sibi conciliarunt, multo interuallo differant, & in pœna, & in loco pœnarum à cæteris damnatis omnibus. Porrò hæsitas, ecquid est ne notanda de hęresi assertio Gregorij, aut Driedonis? Non arbitror. Siquidem annotante Bonauentura nihil de re hac expressum est in codicibus sacris, aut in sanctorū doctrinis. Verum illi obstat Innocentij verbum iam indicatum. Cęterum Innocētius non dixit illud, tanquam decernens, illud esse de fide, animas pueriles solùm affici pœna ex carentia diuinæ visionis: sed tanquam consonum, & receptum theologis vulgò. Et si prętextus diuinę scripturę solùm esset expendendus, magis sonat diuersum, animas infantiles etiam ignibus torquendas: vt libranti testimonia indicata facilè lucebit. Porro quia expresè nō facit verba de pueris, & ratio monet pueros non eandem subire pœnę rationē, quā adulti, ideo introduxerunt theologi rationa-

Pœna gemina, & damni, & sensus

Quod pueri ignibus torquēātur nihil expressit scriptura.

tionabilem satis sententiam, animas pueri les ignibus non torqueri, cui quoque ego suffragor. Et loca sacra iam inducta tamet si ex cortice, reos videantur omnes inuoluere ignis pœna: cæterùm ex sensu non item. Nam quod meminit de ouibus & hœdis, ex contextu liquet, illa referenda ad adultos: siquidem habito sermone cũ ouibus: Esuriui, & pauistis me, &c. subdit: Venite benedicti, &c. Et contrà de hœdis. At paruuli non potuerunt hæc implere, ideoque quantum ex contextu colligere licet, non de pueris loquitur ibi Dominus, qui sine sacri fontis initiatione functi vita sunt, & ita alia expones. At dices, vel pueri isti, sunt arbores frugiferę, aut infrugiferę: aut sunt oues, aut hœdi: aut sunt triticum, aut palea. Et manifestum est, non esse arbores frugiferas, at infrugiferas, quæ ideò excidẽdæ sunt, & in ignem mittendæ, & ita de reliquis membris ex Ioannis testimonio dicendum videtur. Quare videbitur non abre, ex scripturis pueros hos igni torquendos. Et, vt ingenuè fatear, loci sacri commemorati, vt pridem memineram, ita præsefe runt. At verò, oportebit intelligere scripturas sacras non semper per ignem, cruciatũ ex igne denotare, at omnem pœnalitatem & miseriam etiã voce ista, ignis, insinuãt. Quapropter quia pueri huiusmodi pœnã sustinebunt æternam, & miserijs sempiternis afficientur, ideò illos metaphorice torquebit ignis, non tamen propriè cruciabũtur ab igne vt adulti. Et si rem expendis apud Marcum, cap. vltimo videbis illa verba Domini: Qui nõ crediderit, condemnabitur: at cur non dixerit, torrebitur igne perpetuo, considerandum est. Et existimo eò factum esse, vt insinuaret Dominus paruulos huiusmodi, non cruciandos fore ex igne at damnandos, ex carentia beatæ visionis. Nam verbum, condemno, generale est ad omnem pœnam, quæ pro peccato à iudice infertur. Et locus ille Augustini de fide ad Petrum, qui quæstionem hanc fecit difficilem, mirum est, quàm torqueat omnes autores. Vndè Bonauentura existimat secundum hyperbolem, idest, exaggerationem, capienda esse verba Augustini. Et sequitur eius placitũ Scotꝰ, & alij Theologi eodem modo interpretantur. Quiavolens declinare Pelagianum dogma, quod testabatur, pueros placidam vitã acturos, declinauit in alterum extremum August. ex diametro contrarium dicens, torquendos esse igne. Ego verò, pace horum dixerim, illis non subscribo. Nam in disputationibus contra hæreticos, hyperbole vti familiare est sanctis, & est oratorius stylus ad uersarium ducere in diuersum assertæ sententiæ: at in regulis, & traditionibus fidei, nulla est admittẽda hyperbole, nec sermonis exaggeratio. Quamobrem breuiùs ages, si dixeris, librum illum de fide ad Petrum, non esse Augustini, quia in lib. retractationum, vbi recensetur ab Augustino librorum, quos ipse edidit, catalogus, & huius non fit mentio libri. Eiusdem libri censura principio affixa idem docet. Aut si cõtendis librum esse Augustini, quia autores eo vtuntur Augustini credentes esse, sine multa ambage sermonis dicito Ambrosiũ, & Origenẽ, diuersam duxisse partem, quã duxerit Augustinus, & ab Ambrosio stat Ecclesiæ autoritas, cui magis hærendum est, quàm doctoribus sanctis. Ecclesiæ autẽ autoritatem ex capite. Maiores. suprà indicauimus. Quãquam si accuratiùs dispexeris Augustinum, videbis multis alijs libris de damnatione infantium huiusmodi frequenter fecisse verba, & nunquam illos torrendos dixit igne. Qui libri sunt maioris fidei, quàm iste de fide ad Petrum. Quia sunt indubitatæ Augustinianæ autoritatis, quam nõ habet iste de fide ad Petrum. sed de his hactenus. Hoc vno tantum adiecto, ne quid desideres, locum illũ. 2. ad Corinth. cap. 5. Omnes manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria, prout in corpore gesit: August. intellexisse non solum de adultis, sed etiã de paruulis, quia originale peccatum est proprium, non proprietate actionis, sed contagione propaginis. Lege August. 6. libro contra Iulianum.

Soluuntur argumenta ex locis sacris.

Scripturæ phralis est per ignẽ denotare omnem miseriam.

Quod pueri ignibus torqueãtur nihil expresisit scriptura.

Regulæ fidei ferendę sunt sine exaggeratione, ne sit occasio errandi.

Ecclesiæ magis standũ, quàm autoribus sanctis.

Aug. lib. 6. contra Iulianũ peccatum originale est proprium paruulis.

X DIS-

DISTINCTC. trigesimęquartę Disputatio prima.

¶ Num malum habeat causam.

1. Argum. ET videbitur alicui fortasse malum habere causam. Etenim Amos. 3. Si est malū in ciuitate, quod non fecerit Dominꝰ? & Esaię. 45. Ego Dominus faciēs pacem, & creans mala. Et ad hanc rationē innumera sunt in sacris scripturis: ergò mala habent causam: siquidem habent Deum autorem. Rursus Deus est autor sterilitatis, pestis, famis, &c. & hæc sunt mala.

Argum. in contrariū. ¶ In diuersum est, quia malum est priuatio boni, at priuatio nihil est, & quod nihil est, causam non habet, igitur malum nō habet causam.

Malū quid. Bonū quid. ¶ Disputatio hæc, vt sua luce donetur, exigit vt explicemus quid sit malum, & quia malum est boni priuatio, vt habes ex Aristot. oportebit bonum exponere quid sit. Nam priuatio per habitum dignoscenda venit, vt negatio per affirmationem. Bonum autem Aristoteles finiuit primo Rethoric. cap. 6. esse illud, quod propter se est appetibile, aut id quod gratia illius appetibile est. Duo autem insinuantur in finitione ista: primum est, finem esse, quod est propter se bonum: quia propter se est appetendum, vel appetitur: at media esse bona gratia finis, quia propter finem expetuntur. Primus igitur gradus bonitatis est in fine. Nam 2. Methaphysic. text. comm. 8. bonum nihil dicitur esse, nisi propter causas finales. Nam ratio boni, est ratio perfecti: & ratio perfecti, est in fine. Quare causa finalis, est causarum prima. Nam hæc mouet efficientem causam, & omnes aliæ causæ à finali pendent, & hæc prius mouet, quàm efficiens, & est prior, quàm efficiens: vt efficiens, prior quā forma. Quā concausam vocauerunt Peripatetici tradētes formam & materiam esse concausas, quia simul sunt, & disiungi nequeunt. At finalem causam, & efficientem, appellauerunt causas esse, quia possunt esse sine alijs. Causa igitur efficiens, est propter finalem causam. 3. Metaphysic. text. 3. ideoque haurit suam bonitatem à finali. Namque causa efficiens traducit finem ex ordine intentionis, ad ordinem realem. Vt ars medica sanitatem desideratam ab ægroto deducit in executionem. Quapropter sequitur iam tertio loco forma, quam inducit efficiens causa. Et quamquam sit finis intentus ab efficiente, at est finis non vt est actus, sed vt est habitus, & rei perfectio, seu endelechia, hoc est, non est finis forma, vt se promit in actum secundum, sed vt est producta & est actus primus. Nam. 2. de anima, forma cōfertur somno & vigilię: at est finis, vt somnus est, non vt similis est vigiliæ. Ideoque forma duo habet, & quòd sit bonum, & quod sit pulchrum: est autem bonum, vt appetita est: pulchra, vt cognita est. Ideo species vocatur ex pulchritudine, & forma, ex bonitate. Didicimus autem ex Aristot. 2. Physic. text. com. 74. formam esse finem, cuius gratia cætera fiunt. Et Comment. ibidem docuit, formis non esse nobilitatem, nisi vt habent rationem finis. Vndè colligit Mathematicis formis non esse nobilitatē. Mathematicæ enim scientię non considerant causam finalem. 3. Metaphysic. text. comm. 3. Ideò ait illis non esse nobilitatē seu perfectionem. Etenim Mathematicus cōsiderat suas formas abstractas à materia & motu, & demum abstractas ab esse reali, quare sub hac consideratione, nō habent rationem boni, quia sub hac ratione habēt rationem appetibilis. Etenim nihil est appetibile, nisi vt habet esse reale. Balneum enim vt est in anima, habet rationem agētis, at vt est extra animam, habet rationē finis. 12. Metaphysicorum. comment. 36. Porrò etiam si forma sit bona, at est contractius bonum, quàm sit bonum, quod est finis, & quod est in efficiente. Namque forma quia est actus materiæ necesse est illi esse commensuratam, & quodam modo coarctatam esse pro ratione materiæ. Id quod finis non habet, vt finis

Causa finalis prima.

Forma non est finis vt se promit in actum secundum, sed vt est actus primus.

Forma bonum & pulchrum.

In Mathematicis seu in immobilibus nō est finis.

Forma est contracti bonum quā sit finalis causa.

nis est. Habet præter hæc finis statum triplicem, aut vt est in desiderio agentis, & ita mouet, & agit: & si metaphoricè primo de generat. text. 55. & vt est in habitu, quando iam forma est producta, quę erat intenta ab agente, aut dęniqúe quando ipsa producta forma se promit in actũ: forma autem producta, tunc actio agentis conquiescit. Ideò suprà diximus formam esse finem, non vt se promit in actum secundum, sed vt est perfectio rei, & tanquam quidam habitus materiam perficiens. Vndè dixit Aristoteles formam esse perfecti habitionem. Materia rursus bona est, ex bonitate finalis causæ: ex qua sortita est, mediante efficiente causa, formam. Quia ergò appetit formam, quę bonum quoddam est, ideò ipsa est bona, vt colligit Dionysius libro de diuinis nominibus capite quarto, parte quarta, contra Platonem affirmantem, materiam non esse bonam, imò contrà colligit, quia est appetens boni, bona est. Hæsitant porrò nonnulli, quænam sit ratio boni? Num relatiua est, an absoluta est? Et fuerunt, quibus arrisit, autores, rationem boni esse absolutam. Nam ratio boni, est perfectio rei: at rei perfectio absoluta est, quia ad se est. Nam quod ad aliud est, perfectio non est. Rursum diuina bonitas absoluta est, & non relatiua. Deus namque in seipso est infinitè bonus. Et vt rem istam paucis absoluam, ex Dialecticis commemorandum est, esse relationem aliam essentialem, quam appellant secundum esse: aliam accidentariam, quam nuncupant secundum dici.

¶ Secundò obseruabis esse entis quosdã modos specialiores, & alios generalissimos: illi constituunt quodam modo entia quædam: vt esse per se, constituit substantiam, at esse in alio, constituit accidens, tã quam differentiæ quædam, quamuis non sint differentiæ. At verò modi generalissimi, & transcendentes non constituunt hoc vel illud ens: sed transfundunt se in omnia entia: vt res, vnum, verum, bonum, aliquid. Res enim essentiam denotat: vnum, indiuisionem: verum, conformitatem rei, ad intellectum: bonum denique secundum conuenientiam rei, ad appetitum. Vndè secundum discriminationem appetituum, bona quoque discrimen sortiuntur. Quare aliud est bonum naturæ nempè, quod naturæ congruit: & in quod natura fertur. Nam id bonum est, in quod aliud fertur. Et bonum animalium est, in quod animalia feruntur: & bonum rationalis naturæ, in quod fertur rationalis natura: & bonum diuinum, est ipse Deus se amans infinitè. Et hoc bonum, est bonum vniuersale, in quod pro suo modo cuncta feruntur. Et contrario modo malum est, quod nocet, & lædit. Nam autore Dionysio de diuinis nominibus. cap. quarto, & parte quarta, malum est, quod corrumpit, & dissoluit naturam. Igitur ex bono, promptum est quid sit malum: & eodem modo diducitur atque bonum. Nam est malum naturæ, quod refugit natura: & malum animalis quod refugit animal, &c. Deo autem nullum est malum contrarium, quia nihil est quod fugiat Deus, nihil enim infinito bono nocere potest. Quæ vniuersa si non oscitanter obseruasti, peruium tibi erit quæstioni motæ respondere, rationem boni esse relatiuam. Nam ratio boni, est ratio conuenientiæ ad appetitũ: at hæc conuenientia relatio est. Est enim idem, quod appetibilitas, item ratio mali & relatiua, quia est ratio mali disconuenientia ad appetitum. Sunt porrò huius modi relationes rationis, & non sunt reales. Et sunt secundum dici, & non secundum esse, & relatio scibilis ad scientiam, est relatio ex ratione dumtaxat, & non ex re. Nam scibile, est scibile tantùm, quia ad ipsum refertur scientia, id quod ad denominationem extrinsecã pertinet, ita & bonum dicitur appetibile ex appetitu, qui fertur ad ipsum & malum, ex appetitu abominante ipsum, malum dicitur. Natura igitur boni absoluta est, at eius denominatio, est relatiua. Porrò malum non habet naturam. Etenim est priuatio: at priuatio non est natura, verum tamen, & si non est natura, est nihilominus in natura, quia priuatio est carentia formæ in subiecto apto nato. Vt cæcitas mala est, quia est priuatio boni, nempè visus. Cæterum cæcitas in oculo, est vt surditas in aure, morbus in animali, peccatum in voluntate. Vndè rectè dixit Aristoteles, nono Metaphysicorum text. decimonono, malum non habere naturam præter res, in quibus est. Quippè malum non est per se subsistens, vt bonum, verùm fulci-

Causa finalis prima.

Forma non est finis vt se promit in actum secũdum, sed vt est actus petimus.

Materia est bona.

Forma bonum & pulchrum.

Dubium de ratione boni.

In Mathematicis seu in immobilibus nõ est finis.

Entis gradus.

Bonũ, quid sit: malum quid sit.

Forma est contracti bonum quã sit finalis causa.

mentum habet in bono, vnde recte loco prænotato censuit Dionysius malum nõ esse substantiam, neque sine substantia. Et Aristot. loco indicato malum dixit esse in rebus, quæ sunt in potentia. Vocat res in potẽtia, res defectibiles. Nam in istis locat malum, quippe quæ deficere valent. At verò in æternis, quæ actu sunt, nullum est, aut potest esse malum. 12. Metaphysi. Quamobrem bonum dixit Aristoteles. 9. Metaphysic. text. 19. esse prius malo. Nõ enim possumus intelligere malum nisi ex bono: vt cæcitas non intelligitur nisi ex visu: & vicium, ex virtute: & tenebræ ex luce. Necessariò igitur malum habet pro subiecto ipsum bonum. Non enim vires habet per se, quibus subsistere possit, nisi ex fulcro boni sustentetur.

Malum sustentatur in bono.

1. Cõclusio ¶ Iam verò sit hæc tibi conclusio, respondens propositæ dubitationi: Malum, vt malum est, neque habet causam efficientem, neque finalem, sed solum habet materialem. Notabis vt planam habeas conclusionem hanc, malum bifariam vsurpari, & per se, seu formaliter, & per accidẽs. Malum per se, est ipsa priuatio boni, quę formaliter est malum, seu ipsa malicia. Nam malum formaliter ex abstractione clarius significatur, vt cæcitas, surditas, sunt mala animalium formaliter, vt iniustitia denotat formaliter peccatum ipsum seu culpa, ipsam formalem rationem mali moralis denotat, aut si alijs nominibus abstractioribus exactius ipsam moralem maliciam significare volueris. Vt est culpabilitas, quam quidam barbarè peccaminositatem appellant. Malum verò materialiter, quod est per accidens malum, est quod ex ratione propria non est malum, sed aliundè, vt à cohærente, aut consequente malum est, vt oculus cæcus malus est non ex oculi ratione, quæ bona est, at ex cohærente cæcitate. Et homo appellatur malus, non quia natura hominis mala est, verum ex peccato, quo sordescit, malus est, vt etiam diabolus malus est, non quod natura eius mala sit, at ex apostasia, quam gerit aduersus Deum malus est. Aut quia auersus est, & prolapsus est à summo bono Deo, ideò malus est, autor est Dionysius libro de diuinis nominibus capite 4. parte 4. Quia ergo malum formaliter est quidam defectus: ideò causam efficientem, aut finalem non habet. Nam efficiens, causa est influxiua, at verò defectus non influitur, imò fit ex defectu influxus. Itaque cæcitas non influitur, neque produci potest. Etenim si producere caturtur, aut per generationem, aut per alterationem, aut per quem volueris alium motum positiuum. Veruntamen omnes isti motus, sunt ad terminum positiuum, siue ad substantiam, siue ad qualitatem, &c. At verò ipsa malitia neque substantia est, neque qualitas est, neque aliud ens est: quippe quæ priuatio est: non ergo habet causam efficientem, sed deficientem. Namque cæcitas est defectus visus, vt mors defectus vitæ: ideò ex defectu fiunt: illa quia deficit humor oculi crystallinus, aut oculi temperamentum: hæc verò, quia deficit humidi, & calidi natiui symphonia. Itemque voluntas non est causa efficiens ipsum culpabilitatem, imo ex defectu voluntatis consequitur culpabilitas in ea. Vtique quia illa auertit se à lege Dei, continuò culpabilis est. Et ita de omnibus alijs malis formaliter censebis. Neque etiam habent causam finalem mala formaliter. Quia sub hac ratione mala à bono deficiant: quod autem à bono deficit, finem non habet. Nam ratio finis, est ratio boni. Quare censuit Dionysius loco prænotato, neminem operari ad malum aspicientem. Itaque neque natura potest intendere malum, vt malum, neque voluntas: quia malum, vt tale, priuatio est boni: at verò vniuersa bonum intendunt, primo Ethico. Habet autem malum formaliter causam materialem, hoc est, subiectum, vt cæcitas oculum, surditas aurem, peccatum ipsam voluntatem. At verò hæc subiecta non vt bona, sed vt defectibilia, sunt subiecta mali. Etenim (vt diximus ex Aristot.) mala sunt in rebus, quę sunt in potentia, ad defectum, scilicet, vt suprà admonuimus.

Malum for maliter, & materialiter.

Malum nõ habet causam.

¶ Secundã adde conclusionẽ: Mala per accidẽs, aut materialiter mala, causam habẽt efficientem, & finalem. Hæc prompta est. Nam ipsum peccatũ materialiter est actio bona, secundum substantiam suam, quia ens est, vt hominis occisio: & ens est quia actio est, & ideò causam habet vere efficiẽte, nempe occisorẽ, itẽ habet finalẽ, qa homo occiditur vel ex vindicta, aut ex supplicio debito, vt q̃ suspẽdũtur, &c. Hinc colligas

2. Cõclusio

mala

mala formaliter non esse effectus, sed defectus: non esse etiam causas, quia malum, vt malum, neque est causa mali, neque boni. Quia priuatio boni non est causa boni, aliàs esset defectus boni, & effectus bonus, quod contradictionem inuoluit: neque est causa mali, quia malum, vt malum, causam efficientem non habet, &c. Porrò obijcies fortassis verbũ Dionysiacũ suprà memoratũ, Mala eñ aiebat, corrumpere naturam. Et Empedoclem citat Aristot. 1. Metaph. narrantem, litem, & discordiã, esse causam mali, cap. 4. At verò Empedoclem Aristot. reijcit. Dionysium verò intelligo, nõ quòd malum formaliter, sit causa corrumpens: siquidem malum formaliter est ipsa corruptio, nõ ergo causa corruptionis, sed oportet intelligere Dionysium de malo materialiter. Itaq; ipse actus, qui dicitur malus, voluntatem inficit, & eneruat ad bona operanda. Vt ipse actus, qui est furtum propendet ad furta, & eneruat ad iustitiam sectandam, & actus, qui est fornicatio, inclinat ad libidinem, & eneruat ad temperantiam, & ita in alia inducito. Vndè theologis vsurpatur, peccatum minuere aptitudinem ad bonũ, imò minuere potest peccatum hanc aptitudinem, ad gratiam Dei parandam in infinitum. Etenim ex quolibet peccato minuitur: & potest homo dum viuit peccare infinities: igitur in infinitũ minui potest, vt ex merito augeri potest in infinitum. Quamuis secundum substantiã suam inuariata persistit, quia neque augetur, neq; minuitur hæc aptitudo. Ita Theologizat Albertus Magnus in hoc. 2. dist. 35. artic. 5. post quem Thomas. quæst. de malo. quæst. 2. artic. 12. & in. 1. part. quæst. 48. artic. 4. ex adiecto exemplorem manifestans. Aer enim quo magis impeditur ab extrinseco, ne illustretur, ineptior redditur illustrationi, etiam si obstacula lucis aeris substantiam non tollãt. Porrò Durandus quæst. vltima huius dist. 34. vellicat hoc placitum. Non eñ sibi arrisit hæc Theologia. Putat enim habilitatem animæ ad bonum, seu ad gratiã Dei parandam non posse infinitè relaxari, aut augeri. Quia qualitas cũ sit, nam vel est dispositio, vel habitus, non potest crescere, vel minui infinitè. Ideò ait duplicem esse habilitatem animæ, aliam remotam, & hæc est animæ substantia, quæ procul est ab augmento quouis, vel decremento: alia verò proximam habilitatem & hæc est qualitas, quæ est dispositio, vel habitus, quæ crescere, vel minui quibunt finitè tamen. Cæterùm non est hæc disputatio tanta, cui tantopere sit controuertendum. Etenim peccatum aptitudinem animæ relaxare ad gratiam Dei parandam, ex eo est, quia anima rationalis est in potentia ad contraria, vt ex. 9. Metaphy. discres: at verò potentiæ istę rationales, quæ sunt ad oppositа ex assuetudine ad vnum contrarium, difficiles reddunturad exequendum alterum. Et quò magis assuescunt ad vnum, vehementiùs desuescunt ab altero. Id quod in potentijs, quæ non sunt ad oppositа, quæ sunt naturales potentiæ, non spectabis. Namque, etiam si millies lapidem sursum versus proieceris, non eò difficilior, aut ineptior redditur ad descensum. Nam ex ascensu nihil sibi accrescit difficultatis, quò minus æquè velociter deorsum descendat, atque si non ascendisset. Iam ergò anima rationalis, quo magis peccauerit, eò difficilior fit ad oppositum, hoc est, ad gratiã Dei conciliandam, & hæc difficultas, est diminutio aptitudinis. Non quod ipsa aptitudo in se remittatur: at quia impeditur ex contrario, ideò fit difficilior, ideoque fit ineptior ad bonum: ex assuetudine eñ ad malum, grauescit ad bonum. Nam cõtraria se mutuò pellunt. Dispositio igitur acquisita, vel habitus minui possunt: at hæc aptitudo, & si in se non diminuatur ex impedimento contrariæ assuetudinis, vel dispositionis, at verò collata ad actũ, quia difficilior est ad illum excutiendum propterea diminui traditur. Item dices actum bonum hanc aptitudinem iuuare, vt faciliùs, & sine impedimento se in bono gerat opere. Hinc iam discres, quid velit Magister in hac dist. dicens malum habere originem ex bono. Non enim sensus est, quòd formaliter malum sit ex bono. Nõ enim malum habet causam ad sensum præfatum. Imò neque bonum formaliter est propriè causa, quia formaliter bonum est ex relatione conuenientis appetitui, & sub hac ratione relatiua non est causa, nisi metaphoricè. 1. de generat. text. 55. At malum materialiter, originem habet ex bono: nam peccatum ex voluntate procedit, vt actus à potentia proficiscitur.

¶ Iam verò argumenta absoluamus, quibus

Malum nõ habet causam.

Dionysius exponitur.

Lege autorem in. 1. Sen. dist. 17

Lege Bonaventuram dist. 35. art. 1. quæst. 1.

2. Cõclusio

Autor medius inter Albertum, Thomã & Durandum

Magister exponitur.

Responsio argument. principaliũ

bus satisfacies si dixeris, malum quoddam esse, quod non est propriè malum, sed impropriè, vt est cæcitas, surditas, mors, fames, &c. pænæque omnes aliæ, quæ nō sunt culpæ. Aliud est propriè malū, quod culpa est. Ita distinxit Basilius homilia. 9. cui titulum fecit, Quòd Deus non sit autor malorum: & ante eum Dionysius illā insinuat loco non semel repetito superiùs. Deus igitur mala impropriè, quæ alioqui sunt simpliciter bona verè facit, de quibus propheticus præinductus sermo est audiendus. Deus enim hæc infligit mala, aut ad correptionem peccatorum, aut ad profectum iustorum. Deum verò corripere mala, siue illa vlcisci, bonum est, qui actus iustitiæ vindicatiuæ est: & iustorū augere merita, bonum est, quia misericordiæ est. Cæterùm hæc dicuntur mala quia priuatio sunt boni corporalis, vndè facilè videbis non esse simpliciter mala: quia bona, quæ priuant, non sunt simpliciter bona. Hinc iam colliges, quàm desipuerit Marcion ille hæreticus, qui duos Deos introduxit, alterum iustum vindicē, alium verò bonum. Quasi verò bonitas posit esse, submota iustitia: aut iustitia subducta bonitate. Quod dogma vt refelleret Paulus ad Ephesios. cap. 5. Fructus ait, lucis est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Ergò Deus bonus, est Deus iustus: & contrà: in quem modum argutatur Hieronymus, tractans eadem verba contra Marcionem, lib. comment. 3. in eandem epistolam Pauli. Et Dionysius capite. 4. iam indicato de diuinis nominibus fuso sermone agit, contra eundem Marcionem, suppresso tamen nomine. Et nos primū lib. Sententiarum enodantes, quoad licuit, hanc hęresim stultam esse ostendimus.

Stultitia Marcionis.

DISTINCT. trigesimęquintę Disputatio prima.

¶ Nū omissio aliqua sit culpabilis, sine commissione.

ET videbitur alicui fortasis nullam esse culpabilem sine cōmissione. Etenim si omissio est culpabilis, necessariò est volūtaria: si aūt est voluntaria, iā adest voluntatis actus, vndè ipsa redditur culpabilis. Ergo nequit esse culpabilis omissio, sine commissione. 1. Argum.

¶ In cōtrarium est, quia commissio admittitur ex trāsgressione præcepti, vt qui vult aut nult (vt sic loquamur) quicquam contra præceptū negatiuū. Ergo qui non vult cōtra præceptū affirmatiuū, etiā peccabit: at nō volendo contra præceptum peccat, etiamsi nullū alium habeat actum. Igitur omissio potest esse absque actu. Argum. in contrariū.

¶ Prętereà sit nūc tēporis articulus cōstringens Petrū, verbi causa, ad diligēdum Deū, poterit in hoc articulo nō diligere sine aliquo actu alio, & tunc peccat omittēdo: igitur ꝙ prius intēdebatur, probatū videtur.

¶ Hæc disputatio originem trahit ex Magistro, qui hac distinct. citat quorundā sententiam, quam ipse habere probatam videtur, omissionē videlicet nullā esse sine commissione. Vndè, ait, nō credere, peccatum est, ex incredulitate sibi socia: & sub festo sacra non audire, item peccatum est ex contemptu illius, qui audire sacra negligit. Et eiusdē placiti Albertus meminit in hoc 2. distinct. 35. docetque hanc sententiam id temporis esse vulgatiorē, & celebriorē apud theologos. Addit rursum in eius expositionē, omissionē nonnunquā esse intētam, aliquando verò non intentam. Intenta tūc est quādo ex intētione quis se fecit impossibilem exequēdo præcepto, vt qui se dedit somno ex industria, ne surgeret ad Magistri placitū de omissione.

Omissio duplex.

Variet. Thom.

ad matutinas exoluendas preces, aut quo vis alio negocio se immiscuit, vt ioco, vel aleæ, vel ebrietati, & id genus alijs repugnā tibus executioni præcepti, quo constringe batur. Non intenta vero est, quando nō ex industria id factitauit: at verò, ex ioco, vel somno, vel quouis alia occupatione consequuta est omisio præcepti. Et S. Tho. assertor videtur huius placiti. 1.2. quæst. 71. art. 5. vbi enodatiùs rem differens, aduertit omisionis essentiam non exigere, aut includere aliquem actum. Namq; ratio omisionis, est cessatio ab actu. At verò si causam spectes, putat omnem omisionē præexigere actum, vndè ipsa resultet, vt qui ludo se immiscens, sacra non audiuit. Rursum tradit causam omisionis esse geminam, & per se, & per accidens. Per se quidem, quando ex industria capitur ludus, verbi causa, aut somnus, impediens executionem præcepti: per accidens verò quando non ex industria capitur causa illa, at est occasio præter intentionem omittentis, quòd omisio consequatur. Tūc que arbitratur esse voluntariam omisionem, quando secuta est actum voluntariū siue per se, siue per accidens. Modò actus ille liber sit, vndè ipsa omisio consequitur. Nam si ille in arbitrio est voluntatis, qui est causa omisionis, ipsa omisio cōse quia libera, seu voluntaria etiā est: siue per se, siue per accidens illa sit consequia. Porrò lustrato Thom. forsan videbitur saltem ex prætextu sermonis nonnihil variasse ab hoc placito in. 2.2. quæst. 79. art. 4. vbi argumentum quartum, quòd commisio, sit grauior, quā omisio, colligit, omne peccatum actuale commisionis, plectendum esse gemina pæna, & damni ex auersione, & sensus ex conuersione, at peccatum omisionis non est conuersio quia non est actus, ergo non plectetur gemina pœna. Respondit huic obiectioni. Non esse necessarium, omisionem habere conuersionem cæterùm plectetur omisio pœna sensus ex radice, vndè procedit: citatque sibi locum ex Matthæi. 3. & 7. Arbor quæ nō facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Iam ergo iuxta hunc sermonem in omisione non est necessaria conuersio, at punietur pæna sensus, quia ex voluntate procedit, quam vocat (vt puto) radicem. Et quia nō est necessaria cōuersio, poterit esse omisio, etiā si nō procedat ex volūtario actu. Nā si actus est necessarius plectet omisio, nō propter radicē, sed ꝓpter actū vndè ꝓfecta est. Et rursum si actꝰ est necessarius, conuersio esset necessaria. At verò Thomas docet non esse necessariam. Neque diffugium recipe, si quis dixerit, non esse necessariam conuersionem ad essentiam omisionis. Etenim si hoc volebat, plana esset responsio, cōuersio non est de essentia omisionis, at est necessaria tanquam causa, & propterea omisio plectetur pæna sensus. At non hoc extulit, sed planè inquit non esse necessariam conuersionem. Et ex contextu literæ liquet non de essentia fecisse Thomam verba. Durandus verò hac distinct. quæst. 2. hoc recensito placito illi non acquieuit. Imò illi controuertit, probans omisionem non præexigere cōmisionem, imò posse quenquā omittere sine actu volūtatis, vel interiori vel exteriori. Etenim in potestate volūtatis, est, velle & nō velle: igit nō velle, est volūtariū, sine alio actu prēsuppositō, vndè emergat. Secūdo idem probat, quia omisio est determinatum peccatum, vt, non subueni re pauperi, quādo debita est subuentio: at actus qui hanc subuentionem possunt impedire, sunt indeterminati, quia possunt infiniti esse. Nā iocus, somnus, ebrietas, & alia innumera poterūt impedimēto esse: ergo huiusmodi actus omisio nō prēexigit. Tertiò, quia etiā actus isti possunt esse boni, vt oratio, contemplatio, sacrorum celebratio: at verò ex actibus moraliter bonis nō potest accipere malitiā omisio. Hęret huic opinioni Marsilius in. 2. Sent. quæst. 21. art. 2. Et Adrianus in 4. quæst. 3. de Eucharistia. & Almain in Moralibus suis, in tractatu de primis motibus, q. 25. & Angestus tractatu de omisionis malitia, & grauitate, cap. 10. Moralium suorum. Et demum est vulgatior Theologorum sententia. Neque tā recens est, quàm sunt recētes Theologi isti. Nam ante hos vetustus Theologus Guilielmus Altisiodorensis, qui fuit coęuꝰ Magistro Sēt. hāc eandē est amplexꝰ sentētiā. 2. lib. suæ sūmę Theologicę. tract. 19. c. 2. ꝓbatū habet hoc dogma, quia peccat, qui facit, ꝙ iustitia vetat: & peccat, qui nō facit, quod iustitia iubet. Et itidem, qui vult ꝙ lex prohibet, & qui non vult, quod lex præcipit. At hoc nō velle, negationē tā tū indicat, & nullū actū prēexigit vt sit peccatū. Quia est satis non velle, quod debitū

In omisione non est conuersio necessaria.

Durandus cōtra Thomam.

Placitū cōmune Theologorum, omisionē posse esse sine actu.

Varietas in Thoma.

est velle. Et iuuant sententiam istam, quia Marci vltimo: Qui non crediderit (ait Dominus) damnabitur. Et Iacobi. 4. Scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi. Quibus locis, & alijs multis scripturæ hoc idē præseferētibus, vt est ille Lucę. 12. Seruus sciens voluntatem Domini, & nō faciens, plagis vapulabit multis, &c. solùm negatio actus debiti docetur culpabilis, sine alijs actibus, quale illud quoque est, de seruo qui abscondit talentum Matthęi 25. qui damnatur solùm ex negatione debiti actus, hoc est, quia non multiplicauit concessum talentum. Et est argumentum: si actum necessariò exigit omissio, quærere restat, qualis est hic actus: num malus est? num bonus? num indifferens? Quòd si malus, igitur nullus potest peccare peccato omissionis, quin duo peccata admittat. At verò si potest esse commissio simplex, cur omissio necessariò erit duplex peccatum? Non videtur rationi consentaneum. Quòd si dixeris actum illum esse bonum, qui est causa omissionis necessaria, vtique fieri nequit, vt actus bonus sit causa ex qua necessariò pendet actus malus: & itē dices de actu indifferenti. At subterfugies argumentum, si dixeris actū huiusmodi semper esse malum, nō de se, quia potest ex se bonus esse: at ex circunstātia. Quia est impedimento, quo minus præceptum non possit exequi, ideò est malus actus, vt qui multam egit noctem incumbens diuinis literis, aut particularibus precibus, & dein vadens cubitum profundo mergitur somno, vt non possit excitari ad exoluendas preces matutinas. Equidē diuinis incumbere studijs ex se malum nō est, at ex impedimēto quod præstat, fit malum per accidens. Neque sunt duæ malitiæ omissionis altera, altera verò studij, sed vna. Vndè si nihilominus excitaretur ad matutinas, peccatum nullū admisisset. At verò si ex ebrietate impedimentū præstaretur, geminam esse culpam promptum est videre: si vero indifferens fuerit actus, parat sibi malitiam ex omisione, vt si actus est de se malus, grauatur eius malitia, quando fit omissionis causa.

Decisio quæst. ex autore.

¶ Iam verò, vt exponam quid censuerim in quæstione hac, arbitror primum, non esse necessarium, omissionem habere cōmissionem sibi sociam, sed fieri poterit vt omissio sit sine commissione. Etenim possibile est, quod monachus non faciēs plura officia solitis ab eo fieri & vadat cubitum hora consueta, at ex tempore, quia pluuium est, ideoque (autore Hippocrate) somnolentum est, vel ex alia causa, quæ non sit iuris ipsius dormientis, quia extrinseca est, grauetur somno insolito, & omittat ire ad exoluendas matutinas preces, & tunc omissio non fit ex aliquo actu interiori voluntario, vel exteriori, neque per se, neque per accidens, vt patet. Et hoc experiri quemlibet est possibile. Et de facto multi experiuntur. Dices, hæc non est omissio culpabilis: nihil mea interest. Satis est mihi, si dedi omissionem debiti officij, & non ex aliquo actu voluntario causatam. Et re vera non rarò hoc famulis accidit, quibus ex Domini iussione iniungitur, vt eant dormitum, vt ipsi hora tempestiua surgant ad Dominorum obsequia opportune exhibenda. Et famuli nihil aliud intendentes, quàm surgere à somno, ab omnibus obstantibus abstinent, eximiè cupientes Dominis parere. Et nihilominus altissimè dormire contingit illis, quando maximè erat vigilandum, & non ex causa voluntaria, sed latet eos causa. Et rursum si ego video pauperem me coram extremè indigentem, an non possum suspendere actum meum volendi, aut nolendi eleemosynam porrigere? Itaque neque volo illi subuenire, neque nolo, vtique facultatis hoc esse nostri arbitrij suspendere actum suum, qui negat, manifestariæ experientiæ aduersatur, vt contumax sit propositi. Nam si quæratur à me, vel ab alio, vis ne subuenire huic pauperi? Potero dicere, neque volo, neque nolo, tunc sanè est omissio culpabilis, & sine actu voluntario, per se, aut per accidens. Quòd si dixeris, si suspendo actum meum, volo suspendere, igitur habeo actum. Nam illa suspensio actus, voluntaria est, dixerim tibi, voluntaria est, quia est à libero arbitrio, cuius est, & velle, & nolle: & neque velle, neque nolle, sed neutraliter se habere, in actibus suis. Itaque vult suspendere non ex actu elicito, sed ex facultate libera non eliciendi. Et plerunque auditis quibusdam miraculis, quæ denarrantur à vulgatis hominibus, audiens neq; credit, neque discredit, sed suspensam habet miraculorum nouorum non necessariam

Libertas arbitrij ad suspendendū actum suū.

Omissio quid, & cõmissio.

riam fidem. Ne tamen hęreas in sermone, scito omissionem, esse contra affirmatiua præcepta, & commissionem, contra negatiua. Siquidem omissio, negatio est, ideoq; pugnat cum affirmatione præcepti, vt nõ pascere pauperẽ, aduersatur mandato pascendi: at verò commissio, quia affirmatio est, ideò contraria est negationi, quæ est in prohibitiuo mandato: vt, qui occidit, aduersatur præcepto illi: Non occides. Et hęc vocatur transgressio, alio vocabulo. Sunt qui putent esse omissionẽ etiam consiliorum: vt Hieronymus ab Angesto, at iniustè putat. Nam vt transgressio est contra iustitiam, & vt trãsgressio est actus iniustitiæ, quia est violatio legis: ita omissio, vt talis, est contra iustitiam. Est enim priuatio actus debiti. Et est abuti sermone, siquis dixerit, non seruantem virginitatem, omisisse, &c.

Non probatur Angestus.

1. Annotatio, distinctio præceptorum.

¶ Obseruabis autem esse quædam præcepta quæ tametsi faciem habent affirmatiuorum, sunt alioqui negatiua, vt præceptũ ieiunandi. Hoc nãque præceptum is violat, qui comedit, quando nõ debet. At si esset affirmatiuum, non ex commissione violaretur, sed ex omissione, vt dicebamus paulò antè. Quia igitur violatur transgressione, vtique negatiuum est. Nã præceptũ ieiunandi, est præceptum non comedendi carnes, &c. Et rursum sunt præcepta negatiua, quæ etiam violãtur omissione, vt præceptũ illud: Nõ occides. Nã siquis non pauerit inopẽ extremè laborantem inopia, contra illud præceptum agit, ex celebri illo Ambrosiano decreto: Si non pauisti, occidisti. Verum hæc omisio violat negatiuum præceptum, non vt est negatiuũ præceptum, at vt comprehendit affirmatiuũ, & vt affirmatiuum hoc: Pasce fame moriẽtem, in illo includitur, & ad illud reducitur, quia is reputatur occidere fratrem, qui potens, non leuat summam fratris inopiam. Vt nauis submersor is censetur, qui alioqui obligatus ad eius tutelam, illam derelinquit.

Libertas arbitrij ad suspendendũ actum suũ.

2. Annotatio. Omissio pura & impura

¶ Præter hæc, annotabis omissionũ quasdam esse puras omissiones, alias non puras. Etenim si quis non pascit fame moriẽtem, quia nult (vt ita dixerim) non pascere, iam quidẽ in actu exteriori, est omissio, quia negatio est debiti pastus. Verũ quia est ex actu interiori nolendi pascere processit, ideò est omisio non pura. Imperata namque est ab interna cõmissione. Et similiter in actibus internis ostẽsio esto, siquis sibi internè imperat, non credere, non diligere Deum: vt qui apud se ait, nolo diligere Deum. Non diligere Deum, omissio est. Supponitur esse debitum tempus dilectioni præstandæ Deo. Cæterùm nõ est pura, quia est ex actu nolendi profecta. Est porrò pura omissio, quando sine actu imperãte interiori, est negatio actus debiti exterioris, vt siquis non pascit extremè laborantem, neque volens, neque nolens, sed iners erga pastum fratris & supinus iacet: aut siquis etiam ex inertia, sacra non petit, quandò tenetur, neque volens tamen, neq; nolens. Itidem & in actibus internis, siquis non diligat Deum, velcredat, neque volẽs, neque nolens: sed suspendẽs actum suum. Id quod esse possibile hęsitam⁹ nihil. Quã vis huiusmodi omissiones raræ sunt, & egent industria omittentis vt fiant. Priores tamen sunt magis familiares hominibus.

3. Annot.

¶ Istis tertiò accedat: In omisionibus non puris esse facilè auersionem à Deo, & conuersionem inordinatam ad creaturas assignare: siquidem ipsa commissio, vndè procedit omisio, cõuersio est inordinata. Porrò in omisione pura, quę est negatio debiti actus, nullã videbis conuersionem inordinatam. Quia vbi est pura negatio, non potest reperiri affirmatio, quã habet necessariò conuersio ad creaturam contra legẽ Dei. Porrò autem punietur omisio pura vtraque pæna, & sensus, & damni. Quãdò est ipsa omissio criminalis, subaudi. Namque de veniali non est sermo modò. Et Thomas. 2. 2. loco iam prænotato ar. 3. omissionem venialem non censet esse omissionem, quia omisio propriè est violatio iustitiæ. Punietur tamen pura omisio vtraque pæna, quia etiam si non sit sociata cõuersione eius auersio, cæterùm, quia auersio, quę est in pura omisione, est voluntaria ex voluntate omittentis propria: ideò torquenda erit pæna sensus. Nõ ergo semper pæna sensus punit conuersionẽ. Peccatum autẽ originale non est volũtarium ex propria voluntate infecti infantis, ideò pęna tantum damni illud prosequitur Deus.

Omissio pura gemina torquebit pæna.

4. Annotat. Pęna sensus non semper punit cõuersionem & si Theologorum decretum in plurimum sit verum.

¶ Quartò annotabis: Peccatum originale non esse recensendũ inter omisiones, aut commissiones. Quia hęc distinctio solũ est locãda in actualibus peccatis. Verũtamen

originale peccatū, est habituale peccatū. Et rursum omissio,& cōmissio sunt personalia peccata, & non naturæ:at originale etiā est naturæ peccatū, vt suprà luculēter ostendimus. Obijcis fortassis, omissio cur actuale est peccatū? Quandoquidem quę pura negatio actus debiti est, vt sępè proclamatum est. Dixerim tibi,non ab re esse peccatum actuale. Namq; voluntaria cum sit,actuale peccatum est. Quapropter etiā qui omittit, dicitur peccatum facere, non faciendo. Namq; facit, hoc est,violat Dei vel Ecclesiæ pręceptum,aut iniuriam facit fratri,&c. Censetur autem volūtaria omissio,quia omittēs, tenebatur velle nō omittere,& cum potuisset velle,nō voluit: ideò que rectè voluntaria est dicenda omissio, quamuis orbetur omni actu. Atdices,volūtariū est à principio intrinseco:at hęc omissio,quia negatio est, non potest gaudere intrinseco principio. Dices esse àprincipio intrinseco,hoc est à voluntate, non quidē eliciente, quia negatio elici nequit, sed est à voluntate negatiuè, idest,quatenus non se accingit ad exercendum opus sibi debitum. Vt submersio nauis est à nauta,negatiuè, secundum quod destituit nauis incolumitatem, quam seruare sibi incumbebat:nā si nō illi incubuisset,non omisisset.

Pura omissio cur voluntaria sit germanèappellanda.

Dubitatio. ¶ Est autem non leuis dubitatio, quandò omittens peccat,vt is, qui tenebatur surgere ad matutinum officiū,&nō surgit,quando deliquit. Aut,si mauis,aliud capito exēplum,ne forsitan in exēplo vulgato offendas, quippe nō excitari ad persoluendum matutinale officium,dixerit aliquis, non esse peccatum mortale, ideòque propriè, is,qui non surgit vt persoluat, nō omittit: nisi ex speciali causa à Monasterij præfecto monacho mandaretur. De quare aliās, duceChristo,fusior erit sermo. Igitur aliud capito exemplum. Sit aliquis,cui ex publico munere custodia ciuitatis est concredita,vt ferè accidit vrbibus pręsidiarijs. Hic ergo vel ebrietate pressus,vel ex profundo correptus somno, cui plus quā par fuisset laxans habenas,fortè irruperunt hostes in concreditam vrbem. Iam ergò opportuna est sciscitatio, quando hic custos deliquit, seu omissionis delictum incurrit? Nū quā do se somno dedit? Num quando se ingurgitauit cibo,& potu, vndè causam præstitit,vt alto somno, & securissimo quiescceret?aut quando somno quiescebat, & altè dormiebat in vtranque aurem? Quod si secundum dixeris,facilè refelleris: nā quādo hic custos se inebriauit,non omisit. Nāque etiam si peccauit tum se inebriando, at verò non peccauit omittendo, siquidē ebrietas,est transgressio,non omissio. Et quid?post ebrietatem excitari fortè vel ab amico, vel ab alio potuit & omissionis vicium non custodiendi vrbem euadere. Et certè si sub ebrietate moreretur, antequā arripuisset somnum, non daret pęnas ęternas,quia ciuitatem non custodiuit, & eius causa irruperint in eam hostes. Quia nōdū hoc crimen admiserat. Dices, imò daret, quia iā se in periculo cōstituebat, nō custodiendi ciuitatem. Et quid si sępè id factitabat,vt crapulæ indulgeret,& secura erat ciuitas, & propterea securè visum sibi erat, hac etiam nocte meracum largiùs epotare, vt illi moris erat,num periculum erat timēdum sub tanta præterita securitate? Et demum non agitur modò de huiusmodi peccato,nō cauendi periculum, sed de peccato omissionis in nō seruāda ciuitate, cuius pręsidio,& custodię hic erat deputat⁹,hoc peccatum quærimus, quando comittitur. Quòd si dixeris, sub somni quiete esse cōmissum peccatum:igitur poterit quispiam vadens dormitū in gratia Dei sub quiete ammittere Dei gratiam. Promptū est argumentum. Nā hic custos poterat orare, aut contemplari,&c. ad multā vsque noctem, & dein corripi somno impediente custodiam,qua sublata,irruerunt hostes in vrbē. Et ita sub somno peccauit mortaliter: exque amico Dei, dormiens redditus est inimicus. Hoc autē videtur falsum, quia sub somno non est libertas ad bonum,vel malum. Aliās etiam sub somno etiam posset homo promereri vitā ęternam:& quia in culpatè se poterat dare somno, etiam primum reijcitur. Quæstionem hanc agitant vulgò Theologi, & eā decernūt pro vario arbitratu,vt moris est. Nā difficilia, quippe quæ non sunt perspicua sensibus, imò valdè remota, necessariò varios sensus pariunt,atque sententias non easdem progignunt. Adrianus igitur in quarto sentēt. quæst. 3. de eucharistia,censet omissionem incurrere hunc vel alterum,quando se dederūt somno, aut quando actum exhibuerunt omissionis futurum impeditiuā causam. Etenim quandò hic custos,verbi causa,se somno mancipat,oportebat sic illi mācipari,

cipari, vt non securè, sed cautè dormiret, vt excubaret supra ciuitatem. Et quia hāc cautelam nō exhibuit, ideò peccauit omissionis peccato. Etenim Paulus Ephes.5. Videte, ait, fratres quomodo cautè ambuletis. Et Salomon prou.cap.4. Oculi tui videant recta, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Peccauit igitur custos hic, quia non fuit solicitus, vt haberet somnū non securum. Et ante Adrianum Guilielmus Altisiodorensis idē excogitauit placitum, omissionē incurri, non sub somno, sed ante somnum. Quando, videlicet, non habetur necessaria diligentia ne causa aliqua sit impediens horam impendendi officij, siue quod tenemur impendere. Ego verò non possum ire in sententiam hanc, nisi ad hanc traxero censuram, quam subdā, scilicet, si ex industria custos hic fit iners, atque supinus, intendens debitum nō præstare obsequium. Nam hoc casu iam hic omisit ante somnum, vel ante quamuis aliam occupationem, omisit sanè non ex effectu omissionis nondum subsequuto, sed ex affectu seu consensu ad omissionē. Portò quando nulla est industria mala, sed solum incuria, & negligentia causam præstat omissioni, vel præstitura est. Ego non video, quomodo ex negligentia contrahatur omissio. Nam non litigo si hic custos negligens peccauit ex negligentia. Etenim quis in dubium hoc vocabit, hūc peccasse ex negligentia, quam tenebatur adhibere, ante quàm dulcem caperet somnum? Et hoc solum colligit Adriani argumentum. Cæterum non est istud omissionis peccatum, quod inuestigamus. Etenim si incurius fuit custos, vt sine cura dormiret, at si casu excitat, & excubat supra ciuitatem, & arcet hostes, vtique omissionis vitium, quod versamus, ex non custodita ciuitate non incurrit: sicut si se ebrietati daret, ante somnum, & excitaretur, &c. vt suprà denarratum est. Neque S. Thom. qui asserit omissionem præexigere causam, actū, scilicet, vnde emergat, vnquam credi dit ex actu priori conciliari omissionem. Nam in.2.2.quæst.79.art.3.tradidit, eum, qui ex somno occupatus, omisit opus debitum, sub somno peccare. Quia omissio illa voluntaria est ex antecedenti causa. Nempè vel ex ebrietate cui indulsit, vel exludo, vel ex quouis alio, quod obstaculo poterat esse ne excitaretur hora competenti officio debito persoluendo. Intellige de obstaculo verisimili. Nam si ex accidenti, quod præuideri non poterat, emergeret obstaculum, omissio non esset. Nam tunc voluntaria non esset omissio. Et equidem me latet, cur Guilielmo hoc non arrisit. Etenim ebrius, qui sub ebrietate malum facit, vt occidit hominem, peccat, & tantum dē est esse sub somno, quātundē subebrietate. At peccat ex antecedenti voluntate, vt suprà commemoratum est. Et rursum qui multa distract⁹ occupatione, obliuiscitur officij debiti, vtique peccat, neque consentiens tunc, neque dissentiens, quia valdè distractus est: at sub distractione peccat nihilominus, quandò præterit illū tempus debiti officij exhibendi. Cur igitur non peccabit sub somno? Primum autem non esse temporis necessarij ad officium debitum persoluēdum, est primū esse omissionis. Neque valet argumentum quod colligebam, ergo sub somno potest homo mereri. Etenim meritum non potest esse priuatio pura, vt hæc potest esse peccatum. Siquidem bonū est ex integra causa, malū verò ex particularibus defectibus, de diuinis nom.cap.4. autor est Dionysius. Aliàs non fornicari simpliciter esset meritum, aut non furari, homo iustus semper mereretur, non fornicando, & non furando &c. Id quod ridiculum est. Vndè quod sub somno aliquis gratiam amittere possit, consectarium est. At verò illā sub somno restaurare non poterit.

¶ Vocant præter hæc in quæstionem, vnde sit captanda grauitas, seu malicia omissionum: vndeque sit mensuranda? Num ex præcepto, quod violant, an exactu debito, cuius est omissio? Et sunt, quibus arrisit non esse captandam ex actu, sed ex præcepto. Itaque illa omissio est grauior, quæ omittit præceptum magis obligās. Huius placiti sunt Almain, in tractatu de primis motibus, cap.26. & Hangestus loco prænotato. Et sophisticis rationibus rē agūt. Et, quantum fert mea sententia, ipsi non obseruant physicam methodum, quæ est, priuationes dignoscere per actus. Non enim aliunde cognoscere poterimus cæcitatem esse peiorem surditate, nisi quia visus est nobilior quàm auditus. Porrò priuatio tactus, peior est quàm cæcitas, & surditas, quia est magis necessarius vitæ animalis: & si non sit ęquè nobilis, atque alij sensus.

Adrianus & Guilielmus Altisiodorēsis iure de peccato omissionis cōsentiunt.

Moderatio autoris.

Exponitur. S. Thomas.

Guilielmus Altisiodorēsis non probatur.

Sub somno aliquādo peccare possumus, nunquam mereri.

Vnde sit captāda amissionis malitia.

Hangestus, & Almain refellūtur.

sensus. Quamobrē dicendum est, omissionē capere malitiam ex altero duorum, aut quia priuat actum debitum meliorem, vt omissio dilectionis diuinæ grauior est, quàm omissio dilectionis creaturarum: aut quia priuat actum magis necessarium. Etenim grauius delinquit, qui pauperem fame morientem non pascit, quàm is, qui omittit orare, cū debeat. Nam quāuis oratio est actus dignior, quia est diuini cultus officium, at verò quia pauperis subuentio est magis necessaria vitę pauperis, ideò grauior est omissio subuētionis pauperis, quā omissio orationis, vel precū debitarū. Vita enim pauperis amissa, restaurari nequit, ideò necessarium est, illi opem ferre. Rursum, si ex præcepto obligāte sumenda est omissionis malicia, cum contra vnum præceptum multæ contingant omissiones, vt contra fidei præceptum, & quædam sunt graviores alijs, vt qui non credit Triadem beatam, peius peccat, quàm qui non credit finale iudicium, vtiq; hæc ex æquo obligamur credere. At quia actus credendi diuinitatem sunt digniores, quàm pertinentia ad humanitatē, ideò grauior est omissio prioris actus credendi, quàm posterioris. Cæterùm de quęstione ista hæc dixisse sat sit. Argumentum factum in quęstionis huius exordio, solutum habes inter disserēdum: ideò illi soluendo non est immorandum.

Quęstio de actibus externis.

¶ Porrò autem istis annecte quæstionem exiguam de actibus exterioribus, vndè habeant suam bonitatem, & malitiam. Quòd si sermo agatur de bonitate, & malitia naturali, plana est dilutio. Habent namque ex integritate, aut ex naturę vitio, vt visio, bona est, quæ ab oculo syncero procedit: illa verò mala, quæ ab oculo vitiato proficiscitur, vt visio senis est mala, quia tunicæ visoriæ sunt grossiores, & sicciores, ideò obtusam habent visionem. Quia visoriæ species non facilè permeant per eas in sensorium vsq; visus. At verò bonitas moralis, atq; malitia, hauritur à voluntate libera. Vndè actus exteriores non voluntarij, neque moralem habent bonitatem, neque malitiam. Vnde Dominus Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eā, iam mœchatus est in corde suo. Videre igitur mulierem, vt est prodiens à voluntate mala, mœchiæ actus est. Et non dixit Dominus: Mœchatus est in oculo suo, sed, in corde suo. Vt facilè doceret mœchiā, aut peccata quęvis alia nō esse in oculo aut mēbris externis, sed esse in volūtate, tanq̄ in fonte: in illis aūt per accidēs peccata sunt, & ex participatione. Et rursum Dominus: Si oculus tuus nequam est, &c. Ex oculo, voluntatis intentionem docens, maculare externa opera, aut illa sanctificare, si charitatis intentio sit. Et Matthæi. 17. si libras verba, idem docebūt, atq; priora: Ex corde, ait, exeunt adulteria, fornicationes, &c. Non ait, ex oculo procedunt adulteria: ex manu furta: ex ore mendacia: sed, Ex corde. Quia voluntas mala facit actus exteriores malos: & illius bonitas moralis necessaria est eorundem bonitati morali. Neque te morerur Paulus ad Rom. 7. concupiscentiam appellitantem, peccatum, quia improprie est peccatum, vt suprà fusè disseruimus.

Vndè senibus obtut⁹ obscurus.

DISTINCTIO trigesimæsextæ, Disputatio prima.

¶ An peccatum, sit peccati alterius pæna.

Argum.

ET videbitur alicui, fortasis, peccatum, non esse peccati pæna. Nam pæna peccati iusta est: at si peccatum esset peccati pæna, iam peccatum iustū esset: & si iustum, non est iniustum, & ita non est peccatum: quod contradictionem inuoluit.

In cōtrariū

¶ In diuersum est Paulus ad Rom. 1. Tradidit illos Deus in reprobum sensum.

Decisio quę stionis.

¶ Disputatio hæc à me satis pro meo penso disserta est in declamatione ad Esaiæ cap. 6. de excæcatione cordis: ideòque in pręsentia breuius enodabitur. Obseruandum igitur, pænam peccati, aliā esse à lege

ge stabilitam, quam extrinsecam vocita, si iuuat, aliam verò intrinsecam, quam ipsum peccatum submota legis districtione secum conuehit. Etenim pœna damni, & pœna sensus, sunt pœnæ ex diuina sanctione. Nam Dominus dicet iniquis: Recedite à me omnes, qui operamini iniquitatē. Id quod damni subnotat pœnam. At verò cum ait: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius: pœnam sensus manifestè docet. Matthæ. 25. Verumtamen est alia pœna, quā dixi intrinsecam, quam, simulatq; peccatum concipitur, homo conciliat. Nam Ioan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Hæc nāque seruitus, pœna est intranea peccato. Aduerte autem hanc seruitutem multifariàm intelligendam. Est enim seruitus peccati, ipsa peccati propēsio ad alia peccata. Vt qui fornicatur, propendetur ad alias fornicationes: & qui furatur, inclinatur ad alia furta. Cæterum non de hac seruitute solùm est audiēdus Ioan. locus. Siquidem hæc seruitus, est naturalis omnibus actibus, ita malis, vt bonis. Nam hac ratione etiam qui facit virtutem, seruus est virtutis. Nam omnis actus inclinatorius est ad similes sibi edendos. Nisi quòd seruitus virtutis bona est, peccati verò mala. Est igitur alia seruitus peccati, de qua maximè est interpretādus locus præinductus, videlicet, quòd qui semel admisit peccatum, non potest se eximere à peccati pondere, nisi cælitus adiuuetur. Itaque peccati hæc subiectio, vere est seruitus peccati. Et rursum est alia seruitus peccati, nempè illa, quam Gregorius super Ezechielem insinuat, hominis peccatum, docens, quod per pœnitentiam non lauatur, suo pondere in alia trahere. Etenim qui peccatum habet, omnia peccata collectiuè vitare nequit, vt suo loco perspicuè docuimus. Vnde peruius erit tibi Augustinus, in lib. 1. Retractationum, cap. 9. & lib. 3. de libero arbitrio, cap. 18. docens necessitate quadam fieri ab homine quæ mala sunt, & eadem iusta peccati pœna sunt. Et quædam necessitate facta improbanda. Sensus enim horum verborum est, nō quòd homo necessario peccet. Etenim vbi necessitas adest, peccatū non adest, imò neq; virtus adest, id quod Hieronymus in explanatione fidei, aperte docuit: Execramur, ait, eorum blasphemiam, qui dicunt, impossibile aliquid homini esse à Deo præceptum: & mandata Dei non à singulis, sed ab omnibus in cōmune posse seruari. Cæterum quia peccator non potest omnem phalangē peccatorum vitare, quādiu peccato premitur, & si singula posit, ideò Augustinus tradidit necessitate quadam fieri ab homine, quæ mala sunt. Habes igitur (vt semel dicam) duas peccatoris seruitutes, alia quidem est, quòd à fœcibus peccatorum emūdari nequit per se: alia verò est, quòd impotēs redditur vitādis peccatis omnibus collectiuè. Et huiusmodi seruitutes non sunt peccata, sed peccatorū pœnæ, & iustę pœnæ. Etenim quòd non possit homo extricare se per se à peccati iugo, culpa non est; sed culpæ sti pendium, & necessaria appēdix. Aliàs homo peccator dormiens peccaret, quia tum etiam non potest se eximere à seruitutibus istis. Prima sanè seruitus, quæ erat inclinatio ad peccatum ex peccato, natiua erat peccato (vt aiebam:) istæ verò posteriores seruitutes duæ non sunt tam natiuæ. Sunt enim ex priuatione cælestis gratiæ descendentes. Quia enim peccatum abigit ab homine Dei gratiam gratum facientem, ideò necessum est, vt non possit peccator se eximere à seruitutibus istis, nisi cælitus adiuuetur. Hoc namque est, quod dicebam, non potest, peccator se, per se, extricare à peccati, quo premitur, iugo. Præter has autem seruitutes, quibus iustè premitur peccator, sunt aliæ pœnæ peccatorum in sanctis scripturis frequenter commemoratæ, vt obduratio cordis, & mentis excæcatio. Esaias enim. cap. 6. umbas est complexus, dicens: Excæca cor populi huius: & aures eius aggraua. Aggrauatio enim aurium, ad obdurationem pertinet cordis. Cuius. 9. cap. in Exodo diuinus sermo meminit: Ego, ait, indurabo cor Pharaonis. Vnde Paulus: Cuius vult miseretur, & quem vult, indurat, ad Roman. 9. ista porrò excæcatio, & huiusmodi induratio, pœnæ etiam sunt priuatiuæ. Namque excæcare, est, non illuminare, ex malo merito illuminandi: & indurare, est, non mollescere peccatorē, sua iniquitate hanc indurationem poscente. Deus enim nullā infundit cæcitatis errorem, aut fallentiam, aut hominis spiritum ipse non facit obdurescere, immittendo duritatem, vt Sol indurat effectrix cēra? Est autem, vt Driedo ait, in libro de redemptione, & captiuitate humani generis, tractatu.

Pœna extrinseca & intrinseca.

Peccati seruitus.

Seruitutes peccati nō omnes sunt peccata.

Obduratio cordis, mētis excæcatio.

Exponitur August. & conciliatur cū Hieronymo.

Driedonis placitū de obdurationē.

Argum.

In cōtrariū

Decisio quę stionis.

tu. 5. cap. 5. gemina induratio est, alia, quæ pura negatio est, vt nō eximere hominem à massa perditionis. Qua ratione infantes, qui in maternis vteris moriuntur, indurant. Quippè qui nō sunt segregati à massa corruptionis, per lauacrum renouationis & regenerationis. De qua induratione intellectum voluit Paulinum locum indicatum. Cuius vult miseretur, & quē vult, indurat. Nam hos paruulos voluit Deus perire in suo peccato originali. Ideò quos voluit, indurauit, & indurat. Est porrò alia induratio, quæ positiua est, vt obstinatio cordis humani in malo: & hanc Deus non facit, sed homo ex sua peruicacia illam sibi ingenerat. Addit rursum, Deum ex malo merito hominis, subtrahere aliquando auxilium suum quod erat necessarium, vt homo molesceret ad diuinam præstandā obedientiam. Quo aliàs si donaretur molesceret, non tamen illi donabitur, in pœnam suæ iniquitatis. Vnde obdurabitur, & in peccatis suis morietur, est lagitantibus hāc obdurationem facinoribus suis, à quibus etiamnum excitante Deo noluit auocari.

¶ Tertium quod adiecit, est, certam esse peccatorum mensuram, limitatumque numerum, intra quem homo constitutus, auxilium habet Dei sibi sufficiens, vt resipiscat à peccatis suis. At hoc numero superato, omne auxilium subducetur ab ipso homine, vndè potuisset conuerti ad Dominum. Hęc probat, multa aggregans oracula sacra. Inducit enim inuitatos ad cœnam, quia venire noluerunt: ideò ait Dominus, illos non gustaturos Domini cœnam, quia noluerunt vocanti Deo obtemperare. Rursum Esaiæ. 5. Quia vinea, quæ erat editura vuas, labruscas edidit, ideò Dominus ait: Auferam sepem eius, & diripiam maceriam eius. Igitur auxilium Dei auferetur à contumacibus, & rebellibus hominibus. Et ad modum istum multa sunt in sanctis scripturis, quæ ex prætextu idem colligere quivis existimabit.

¶ Præter hæc etiam tradidit Deum obdurare hominem non infundendo obdurationem, sed offerendo causam, vel occasionem, vndè obduretur, vt adultero offerendo meretricem, vnde magis inardescat, & Tyranno inspirando voluntatem, vndè deuastet ciuitates iniquas. Vnde Augustinum intellectum voluit. 5. lib. contra Iulianum docentem, Deum per potentiam suam impellere hominē, vt induretur, impellere, videlicet, offerendo causam impulsiuam. Quibus quoque addit, quod scriptura ait, Deum stare ad ostium, & pulsare, esse verum, quando demerita peccatoris huic non obstiterint pulsanti, &c. Lege autorem tractatu prænotato, si libuerit, cap. 3. 4. & 5.

Ioannes Driedo refellitur.

¶ Ego verò vt à nouissimis exordium mihi faciam, existimo non satis librata consideratione hæc Driedonē dixisse. Et primo ipse sibi aduersarius est. Dixerat enim, Deum, neminem indurare effectiuè. Deinait, Deum inspirare voluntatem Tyranno euertendi vrbem aliquam, propter eius iniquitatem. Quid ergò si inspirat voluntatem malam, iam Deus autor est indurationis, seu peccati? Etenim si Deus Nabuchodonosori (verbi causa) inspirauit voluntatem euertendi Hierosolymam propter Hierosolymitanas culpas, cùm illa voluntas fuerit iniqua, quippè quæ tyrannica erat, Deus esset autor iniquitatis, & obdurationis, quid ni erit, si iniquitatis autor est? quod absit. Et rursum, si Deus offert peccatori causam, vel occasionem impellentem ad peccatum, ergo Deus vult hunc peccatorem impellere ad peccatum: si Deus vult hunc impellere ad peccatum, cùm diuinæ voluntati nemo resistere possit, vtique peccator non poterit impellenti Deo repugnare. Si impulsus igitur peccat, cur vicio illi dabitur lapsus, si impellenti Deo repugnare non potuit? Nemini igitur Deus causam offert impellentem ad peccatum, imò neque occasionem cuiquā dat Deus ad culpam. Accipit sanè homo occasionem ex creaturis Dei ad peccandum, vt hæreticus ex verbis sacris malè intellectis perfidiæ suæ ansam capit. Quòd si adultero offertur meretrix, non est animus Deo, quòd adulter aggrauet culpam suam ex meretrice conspecta: at relinquit adulterum sibi, & sciens Deus illum se offensurum, & lapsurum ex aspectu meretricis, dimittit adulterum, vt labatur: non tamen hoc intendebat Deus, vt laberetur, vel prouocare hominem ex demerito suo ad lapsum. Quia si hoc Deus intendisset, vt dicebam, homo lapsus excusaret lapsum suum, nempe quia à Deo intentus fuisset. Et quantumlibet sint pessima merita hominis alicuius, non eget Deus

illi offerre impellentia ad peccatum, quia satis est hunc nō efficaciter mouere ad pœnitentiam, ex maximis demeritis suis. Dico igitur Deum, neminem, quo ad vixerit, destituere suo auxilio sufficienti ad prouocādam in homine peccatore pœnitentiā. Neq; est quisquam hominum tam obduratissimus, quem Deus destituat suo interno, & externo auxilio mouente ad cōuersionem à vijs suis pessimis. Neq; huius auxilij orbitas induratio est, vt sinistrè decernit Driedo, sed potius orbitas auxilij efficacis. Aliud namque est auxilij sufficientia, quę nunquam negatur, aliud efficacia, quæ nōnunquam ex malo peccatoris merito negatur. At aliud est, mortem Dñi esse sufficientem, aliud est, esse efficacem, quia etsi omnibus sufficit ad salutem, non omnibus efficax est salutis. Et aliud est esse antidotum sufficiens, aliud efficax. Poterit namq; antidotum sufficiens ægroto exhiberi, vt morbum depellat, at ex pessimo regimine ægroti, non est efficax. Obduratio igitur est orbitas auxilij efficacis, quæ orbitas homini accidit ex malo merito suo: propter quod Deus illum efficaciter non mouet ad resipiscentiam. Et hæc orbitas, pœna est malorum meritorum. Et quod indicatur ex Luca. 14. nihil colligit. Etenim parabola illa, quia cœnā meminit, ideò ad gaudia paradisi est referenda, quæ nouissimè sunt iustis donāda. Et quia multi sunt vocati, pauci verò electi, ideò ait. Nemo virorū illorum gustabit cœnam meā. Nihil hic de negatione auxilij specialis traditur. Et itidē quod ex Esaia citatur, si sensum historicum exegisset Driedo, non induxisset. Namque vineam illa, Synagogam denotat apud Esaiam. Et hæc repulsa est à Deo, ob infidelitatem: & diruta est maceria eius, & sepimenta eius. Etenim angelus Michael, qui illum ductabat populum, iam non ductat. Et lex, & cæremoniæ, quæ illi erant patrocinio, iam sunt illis in scandalum. Nam lex, cuius obseruantia erat quōdam Dei cultus, iam modò Iudæis est superstitio. Et nihil hæc ad auxilium speciale. Nam hoc singulis datur hominibus tantisper dū vixerint, & nunquā illis subtrahitur: vt neque angelica custodia, qua neque homo peccati Antichristus orbabitur. Argutatur Driedo quia infantibus in maternis vteris diem claudentes extremum, orbantur auxilio hoc: & amentes, qui ex peccato lapsi sunt in amētiam perpetuam. Ergò non omnes potiuntur auxilio sufficienti. Cæterum nos hoc fatemur. Nā isti sunt impotentes hoc auxilio vti, ideò frustrà illis concederetur. Nos autem loquimur de potentibus auxilio sufficienti ad salutem gaudere. Rursum quod docet, mensuram esse peccatorum, intra quā Deus propitius respicit peccatores, quam tamen si excesserint, iratus subtrahet auxilia, &c. iam liquet falsum esse, nisi intelligamus de auxilio efficaci, id quod fortasis Deus post quædā facinora subducet. Dixi fortasis, quia quis nouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? Scimus peccatores dignos esse quos Deus repellat, & obduret: at verò scimus esse Deum misericordem, & nosse qui sunt eius. Et quosdam electos suos dimittit sæpè irretiri multis peccatis, & thesaurizare sibi iram in die reuelationis, & iusti iudicij Dei secundum impœnitens cor eorum. At verò nihilominus ex hoc malo thesauro, & ab hoc impœnitēti corde Deus extrahit electos suos, vt Augustinus inquit libr. 5. contra Iulianum. 3. capite. Porrò vtcunque res cedat, neque reprobos, neque electos quantoperè contendat aliquis obrutos esse flagitijs, Deus destituit auxilio sufficienti ad salutem. Nā quod testatur Dominus Matthæi. 12. hominem mūdatum, peius habuisse à sua mūdatione. Nā spiritus immundus, qui exierat, septem acceptis socijs se peioribus, hominem inuasit: & Erunt, ait, nouissima hominis illius peiora prioribus. Hoc historicè de synagoga est interpretandum, quæ peius se habet quotidie. Et tropologicè hominis mundati per pœnitentiam ingratitudo exponitur, cuius peccata post mundationem sunt grauiora, ex ingratitudinis circunstantia. Non tamen significat mensuram esse certam peccatorum, intra quam coarctata teneatur diuina clementia. Quia miserationum Dei nō est finis. Prēter hęc, quod primo Driedo dixit de obdurationē illa negatiua Pauli verba esse intelligenda: Quē vult indurat, ego non probo. Etenim Paulus expresse de adultis loquitur. Nam antè verba cōmemorata meminit de Pharaone, quem induranit Dominus: & dein subdit. Ergò cuius vult, miseret: & quē vult indurat. Quòd si ipse contendat, etiam puēros, qui decesserunt sine baptismi gratia, indurātos esse à Deo, permissiue duntaxat, quia

Decisio quę stionis ex autoris placito.

Auxilium sufficiēs, & auxiliū efficax.

Orbatio auxilij efficacis, obduratio est.

Soluuntur Driedonis argumenta

Auxiliū ad salutē sufficiens, nunquam negatur viuentibus mortalibus.

Driedo refutatur.

Ad Rom. 2

Parabola Euangelica exponitur.

Driedo refutatur.

quia non sunt abluti, neq; sanctificati, ego nihil moror, non tamen illi acquiesco verba Pauli ad infantes huiusmodi esse constringenda: Quem vult igitur Deus, indurat. Quippe à quibusdam ex suo ineffabili iudicio subtrahit auxilium efficaciter moturum ad salutem, & hanc subtractionem iustam Deus ipse vult, quam quam non vult culpam, quæ illam iustissimè promeruit. Nihilominus tamen, vt dicebam, auxilio sufficienti neminem orbat, quia: Vult omnes homines saluos fieri. 1. ad Timo. 2. Fateor tamen fidelibus maiora auxilia gratiæ præstari, & frequentiora, quàm infidelibus. Paulo namque autore. 1. ad Timotheum, Deus est saluator omnium, maximè fidelium. Obserua autem, quod dudum dicebam, Deum velle hominem facinorosum ex suo malo merito orbare auxilio efficaciter mouente ad salutem, subaudiendum esse, nō simpliciter Deū hoc velle, sed sub conditione, quā diu ipse facinorosus noluerit vti auxilio sufficiēti sibi ex Dei largitate concesso ad suam salutem parandam. Hoc est apertius vt dicam, quamdiu ipse pœnitere nolnerit, Deus subtrahit auxilium efficaciter moturum. Hactenus igitur quasdā pœnas peccatorum stylo nostro prosequuti sumus, quæ non sunt peccata, sed peccatorum pœnæ. Nam subtractio diuini luminis, subductio diuini auxilij, non sunt peccata: at hęc subducuntur, Deo subtrahente ex malis hominum meritis. Itemque impotentia natiua ad surgendū à peccatis, & impotentia ad declinandum omnia peccata collectim, non sunt culpæ, sed peccatorum pœnæ, vt mors etiam & cæteræ miseriæ, quibus humanum afflictatur genus, ex protoplasti primitiuo peccato, quod in mortales serpit omnes, non sunt peccata. At Paulo docente: Stipendia peccati, mors est, & cætera, quæ mors ad se vocat mala. Iam verò differendum restat de pœnis peccatorum, quæ etiam sunt peccata. Nam etiam si Augustinus admodū contendat contra Iulianum, peccata esse peccatorum pœnas lib. 5. cap. 3. & multa conuehat sacra testimonia, quibus illud colligat. Et Magister etiam in litera idem probat, imò calculus Theologorum hoc idem firmat. Nam legimus in Paulo: Propterea tradidit illos Deus in reprobum sensum, &c. ad Romanos. cap. 1. &. 2. ad Thessal. cap. 2. Mittet operationem erroris, vt credant mendacio. & cętera multa alia congerit Augustl. loco indicato. Porrò autem vrgent contra hæc argumenta non friuola. Siquidem omnis pœna est inuoluntaria. Hoc namq; vocat in rationē suam: at peccatum omne est voluntarium: igitur nullū, pœna est. Ad hæc, omnis pœna, si iusta est, est modò ad correptionem culpę. Quomodò ergò peccatum erit pœna peccati? siquidem vnum peccatum, alterum auget, & nō corripit. Præter hæc, hæc pœna à quo infligitur? num à Deo? & hoc nō: nam Deus nō est autor culpæ. Num ab ipso peccante? & hoc non, quia peccans addens prævaricationem prævaricationi, non intendit se punire, ex peccato nouo, imò potius sibi magis placere. Et præter hæc, si hæc pœna est à Deo vt scripturæ videtur præsefere, igitur fornicarius addēs fornicationes, fur addens furta furtis, &c. non sunt admonendi de facinoribus, neque corripiendi: siquidem hæc additio peccati ad peccatum ex Deo pœna est, vt facinorosi puniantur. Et hoc argumentum fuit Iuliani Pelagiani, cuius Augustinus meminit libro contra eundem, loco non semel indicato. Cæterùm Augustino constantissima fuit hæc assertio, peccatum esse pœnam aliorum peccatorum. Vnde ait libro prænotato concupiscentiam esse peccatū, quia est inobediens rationi rectæ, & esse pœnam peccati originalis, & esse causam peccati ex defectione, aut ex contagione, hoc esse causam peccati actualis, si rationalis voluntas illi consensit, hoc ait, ex defectione, & causam originalis culpæ ex propagationis contagio. Neque in hoc exemplo hærendum valdè est. Quippè, vt frequenter meminimus, concupiscentia non est proprie peccatū. Ideò que alia exempla habes ex Augustino, imò ex diuinis scripturis suprà expositā. Et scito non esse intelligendum hoc Augustini dogma, de omnibus peccatis. Etenim peccatum Luciferi, non processit ex altero peccato, neque fuit pœna alterius. Itemque peccatum primi hominis primum, non fuit alterius peccati pœna. Et peccatum vltimum, quod homo admittit est impœnitentia, quæ & si sit ad sensum mox subdendum, pœna omnium præcedentium delictorum, at non est causa alterius peccati. Si quidem à mor-

Fideles peccatores maioribus auxilijs fruuntur quā infideles.

Sūma prædictorum.

Argumēta probantia nullum peccatum esse pœnam.

Cōcupiscētia peccatū, pœna peccati, & causa peccati est.

Primū peccatum non est pœna peccati & vltimum non est causa alterius.

à morte, status meriti & demeriti (vt loquũ tur scholastici) cessat.

Quæst. decisio ex autoris placito.

¶ Vt autẽ exponam quod animus meus suggerit, vnum est mihi confessum, & indubitatæ fidei, vnum peccatum esse alterius stipendium, & mercedem, & veluti retributionem. Nam Paulus docet ad Roman. 1. Et mercedem, ait, quam oportuit, erroris sui, in semetipsis recipientes. Etenim quia gentes mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in imaginem corruptibilis hominis, ideò, Deo permittente, gentes, ita masculi, vt fœminæ in cinædorum transierunt abominabilem abusum. Qui abusus contra naturam, retributio fuit, & merces idololatriæ. Quamquam non ineptè quærat aliquis, cùm idololatria sit maius peccatum, quàm Sodomia,

Exponitur Paulus.

cur Paulus dixit, idololatriam punitam fuisse ex Sodomia, maius ex minori? Sed tu obseruabis ex Paulo respõsum. Etenim quia idololatria, maxima afficit Deum ignominia, qua nulla maior, (singulare enim numẽ idolis tribuit) ita peccatorũ nullum magis ignominosum est, quàm Sodomia, peruertens coitum naturalem, in coitum contra naturam. Nam si qui fornicatur, in corpus suum peccat. 1. Cor. 6. quãto magis, qui abutit corpore, ignominiosus erit? Ideoq; etiamsi peccatũ minus sit, erat tamen correspõdens retributio pœnæ, ipsi culpæ. Ideò Paulus ait: Vt afficiant corpora sua contumelijs in semetipsis.

Secundum notandum.

¶ Secundum verò quod etiam est mihi cõfessum, hoc, est figuratam esse locutionem istam, peccatum est pœna peccati: & per

Figurata locutio, peccatũ est pœna peccati.

synecdochen habendã, hoc est, peccator peccans vnum peccatum, punitur ex altero. Nam peccatum est effectus peccatoris. Ideò effectus ponitur in locutiõe ista pro causa. Vndè Paulus de peccatoribus habet sermonem, non de peccatis, quãdo ait: Receperunt mercedẽ sui erroris: aut: Tradidit illos Deus in reprobũ sensum: aut: Immisit spiritum erroris, &c. Permittere igitur labi peccatorẽ in alterũ, & alterũ peccatũ, pœna est peccatorum priorum, hoc est, ipsius peccatoris, cui⁹ peccata, quia magis aggrauantur ex posterioribus. Nam quantopere peccatur, tantopere peccator magis cõtẽnit, & propterea magis affligetur. Peccatũ siquidem in se puniri non potest, quia cùm sit inanime, quomodò punietur? & cũ sit actus citò euanescens, quomodo punietur ex altero? Quandoquidem quandò alterũ accedit, iamdiu alterum recessit.

Tertia annotatio.

¶ Tertiò annotabis, peccatũ nullum, esse causam necessariam alterius peccati. Vndè non necessariò vnum peccatũ est alterius pœna. Quod pspicuũ tibi erit, si cõsideras, peccatorẽ non necessariò peccare, sed libere: igitur postquã peccauit peccatum aliquod, poterit abstinere à sequẽti, & ita nõ necessariò habebit pœnam ex sequenti, à quo poterit abstinere, si volet.

An peccatũ sit peccãtis pœna.

¶ Iam verò his præstructis, differendũ restat, nũ peccatũ quodlibet sit peccãtis pœna. Hactenus enim solũ dissertũ est quomodò vnũ peccatũ, sit alterius peccati pœna. Et quidem res hæc admodum difficilis est. Non enim peruium est videre quomodo culpa sit peccantis pœna. Magister Sentẽt. hac dist. in fine rem istã extulit, at obscurè satis. Iam enim dixerat, peccatum essentialiter esse pœnam, & essentialiter esse culpam, & demũ explicat illud esse sub rationibus diuersis. Etenim peccatum, vt est

Magister exponitur.

actiuè corruptio boni intellectualis, hac ratione culpa est, at vt est corruptio boni passiuè, hac ratione pœna est. Itaq; efficere corruptionem illam, est culpa: verũ ipsa corruptio effectus, siue quæ est effectus, est pœna. Et Bonauentura art. 1. quæst. 1. hæret Magistro, ita censens peccatum essentialiter esse culpã, & essentialialiter esse pœnam. Pœna namq; duo comprehendit, & damnum, ꝙ infert, & ordinem ad culpã. Peccatum autem lædit naturam rationalẽ: & ideò pœna est, & habet ordinem ad sequens peccatum. Quia semel peccans, dignus est, qui deseratur à Deo, vt qui in sordibus est, sordescat adhuc. Et quãuis peccatum alterum non sequatur, at dignum est primum peccatum, habere alterius peccati sequelã. Scotus verò distinct. 36. rem hanc disputat, & in fine ferè distinct. 37. rem absoluit, etiam hærens Magistro, & illum satis acutè, & subtiliter exponens. Peccatum enim bifariàm considerat, aut secundum quod est actiuè à voluntate, & hac ratione culpa est. Nam hac ratione voluntaria quædam inordinatio est. Cæterùm altero modo consideratur culpa vt est inhæsiuè in voluntate, iuxta quam culpa non est à voluntate, sed est in voluntate. Quia voluntas est

Peccatũ est à volũtate, & est in voluntate.

eius subiectum. Et hac consideratione, voluntaria non est. Iam verò quia illa in-

ordinatio, quæ est in voluntate, non est voluntaria. Etenim voluntas nollet hanc pati inordinationem. Ideò hac ratione pæna est. Et probat, quia si priuatio boni commodi, vel delectabilis, est pæna voluntati, multo amplius priuatio boni honesti. Igitur cum hæc inordinatio, quæ est in voluntate, sit priuatio boni honesti (nam priuat virtutis bonum) omne peccatum sequitur esse pænam, imò maximam pænam, quia maximo bono priuat. Quare ipsamet inordinatio actus, quæ est formaliter culpa, ipsamet est formaliter pæna. Nisi quod sub rationibus diuersis, vt Scotus ex Magistro censet. Addit autem Scotus hanc inordinationē esse pænam, & esse à Deo, vt deserente. Nam deserit voluntatem Deus, & subiacere huic inordinationi dimittit, quia ipsa voluntas illam egit. Et est iusta pæna secundum quid (vt docet Bonauentura) etsi non simpliciter. Videntur porrò hæc placita trahi ex August. lib. 1. confessionum cap. 12. Iussisti, ait, Dñe, & ita est, vt quilibet animus inordinatus ipse sit sibi pæna, id quod tractans S. Thom. quæst. 1. de malo. artic. 4. dist. 2. Videtur etiam idem sapere, quod prænominati autores sapuerunt. Siquidem, ait, peccatum, quia habet inordinationē inuitam, ideò habet rationē pænæ admixtam. Etenim peccator peccans, nollet peccati inordinationē, quia operatur ad malū aspiciens, autor est Dionysius. Cæterū in. 1.2. quæst. 87. art. 2. facilè discrepat ab hoc placito. Putat enim nullū peccatum per se & formaliter esse pænā: sed ex accidenti duntaxat esse pænam. Nāq; pæna est contra voluntatē patientis pænam. Est enim pæna passio mali, & illatio nocumenti, contra voluntatē patientis: peccatū autē volūtariū est secundū se. Quapropter secundum se pæna non est: per accidens autem est pæna, vel quia priuat nos Dei auxilio, & subdit nos tentationibus diaboli, & sensualitatis irritamentis, aut quia fit cum perturbatione nonnunquam, vt ira, inuidia, odium fratris, &c. aut propter læsiones, & incommoda, quæ ex peccatis sequuntur, siue paupertatis, siue infamiæ, siue salutis, aut denique quia ipsa peccatorum executio sæpe non fit sine maximis detrimentis, vt amasius deperit amasiam suam, & subditur periculis, vt concupita fruatur libidine. Et auarus tranat maria, & in terras vagatur remotissimas, &c. vt marsupium crescat, &c. Ad hunc prope modum Thomam intelliges.

Thomas varius.

Thomas exponitur.

¶ Ego verò acutam esse cerno expositionem Scoticam, cæterùm admodum difficilem intellectu. Non enim videre possum quomodo illa inordinatio actus, quæ est in voluntate, sit pæna, vt ipse ait, à Deo deserente. Etenim Deus, quoad culpam, etiam voluntatem deserit, at culpa nihilominus non est à Deo, etiam si se habeat circa eam desertiuè, vt ita loquar: at verò cū pæna sit à Deo, oportebit dicere alium addere Deum modum circa hanc inordinationem, quatenus pæna est. Dicet fortasis Scotus, quod se habet punitiuè. Iam ergò per illam inordinationem Deus ipse punit voluntatem, ergò passio huius inordinationis est à Deo: igitur voluntas recipit culpam à Deo, & patitur inordinationem à Deo, id quod est impossibile. Neque argumentum eius quicquam colligit. Etenim damus, peccatum esse læsionem in maximis bonis, & negamus consequentiam. Igitur pæna est. Imò collige, quia est læsio maximi boni, ideò non est pæna, sed culpa. Etenim nihil potest lædere volūtatem in bonis istis, nisi ipsa seipsam. In alijs autē bonis, quæ non sunt maxima, vt delectabilia bona, & vtilia bona, lædi potest etiam inuita: ideò in minoribus bonis pænā patitur, aut pati potest, quia inuita lædetur, at in maximis neutiquā. Quia in istis inuita nō lædetur, imò læsio erit volūtaria, & quando erit, spōtanea erit. Ideoq; non erit pæna, sed excedens omnem pænam, quia illa læsio culpa erit, quæ peior est omni pæna. Et si hoc obseruasset Scotus, vt collegit, non ita collegisset. Et re vera illa inordinatio volūtaria est simpliciter, ideò pæna non est. Quod verò peccans nollet inordinationem, istud sanè est, secundum quid nolle, & nolleitas quædā, vt ita loquar. Verùm peccans, simpliciter vult peccatū. Quid ꝙ? istud nolle, nō semper adest peccanti? Nā fur simpliciter vult furari, & adulter adulterari: neq; secū voluit, quando furatur, nolle esse furtum hoc peccatum: rara enim est consideratio hæc. Quanuis scisciranti illos, an nollent, quod admittunt, esse peccatum, dicerent, vtinam. Et re vera non propter hoc operantur ad malum non aspicientes, sed quia fur vtile sibi quærit, adulter voluptā-

Scotus non probatur.

Soluuntur Scoti motiua.

Obseruanda Theologa difficilē quæstionē hāc aperiēs

luptificum. Et nemo cupit peccatum, vt malum est, sed sub ratione boni vtilis, vel delectabilis, &c. Et quod Augustinus tradit, animum inordinatum esse sibi pœnã, rectè ait, propter remorsum conscientiæ concomitantem, & propter alias causas, quas expositimus, denarrantes Thomam. In summam igitur vt redigamus prædicta, nullum peccatum per se, seu formaliter est pœna peccantis, sed tantum per accidens, aut ex concomitantibus, aut ex consequẽtibus. Et rursum peccatum est pœna peccati ex figurata locutione, vt iã prædiximus. Iam superest argumentis satisfacere. At nihil opus facto est illis satisfacere, quia abũ dè patet ex dissertis, quid illis respondendum sit. Nam decernentes, quæ nos decreuimus, nõ patiemur angustias, quas aliter decernentes patiuntur.

Exponitur Augusti.

Peccatum ex cõcomitantibus, & consequẽtibus est pœna nõ secũdum se.

DISTINCTC. trigesimę septimę, Disputatio prima.

¶ An Deus sit peccati autor.

Argum.

1. Cor. 12.

3. Thess. 2.

ET videbitur fortasis alicui Deus esse causa peccati, ex glossa quadam in epistolã Pauli ad Corint. tractante illa Pauli verba: Qui operat omnia in omnibus. Quæ ait, Deum inclinare quosdam in bonum, alios verò in malum. Et Augustinus lib. de gratia, & libero arbitrio, ad Valentium, capit. 21. tractans verba Pauli ad Rom. cap. 1. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Et rursùm alia verba: Mittet Deus operationem erroris, vt credant mendacio: apertè tradit, Deũ inclinare quorundam corda ad malum, & peccatum, exigente peccato ipsorum. Et rursum inquit, Deum siue per angelos bonos, seu malos, seu alio modo, inclinare quosdam ad malũ, occulto quidẽ iudicio, & nobis non manifesto: cæterum iusto iudicio. At hæc inclinatio ad peccatum, est peccatum. Igitur Deus est autor peccati. Et rursum, præter loca, quæ supra induximus, cùm quærebatur num malum causa gauderet, est locus Prouerbiorum. 21. Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Dei est, ad quodcunque voluerit, inclinabit illud. Et nihil excipit. Igitur cor regis, ad malum, & bonum inclinabit Deus. Et demum ne in multa euagemur, multa in scripturis sonant Deum decepisse prophetas, &c. id quod malum videtur.

¶ In cõtrarium est August. lib. 83. Quæst. quæst. 3. Deo autore nemo fit deterior. Cui consensit Fulgentius enarrans verba Pauli: Nunquid iniquitas nostra Deum commendat? Deus (inquit) non est autor eius, cuius est vltor. Subscripsit glossa. 1. Corinth. 5. exponens verba illa: Absens corpore, præsens autem spiritu. &c. concupiscentiam carnalem, non à Deo, sed à diabolo esse commemorat. Et edisserens verba Pauli, ad Rom. 1. Exarserunt in desiderijs suis: subdit: Quæ non sunt à Deo, sed ab ipsis.

Argum. in cõtrarium.

¶ Disputatio hæc est implexa admodũm, ideoque nihil miratu dignum, si autorum sit in illa differenda varietas. Quam tu legere poteris in Magistro Sententiarum in dicante varias de re hac sentẽtias. Quibusdam enim probatum fuit, peccata non habere in causam Deũ: quia nihil sunt: alijs contrà decernentibus, quia peccata actiones sunt, ideò vt malę sunt, à Deo nõ sunt, at vt bonæ, à Deo causantur. Vt autem ad nostros diuertamus sermonem. Durandus igitur in distinct. hac sibi hærens semper Deum fatetur esse causam remotam peccati. Etenim voluntas est causa proxima culpæ: Deus verò, vt conseruans liberum arbitrium, est causa remota resultantis ex libero arbitrio culpæ. Nempè quia est causa causę. ¶ Primò probat, quia aliâs esset imputandum Deo peccatũ, si ipse cõcurreret cum peccatore ad peccandum. ¶ Secũdò, quia defectus actionis malæ est annexꝰ actioni, ergò qui est causa actionis, erit defectus etiã causę. ¶ Tertiò, q vult antecedens, vult & cõsequens illi necessariò connexũ, ergo si Deus vult actionẽ malã, secundũ substãtiam, etiam vult & malitiã, illi connexam. Vide alia apud eundẽ dist.

Quæst. decisio.

Scotus non probatur.

Soluuntur Scoti motiua.

Obseruanda Theologa difficilẽ quæstionẽ hãc aperiẽs

hac quæst. ¶ Porrò autem subit mirari in opinione hac. Nāq; non aliter Deus se haberet circa opera bona, quā circa mala. Si quidem omnium est causa remota, & nullius actionis moralis est causa proxima, iuxta hunc autorem. Præter hęc, cū omnis effectus sit deducendus ad causam primā, in qua stat resolutio vltima omnium effectuum huius effectus, qui peccatum est, quærenda est causa prima, in quam tādem resoluatur. Et hæc, Deus est; & non voluntas, quia voluntas non est primasuorū effectuum causa, vt patet. Albertus Magnus hanc insinuat rationem in hac distinct. Et S. Thom. in eadem distinct. quæst. 1. art. 2. Porrò argumentum hoc vegetū redditur ex propositione illa causa prima plus influit in effectum, quàm causa secunda. Ergò in effectū voluntatis plus influet Deus, quàm voluntas. Igitur Deus est causa proxima cuiuscumq; effectus, siue is bonus sit, siue malus. Et accedit eòdem, actionē esse generalissimum genus, comprehendens omnes actiones & bonas, & malas. Si ergò malā, est in prædicamento, habet igitur esse: at esse est effectus immediatus primi entis, quod Deus est. 2. Metaphys. c. Et contra Durandum sunt omnes persuasiones, quas suprà induximus, colligentes Deum non solum conseruare, sed coagere cum omnibus causis secundis. Scotus verò quædam instruxit argumenta colligentia idem. Nam si Deus non coageret cum voluntate effectū malum, Deum latēret futurum peccatum. At hoc argumētum nihil conuincit. Etenim Durandus diceret Deum non latere futura peccata, neque effectus naturales, quāuis ipse nō coagat cū causis secundis: cæterùm conseruat causas, & effectus causarū secundarū, & immediatus est conseruator horū. Et rursum, Deo patent quæ efficaciter inclinabūt ad peccatum hunc hominē, & quæ non, &c. Ideò Deus est præscius peccatorum, & bonorum operum. At re vera si Deus est cōseruator immediatus, cur non productor immediatus?

Durandus refellitur.

Argumenta Scoti eneruantur.

¶ Secundum argumentum est contra idē. Si Deus non est immediata causa peccati, igitur non esset in potestate Dei prohibere peccatum, siquidem peccatum non est sub Dei causalitate, sed sub potestate liberi arbitrij, si Deus est tantùm causa remota, vt Durandus dicebat. At neque hoc argumentum neruos habet. Etenim potens est Deus seruare, & non seruare actionem liberi arbitrij. Alia colligit Scotus argumenta contra hoc dogma, quod Durādus amauit, quę leges apud ipsum dist. hac. Nam dogmatis huius non fuit primus inuentor Durandus. Nam Magister, illius meminit in litera; & habuit assertores ætate Magistri. Hac verò ætate nullum habet, & siquis assertor esset huius placiti non sine periculo esset. Catholicæ enim fidei iudico magis amicam doctrinam, tradentem, Deum coagere cuiu libero arbitrio ad omnia eius opera: quamuis difficilè est sanè hoc dogma, at verissimū est.

Dei coagit cum libero arbitrio ad omnia illius opera.

¶ Est autem difficile ex multis, primò quia videtur ex hoc dogmate libertatem arbitrij lædi. Nam si nihil possumus agere, nisi Deo coagente, & diuinæ actio non est in potestate nostra: igitur non sumus liberi, vt operemur, quæ volumus, neq; plenè subiacet nobis actio nostra.

¶ Secundò diuina actio præexigitur ad nostram, igitur prior est, quàm nostra. Iam in illo priori Deus aget, & tum non erit peccatum, quandò ergo voluntas illud etiam aget, non erit peccatū, aut vnus idemque effectus, ex parte qua à Deo fit, non est peccatum, & ex parte nostra peccatum est.

¶ Tertiò, Deus agit istum actum, verbi causa, furti, & iste actus est furtum, ergo Deus furtum facit: igitur Deus furatur. Et ad hunc modum cætera absurda, quæ sequi videntur, promptum erit colligere.

In peccato duo materia, & forma.

¶ Iam verò vulgatū est, cōmuneq; Theologis decretum, peccatum ex duobus spectandum esse, & ex materia, & ex forma. Est sanè materia ipsa actio peccandi, vt ablatio rei alienæ, est materiale in furto, at formale est, ipsa inordinatio actus. Materiale peccati, actio est, & ideò ens est, & bonum est, quia actus est: at verò inordinatio actus, nempè quod sit contra legem Dei, priuatio ordinis est, & ideò negatio est ordinis recti, ex quo nomine neque est ens, neque bonum, sed priuatio entis, &c. Iuxta quam distinctionem est Theologica, vulgataq; assertio Theologorum, Deū coagere cum libero arbitrio, quantum ad materiā peccati, quippe hac ratione actus est, at quantum ad inordinationem neutiquam. Etenim Deus est non volens iniquitatem: Dauid est autor.

¶ Quam-

¶ Quamobrem respondebis argumentis dudum factis. Primo dices, peccatum esse in potestate voluntatis, & negabis consequentiam, actio Dei non est in nostra potestate. Igitur si hæc præexigitur, non sumus plenè liberi. Etenim plena libertas eò confitenda est, quò diuina actio non cogit nos ad agendum, sed mouet liberum arbitrium, secundum quod congruit eius libertati. Nam naturales causas mouet pro suo naturali modulo, & liberas, pro sua ratione, & libertate, quia Deus, res, quas condidit sic administrat, vt eas proprias functiones pro sua sapientia agere sinat. Adde etiam hanc diuinam assistentiam, seu concursum, tametsi non habeat homo in sua potestate, est tamē illi paratissimus, vt operetur, quando volet, ideo plenam habet potestatem liberum arbitrium.

Diluuntur argumenta interdissérédum facta.

¶ Secundo argumento dices, Dei concursum non esse priorem, ex tempore, quàm sit actus liberi arbitrij, sed secundum consideratione. Nam præexigitur vt operemur. Ideoque secundum rem est de concomitantibus Dei concursus, at secundum considerationem est de præuijs, vt causæ secundæ operentur.

Concursus Dei est de præuijs.

¶ Tertio dices, Deum concurrere ad furtum, non secundum formam, quia inordinatio actus non est à Deo, sed à deficiente voluntate: ideoq; non sequitur, Deus concurrit ad actum, qui est furtum, ergo Deus facit furtum, vel furatur. Nam variatur materiale, in formale. At vero Theologi recentiores hanc concedunt, Deus furtum facit: & negant istam, facit furtum, propter appellationem, quā includit verbū facit. Vt concedunt sophistæ: calcearius facit calceum, & nihil facit. Ego verò non possum in re grauissima, quæ est Theologorum doctrina, hæc sophismata libenter admittere. Quæ sanè non ædificant Theologiam, imò illam pessundant, & illius grauitatem admodum deponunt. Nam similiter dicito, Deum non amare peccatum, at peccatum amare. Nam similis est appellatio in verbo, amo, atque in verbo, facio. Cùm tamen scriptura aperta voce clamet. Deum iniquitatem odio habere. Item Deum dices peccatum velle, at non velle peccatum. Quæ sanè etsi secundum sensum asserentium vera sint, at est subtilitas hæc non necessaria, imò noxia. Offenduntur enim valdè ignorātes, si audiūt Theologos docere, Deum peccatum facere, aut, peccatum velle, aut, amare. Ideoque solùm sub hac censura sermo est moderandus, Deus coagit cum libero arbitrio ad substantiam peccati, non tamen ad eius inordinationem. Planeque testari, Deum non facere peccatum, & similiter peccatum non facere.

Psalm. 5. Apoc. 2.

¶ Argumentis Durandi etiam ex dissertis responsio est prompta.

¶ Primo dices, Deo non imputandum esse peccatum. Namq; ipse non inclinat ad peccatum, sed libere coagit cum peccante, quia causa secunda nihil agere potest, nisi coagente prima.

Diluuntur urādi obiecta.

¶ Secundo dices, quòd etsi inordinatio sit annexa actui malo, non tamen necessariò qui vult actū, vult eius inordinationē. Quia inordinatio, nō est volibilis, nam negatio est, & nihil est.

¶ Tertio dices, qui vult antecedens, vult consequens, quod ex illo necessario sequitur, nō semper esse verum ex libertate voluntatis, quæ potens est separare ex affectu suo consequens ab antecedenti. Maximè si consequens non habet rationem entis, neq; boni, vt est in presentia. Nos de re hac opulenter satis, quantum Dñs concessit, egimus in primo Sentēt. dist. 46. Indidē capies, quæ desunt modo, si libuerit.

¶ Superest nihilominus obiectio quædā. Nā euestigio occinet nobis aliquis. Quid? Ergo Deus potest prohibere peccatū, & non prohibet, cur ergo peccatoribus peccatum obijcitur, & de peccato arguuntur? Etenim si nauclerus potens nauem defendere à naufragio, illam naufragari permittat, illi videbitur imputandum naufragiū. Porrò dices, Deum esse potētissimum, vt prohibeat omnia peccata, at si prohibuisset, & prohiberet, temerè videretur libertate esse donatos homines ad peccandum, ideò non semper prohibet, sed pro ratione inscrutabilis sui consilij, aliquando prohibet, & plerumque non prohibet. Neque tenetur prohibere vt nauclerus: imò hanc debet suæ sapientiæ administrationem creaturarum, illas in proprijs seruare naturis, & germanas non impedire actiones.

Deus cur non prohibeat peccata.

¶ Reliquum est, Argumenta in principio facta enodare, in quorum gratiam obseruandum est: si placitum Magistri esset recipiendum, vt multi recipiendum putant,

Responsio arg. principalium notanda.

vt dist. 36. edocuimus, vtiq; peruiũ esset argumentis respondere. Etenim iuxta hoc placitum, peccatũ bifariàm expẽditur, vt culpa est, & hac ratione non est à Deo, at vt pœna est, à Deo est, id quod Magister dicebat, actiuè, & passiuè. Et re vera si sic Theologizaremus, omnia loca sacta per

3. Reg. 23. Hieron. 4. Ezech. 14. Esaiæ. 6.

spicuã habent solutionẽ. Quod enim Paulus ait, Tradidit eos in reprobum sensum. Et q̃ in sacris Codicibus legimus, Deum decepisse vates falsos, & cæteros nõ vates: & innumera alia, vera sunt, nõ hæc vt culpæ sunt, at vt pœnæ sunt. Et subit mirari, cur Magister in hac dist. 37. quærens, an Deus sit autor peccati, & multa cõuoluẽs, vt rẽ obscurã aperiret, immemor fuit huius distinctionis, cuius ipse dist. 36. meminerat. Et Aug. loca etiam ad eandẽ rationem

Augustinus exponitur.

facilè interpretantur, quæ aliàs sunt admodum difficilia. Et lectitãti Augustini locũ præinductũ, videbitur Augustinus ita sensisse, peccatũ, non vt est iniquitas, at vt est retributio, & pœna, esse à Deo. Vndè q̃ ait inibi, quosdã ex sua iustitia inclinare Deũ ad malum per angelos bonos, vel malos, oportebit intelligere, vt malum, culpã significat, non sub ratione culpæ, sed pœnæ, & retributionis. Et allusit fortasis ad psal-

Psal. 118.

mographi verba: Inclina, ait, cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam. Et idem Augustinus enarrans Psalm. 77. per malos angelos credit Deum, hominẽ mittere in operationem erroris, aut in reprobum sensum, non vt hæc culpæ sunt, sed vt pœnæ sunt. Atque ad hunc sensum vniuersa, quæ varia sunt in scripturis hoc sonantia, intellecta voluisse videtur: vt excæcare Deũ hominem, aggrauare, illaquare, decipere, tradere in desideria cordis, in reprobum sensum & reliqua. Et Scotus, qui hæsit Magistro, credens quãlibet culpam esse formaliter pœnam, & retributionẽ sui ipsius, & Bonauẽtura debuissent ad hũc modũ theologizare in quæstione hac. Etenim quandò disceptatur an peccatum

Dist. 37. quæst. 1.

sit à Deo, non est necessarius recursus, formaliter non est à Deo, materialiter est à Deo, si verum est, quòd peccatum formaliter est pœna. Sed planius esset dicere, vt culpa, non est à Deo, at vt pœna est à Deo. Imò etiam in primo peccato hominis primi, vel angeli, ad illũ modũ esset disserẽdũ.

Decisio ex autore.

¶ Egò verò in re hac non aliud decerno, quã decreui in dist. 36. hoc est, fugere meũ captum, quomodò peccatum sit formaliter pœna peccantis. Etenim hanc pœnam Deus non infert, vt neq; culpam, sed sicut Deus sub culpa deserit, ita sub hac pœna deserit hominẽ, & habet se negatiuè, in pœna hac, quæ priuatiua est. Si ergo nõ infert illam Deus, si negatiuè se habet ad illam vt ad culpam, cur vt culpa non est à Deo, & vt pœna sit à Deo, me fugit. Vtinam Augustinus modum explicuisset, vt planã fecisset rem obscurissimã. At neq; Augustinus hoc vt dogma fixũ decernit. Etenim siue lib. 5. contra Iulianum, siue loco indicato exponens loca præinducta, secundũ modum explicatũ, subdit, Deum tradere in reprobum sensum, &c. siue hoc modo, siue quouis alio, nobis ignoto. Planior igitur est vulgata Theologorũ expositio, loca sacra, quæ Deum autorem culpæ præseferunt, illa secundũ permissionem intelligere. Etenim nulla culpa fieret, nisi Deo permittente. Quod ergo Esaias dixit: Excæca, aggraua, &c. idem est, ac si dixisset, permitte cæcitatem, permitte aggrauationẽ. Et permitte, pro permittes, iuxta phrasin Hebræam, quam nos in dilucidationibus ad Esaiæ, caput. 6. demonstrauimus. Item, quod Paulus ait, Tradidit, idest permisit gentium obscuritatem, & prauitatem, & ita de reliquis dicito.

DISTINCTIO trigesimęoctauę, Disputatio prima.

¶ An bonitas moralis ex fine sit spectanda.

1. Argum.

ET videbitur alicui fortasse ita esse: quia vndè capit actus suam malitiam, indè etiam expectabit suam bonitatẽ. At verò, primũ est ex fine, ergo postremum. Antecedẽs, pbat Arist. 5. Ethic. ca. 2. dicẽs: Qui

Qui adulteratur, vt lucretur, iniustus potius, quàm adulter per se dicendus est.

2. Argum. ¶ Secundò quia Aristot. 7. Policorum, capit. 14 tradit fine differre actiones potius, quàm seipsis, ergò ex fine hauriunt bonitatem moralem, & malitiam.

Argum. in cõtrarium. ¶ In contrariũ est ipsemet Aristot. 7. Politicorũ, cap. 13. Finis, ait, aliquandò bonus, at aberratur in medijs. Igitur actus non capit bonitatem suam ex fine.

Triplex bonitas actuũ ¶ Disputatio hæc, vt illustrior reddatur, quædã sunt altiùs repetenda. Est ergò obseruandũ primo actuũ humanorum triplicem esse bonitatẽ, ex genere, ex fine, ex essentia. Et vt sigillatim rem persequamur, S. Thom. in. 1. 2. q. 18. art. 2. exquirens hoc idem, quod nos exquirimus, fatetur bonitatem actus captãdam esse ab obiecto. Vt enim rerũ naturalium species, ex forma sumuntur, ita moralium actuum moralis species bonitatis ex obiecto est captanda. Et hæc bonitas est, ait, quã quidã dicũt bonitatem ex genere, modò genus vsurpetur pro specie: vt dicere solemus, genus humanum. Porrò in eadem quęstione, art. 4. quatuor distinxit in hominis actu bonitates, alteram ex genere, alteram ex obiecto, alteram ex fine, postremam ex circunstantijs alijs. Bonitatem ex genere discernens à bonitate ex obiecto. At verò in articulo secundo promiscuã existimauit esse vocẽ bonitatẽ, ex obiecto, & bonitatem ex genere, id quod in artic. 4. videtur correxisse. Etenim si confundendæ sunt istæ bonitates, & bonitas ex obiecto, est bonitas ex genere, & contrà, iam tum actus malus, vt furtum, qui iuxta Thomam in artic. 4. est bonus ex genere, etiam esset bonus ex obiecto. Id quod est falsum. Vocat autẽ bonum ex obiecto, actum, qui habet materiam sibi conuenientem, vt vti re propria. Bonum verò ex genere, ꝙ in quantũ actio, & vt habet rationẽ entis, bonum est. Et malum ex genere, quod non habet materiam conuenientem, vt vti re aliena. At malum ex genere est, ꝙ est priuatio entis, vt peccatum in quantum peccatum, est de genere malum, quia est priuatio boni. Quamuis malum nõ habet genus nisi per accidens, aut reductiuè locetur in genere boni. Cæterũ ista bonitas, est prædicamẽtalis bonitas, secundum quam omnia peccata sunt bona, ea ratione, qua sunt in genere, hoc est, in prædicamento actionis, aut in prædicamento passionis: vt scortatio, quã patit mulier. Quãuis, quia omnia peccata sunt voluntaria, ideò rectius sunt in prædicamento actionis collocanda. Et omissio pura, vt voluntaria est interpretatiuè eo modo etiã est in genere. Verũtamẽ hoc genus, est genus entis, non moris. Vnde furtũ bonum est in genere entis, non tamẽ in genere moris. Dialecticus igitur aut Metaphysicus diceret, ex genere furtum esse bonũ, quia genus entis cõsiderant, nõ mores, at philosophus moralis, ex genere dicit esse malũ, quia non habet obiectũ cõueniẽs. Versat enim rẽ alienã inuito Dño. Albertus verò Magnus ex antiquo placito in hoc. 2. dist. 36. art. 6. bonũ ex genere finit esse, quod benè & malè fieri potest. Quæ finitio, vt iacet, non est axacta. Etẽm actus indifferens, est huiusmodi, qui nõ est genere bonus. Ideoq; supplẽda est ad hãc formã: bonum ex genere est, quod bonũ ex obiecto cum sit, at benè, & malè fieri potest. Exist imo enim bonum ex genere, esse bonum ex obiecto, vt malum ex genere, idem quod malum ex obiecto. Sũt qui finiant bonum ex genere, esse bonum tale, quale ratio recta dictat, & ex eõ dictum. Nam instar generis Dialectici, est hoc bonum. Nam genus est indifferens ad varias species, ita huiusmodi bonitas est indifferens, ad bonum in speciali, & ad malum. Ita Gabriel in hoc. 2. distinct. 40. quæst. 1. Ego verò, pace illius dixerim, non ita censeo, siquidem si bonum ex genere est tale, quale recta ratio dictat, hoc est perfectè bonum morale, at verò bonum ex genere, non est perfectè bonum, vt patebit. Obseruabis igitur genus trifariàm distingui. Est genus physicum, & logicum, & poëticum. Physicum, est materia: logicum, animal: poëticum, Hercules. Physicum igitur genus transfertur ad morale genus: vt enim materia habet imperfectam bonitatẽ, & entitatem, quæ tamen perficienda restat per formam, ita actus, qui habet imperfectam bonitatem moralem, quæ expectat perfici per circũstantias aduenientes, est bonitas hæc, bonitas ex genere morali. Et sicut materia est fundamentum totius naturæ, ita etiam bonitas moralis ex genere, est fundamentũ totiꝰ bonitatis moralis. Quippè si hęc de est, nulliꝰ actus potest fieri bonus, quãtũlibet circũstãtijs bonis exornetur, vt furtũ,

Quadruplex bonitas humani generis.

Exponitur Thom.

Bonum ex obiecto, bonum ex genere.

1. Argum.

Definitio antiqua suppletur.

Gabriel nõ probatur.

Genus triplex.

bonū fieri non potest, etiam si ex bono fi ne fiat, vt inquā pauperi subueniatur. Sco tus autem quodlib. 18. artic. 1. bonum ex genere, putat esse bonum primum mora le. Nam vt genus est in potentia ad spe cies, ita bonum ex genere morale, est in po tentia ad suscipiendam speciem bonitatis, vel malitiæ ex circunstantia. At verò quia bonitas ex genere nullam aliam præsup ponit, nisi naturalem bonitatem, ideò ipsa prima est in ratione morali. Mihi tamē ma gis arridet genus physicum, vt dicebā tra here ad collationē generis moralis, quā ge nus logicum. Porrò vt enodatius hæc ha beas, scito materiam esse geminam, & secū dam, quæ differūt admodū. Etenim mate riæ primæ nulla est forma disconueniens, imò omnes illi cōgruūt, at materiæ secūdæ formę quædā nō cōuenientes, imò planè dis cōuenientes sunt. Vt semini humano, exē pli gratia, discōuenit mōstrositas, propte rea ex materia secunda patebit magis quid sit bonitas moralis ex genere. Etenim huic bonitati non congruunt malæ circūstātię, & bonę aptę sunt. Siquidem orare Deum, ex genere bonū est, quē si adduceris ora re ex fine malo, malam formam adiecisti, & disconuenientem materiæ. Propterea que dicebam esse sanè bonitatem ex ge nere, instar materiæ non primæ, sed secun dæ materiæ: quæ proxima actu est.

Materia gemina.

Bonitas ex genere est materialis bonitas.

Bonitas igitur ex genere, est bonitas ma terialis, at bonitas ex circunstantia est bo nitas formalis. Et quia materia actus est obiectum eius, ideò bonitas ex gene re, est bonitas ex obiecto, quæ est boni tas moralis imperfecta. Est autem an notandum, obiecta actuum moralium quædam esse obiecta remota, alia propin qua, id est, quædam sunt vniuersalia obie cta, alia particularia. Nam vti re propria est obiectum humani actus vniuersale, at vti vxore propria, vestibus proprijs, censibusque proprijs, particularia sunt.

[c] Obiectum remotū, obiectum propinquum.

Obiectum autem vniuersale habet boni tatem moralem valdè potentialem, & imperfectam, quippè valdè est vniuersa lis. Habet tamen suam bonitatem specifi cam, siquidem vti re propria actus iusti tiæ est, generāliter si sermo habeatur: at vti vxore propria, habet speciem comple tiorem. Nam est actus castitatis, vt vti pe cunijs proprijs actus iustitiæ commuta tiuę. At verò actus isti etiamnum habent bonitatem specificam, nondum absolu tam. Namque hæc ex accessione omnium circunstantiarum debitarum completur. Vt contrà malitia ex defectu alicuius cir cunstantiæ paratur. Potest tamē deficere, dupliciter, vel quia circunstantia mala ad iungitur actui, vt faciens eleemosynam, vt fornicetur: vel quandò debita non adiun gitur, vt qui eleemosynam porrigit nullo fine vel malo, vel bono, quando illā tene tur, exempli causa, ex fine facere bono. Prima malitia actus, contraria appellatur, secunda verò priuatiua. Colligas igitur, primam bonitatem esse naturalem, quæ est fundamentum & bonitatis actus, & malitiæ. Quia omnis actus malus, nō esset malus, nisi esset actus. Itidemque nullus esset bonus, nisi esset actus. Secunda bo nitas est ex genere, & hæc bonitas est moralis. Nam est ex obiecto. Vt enim est bonum secundum naturam, quod natu ræ conuenit, & natura appetit, ita est bonum secundum rationem, quod ratio ni rectæ congruit, & ratio dictat recta: & contrà dicendum de malo est. Quare il lud dicito esse morale bonum, quod est bonum secundum rationem rectam, id quod est obiectum actus humani. Ideò que bonum ex genere, est bonum ex hoc obiecto, vt diximus. Hæc autem bonitas ex genere duplex est, secundum quod genus duplex est, aut remotum, aut proxi mum. Postrema bonitas est ex comple mento omnium circunstantiarum. Post hæc annotabis circunstantias bifariàm ex pendendas, aut ea ratione qua sunt puræ circunstantiæ, aut secundum quod specifi cant actum. Primo modo sunt accidenta riæ actibus, at verò secūdo modo sunt acti bus essentiales. Et ne hæreas in dogmate, dogmatis capito exemplum. Est locus, cir cunstantia quædā: si igitur quispiam fura tur rem aliquam ex loco sacro, iam circun stantia transit ex circunstantia, in essentia lem formam. Nam furtum fit sacrilegium. Quippe circunstantia habet se vt obiectū actus furti; & non vt accidens furti. Vt qui certatur cum sanctimoniali, circūstantia personæ est tanquā differentia essentialis actus, quia sacrilegium est itidē circūstātia finis accidens est, at nonnunquā differētia est essentialis. Etenim, qui Ecclesiā petit ex inani gloria, actus ille est in specie superbiæ ex fine inanis gloriæ: at verò qui furatur, vt pau-

Duplex defectus circūstantiæ.

Bonitas naturalis.

Bonitas ex genere.

Bonitas per fecta moralis.

vt pauperibus eroget, vtique actus ille, furtum est, neque ex fine bono accipit speciē, aut mutat, quam habet ex obiecto malo, quia finis tum accidens est, & non differentia essentialis actus furti. Aliàs finis bonus posset actum intrinsecè malum facere bonum, id quod fieri non potest. Quanquam alleuiare illius malitiam posse, non est dubitandum. At verò si quis furatur, vt mœchetur, si furtum ordinat dūtaxat ad mœchiam, iam mœchia transit ex circunstantia in obiectum. Etenim furatur ille propter mœchiam, & non propter libidinem furandi, sed propter mulieris appetentiam, tunc sanè huiusmodi actus si interior sit, non habet speciem furti, sed mœchiæ, maximè si vno actu hic vult furtum propter mœchiam, vt verum placitum est multorum, ille actus non habet duas species diuersas, alteram mœchiæ, & alteram furti: sed tantùm est in specie mœchiæ. Etenim furtum non est volitum propter se. Quamuis actus exterior furti ex mœchia speciē furti non mutat: nam est ablatio etiam tū rei alienæ, inuito Domino. Et, vt liquet, illud furtum non est mœchia. Neque verum est, furtum mœchi, esse mœchiam, sed qui furatur, vt mœchetur, potius est dicendus mœchꝰ quā fur. Itaq; finis istemœchię, specificat actū interiorem volendi furari propter mœchiam. Siquidem furtum, est volitum propter volitam mœchiam, & vnus actus est volendi vtrunque: at actum furti exteriorem non specificat mœchia, sed eiꝰ accidēs est illum grauans. Habet nihilominus volitio illa, qua quis vult furtum propter mœchiam, malitiam furti, & mœchiæ, tametsi diximus illam esse in specie mœchiæ. Hoc enim diximus non quia non includit in se malitiam furti, at quia ratio formalis cur volitum est furtum, est mœchia. Ideò mœchia specificat totum actum: includentem alioqui malitiam furti. At verò nihil incommodi est, actum vnum, habere duas species moraliter malas. Nam si quispiam vult comedere cibum furto captum, in tempore quadragesimæ, hora non competenti, actus ille duas habet species. Est nanq; iniustitiæ, seu furtiactus, & quia soluit ieiunium, intemperātiæ actus. Cæterum quia vna malitia ab alia non pendet, ideo duas dixi habere species: at in proposito malitia furti pendens est à mœchię malitia, tanquā à ratione formali obiectiua: ideò dicebam vnam habere speciem volitionem illam. Itidem dices, si quis vult coire cum muliere, quam existimat non esse consanguineam, at verò sub ipso coitu opinatur esse cōsanguineā, & nihilominus non desistit à coitu, coitus ille duplicem habet malitiam, & duplicem speciem mali. Est enim fornicatio, & incestus. Quamuis hoc exēplum, quo quidam vtuntur, non est aptum exemplum. Nam actus interior fortè est nouus, quando apprehendit amasius amasiam hanc esse consanguineam, nouè vult hanc cognoscere consanguineam, & actus exterior, hoc est, coitus, & si secundum substantiam sit vnus, mutat tamen moris speciem: si quidem transit ex fornicatione simplici, in incestū. Nam erat fornicatio simplex, at iam est incestus.

Duplex defectus circūstantiæ.

Finis ex circunstantia trāsit in obiectum.

Bonitas naturalis.

Bonitas et genere.

Bonitas per fecta moralis.

Actus vnus habet duas malitias.

¶ His ergò annotationibus instituti, hanc primam cape conclusionem: Bonitas ex obiecto, aut malitia maior, actus bonitatē moralem, vel malitiam auget. Hæc prompta est. Etenim quò obiectū est magis bonum, eò actus est melior de se, & itidem de malitia. Vndè qui incumbit bono publico melius agit, quàm qui bono particulari: quia bonum publicum, melius est, quam priuatum, & inter priuata melius est spirituale bonum, quàm corporale bonum. Vndè eleemosynę spirituales meliores sunt, quàm corporales. At si quærat aliquis, quid ergo si est aliquis iustus, & bonus vir extremè indigens, & alius vir pessimus etiam extremè indigens, num melior erit eleemosyna quæ exhibebitur meliori? Monachus censuit magis hominem teneri subuenire pessimo, quàm optimo, quando vtrique non possumus subuenire. Etenim quando pessimo subuenitur, consulitur illi, ne corpus pereat, & anima: at quando optimo, solum corpori. At verò temerè iste censuit. Siquidem eleemosyna solū habet in obiectum per se, indigentiam subleuare. Si ergò æqua est indigentia, arbitraria est eleemosyna. Quòd verò ille pessimus damnetur, cui non fit, hoc per accidēs est. Ex obiecto igitur per se, nō ex obiecto per accidēs, actus capit bonitatē essentiale secus de accidētali. Nā dare meliori, melius per accidens est. Itidē dicito de malitia. Nā ex peiori obiecto peiorē actum esse, ne dubita. Vndè qui cupit furari centum, pejus peccat, quàm qui decem aureos nummos.

1. Cōclusio

Monachus non probatur.

Ex obiecto per se capit moralis bonitas essentialis & malitia.

Et qui vult coire cũ duabus fœminis, peius peccat, quàm qui cum vna. Et qui vult occidere duos homines, peius peccat, quã qui vnum. At verò obijcies mihi contra exemplum primum, qui ex maiori allectiuo peccat, leuius peccatũ admittit, quàm qui ex minori. At verò qui furatur cẽtum numos aureos, magis allicitur, quam qui decem, igitur minus peccat. Et benè colligeres, si maiori allectiuo non esset socium maius damnum. Quia igitur magis leditur homo ex ablatione centum, quàm decem, ideò, ex maiori læsione, malitia est maior ex furto centum, quàm ex furto decem. Vt qui coiret cum sanctimoniali pulchra magis peccaret quàm cum turpi sæculari muliere.

Maius allectiuum alleuat culpam cæteris paribus, vt pulchram qui amat, peccat minus, quàm qui turpem.

¶ Contra alia exempla etiam argutabitur aliquis, si is, qui vult coire cum duabus, magis peccat, quàm qui cum vna, igitur si voluisset coire cum infinitis mulieribus, haberet peccatum malitiæ infinitæ, vt prompta est calculatio. Itidem colliges in re homicidij. Porrò dicitò calculationẽ esse inanẽ. Etenim non æquè intẽsè homo vult coire cum duabus, atq; cum vna, neque æquè intensè vult occidere multos homicida, vt paucos: ideò non progreditur rectè calculatio. Itemque non æquè distinctè multa cognoscuntur, vt pauca, ideò etiam si obiectum dupletur, aut multiplicetur, non ad eandem proportionem augetur malitia, aut bonitas actus. Quare qui cuperet subuenire pauperibus infinitis, non potitur actu infinitæ bonitatis.

2. Cõclusio ¶ Secunda conclusio: Finis, vt intentus, semper specificat voluntatis actum. At verò vt executus, non specificat, sed est circunstantia actus. Hæc conclusio est admodum obseruanda. Nam eiusdẽ ignorantia in multa deuia à philosophia morali præcipitat. Aduerte igitur, aut recole, quod suprà ex Auerroe tradebamus. 12. Metaphysic. text. 30. Balneum, vt est in anima, mouet, & agit, vt causa efficiẽs: at vt est extra animam, vt finis. Etenim boni ratio, est finis ratio, cæterùm nihil bonũ est, vt est in anima habens esse rationis, at vt habet esse reale. Nam auarus, non fertur in pecuniam vt habet esse cognitum, quia hac ratione non explet appetitum, at vt habet esse in arca. Igitur finis vt habet esse reale, est verè finis, quia secundum hanc rationem habet esse perfectum, & bonum est, at verò vt habet esse in anima non est finis, sed obiectum mouens animam ad actionem, & quia obiectum mouens est sub hac consideratione, ideo specificat actus voluntatis, quia actus distinguntur per obiecta. Cæterùm vt finis est, & habet rationem boni, non specificat, sed finit & complet voluntatis desideria. Quapropter etiamsi in actionibus naturalibus hoc sit fatendũ, illis impartiri speciem terminum (nã motus specificatur à termino ad quem) at in motibus voluntatis non item, qui nõ specificantur à termino, ideſt fine, vt finis est, sed vt obiectum est, hoc est, vt volitum est, vel vt efficit volitionem. Nam obiectum est causa efficiens potentiæ actum: ex vulgato Augustin. verbo: Ab obiecto, &c. Ideò probè Auerroes censuit, balneum, vt est in anima, esse efficiens, at vt in re, est finis. Et quia hoc plerique Theologorum non obseruarunt, implerunt chartas, & onerauerunt libros multis impertinentibus sermonibus.

Finis vt habet esse reale, est verè finis.

¶ Tertiam iam accipe conclusionem: Finis, quamuis de se habeat specificare, at verò aliquando non potest specificare actum, quia actus non est capax specificationis recipiendæ à fine. Hæc patet. Nam qui furatur, vt inopiam pauperis leuet, & si inopia pauperis sit illi obiectũ, propter quod vult furari, at verò quia actus furandi est intrinsecè malus, ideo non est capax bonitatis, quam ex fine esset accepturus, si bonus aut indifferens esset. 3. Cõclusio

¶ Quarta conclusio: Non tota bonitas moralis petenda est à fine. Perspicua est conclusio: quia ab obiecto, & circunstantijs alijs, expetenda est. Quod verò Aristot. dixit, vt arguebatur in principio, actiones magis differre fine, quam seipsis, verum est, quia differentia ex fine formalis cùm sit potior, quàm differentia, quæ ex obiecto censenda est: quę vt non semel commemoraui, est quasi materialis, ideoque minus principalis. Neque dixit Aristot. solùm ex fine, sed magis ex fine, actiones differre, quàm seipsis. Itemque si referatur ad cæteras circunstantias: præcipua circunstantia, finis est. Namque (vt diximus) finis est mouens voluntatem ad actionem, & ideo est præcipua forma voluntatis actus. Quod si hæsitas, cur locus sacer furtum reddit sacrilegium, non tamen 4. Cõclusio

Tempus sacrũ nõ specificat: locus sacer specificat, cur ita.

men tempus sacrum. Nã qui die festo susturatur, non est sacrilegus. Dicito causam esse, quia locus sacer, est sacratus à consecratione Episcopali, quæ dedicauit locum sacris peragendis in eo: at tempus non est consecratum ex accidente sibi cohærente, vt ita dixerim, sed solum ab extrinseco dicitur sacrum: & ideò commune semper relinquitur tẽpus & sacris, & nõ sacris.

Responsio argumẽtorum.

¶ Ad argumenta in principio exposita in absolũto iam est, quid sit respondendũ. Nam Arist. non dixit adulterum, qui adulteratur, vt lucretur, non esse adulterum: sed potius iniustum esse appellandum, quàm adulterum. Nam denominatio sumitur à prẽcipua forma, quæ est circunstãtia finis, non vt circunstantia, sed vt obiectum mouens est.

Quæst. annexa.

¶ Huic tamen quæstioni est appendenda altera sine argumentorum perstrepero bombo. Quid nam sit intentio, & an sit voluntatis, an intellectus actus. Quia cætera quæ de charitate Magister commemorat, apertè ipse docet. Rudes igitur, & qui philosophiam moralem nõ callent, existimãt intentionem, & voluntatem, & propositum, promiscuam habere significantiam, vndè vsurpatur vulgò, hęc est intẽtio mea, hæc voluntas, hoc propositum, permiscentes horũ trium vocabulorum significationes. Porrò si Aristotelem consulimus, in lib. primo Magnorum moralium, cap. 18. propositum non est voluntas. Etenim voluntas est finis: at propositũ non est finis. Nemo enim proponit sanescere, at propositũ est delectus eorũ, quæ fini adipiscẽdo cõgruunt. Quapropter, quia impossibilia quæ iudicãtur, talia nemo proponit, at impossibilia volũtas amat: ideò non est volũtas propositũ. Quia propositum idem est, atq; delectus, indeq; traxit nomẽ, Aristotele autore, quia vnũ, vel plura cæteris prępo nuntur, & pro alijs eligũtur. Vndè neq; propositum est intentio, nam intẽtio est finis, propositum verò mediorum. Oportet autem scire intẽtionem Latinis vsurpari pro intensione, cui opponitur remissio, & relaxatio. Item intentio, est scopus, & institutum, in quod intenditur. Est autem intendere Latinis, inter alia, applicare animum ad aliquid, illudque conari. Vnde voluntatis conatus ad finem consequendum, est voluntatis intentio. Conatus autem hic, est actus eius. Dixit autem Bonaventura quæst. vltima huius distinctionis, verbum hoc, intendo, ex duobus conflari, ex præpositione, in, &, tendo. Præpositio autem, in, duplicem potest denotare habitudinẽ, aut conuersionis potentiæ in obiectum, vt visus tendit in lucem, aut, non solum cõuersionem in obiectum, sed tendentiam in finem vltimum, tanquam in quietantem. Vndè docet aliud esse intendere in hoc, aliud tendere in illud. Nam primus sermo conuersionem potentiæ cuiuslibet, siue rationalis, siue naturalis denotat in suum obiectum. At sermo posterior solùm cõgruit rationali potentiæ, vt tendit in vitam beatam, quæ sola animum rationalem poterit sedare. Porrò autem hæc obseruatio non est certa: siquidem Latinis promiscuus est vsus, intendo in hoc, tendo in hoc, intẽdo ad hoc. Neque est necessarium quod intentio sit solum ad finẽ vltimum, imò est etiã de fine non vltimo. Vndè dixit Arist. in lib. 1. Magnorũ moraliũ. cap. 18. actiones humanas ex duplici nomine deprauari posse, aut ex mala intentione animi, aut quia prauum est opus. Artis verò opera ex intentione mala viciari nequeũt, sed ex praua operatione tantum. Nam refert nihil siue prauo, vel candido animo domum fecerit artifex, modò ædificium rectè fiat. Patet igitur intentionem non esse coarctandam ad finem vltimum. Conamur enim etiam ad fines alios præter vltimum. Intẽtio igitur est actus voluntatis ad finem, nõ absolutè, sed vt assequendum per media, vt qui amat sanitatem, vt per medicamenta aut exercitia corporalia adipiscendam, hic sanitatem dicitur intendere: electio verò est mediorum ad finem: voluntas verò est finis absolutè sine relatione ad aliud, vt amare sanitatem, volũtatis est actus: & quãdo fit sine relatione ad media, voluntas dicitur, non intentio, quæ est efficax actus voluntatis in sanitatem assequendam, vel quemuis alium finem, quem assequi sibi præstituerit voluntas. Et probè S. Thom. in. 1. 2. quæ. 12. artic. 1. voluntatem dixit quadrifariam se gerere ad finem, aut absolutè, vt qui amat sanitatem, pecunias, literas &c. & hoc voluntas dicitur: secundò: vt cum, quiescit in fine adepto, & hæc quies, fruitio, appellatur. At vt tendit in finem, vt assequendum per media, & istud intentio est. Aut denique volendo media ad adeptionem finis, & hoc electio est. Itaque electio

3. Cõclusio

4. Cõclusio

Propositũ non est voluntas.

Intentio quid.

Bonaventura non probatur.

Voluntas ad finem quatuor se gerit modis.

ctio incipit ex medijs: intentio exorditur ex fine. Et hęc de nomine dixisse sufficiat. Ad quæstionem autem propositam, concordes sunt Albertus Magnus in dist. hac, & Thomas loco prænotato, & Bonauētura, intentionē esse actum volūtatis præexigentem actum intellectus. Vt liberū arbitrium vtrumq; comprehendit: & cōsensus vtrunq;, complectitur. Quamuis essentialiter est actus volūtatis. Intētio igitur est intellectus, vt demonstrantis finē, & ordinātis media ad finē, at est volūtatis, vt volentis finem, & se mouentis ad illius cōprehēsionem. Bruta autem, & cętera omnia, quę rationis sunt expertia, propriè non intendunt. Nam intēdere, est se applicare ad aliquid faciundum, & illud conari: at bruta non se agunt ad fines adipiscendos, sed agūtur ex naturæ impetu, ideò propriè nō intendunt finem. At verò quia agunt naturalia omnia propter finem, ideo omnia intendunt finem, ad quē diriguntur ab ipso Deo, vt sagitta intēdit scopum nō ex se, sed quia dirigitur à sagittario. Ita irrationalia dirigūtur ab intelligentia nō errante, ideo certiores habent operationes, & assequutiones suorū finiū, quā homines, qui sæpè deficiunt à fine recto, hoc est, virtute, aut ęgrimonia, hoc est, dolore, nam ex difficultate in assequenda virtute deterrentur homines, & ab illa desciscunt, aut ex volūtate excedētes à virtute defraudant, vt Aristotelis meminit loco prænotato, magnorum moralium. Ex dictis colligas facilè cur intētio appelletur oculus, & lumē. Matth. 6. ex intellectu enim hoc habet, quem includit.

Intētio oculus & lumē.

Distinct. 38. Disputatio. 2. ¶ An intentio, & electio sint actus vnus, an diuersi.

Argum. 1.

IT videbitur alicui forsitan non esse actus vnus, sed prorsus diuersi. Etenim nihil est causa, & effectus: nihilq; potest causare seipsum. 3. de Trinitate August. meminit. At verò intentio est causa electionis: igitur si vnus actus sunt, idem causat seipsum.

¶ Secundò nihil idē potest esse gaudiū, & tristitia: amor, & odiū: at verò nōnunquā odio habemus propter amatum finem, vt quia diligo amicum, odio prosequor amici inimicū: si ergò vnus est actus medij oditi, & finis amati, iā vnus act⁹ est odiū, & amor. Itē infirmus tristatur ex potione amara, & delectatur ex sanitate, &c. Argum. 2.

¶ In diuersum est Aristoteles qui. 6. Ethic. cap. 8. vnum esse tradit habitum principiorum, & conclusionis, quem vocat sapientiam. Ergò ex paritate rationis, vnus erit actus mediorum, & finis, quandò media amantur propter finem. Nā finis in practicis, est tanquā principiū in speculatiuis. 7. Ethic. cap. 8. Disputatio hæc cōfessam habet decisionē apud vetustiores Theologos. Nā Tho. 1. 2. quæst. 12. art. 4. persuasū habet dogma istud, verum esse vnico actu amari finem, & media propter finem. Etenim quandò vnicum est obiectum: formale plurium, illa vnicum actum habent. Nā ex obiecto formali est vnitas actus, vel diuersitas. At verò, etiam si plura sint media, quando tamen omnia amantur ex vno fine, vnicam habent rationem formalem: & ideò, & si materialiter sint plura amata, at formaliter vnum est, quod amatur. Quippè vbi vnum propter aliud, ibi tantū vnum, ex topico documento. Et hoc placitum est satis vetustum. Nam eiusdē meminit Magister sententiarum dist. hac: & Durandus amat hoc Thomæ placitum quæst. 3. At verò Gregorius Ariminēsis in primo lib. sentent. dist. 1 quæst. 1. ar. 2. non hoc probauit placitū. Cuius istę sunt sentētię: Plura possumus amare, vel odio habere ex actu vno. Etenim possum vnico actu cōfusaneo vniuersitatē rerū amare, & totā ciuitatēvnā, vnico amore cōfuso amare, aut odio habere. Secunda: At ordinatim diligere media propter finē ex vnico actu, fieri nequit. Hāc probāt argumēta in principio huius disputationis posita. Tertia est: Item neq; habitu amando finem, poterit vnico actu diligere voluntas media & finē. Vt si quis orat, nihil cogitās de Deo actu, sed orās ex habitu, & cōsuetudine orādi, hic nō habet vnū actū diligendi Deū, & media: qa solū habet actū diligēdi media, nō finē, quē ex habitu tantū diligit, dū orat. Et Gabriel existimat Gregorium intellectū iri, vnico actu diligēdū finē, & media, quādo finis ex habitu diligit, tūc act⁹ medij, est itē de fine, dist. Arg. in dī. uersum.

Sententiæ deceptæ ex Gregorio.

dist. 1. quæst. 1. primi Sentent. Et hoc decernit Gabriel, vt conciliet Greg. cum suo Okam. At verò Greg. hæc cōciliatio non est grata. Siquidem apertè diffitetur, etiam quando ex habitu diligitur finis, vnū actū esse de medijs, & fine. Et equidem non est commentum hoc à Gregorio recens inuētum, siquidem eiusdem meminit Magister in litera. Et in disceptatione ista Magister hæret: & ideo problema esse censuit dogma istud. Porrò autem ego subscribēdum censeo Thomę & alijs vetustioribus Theologis. Et duas accipe conclusiones decisorias. Prima esto.

decisio quę stionis.

1. cōclusio. ¶ Quando finis per se & absolutè amatur, & media absolutè, idest, non propter finem, singula proprijs actibus gaudent. Hoc perspicuum est, & indubitatū. Nam contingit amare sanitatem absolutè, sine relatione ad media, & tunc non est idem actus finis, & mediorum, imò neque tunc est intentio, neq; electio. Item si principia absolutè habeas, intellectus est: si conclusiones credas collectas ex habitu principiorū, scientia est: quę duo sunt diuersa.

2. cōclusio. ¶ Secunda conclusio. Quando amatur finis propter media, aut media propter finē, ex vnico actu amatur, & non ex duobus, vt quando actu scimus cōclusionem, & illi assentimus propter principia. Hæc conclusio deducenda est ex Aristotele lib. de sensu & sensili, vbi ait, eundem esse motum in imaginē, & in rem, cuius est imago. Ita que imago quādo cōsideratur, vt imago Petri, verbi causa, quando cognoscitur, vt imago Petri, illa notitia imaginis, est notitia Petri. Itaque imago Petri bifariàm adUerti potest, aut vt est spectrum, & idōlum quoddam, & hac ratione eius notitia in ea sistit, & non est notitia Petri: alio verò modo, vt Petrum refert & hac ratione vnica est notitia imaginis, & Petri. Et eadem est absoluta, vt est Petri, & relatiua, vt est imaginis, & eadem intuitiua, vt est imaginis, & abstractiua, vt Petri, qui in imagine repræsentatur. Vt nihil miretur Gregorius, si vnus actus est electio, & intentio: vnus fruitio, & vsus: vnus intensus, & remissus: intensus nempè est actus voluntatis, respectu finis, & remissior respectu mediorum. Imò Gregorius existimat notitiam intuitiuam specierum, quæ sunt locatæ in phantasia, esse abstractiuam rei, quam species sensiles repræsentant. Quòd si hoc potest vis sensoria vnico actu ferri in imaginem & rem, cuius est imago, quæ se habent tanquam medium, & finis, (nam imago est medium cognoscendi rem, cuius est imago) voluntas, quæ est longè sublimior potentia, cur hac præclara dote orbabitur? Nescio. Quibus accedat Aristot. 3. Physi. libro tradens, eandem esse viam à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas: & eādem esse viam ascensus, & descensus, solumque hæc differre ratione. Nam vt est à medio, ascensus est, vt est ad medium, descensus. Quamobrem intentio est motus voluntatis à fine ad media, estque instar descensus: & electio est motus voluntatis à medijs ad finem, estque instar ascensus. Quare idem secundum rem sunt intentio, & electio, tametsi secundum rationem differūt, vt liquet. Igitur quando volumus media propter finem, vnus erit actus, non duo: secus si media absolutè volumus, vnde dixit Augustinus lib. 11. de Trinitate cap. 6. alia est voluntas videndi fenestram, & videre per fenestram transeuntes. Ad argumentum primum dicito nihil colligere. Etenim non est idem causa sui ipsius. Non est enim intentio causa electionis: at finis intentus est causa electorum mediorum. Namque quia intendimus finem, ideò eligimus media propter finem. Et ad eūdem modum idem est actus, qui est amor, & odium collatus ad diuersa, idem actus, vsus, & fruitio, quamuis aliud est obiectū vsus, aliud fruitionis. Idē actus est quo intensè amamus finem, & non tam intensè media. Idem actus rursum est, qui causat delectationem, & tristitiam. Nā eodem actu amamus Deū, & detestamur peccata propter Deum. Qui actus cū sit amor, & odium: vt amor est, delectat: vt detestatio est, contristat. Imò etiam Gregorius hoc idem debet fateri, siquidem simul homo diligit Deum, & detestatur peccata propter Deum. Et quamuis duo sint actus isti Gregorio, at simul sunt, ideò quę est necesse simul in homine tum esse delectationem, & tristitiam ex diuersis. Neque mireris, si hæc, quæ retulimus, quæ videntur contraria, vni actui cohæreant simul. Etenim magis habent in proposito naturam relatiue oppositorū, quā contrariorum. Sunt autē relatiuè opposita, quæ eidem competere possunt sub rationibus diuersis, vt idem duplum est, & dimidium. Secundum quam rationem dici to eum

Sententiæ decerptæ ex Gregorio.

Gregorius refellitur.

Exponitur Aristoteles

Relatiuè opposita possunt simul de eodem prædicari.

to eundem actũ esse vsum, & fruitionẽ, &c. ex respectib⁹ diuersis, & ita de singulis alijs iam commemoratis. Quamobrem non probabis Gabrielem loco indicato dicentem dictionem hanc, propter, iam significare habitum, iam actum. Si habitum, tum vnico actu possumus diligere creaturam, & Deum propter creaturam. Nã ex habitu diligendi Deum, non cogitato etiam Deo, possumus diligere creaturã propter Deum habitu dilectum: at si dictio, propter, actualem causam dicat, putat fieri non posse diligere vnico actu creaturam, & Deum propter creaturam, timens ne idem sit causa suiipsius. Tu verò dicito siue habitum denotet, siue actum, dictio causalis illa, propter, ex vnico actu fieri potest Deũ diligere propter se, & creaturam propter Deũ. Sed, ais, igitur si sunt multi fines subordinati ad vnum finem, num omnes illos fines, & media vnico actu diligere possumus: at, esto finis præcipuus sanitas, grãtia huius sunt multa media, quæ inuicem sunt fines: vt ægrotus disponit ex intenta sanitate campum petere, vt euellat herbas medicas, & illas euellere, vt decoquat & illas decoquere, vt catapotium faciat, & hoc, vt bibat, &c. Tu dicito quòd vnico actu hæc potest homo velle, quia habent rationem vnius volibilis. Quamuis actus ille in multos directus fines huiusmodi, confusaneus est, & non ita distinctus, vt si esset vnius finis, vel paucorũ. Sed, ais, nõ est vna ratio appetendi in fine, & medijs. Etenim, exempli causa, potio amatur, quia est causa sanitatis: at hæc ratio non est in sanitate, quia nõ amat sanitas, quia est causa sanitatis. Hoc sanè sophisma est, quod Gregorius fefellit. Ideò dicito sanitatem, non esse causam sanitatis, at esse causandam ex potione, ideòque est ratio sanitas, cur ametur potio, & sanitas vna ratio est mediorum, quę amantur ex sanitate. Nam si exquiratur ab ęgroto, cur illa amet, dicet, propter sanitatem. ¶ Demum circa verba Magistri differẽtia, si omnium bonarum voluntatũ est vnus finis, aduerte ex Aristotele. 10. Ethic. cap. penultimo, fælicitatem esse operationem optimam, & ex habitu optimo, & de obiecto optimo, ad quam sequitur delectatio optima. Itaq; felicitas vt est ipsa operatio optima, habet rationẽ finis, quia ratio optimi, est ratio finis. Et obiectum huius fælicitatis, quia optimum est, itidem habet rationem finis, & habitus, vndè fit illa operatio optima, habet rationem finis, etiã quia optimus est. Quamobrem Deus est obiectum vnum, & finis vnus omnium bonarum voluntatum, & ipsa beatitudo itidem est finis, tanquam qua Deo cõnectimur. Et habitus charitatis, tanquã ex quo Deo cõnectimur est suo modo finis. Verũ quia operatio, habitusque, & delectatio ab obiecto hauriunt suam bonitatem, inde prima ratio finis omnium bonarum voluntatum in Deo est, qui est omnia in omnibus.

Gabriel nõ probatur in. 1. sent. dist. 1. quæ. 1. dub. 2.

Argumenta Greg. solluntur.

Exponitur Magister.

DISTINC. trigesimænonæ, Disputatio prima.

¶ Quæ sit peccati præcipua origo, num intellectus, nũ voluntas.

ET videbitur alicui fortassis, intellectus esse primaria culpæ origo. Etenim peccati pæna dãni, est carẽtia diuinę visionis, at hæc pæna est intellectus, & non voluntatis: nam voluntas (siquidem nõ est potẽs cognoscere) nihil punitur, quia orbatur ex eo, quod habere ex naturâ non potest. Nã quis diceret hominẽ mulctãdum in eo quod volatum nõ habeat? Ergo si intellectus mulctatur ex maxima dãmni pæna, ipse est culpatum origo. Argum. 1.

¶ Secundò idem videtur colligendũ, quia in voluntate non est culpa, nisi vel quia intellectus errat, aut non cõsiderat, quia omnis malus est ignorans. 3. Ethic. Argum. 2.

¶ Rursum, hęresis, est in intellectu, & nõ in voluntate, quæ tamẽ est seminariũ multorum criminum. Argum. 3.

¶ In diuersum est August. lib. de vera religione cap. 14. Nemo, ait, peccat, in eo quod vitare non potest, igitur potentiæ animæ, quæ Arg. in contrarium.

quæ necessariæ sunt in functionibus suis absoluẽdis, nõ sunt primarię origines peccatorũ, sed illa sola, quæ in sua potestate habet actum suum, hæc autẽ sola est volũtas. Ergo, ex volũtate pullulat primariò culpa, indeq; quasi ex voluntario fonte in cæteras animæ dilabitur vires.

Volũtas, est prima origo culpæ.

¶ Disputatio hæc decisionem habet certã, quæ dubio procul est, voluntatẽ esse primam originẽ omnium culparum, quia ipsa sola libertate potitur: cæteræ vero animæ vires, siqua gaudent libertatis vmbra, ab ipsa voluntate, vt à fonte primitiuo, deriuant, vndè ad peccatum absoluendum non est necessarius delectus, quem vocat Aristot. propositum, vt suprà annotabamus, neq; est necessaria consultatio. Sed satis est ad peccatum, quod spontaneum sit, vel quod liberum sit.

Spontaneũ & deligibile non idẽ.

¶ Potest autem esse spontaneum, & liberum citra delectum, & consultationem, vt Aristot. tradidit lib. 1. M. M. cap. 19. Nam sedere, stare, deambulare, nobis spontanea sunt, & non deligibilia. Quare dixit: Omne deligibile, esse spontaneum, non tamen cõtrà, omne spontaneum esse deligibile, hoc est, quod deligatur, & delectum habeat. Est autem obseruandum, ad peccatum absoluendum antecedere necessariò mentis operationẽ. Nam nihil volitum, quin præcognitum. Et ideò præexigit voluntas ducatum ex ostensione obiecti, quã illi parat intellectus. Habet quoq; voluntas, postquam culpam admisit, cõcupiscentiam sensus, quæ ex voluptate, quã subministrat, volũtatis assensum, aut dissẽsum auget. Verùmtamen voluntas est tanquam primum mouens, ideòque omnis motus culpabilis in eam, vt in primum mouens, refertur. At nihil de studioso modò actu. Quamobrem si ignorantia, aut error, aut in cõsideratio in intellectu culpabilia sunt aliquando, non primò dandum est vicio intellectui, qui libera potentia ab intrinseco non est, sed voluntati, penes quam est tota actuum moralium potestas. Ideò quædam ignorantia dicitur culpabilis, quia affectata est, alia verò quia crassa atque iners est: & ambæ istæ voluntatem includunt, quia alteram imperat harum voluntas, vt affectatam, aliã verò deponere contemnit, vt crassam, quam alioqui debuisset à se abigere. Vndè non credere euangelio, si pura sit negatio, & nihil habeat admistum, voluntatis culpa non est: quale est in infantibus, aut in ijs, si qui sunt, per quos non stetit, quominus crederent. Lege sanctum Thomam. in. 2. 2. quæst. 10. artic. 1. Primò igitur mala culpanda est voluntas, dein verò ignorantia, vel error, &c. in intellectu, quæ à mala voluntate malitiam imbibunt: postremò concupiscentia, quæ culpabilis est, vt rationem participat. Nam dixit Aristot. in fine lib. primi Ethic. virtutes esse in parte animæ sensitiua, quatenus est rationẽ participans: & itidem dicito de vitijs. Hoc autẽ nomẽ ratio, nõ purũ actũ mẽtis denotat semper apud Arist. at nonnunquã volũtatẽ includit. Participare igitur rationẽ, est voluntatis gaudere participio. Cæterùm priùs deriuatur voluntarium in intellectũ, quã in concupiscentiã. Et enim intellectus, est agnata magis potentia volũtati, quã sit cõcupiscentia, quæ alterius est naturę, quã volũtas, quia brutis etiam germana est. Est igitur culpa in voluntate, vt in mouẽte primo: in intellectu verò, vt in mobili primo: in concupiscẽtia in mobili secundario. Et quia mobilia motũ participãt ex motore, reliquũ est, vt reliqua voluntarium participent ex voluntate, secundũ magis, aut minus, vt præscriptum iam est. Est aũt modò sermo de peccato propriè, quã nostri dixere culpam. Natq; si peccatum vsurpetur, vt significat quencumque defectum, vt Aristot. 2. Physi. vsurpat artis defectum, vocans peccatũ: itẽq; naturæ vitia, hac ratione planũ est, peccata esse in intellectu, & potentijs sensitiuis, & non ex volũtate. Vt natiua ignorantia mentis, quæ est tanquam oculi natiua cæcitas.

Voluntas, ratio, cõcupiscentia.

Exponitur Aristot.

¶ Ad argumenta supereſt respondere. Primo dicito, carentiam diuinæ visionis esse pœnam, quia orbat Dei fruitione, quæ voluntatis est actio.

Responsio argument.

¶ Secũdo dicito, ignorãtiã intellectus, aut incõsiderationẽ, nõ esse culpandã, nisi ex culpa volũtatis. Nihilominus potest volũtas sine ignorãtia, vel incõsiderationeintellectꝰ culpã admittere ex sua libertate, quæ sibi intrinseca ex natura sua est. Ideò quis volũtas aliũdè nõ instigetur, neq; defectꝰ sit in dictamine intellectꝰ, ipsa poterit ex suo placito nõ eligere, quod eligendũ erat, aut contrà agere. Etenim in sua libertate nõ pẽdet ab intellectu discurrente, aut dictante, quia ex natura sua sui iuris est, & ad quodcũque

Volũtas est libera ex natura sua.

Penes volũtatem est actuũ moralium potestas.

Argum. 1.

Argum. 2.

Argum. 3.

Arg. in contrarium.

cumque voluerit, porriget se. Et si duo obiecta illi proponantur æqualia prorsus in bonitate, & cæteris circunstãtijs ex natiua libertate, poterit preeligere alterum alteri: vndè illud, sic volo sic iubeo, sit pro ratione volũtas. Quãuis Damascenus in lib. 2. de fide orthodoxa cap. 24. preferat rationem esse causam libertatis. At verò subintelligere oportebit, voluntatem ex varijs rationibus varios habere motus, non tamen quod libertatem suam essentialẽ hauriat ab intellectu. Probat autem quod dixi quia angelus primus peccauit ex mera sua libertate, non ex preuia ignorãtia, aut inconsideratione, itidemque homo primus. Et hoc decreuit Henricus in quodlib. 1. quæ. 16. &. quæst. 17. Et nobis fuit probatũ dogma, quãdo de angeli peccato disserebamus. Et suprà multa egimus contra Durandum de libertate voluntatis, quæ huc non sunt vocanda, quia, occidit miseros crãbe repetita magistros. Postremo notato, processum culpæ hunc esse.

Progressus ad culpam qualis.

Primò namq; obiectũ ostensum ab intellectu, mouet voluntatem. Nam etiam si diximus voluntatem esse primum mouens, intellige intrinsecum mouens. Nam primũ mouens absolutè est obiectum ostensum, & si hoc non necessariò mouet voluntatẽ, at se mouet voluntas ad illud liberè secundo verò gradu proceditur ad culpam ex delectatione, & titillatione, quam proritat obiectum, & tandem fit peccati consummatio, quando illi voluntatis nostræ fores patẽt ex consensu. Hos gradus aduertere poteris in muliere illa Prouerb. 7. quæ occurrit adolescenti habitu meretricio, hæc est obiecti ostensio: & deosculatur iuuenẽ, hęc est ex obiecto delectatio: & tãdem ait, Veni, & fruamur, hoc ad consensum pertinet. Nos de re hac multa disseruimus in declamationibus ad Esaiam, ideò istis supersedendum est.

Hæresis vt sit in culpa habẽti, qd poscat.

¶ Tertio argumẽto respondebis, Hęresim culpabilem duo comprehendere, & errorẽ contra fidem, & contumaciam voluntatis: vnde si nulla esset contumacia in voluntate, sed sincera obedientia erga Ecclesiæ catholicæ iussa, etiam si esset error in intellectu, non de hæresi esset homo arguendus, hoc est, non esset errans hæreticus. Et quãuis ille error esset hæresis, at non esset inurenda erranti, si ignorans inuincibiliter errabat. Aliud igitur est errare in ijs, quæ fidei sunt, aliud est esse hęreticum. Verùm tamen qui in manifestarijs fidei articulis errat, censendus est continuò hæreticus. Hic namq; non potest obtendere ignorantiam. Nam in foribus quis peccat? vt vulgatum est ex Aristot. prouerbio. Ideòque huiusmodi sine admonitione fraterna deferendi sunt ad inquisitoriam censuram, de qua re alibi commodior erit sermo.

Annexa quæstio prior.

¶ Porrò autem est annexa quęstio, nũ voluntas poterit malum eligere, etiam num sub ratione mali. Etenim quidam recentiores Theologi opinantur, voluntatem ex sua ordinaria potestate, semper velle bonum: aut si malum, sub ratione tamen boni. At verò si de absoluta potestate voluntatis tractetur, posse fatentur voluntatem velle malum etiamnum ex mali ratione. Persuadentur in hanc sententiam, quia libera est voluntas, ergò velle, & nolle sub quacunq; ratione poterit. At verò ego in hanc non ibo sententiam. Etenim intellectus non potest cognoscere ipsum nihil, nisi ex affirmatione. Nam priuatio ex habitu dignoscitur, & negatio per affirmationem: at verò voluntas ita se habet ad malum, vt intellectus ad nihil: quapropter non poterit malum amari à voluntate, nisi ex affirmatione boni. Vndè Augustinus lib. 3. de libero arbitrio cap. 7. rem hanc disserit, proferens in medium eos, qui se interimunt. Nam multi fuere huiusmodi, vt Lucretia, Cleopatra. Iudas, &c. Isti ergo mortem oppetierunt, at verò & si malum amauerunt, cæterum non ex ratione mali, sed sub ratione boni. Nam etiam si isti credidissent animas interituras simulcum corporibus, adhuc bonum expetebant se interimendo. Siquidẽ hoc auebant ex morte tædia superare vitæ. Theombrotus autẽ Platonicus ille discipulus, vitæ immortalis desiderio pellectus, se præcipitem dedit, vt mortalis vitæ damna immortalis vitæ lucro, vt opinabatur, commutaret. Et demũ nullus est, qui hoc in seipso nõ experiatur se bono semper inhiare. Et nullus est peccatorum, qui peccatum amet, nisi ex apparẽti lenocinio boni. Lege volumen Decret. 15. quæst. 1. cap. Merito. Nam bonum est, quod omnia appetunt, & beatos esse se mortales omnes exoptant, fugiuntque miseriam. Potest quidem voluntas suspendere actum suum, vt bonum non velit, quippe quæ libera est libertate cõtradictionis,

Voluntas quidquid amat ex vero, vel apparenti bono amat.

quod

quod alij vocant esse liberam quoad exercitium actus. Nempè quia potest velle,& non velle. At verò,si actum habuerit,necessariò erit sub ratione boni, ideòque non est libera ad hoc,vt malum velit,vt malum est.Quia hac ratione non est volûtatis obiectũ:vt liberum mihi est claudere oculos, vt non videã lucem,vel colores.Porrò si lumina aperiam, lucem necessario videbo, vel colores &c.Ex istis habeto, voluntatẽ nolentem aliquid, illud nolle sub ratione mali. Nam contrariorum eadẽ est disciplina.Nam si vult sub ratione boni, ergo nolit sub ratione mali veri vel apparentis, est necesse. At obijcis,dictãte intellectu opus præcepti,voluntas potest illud nolle, sine aliqua ratione mali,sed quia displicet illud opus facere,non facit, igitur nõ est necessaria ad nolendũ ratio mali. Hãgestus lib. Mora. cap.2. hoc suasus argumento putat ita esse voluntatem,posse velle,& nolle citra rationem boni,aut mali.Porrò argumẽto dicito,voluntati quando displicet opus bonum præcepti ex apparenti ratione mali displicere,vt,verbi causa,quia difficile est vt auaro displicet restituere,quia difficile sibi est proprijs spoliari pecunijs&c. Quæris fortasse,voluntas aliquando vult indifferẽtia,vbi nulla est ratio boni, vel mali, vt siquis vult leuare festucam. Item volumus hominem esse,& iuuat cælum,& astra videre.Respondere,necessariam esse rationem boni non super moralis, sat est boni naturalis, vt qui leuat festucam ad emundandum dentes.

Voluntas sub ratione mali nult.

Annexa quæstio prior.

Voluntas quidquid amat ex ro,vel apparenti bono amat.

¶ Posterior annexa quæstio est, quid velint hæc vocabula, synderesis, (aut rectius synteresis) & conscientia, quæ sunt recepta in vsum Theologorũ,& Sanctorũ.Quorum vocabulorum significantias differens Albertus Magnus in summa Theologica. 2.parte.quæst.99 .articulis vltimis, censet synderesim,esse intellectiuam vim, quæ iudicat de principijs practicis vniuersalissimis, vt est, quæ iudicat neminem lædere, &ius vnicuique suum tribuere,& id genus reliqua vniuersalia,quæ practica sunt principia: quæ citra discursum perspicua sunt cunctis mortalibus. Vt enim est mens contemplatrix, quæ principia theorica nemine docente complectitur,vt quodlibet est, aut non est,principiũ theoricum est, quod quiuis sine discursu probat,ita etiam mens habet insitum ex natura practicis quibusdã principijs assentire.In quibus notionibus humana mens in vicinio est angelorũ. Angeli enim discursibus non indigent ad quæ intelligunt:vndè humana mens angelicas refert mentes, quantum ad notiones has vniuersalissimas.Ideòq; hoc est supremum animæ intellectiuę,ex quo refert mẽtes angelicas.Existimat autem hoc esse dogma S.Hieron.in cõm.ad Ezechielẽ cap.1. edisserẽtis quadrifidũ illũ animaliũ vultũ, quem cernebat Ezechiel. Refert enim bouis vultũ ad concupiscibilem:vt leonis, ad iracibilem:hominis verò ad rationalẽ partẽ:aquilę deniq; ad synderesin. Et Glossa, synderesim vocat, rationis scintillam.Conscientiã tamen voluit esse iudicium,vel habitum iudicandi de cõclusionibus particularibus practicis,deductis ex principijs vniuersalissimis. Quare distinxit inter hæc, intellectus,synteresis,lex naturalis,cõsciẽtia. Nam lex naturalis est obiectũ, de quo est synteresis,idest,dictatum à synteresi,& synderesis est dictamẽ ipsum.Verũ intellectus absolutè nominat ipsam potentiam intellectiuam : at synteresis eundem denotat intellectũ,vt iudicantem naturaliter id,quod lex naturalis vniuersaliter, & citra discursum.Et Glossa edisserens verba psal. Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.Hoc naturale iudicatorium nobis insitum per lumen hoc subintellexit. Et Paulus etiam ad Rom.2. hanc synteresim insinuat dicens,in gentibus esse opus legis scriptum in cordibus earum. Hanc sententiã est amplexus Thomas vt ferè est moris eiꝰ tãti Magistri tueri placita. Habes in.2.sentẽt.dist.hac.Et in.1.par.quæst.79.art.12. vbi credit synteresim esse natiuum lumen intellectus ad principia practica vniuersalia.Et illam vocat habitum inditum, nõ potentiã. Quia potentia rationalis est ad opposita, at synteresis, non est ad opposita. Veruntamen quia lego in Arist.6.Ethic. cap.6.intellectum esse habitum principiorum, & vtique Aristoteli non est habitus aliquis innatus, quia anima nostra creatur tanquam tabula rasa: arbitror synteresim quoque esse habitum principiorum practicorum non innatum, sed acquisitum ex primo assensu circa vniuersale practicum principium. Quare Gabriel non loquutus est ad Aristotelis mentem, dicens synteresim esse potentiam.

Secunda quæstio annexa.

Synteresis quid.

Visio Ezechielis exponitur.

Quid conscientia.

Dist.39. quæst.1.

¶ Porrò autem Alberti & Thomę placito, quod

In dist.hac. quæst.2.

quod est antiquum placitum, multa colligunt. Etenim synteresis, & conscientia, sunt regula actuum humanorum: igitur sunt in intellectu. Namque intellectus est dirigere voluntatem in actibus suis. Et dixit Aristot. 3. de anima, practicam rationem esse geminam, & vniuersalem, & hanc non efficaciter mouere ad actionem, vt qui iudicat pauperi esse subueniẽdum: aliam verò esse particularem, & hanc efficaciùs mouere, & instigare actionem, vt huic vlceroso pauperi subuenire oportet. Synderesis igitur est ratio practica vniuersalissima, at conscientia ratio practica particularis. Bonauent. autem non est hanc ingressus viam. Namque putat synteresim non pertinere ad intellectum: at synteresis illi est inclinatio ad honestum bonũ, nõ ad vtile, vel voluptificum. Quare synteresis brutis non adest. At conscientiam vocitat complexum ex ratione vniuersali, & particulari. Itaque vtrumq; comprehẽdit, & synteresim, & conscientiam, quas appellabant Albert. & Tho. Henricus etiam quodlib. 1. quæst. 18. testatur conscientiã non esse rationem rectam, vel erroneam. Nã conscientia, & synteresis sunt idẽ Hẽrico. At apud illũ synteresis electionẽ denotat. Quia existimat synteresim cõflari ex syn, & hęresis, quasi dixeris coelectionẽ. Nam hęresis Grecis est electio. Quare docet, conscientiã nõ solũ significare rationis iudiciũ, sed inclinationẽ etiã ad opus. Non solũ in vniuersali, sed in particulari. Quãobrẽ nõ ratio recta laudẽ promeretur, at conscientia bona laudi datur. Et conscientia idem est, quod simul scientia, hoc est, scientia iuncta cum opere. Hæc est illi vocabuli proprietas, quamuis impropriè putat rationem practicam esse conscientiam. Et Henricus ex vsitato loquendi vsu hanc sibi parauit Theologiam. Namque si fingas hominẽ literatissimũ, & Theologię sciẽtissimũ si malè operatur, nemo dicet illũ cãdidam habere conscientiam. Et Durãdus non abhorret ab hoc placito quęst. penultima huius dist. At verò isti autores decepti sunt ex ignorantia Gręcanicæ vocis. Falso enim crediderũt synteresim deriuari ab hæresi. Nam nihil minus quàm ab hæresi. Etenim, synteresis, denotat Gręcis obseruationem, & custodiam à verbo, syntereo, quod Gręcis significat, custodio, vel, seruo. Sed, obsecro, quid hæc habet cũ etymologia, quam isti autores exposuerunt? Ideòque fuit illis occasio errandi, vt docerent synteresin, esse inclinationem natiuam, ad bonũ honestum, vt etiã Alexander Halensis. 3. par. Summæ, quæst. 27. membro. 2. artic. 3. autumat synteresim esse instinctũ naturalem voluntatis impellentis ad bonum.

Gemina est ratio practica vniuersalis & particularis.

Henricus de synteresis.

Hęresis Grecis est electio.

Deceptio ex ignorantia Gręcanici sermonis

Porrò autem censeo synteresin, & conscientiam ad intellectum pertinere, siue dixeris esse habitus, siue actiones mentis. Quamuis si habitũ dixeris synteresim, est principiorũ practicorũ habitus. Et eodẽ modo dices quo intellectũ dixit Aristoteles esse habitum speculatiuorum primorũ principiorum. Probatam autem habeo hanc sententiam. Etenim testari, accusare, iudicare, quæ sunt synteresis & cõscientiæ functiones, non sunt appetitus, sed intellectus. Vndè dixit Quintilianus lib. 4. Institut. orat. prouerbialem esse sententiam, conscientiam esse milletestes. Hæc enim, vt Salomõ dixit, nemine persequente, & nemine damnãte, damnat. Aitenim. Impi⁹, nemine persequente, fugit. Hocq; interno teste nemo nocens, absoluitur: etiã iudice externo absoluente. Et Paulus ad Roman. 9. ait: Testimonium mihi perhibente cõscientia mea. Igitur si conscientia est, quæ testatur, testari autem non est voluntatis elicitiuę, sed intellectus, synteresis, & conscientia nõ sunt instinctus, aut inclinatio voluntatis, sed ad intellectum pertinent. Cæterùm conscientia, & synteresis differũt. Etenim synteresis semper recta est, quia vniuersalissima est, ideòque libera est ab omni errore, vndè rectè dicitur synteresis, hoc est, custodia. Hæc namque custodit veritatis æternæ in humana mente participationem. Nam & si obrutus sit homo peccatis innumeris, semper hæc synteresis vera est. Mens enim etiam diabolica in vniuersalissimis principijs practicis non errat, sed certam habet notitiam, atque iudicium de agendis in vniuersali. Imò & damnati omnes. Igitur vniuersalis hæc notio incolumis semper perseuerat, & nullis inquinamentis maculatur, tanta est puritas eius, & efficacia. Porrò conscientia, quia particularis est, errans sæpè est: vndè tu colliges necessariò esse mentis iudiciũ, conscientiam: siquidem iam falsa, iam vera est. Et verum, & falsum sunt in intellectu. Intellectus namque ex synteresi, ex conscientia

Decisio quæstionis.

Cõscientia milletestes.

Conscientia & synteresis differũt.

scientia sit consul,& ductor voluntatis: at magis ducit intellectus voluntatem rationalem,quàm synteresis. Nempè quia particularis est & actiones sunt circa particularia. Occines autem mihi forsitan ex multis colligens synteresin ex impietate obrui sepè. Etenim Hieronym. cõm. Epistolæ ad Titũ docet,impios & peruersos homines bonã mentis sementem, quæ naturaliter habet notitiam Dei,inani persuasione perturbare. Et Esa. 5. Væ vobis, qui dicitis, malum, bonum, &c. Et Prouerb. 18. Peccator, cũ in profundum peccatorum venerit, contemnit. Et illud etiam. Lætantur cùm male fecerint,& exultãt in rebus pessimis, & rursum,si mores gentium consideras, hoc idem persuasum iri videbitur. Namq; adulteria multis non sunt peccata, vt apud Indos orientales, quos Calecutios vocitant. Item furta apud alios. Apud Iapones masculinus coitus vitio non datur sacerdotibus, quibus vituperabilis fœmininus est concubitus. Et ad hũc modũ sunt innumera,quæ referre esset superuacaneum. Quæ videntur indicare synteresin extinctã esse quibusdam. Porrò hæc nihil officiunt præscriptis. Etenim synteresis est de vniuersalissimis, & horum notio semper vera est. At in deductione vniuersalium ad particularia est totus error. Hæc enim notio synteresis est,nulli facienda est iniuria. At excipit Saracenus, nisi fidelibus, quia fideles sunt hostes,ideò non fit illis iniuria, aut si fit, est promerita. Est synteresis, non est furandum,at excipit ratio particularis errans,non furabor, nisi à furante. Similiter de adulterio,synteresis est, nõ est adulterãdum, excipit ratio particularis errãs, si ex adulterio maior pax seruat reipublicæ,melius est vxores esse cõmunes,&c. Et loca sacra,quæ citauimus,& alia multa, quę idem sonant,nõ de synteresi intellige, sed de pessima peccatorũ conscientia,quę dictat plures deos esse,& alia abominabilia. Et obserua lib. sapientiæ cap. 5. damnatos dicere. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis. Istud sanè synteresis est officium. Si ergò damnatio non abigit synteresin,neq; in viatoribus desiderabitur. Quamobrem, non ab re dixit Dionysius cap. 4. de diuinis nominibus in dæmonibus naturalia persistere splendidissima,id quod satis attestatur nostræ sententiæ, quæ est antiqua sententia, synteresin habitum esse principiorum practicorũ vniuersaliũ. Etenim inclinatio diabolica pessima est,& ex statu damnationis corruptissima. Quia si velint bonum, non ex bono volunt,sed ex seminario malo,vt voluit ille Epulo apud inferos. Nam sibi consulẽs, solicitus erat ne consanguinei simul deuoluerentur ad barathrum. Lucæ. 14. vt nos suprà docuimus. Est sanè inclinatio naturalis bona dæmonum, & sociorum, at hæc obruta est,& admodum sopita, ne se prodat ad honestum bonum. Affectus namq; illorum est adeò corruptus, vt inclinationẽ natiuam opprimat. Quòd verò inducebatur in fauorem diuersi dogmatis, conscientiam bonam appellare vsum loquentium conscientiam incorruptã. Dicito cõscientiam bonam bifariam esse intelligendam,aut bonam,hoc est rectam,& hac ratione,etiam hominis perditissimi si rectam habet conscientiam, ideſt rectè monentẽ, bona est cõscientia. Quia eius bonitas,est eiusdem veritas. Cæterum quia autore Aristot. morales veritates non discẽdę sunt,vt sciantur,sed vt agãtur, propterea moralis conscientiæ veritas,nõ dicitur hac ratione bona,quãdo nõ agitur, quia nõ habet suã moralem perfectionem, quia bonũ habet rationem perfecti. Synteresis igitur extingui nequit,& errare nequit, quia nõ est de circũstãtijs modò,videlicet agendi,aut persona,aut loco,aut tempore,aut fine. Hæc enim ad rationem practicam referuntur: sed sua vniuersalitate contenta est. Ideò ab errore aliena semper est, & æquo currunt pede intellectus, qui est habitus principiorum speculatiuorum,qui quidem circa illa decipi non potest, quippe quæ per se nota sunt,& synteresis, quæ est habitus circa practica principia per se nota. Et si oculatè dispexeris, Guillelmus Altisiodor. in. 2. lib. tractat. 12. cap. 2. qui est vetustior citatis omnibus, placiti nostri etiam est.

Prouer. 2.

Decisio quæstionis.

Cõscientia millies est.

Conscientia & synteresis differũt.

Damnatus affectus corruptus opprimit inclinationẽ natiuã ad honestum bonum.

Synteresis nequit extingui.

Distinct. 39. Disputatio. 2.

¶An cõscientia erronea obliget habentem.

1. Argum. HOC videbitur alicui fortasis conscientiam errantem habentem nõ obligare. Etẽ si quis credit errans circuncisionem adhuc obligare, vt ij, qui sub presbytero Ioanne degunt, credunt, si obligatur huiusmodi ad circuncisionem ex conscientia errante, & aliâs obligatur ex veritate ne circuncidatur, iam simul obligabitur duabus obligationibus contradictorijs. Vnde in lege Dei erit perplexitas, & esset lupum auribus tenere.

2. Argum. ¶ Præterea si conscientia erronea obligat, cum conscientia erronea sit quædã priuata lex, plus poterit priuata lex, quã lex publica quę est diuina. Hoc autem falsum est. Quòd verò plus possit, probabis. Nam dictante errante conscientia quicquã contra præscriptum diuinæ legis, errata conscientia contra Dei legem est exequenda.

3. Argum. ¶ Rursus consequens est, si erronea cõscientia obligat, ergo Saracenus obligatur ad seruandum suum Alcoranum, & Iudæus ad obseruandum suum Iudaismum, & idolatra ad cultum idoli. Nam omnes isti ex conscientia erronea premuntur.

Argum. in cõtrarium. ¶ Indiuersum est Pauli locus ad Roman. 14. Qui autem discernit, ait, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide: omne autem quod non ex fide, peccatum est: & Glosa eiusdem loci. Qui agit, ait, contra conscientiam, ædificat ad gehẽnam.

¶ Disputatio hæc non est inutilis, quæ vẽtiletur. Nam plurimi scire refert quantum pondus habeat error nostri intellectus in discernendis practicis. Ideò obseruabis primum conscientiam erroneam, vel errantem, eam esse, quæ falsò dictat de agendis. Nam in speculatiuis nullus error,

Conscientia erronea quid. conscientia est erronea, vt ex prædictis patet. Conscientia igitur erronea nonnunquam dictat opus bonum, vt qui iudicat se teneri ad religionem, qui tamen verè liber est. Aliquandò dictat opus indifferens tanquam necessarium, vt ætate Pauli quorundam erat conscientia erronea, dictans abstinendum esse ab idolothitis. 1. ad cor. 8. & abstinendum esse à carnibus, & vescendum tantum oleribus ad Roman. 14. Demum nonnunquam conscientia erronea aliquandò malum dictat, vt Saracenica conscientia, quæ Alcoranũ dictat obseruandum. Ex quibus planum est agere secundum conscientiam erroneã, nonnunquam non esse malum, vt qui putat se astringi ad religionem alioqui liber: hic, si profiteatur religionem, nihil mali facit. Aut qui se teneri credit frequentare cãpos, si frequentat, non periclitatur animæ salus ex conscientia erronea. Porrò autem dubium, quod premit, est, quando conscientia malum dictat, & fit sermo de malo criminali modo. Et est indubitata Theologorum assertio, huiusmodi cõscientiam obligare. Itaque qui contra illam agit, crimen admittit, vt qui putabat sæculo Pauli abstinendũ fore ab esu carnium, comedens carnes, peccabat criminaliter. Et hoc erat Pauli institutum, ad Roman. cap. 14. docere huiusmodi homines sub illa conscientia astrictos, nihil posse agere cõtra illam. Quare, inquit, qui infirmus est, olus manducet. Vocat infirmum, laborãtem huiusmodi erronea conscientia. Et eadem res commemoratur. 1. ad Cor. 8. de esu sermonem habens idolothitorum. Durãdus dist. 40. infrà quæst. vltima, litigat non esse verum conscientiam erroneã obligare, quia obligatio tantũ est ex lege diuina, vel humana publica, ideòq; mauult dicere erroneã conscientiã ligare. Et Hangestus lib. moralium suorum cap. 7. itidem docet, neminem teneri ad cõscientiam erroneã, stãte erronea conscientia. Quanquam stante erronea conscientia, qui cõtra agit, peccat, at non tenetur ex illa. Porrò sciscitor ab illo, si peccat, vndè peccat? Nã si nõ tenetur ex illa, non peccat contra illã. Et ideò malè carpit Thom. in cõm. ad Gala. cap. 5. tradẽtem hominem teneri ex conscientia erronea. Et idem sapit hac dist. Ego verò dixerim, neminem ex conscientia erronea obligari, aut ligari simpliciter, quia hæc obligatio est ex lege publica nõ priuata lege, qualis est errans conscientia, imo neq; priuata est lex, sed præsumptã falsò lex. At verò est obligatio secundũ quid obligatio hæc, ex errore qui factus est tãquã lex, quãdiu ex errore legis laruã induit cõscientia hæc. Habes tamẽ sententiã hãc Theologorum decre-

Exponitur Paulus.

Obligatio duplex simpliciter, & secundum quid.

decretã, extrà de restitutione spoliatorũ, in cap. Literas. & 28. quæst. 1. cap. Omnes.

Peccatur cõtra legẽ veram, & contra præsumptam.

Dupliciter igitur peccare contingit, & agendo contra legem Dei veram, & contra legem præsumptam, quæ est conscientia erronea. Erratur porrò in dictamine huiusmodi bifariàm, aut dictando falsum non tanquã præceptum, sed tanquam consilium, vt is qui apud se dictat, expediens esse furari à diuitib⁹ malis, vt erogetur pauperibus bonis. Alio verò quando dictat falsò esse præceptum, vt qui dictat apud se circuncisionem esse seruandam. Atqui iuxta priorem rationem qui agit contra conscientiam, non peccat. Etenim tunc solum peccatur, quandò conscientia laruata est lex, nõ laruatũ cõsiliũ, vt prædicebã.

Primum dubium.

¶ Hæsitas forsitan, dictante erronea cõscientia in quadragesima liberè vescẽdũ est carnibus (quæ est erronea conscientia hæreticorum huius æui) non potest hæreticus agere contra illã. Etenim hæreticã supponimus dictare cõscientiã carniũ esum esse sub precepto modo in quadragesima cũ cęteris circũstãtijs. Namq; ad agẽdũ volũtas semper eget ducatu intellectus: at verò sub hac conscientia erronea nullus est ducatus intellectus ducẽs voluntatẽ ad nõ vescẽdũ, imò prorsus ducit, vt vescatur. Quomodo ergo poterit agere cõtrà. Hoc dubiũ premit eos, qui partes ducũt Thomæ, credentis necessario voluntatẽ ducendã ex intellectu, seu in bonum, seu in malũ. Ideò Durãdus fatetur neminẽ posse dissentire ab erronea conscientia actuali, benè tamen habituali. Vt hæreticus memoratus distract⁹ ex aliqua causa à suo dictamine poterit agere contra dictamẽ, quod habitu cõceptũ habet. Et ita de reliquis. Nobis verò nõ facesit negotiũ hæsitatio hæc, vt suprà satis cõmemorauimus. Nã voluntas ex sua libertate potest agere cõtra cõscientiã, & cõtra ducatũ intellectus. Et nulla inconsideratione, & nulla ignorantia presso intellectu, imò sub omni scientia, & consideratione potest cõtrà agere ita in bonis, vt in malis. Et sicut rectè dictante intellectu potest contrà venire, ita malè dictante, actuali etiam dictamine.

Exponitur Paulus.

Obligatio duplex simpliciter, & secundum quid.

Secũdũ dubiũ de scrupulis.

¶ Etiam vocant in dubiũ an scrupus, sit cõscientia erronea. Porrò scrupus nihil ad cõscientiã erroneã. Scrupus enim nõ est dictamen practicũ. Namq; qui scrupo agitur, nõ certitudine agitur, sed dubitatione. Est enim scrupulus motiuum quoddam, vexãs mentem de actis, vel agendis: tamet si Caietanus in opusc. velit scrupulum esse etiam ex affectu, vt exintellectu. Cui ego non subscribo. Verùm (vt planè disseratur de scrupulo quid sit) scito Latinis scrupũ esse lapillũ offendentẽ: ex sua asperitate tangentẽ: & diminutiuũ est scrupulus, & est calculus, qui pedi immistus, dolorẽ incutit suo allisu. Medicis verò scrupulus, oboli duo sũt. At Latinis scrupulus, anxietas est, & solicitudo, capta metaphora ex calculo premẽte pedem. Quamobrẽ quãdò dubiũ subrepit, quod habentẽ solicitat, & angit, scrupulus est. Quòd si non solicitat, neque angit, non est scrupulus, neq; scrupulosa tũc mẽs est. Quamobrẽ sola motiua cõtra id quod mẽte iam decretũ est, nõ sunt scrupulus: quandò neq; solicitãt, neq; vexant mentem. Etenim Theologi multa habent argumenta contra fidei articulos, at verò tantisper dum quietam gerũt mentẽ, scrupulos non habẽt. Porrò quando motiua inquietant, iam tunc scrupuli sunt, quia sua vexatione vocabulum promerentur. Censuit autẽ Gerson tractatu. 3. de pœnitẽtia huiusmodi scrupulos trifariàm pendendos. Aut enim sunt probabiles, imò probabiliores, quàm oppositum, & tunc non est agendũ contra illos, vt qui hæsitat si cõfessus est crimen, & multò sibi verosimilius est, non esse cõfessum crimen, cõfiteri tenetur. Rursus si in æquilibrio animum teneat, & tam verisimile est vnum, vt alterũ, itidem tenetur confiteri. At verosimilius sibi si est, confessum fuisse crimẽ, quã non esse cõfessum, id temporis agẽdũ est cõtra scrupulũ. Thomas verò quodlib. 8. quæst. 13. cõtrà asserit. Existimat enim etiam si probabilior sit vna pars, quàm altera apud habentem, nihilominus non est agendũ contra probabilitatẽ alterius partis, quæ minus est probabilis, vt qui certò apud se statuit, se posse duab⁹ frui prębẽdis, nihilominus nõ cesset improbabile illud nõ esse licitũ, huiusmodi ex Thomę placito, ex scrupulo alteram tenetur præbendam dimittere. Et Adrianus quodlib. 2. subscripsit Thomæ. Nam in dubijs pars securior amplectẽda est. Vnde ait, si medicus ex canonibus medicinalibus, ægroti, quem curat, censet scindendã venam, at verò ex alia parte sibi videtur consultius esse nõ scindere, si scinderit venam, vnde ęgrotus diem clausit extremum,

Gersonis placitũ de scrupulis.

Quãdoque licet agere contra scrupulum.

mum, peccasse docet medicum mortaliter. Porrò contra hanc sententiam est capitulum. Inquisitioni: de sententia excommun. vbi iubet Papa contra dubium subditum, an sit vxor, necne, reddendū esse debitum. Et re vera qui habet duas præbendas, & putat sibi licere, & ex altera parte scrupulo agitur, non peccat agens contra scrupulum, quem ipse gerit, minus probabilē sibi; at fortasis peccat ex conscientia erronea, ex qua credit sibi licere duas habere præbendas. Et medicus prefatus nō peccat, non scindendo venas, contra scrupulū suū, quia ipse fecit quod actis erat, quæ certior erat, quā dubius euentus ex scrupulo suo. Et qui ad spectacula taurorū se cōmittit fidens sue dexteritati, & celeritati, & quia sæpè tauros est aggressus securò aggressū, nihilominꝰ interit impetitus à tauro. Vtiq; hic aggressus nō fuit peccatū mortale. Etiā si dubius semp est. Cęterū quia lōgè probabilior erat affirmatiua hæc, aggressus iste securus est, q̄ pars altera, non est aggressus securus. Ideò agēs hic aggressor cōtra scrupulū, non peccauit. Necq; verū est q̄ cōmittere se periculo semper sit crimē, sed periculo admodum probabili. Alioquin omnia essent periculosa, & euitāda. Nauigatio enī periculosa est, & natatio, & ars fabrorū lignariorū, & latomorū etiā periculosa est, quibus incumbit culmina domorū, & ædificiorū scandere, vndè sæpè se præcipitio dant, &c. Et demum in causis agendis, nūquam, aut ferè nunquam est postrema resolutio in causas suas, vt ita nulla restet dubitatio, aut scrupulus ex agendis, quia, quę sciuntur, est minima pars eorū, quæ ignorantur. Ideoq; huiusmodi scrupuli sunt cōtemnēdi, quādò probabilior multò est pars quæ eligitur. Et demū non amat periculū, qui certò credit quod agit esse securū, etiā si non habeat illud, tanquā certissimum, vt nulla prorsus extet dubitatio residua.

Committere se periculo, non semper peccatum est.

¶ Tertium esto dubium, vtrum sit peccatum maius agere secundū erroneā conscientiam, an contra illam. Dubium hoc nō est simplex, ideo non simplici donandum est responsione. Etenim conscientia erronea iam dictat id, quod bonum est, & nō errat in dictando bono, sed in modo dictandi. Quia dictat tanquā necessariū, quod solū est expediens, vt qui iudicat sibi necessariā esse cucullam. Iā verò dictat q̄ est indifferens, iam verò quod est malum, vt qui errā do credit sibi infirmo necessariam esse fornicationē, quā si non admiserit, existimat homicidā sui esse. Vel etiā si nō hoc dictet sub reatu homicidij, errat tamen quia sub alio respectu credit fornicandum esse, exēpli causa, gratia obtinendę prolis, vel aliās. Iam igitur multa sunt expendenda in re hac. Quando enim erratur primo modo liquet agere cōtra conscientiam, esse crimē, & agere secundum conscientiam errantē non esse crimen, vt si indueret cucullam. Item quando indifferēs præcipitur ex cōscientia erronea. At in tertio casu varia res est. Namque qui putat fornicādum sibi esse sub reatu homicidij, si secus fecerit, perspicuum est, huiusmodi, si egerit contra conscientiam, grauiùs peccare, quā si egisset secundum conscientiam. Quippè agēs ex conscientia erronea, fornicationē admittere: at agens cōtrà ex reatu homicidij inuoluitur. Saracenus errantem habens cōscientiam Alcoranum suum illum cōstringere ad odium fidelium, si nō obstante conscientia sua erronea, placet sibi Christiana gens, & amat illā, vtiq; agens cōtra cōscientiam suam peccat minus, quàm agens secundū illam peccaret. Oportet igitur obseruare quale est opus, quod conscientia erronea dictitat, & quomodo dictat, & cōferre cū opere cōtrario dictamini: & vtrunq; æqua librare lance, vt rectè discernas vtrum sit grauius agere secundū erratam cōscientiā, an cōtra erratam. Quare Basolis decernēs. 39. huius, esse maius peccatum agere iuxta conscientiam erroneam, quàm contra, quia qui agit iuxta erroneam, agit contra Dei legem, non tamen qui contra conscientiam facit erroneam, inabsolutam sententiam decreuit. Quia (vt aiebam) non semper errata conscientia dictat aduersus legē Dei, & quanquam dictet contra Dei legē, nonnunquam grauiùs agitur contra illam quàm secundum illam, vt in exemplo fornicatoris demonstrauimus.

Tertiū dubium.

¶ Quartum esto dubium: Ecquid si iudex certo scit, hūc, quē testes damnāt, & suggillant de homicidio, non esse homicidam, iā iudex damnans hunc innocentē, agit contra conscientiam, at verò non peccat, quia tenetur secundum allegata, & probata hūc damnare, quem testes probant homicidam esse. At dicito non agere iudicem cōtra conscientiam, si ipse rectè agere nouit. Etenim conscientia iudicis est hæc in casu

Quartū dubium.

casu hoc: Ego non secundum visionē oculorum meorum, aut iudicium meum damnare debeo hunc hominem, at secundum testium probationes: ideò non agit cōtra conscientiam, imò secundum veram conscientiam. Similiter & confessarius, qui indubitatò credit contractum, quem pœnitens sibi sub confessione exponit esse vsurarium, at verò nouit etiam apud alios esse rem dubiam, si pœnitens id temporis noluerit hærere placito confessarij, poterit confessarius hærere placito pœnitentis, neque aget contra conscientiam. Etenim hęc conscientia vera est, pœnitentem hunc absoluere possum, iuxta opinionem suam, quæ probabilis illi & multis alijs est, etsi mihi indubitatam habet falsitatem.

Soluuntur argumenta in principio obiecta.

¶ Supereſt argumēta in principio proposita absoluere. Et primo dices, legem Dei nullam offundere perplexitatem in agendis. Etenim lex Dei est immaculata, conuertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Cæterum perplexitas accidit ex errore humano, quem homo tenetur à se abigere, & ita nō erit perplexus, vt Saracenus agens secundum Alcoranum peccat, & agens cōtra peccat, quia censet se ex Alcorano teneri. Ex hypothesi hic perplexus est. At verò credat Euangelio & omnis perplexitas subducetur.

¶ Argumento secundo respondebis, non plus posse conscientiam erroneam, quàm diuinā legē. Etenim lex diuina obligat hominem ad expellendam conscientiam erroneam, & adhuc quandiu viget error in homine agens secundum suum errorem, peccat, quia agit contra legem Dei. Nam quamquam ex hypothesi constringatur sequi suum errorem contra legem Dei, at sequens peccat, si error sit aduersarius diuinæ, aut humanæ legis.

¶ Tertium diluitur, si dixeris Iudæos, Saracenos, idololatras, simpliciter non teneri ad seruandos errores suos, imò ad depellendos, verùm quandiu viget in illis conscientia erronea ex sua perfidia tenentur ex illa, & agentes iuxta illam peccant, & contra illam etiam peccant. Obseruabis autem nonnunquam conscientiam erroneam esse ex ignorantia inuincibili, nonnunquam ex ignorantia vincibili. Primi esto exemplum. Iacob, qui credebat Liam esse propriam vxorem: & habuit conscientiam erroneā, hæc est vxor mea. Putat autem Iosephus ignorasse Iacob vxorem ex ebrietate lib. Antiquitatum Iudaicarum. Exemplum secundi habet in filiabus Loth, quæ crediderunt incestum ex paterno coitu licitum illis fuisse, ne mundus periret. Istæ habuerunt conscientiam erroneam ex ignorantia vincibili.

Quartū dubium.

Conscientia erronea duplex.

Genes. 29.

Genes. 19.

Iam ergò Iacob habens conscientiam erroneam ex ignorantia inuincibili, agere tenebatur secundum erratam conscientiam: & sic agens non peccauit. At verò si contrà egisset, peccasset. Nam error ille inuincibilis, ex peccato aliàs, fecit non peccatū. Verumtamen filiæ Loth, agentes iuxta erratam conscientiam, incestuosæ fuerunt, & peccarunt, & si egissent contrà, maius peccatum admitterent. Namque ex errore ex coitu illo incestuoso propagationē humanam, siue hominum seruandum genus existimabant. Et ex errore suo fecerant omissionem illius incestus, grande fuisse homicidium, quia non seruare humanum genus, occidere erat. Contingit autem aliquandò agere ex conscientia erronea, esse veniale peccatum: at agere contra, esse mortiferum. Vt qui censet se teneri ad mendacium ad seruandam hominis vitam si non mentitur mortaliter peccat: at si ex conscientia errata mentitur, veniale admisit. Est enim mendacium hoc officiosum, modò iuramento non firmetur. Vides ne quanta sit vis conscientiæ erroneæ, vt faciat aliquando ex materia criminis, non esse crimen? Nempè si inuincibilis est. Et nonnunquam ex indifferenti faciat materiam præcepti, aut ex consilio, materiam necessariam. At verò contrà facere nequit. Namque consilium, semper est consilium: & præceptum, præceptum, quamuis error aliud dictitet.

Hæc obserua.

DISTINCTIO quadragesimæ, Disputatio vnica.

¶ Num extēt aliqui actus indifferentes.

1. Argum. IT videbitur forsitā alicui nullus esse actus indifferens. Etenim vel homo agit ex ratione recta, aut cōtra illam. Si ex illa, actus bonus moraliter est: si contra illam, iam malus est. Ergo nullus humanus actus indifferens est.

2. Argum. ¶ Rursus si actus est, humanus est, igitur voluntarius, ex voluntate deliberata, & rationali. Si ergo rationalis est voluntas, vel habet rationē rectam, & ita erit bonus actus, iuxta illam elicitus: aut non habet, & erit malus.

3. Argum. ¶ Præter hæc, ita censendum est de factis, vt de verbis. At verò verbū est ociosum, ꝙ caret pia vtilitate, aut iusta necessitate, vt Gregorius docet in homilia, & Basilius iti dē, tractans verba Domini, Matth. cap. 12. De quocunq; verbo ocioso, ꝙ loquuti fuerint homines, &c. aut verbū esse ociosum, quod non ædificat, & si sit bonum. Igitur omnia facta similiter erunt ociosa, quæ nō diriguntur ad bonum finem: at verò si mala sunt acta, quæ non diriguntur ad bonū finem, igitur nullus est actus indifferens inter bonum, & malum. Siquidem inter hæc duo non intercedit medium, aut dirigitur, aut non dirigitur actus in bonum finem.

Argum. In diuersum. ¶ In diuersum est Hieronymus scribens Augustino in hæc verba. Bonum est continentia, oppositum est luxuria: inter vtrū que indifferens, ambulare, digerere, &c.

Distin. 41. quæst. 1. ¶ Disputatio hæc hinc, & istinc habet controuersos assertores. Etenim Gabriel suo hærens Okam, distinguit inter actus indifferentes, alios tradens esse intrinsecè indifferentes, alios verò extrinsecè. Vocat intrinsecè indifferentes, qui neque boni sunt moraliter, neque mali: at ijdem numero persistentes non possunt mutari ex non bono, in bonum, aut contrà. Et vt hominis sententiam teneas, quæ alioqui Okamistica est, scito apud hunc autorem ad bonitatem actus moralem, non sat est actum esse elicitum iuxta rationem rectā, imò oportet, vt eliciatur, propterea quia ratio illum dictat recta. Itaque qui vult, viso paupere, illi subuenire, actus hic vti- que consonus est rationi rectæ, verum vt sit bonus moraliter, oportet velle eleemosynam porrigere pauperi, quia ratio dictat recta. Et hoc vocat actus ille in obiectum suum. Iam verò hic actus, volo eleemosynam porrigere, nihil agens de ratione recta, est intrinsecè indifferens, quia nō est malus moraliter. Siquidem consentaneus est rationi rectæ, at neque bonus est, quia sibi deest non esse elicitum, quia recta ratio dictat ita volendum. At verò hic actus non potest fieri bonus moraliter, quia si velis statim subuenire pauperi, quia recta ratio dictat, iam alius est actus, & non primus. Nam mutasti obiectum, ideò alium necessariò habebis actū, vt isti philosophantur. Est porrò extrinsecè indifferens, qui idem numero manens, ex nō bono moraliter, poterit fieri bonus: vt actus exterior, qui est eleemosynæ porrectio. Nam si primum extēdebam manum ad pauperem nihil cogitans, quia ratio dictabat recta, at solùm ex miseria hominis motis visceribus, tunc sanè non erat actus bonus moraliter, at verò, si aduertens magis porrigens eleemosynam in actus prosequutione porrigit, quia ratio dictitat recta pauperi subuenire id temporis, ex nō bono moraliter, ille actus exterior fit bonus moraliter, quippe qui imperatur ab actu nouo bono moraliter. Ab hoc nempe, volo huic inopi succurrere, quia ratio recta dictat. Et quamuis actus exterior vnus perseuerat numero, qui prior erat, at interior est alter, vt diximus ex horum sententia autorum. Fatetur igitur hoc decretum, actus indifferentes humanos. Nā isti actus prænotati, deliberati sunt, proindeque humani sunt actus. Ego verò huic nō subscribo placito, siquidem ad actum meritorium nullus Theologorum credit esse necce-

Act⁹ intrinsecè indifferens, & act⁹ extrinsecè indifferens.

Gabriel, & Okā refelluntur.

necessarium, vt fiat ex charitate, & quia charitas dictat. Nam satis est si virtualiter fiat propter Dei charitatem, & si nō actua liter, vt ipse etiam num fatetur, dist. præno tata. Et rursum, rusticos quis dicet non habere actus bonos moraliter, & alios idiotas? At verò rarissimi sunt eorū, qui apud se hoc agant, quando studiosa exercēt ope ra, illa in quam agere, quia recta ratio dictat. Neq; callent vocare rectam rationem in obiectum suorum actuum. Scotus verò in dist. 41. actus indifferentes etiam concessit, quanquam non ex ratione priorum autorum. Namq; alia via incessit. Probat enim actus indifferentiam. Quia virtus fit ex actibus studiosis, non studiosè factis, vt iustitia fit ex actis iustis, at nō iustè factis. Et isti actus non sunt boni moraliter, quia nō fiūt à virtute: neq; mali sunt moraliter, quia ex illis fit virtus. Rursum ait, genita virtute, actus multi sunt indifferētes, quip pè non est necesse virtutem semper opera ri in studioso, aut illa semper vti: sed quandò necessitas exegerit, vt irruente tentatio ne, &c. Itaq; apud Scotū indifferētia actus est, quia neq; studiosè, neq; vitiosè fit, etsi alioqui bonus ex genere sit, vt iusta facere, si non iustè, neq; iniustè fiant. Porrò au tem hanc indifferentiam non quærimus modò, quæ est impropria indifferētia, quia congruit operibus ex proprio genere bonis, & est impropria indifferentia. Et non ineptè colligeret quispiam cōtra Scotum, verba ipsius in eundem intorquens. Ait enim ex actibus indifferentibus ingenera ri habitum indifferentem. Respondens enim argumentis ita docet: at verò si perte operationes iustæ (verbi causa) ex quibus producitur iustitia, sunt indifferentes, igitur iustitia est habitus indifferens, & est cō sectarium, nullā posse in nobis ex actibus studiosis generari virtutem. Thom. autem in. 1.2. quæst. 18. art. 8. & art. 9. Et ante eū Alber. in dist. hac distinxerūt actum homi nis ab actu humano. Namq; actus hominis sunt ab homine procedentes, siue sint deliberati, siue citra deliberationem, vt videre, audire, tāgere, &c. Actus hominis sunt, qui sępè fiūt citra deliberationem, quare & communes sunt homini cum brutis. At actus humani sunt deliberati actus. Isti ergò sunt actus humani. Primos autem facilè fatentur esse indifferentes, quia ex indeliberatione procedunt. Posteriores verò distinguūt, & ex specie fatentur esse indifferentes: tu intellige cum Thoma negatiuè, hoc est, non habent speciem ex natura sua moralem, vt leuare festucam, ire in campū, ędificare domos, &c. At verò in indiuiduo semper habent moralem speciem. Hoc est qui in campum vadit, aut deliberatè festucam leuat, aut domum ædificat, aut quid vis aliud deliberatè fecerit, vel bona est actio moraliter, aut mala. Nam si deliberatè facit, ex fine facit: si ex fine facit, vel bono, & bona est actio: vel malo, & mala est actio. Hæsit opinioni huic Durandus, Maior, & Gregorio Arimineus, dist. 41. huius. Quamuis hic autor ex principio altero du xit hoc placitum. Existimat actum omnē deliberatum non esse indifferentem, quia necessariò fit ex intentione finis: at verò si actus intentio est Deus, est recta intentio, & bonus erit actus, si aliūdè nō deficiat: at si deficit intentio vltimi finis, malus est actus. Vndè colligit quod dixerat dist. 26. in eodem. 2. libro, actus infidelium, hoc est ignorantium vnitatem diuini numinis, quales erāt idololatrę, fuisse peccata, vt suo loco dissertum est contra eundem. Porrò autem Scotus, & Thomas satis inuicē pugnant. Nam Scotus quantum ex dist. hac, & in quodlib. 18. & in. 2. distin. 7. quæst. vnica, colligere licet, putat actum non esse indifferentem ex obiecto, sed solùm ex circunstantijs. Itaq; nulla est indifferentia ex genere actus, quia genus actuum moraliū necessariò vel bonū, vel malum est. Nam si congruit rationi, bonum est: si non congruit, malum est. Porrò erit indifferentia ex circunstantijs. Etenim non semper circunstantiæ sunt debitæ generi actus, sed aliquandò non sunt debitæ. Et quando nō sunt debitæ, si non apponantur, non vitiant actum: at si sunt necesariæ circun stātiæ, si non admoueantur, tunc actus est vitiosus. Quare exhibere eleemosy nam, non ex malo fine, & si non exhibeatur ex bono, non est vitium actus, quando ad finē bonum pręstituēdum non est obligatio. Et quantumcumque actus priuetur bonitate finis, alioqui nō necessario, nō est malus, qui nihil habet contrarium bonitati debitæ sibi.

¶ At Thomas indifferentiam fatetur ex genere actus, & rectè: siquidem leuare ex pauimento festucam, neq; est actus cōsentaneus rationi, neque dissentaneus à ratio-

Scotus de actib⁹ indifferentibus.

Dist. hac quæst. 1.

Exponūtur Scotus, & Thomas.

Scotus non probatur

Scotus, & Tho. pugnantes.

nē. Et bonitas ex genere est cōsensus actus cum ratione, vt malitia, dissensus. Diffitetur autem indifferentiam ex circunstātijs. Itaque ex diametro pugnant isti autores, quod est illis familiare. Censet igitur Thomas nullum actum esse in indiuiduo, siue actu deliberatum à ratione, qui sit indifferens: Etenim necessariò voluntas deliberans habet finem sibi præstitutum, qui si bonus est & aliæ circunstantię debitæ nō desiderentur, erit bonus: si verò priuatur debito fine, hæc sola priuatio finis facit actum malum, & ociosum, vt dixit Albertus artic. 4. loci indicati. Quia non est ad finem. Et hoc aperit iugulum quæstionis. Etenim apud Thomam sola priuatio finis, quia non dirigitur actus ad finem, facit actum malum, etiam si nulla relatio sit ad finem malum, id quod Scotus vocat malitiam contrariam. At verò Scotus priuationem finis, quando finis nō est necessarius, censet non facere actum malum. Thomas verò censet actui semper esse necessarium finem, si deliberatus sit: aliter enim si fine orbatur, ociosus est, quia non est gratia finis, vt arguebatur in principio de ociosis verbis. Quia igitur omnia agunt gratia finis, voluntas quoque, quādo delibertatè agit, debet finem habere sui actus, si nō habet, peccat. Et sicut materia simul atq; priuatur vna forma, necessariò formatur ex alia oppositā, ita act⁹, simul atq; priuatur finis bonitate, sequitur malitia actus moralis oppositā, vt colligit Caietanus edisserēs Thomam. Quamuis hoc exemplum claudicat satis, & ad rem exigui est momenti. Namque materia ex Thoma non habet esse, nisi ex forma: ideò priuatio vnius, necessariò conducit esse alterius formæ oppositæ. At verò actus qui est bonus ex genere, hanc bonitatem non habet à fine, vel circunstantijs, ideoq;, & si orbetur bonitate ex fine, &c. non sequitur necessario habere oppositam malitiam. Etenim semper perseuerat non vitiata bonitas ex genere. Quòd si non sit ex genere bonus, habet saltē bonitatem naturalem, & si nō opponantur illi circunstantiæ, & ideò non est consequens, priuatur ex bonitate finis, igitur malus erit moraliter, quia poterit actus persistere in sua bonitate naturali, sine vitio, priuatus alioqui bonitate morali. Quia hanc bonitatem actus ille non exigebat. At Caietanus necessariam putat esse consequentiam, priuatur bonitate morali, igitur habet malitiā moralē, imo hoc Tho. est placitum negans indifferentiam actus deliberati vt exposuimus. Alij verò qui diuersum autumant, consequentiam negabūt, nisi quando bonitas moralis exigitur in actu.

¶ Iam verò, vt meam, post aliorum placita, sententiam aperiam, in primis obseruabis, actum esse deliberatū, ex duobus modis intelligendum fore. Aut dicitur deliberatus, quia ex delectu procedit: aut est deliberatus, non quia ex delectu proficiscitur, sed quia spontaneus, seu voluntarius est. Hęc enim inuicem discrepāt. Et si Aristotelē consulis libro primo Magn. Moral. cap. 9. videbis spontaneum, & deligibile distinxisse. Nam quidquid deligibile est, spōtaneum est: non tamen contrà. Ait enim stare, ambulare, &c. esse spōtanea, quia hęc voluntarie agimus, at non esse deligibilia, quia sine delectu hæc præstamus. Nam delectus eget consultatione, seu deliberatione, non tamen consultamus de prædictis.

Decisio ex autoris calculo.

Spōtaneū, & deligibile, differūt, vt superius, & inferius.

¶ Iam ergò accipe primam sententiam, si per actum deliberatum subaudiamus delectum, vel electiuum actum, vtiq; nullus est actus deliberatus, qui sit indifferens. Patet hoc. Etenim si electiuus est actus, necessario est mediorum propter finem. Quapropter necesse est, vel esse bonum moraliter, vel malum. Item non solū electionis actus non est indifferēs, imò neq; ipsa intentio. Nam intentio, vt prędiximus, est actus voluntatis finis exequendi per media, & hic necessario vel est bonus moraliter, vel malus iuxta rationem finis, & mediorum.

1. sentētia.

¶ Secunda sententia: sin verò per actū deliberatum subaudiamus solum spōtaneū, non est necesse huiusmodi esse bonū, vel malum moraliter, imò fieri potest indifferentem esse. Hanc colligo. Namq; sit, verbi causa, actus volendi ire in campum, hūc possum elicere ex fine bono, vel ex malo: itemq; ex nullo fine. At si ex nullo fine volo, & nulla alia circunstantia illum ornat, vel vitiat, neq; bonus, vel malus est. Namque si volo ire in campum quādo constringor ad sacra audienda, vel celebranda, & si ex fine nullo voluissem, malus esset actus: & itidem de alijs circunstantijs. Quibus deductis ego possum velle campum concedere ex nullo fine. Patet hoc. Nam libera est voluntas volēdi ex fine, & sine fine.

2. sentētia.

Aliās

Aliâs quilibet constringeretur facere actũ suum bonum moraliter, & si non faceret, peccaret. Et ita philosophari oportet à defensantibus dogma diuersum. Quòd si quis sine fine vult ire in campum, huiusmodi peccare. Quia priuat suum actum bonitate morali, & priuatio bonitatis moralis, est inductio moralis malitię, vt argutabatur Caietanus. At verò dicant isti, si tenemur facere actum bonum moralem, ostendant præceptum, vndè tenemur. Nam apud hos & si non teneamur semper ad bonificandum, vt ita loquar, actum voluntariũ, quia possum non ire in campum, at si vado, cõstringor bonum facere actum meũ. At hoc exquiro, ex quo præcepto? Indicant verba Domini, Matth. 12. De quocũque verbo ocioso, &c. Vndè putant hunc actum, si non fiat bonus, cũ sit capax bonitatis moralis, ociosum esse, ideòque autumant illum esse malum moraliter. At verò ociosum non est, quod non assequitur finem pro tempore subquo non debet assequi. Vt is, qui non laborat tempore sub quo non tenetur laborare, ociosus nõ est, vt scitè Bonauentura dixit. Quare Dominus operarios non conductos, qui alioqui iam horam præterierũt conductionis, ociosos vocat. Quid, ait, statis hic tota die ocioſi? Et calcei suspensi in officina calcearia non sunt ocioſi, & si nõ calceẽtur, quia tunc non est tempus calceandi. At si quis domi haberet calceos aut vestes, quibus nũquam vteretur, ociosa essent, & ita de reliquis. Quamobrem prædicator diuini verbi pro suggestu si multa instillaret plebi, quæ nihil ad conscientiam plebis ædificãdam referrent, illa essent ociosa, quamuis vera verba. Quia quando serio esset loquẽdum, in fabulas sermo vertitur. Item lectores, seu magistri, qui cathedram conscendunt docturi veritatem, si impertinentia suggerant, & remorantur ex nęnijs discipulos, ociosè loquuntur. Etenim sub eo tempore constringuntur non nugas agere, sed doctrinam veram proponere. Cæterum qui cum amico confabulatur de patria, de genere, de amicis, de rebus peractis, & id genus alijs, quæ neque vtilitatem piã habent, neque necessitatem, neque ædificationem, &c. non ob id ociosa sunt verba, quia non constringuntur huiusmodi id temporis ad ædificatorios, vel necessarios sermones. Et ideò huiusmodi acta indifferentia vocita. Bonauentura etiam cõcessit actus indifferentes, & nõ ad sensum, quem modò persequimur, in hac dist. art. 1. quæst. vltima. Nam fatetur eum, qui ambulat, vt recreetur, aut comedit, vt reficiatur, indifferentem exercere actum. Nam huiusmodi neq; sunt digni præmio, neque supplicio. Cæterùm hos actus in præsentia non vocamus indifferentes: etenim boni sunt moraliter, & suos fines bonos habent. At sunt indifferentes secundum rationem meriti, quia nõ sunt boni, vel mali meriti. Nunc verò non differimus de hac indifferẽtia, sed de indifferẽtia boni vel mali moralis quæ vniuersa, si æqua trutina pẽderis, videbis actum priuatũ bonitate morali, quando homo nõ cõstringebatur ad operandũ, non esse ociosum. Neq; argumẽtũ aliud quicquã colligit, quod colligebat, quia natura agit propter finem, itidem voluntas aget propter finem. Etenim natura necessario operatur, ideòq; necessario agit propter finem: & si quando deficiat à suo fine, illud est præter naturæ intentionem, exemplum sumito ex monstris. At verò voluntas liberè aget, & nõ necessario, ideò que potest agere ex fine, & non ex fine, aut gratia finis. Voluntas rursum tenetur non malè operari, at non tenetur semper benè operari. Etenim ex præcepto negatiuo constringitur, nũquam male operari, verùm ex affirmatiuo non constringitur semper operari: at verò ad id solùm constringitur, si vnquam operetur, bonũ operetur, at verò quod benè operetur, neutiquam tenetur semper. Et Autores dogmatis contrarij concedent ad hoc voluntatẽ teneri, si operatur, benè operari, id quod ipsi nullo argumento conuincunt, vt satis ex præscriptis liquet. Vndè tu apud te reponere poteris non esse tam ridiculã philosophiam moralem Scoti, quàm Caietanus suo more illi nũquam non impingit. Etenim ex priuatione bonitatis moralis, non sequitur malitia actus oppositi boni tati. Nisi solùm quandò obligamur ad benè operandum. Et ad hoc non semper tenemur, quanquam si operamur, constringimur ad bonum operandum, quia non possumus malè vel malum operari. At verò ad benè operandum, quod constringamur, quandò operamur, fautores Thomæ hactenus iustis argumentis non duxerunt.

Obserua quid sit ocioſũ verbũ, & ocioſum factum.

Discrimen voluntatis & naturæ.

Scotus probatur, & asseritur à Caietano.

¶ Ter-

3. Sententia. ¶ Tertia sententia corollaria est: ad præcedentia bonum, & malum moraliter nõ sunt contraria immediata, sed mediata, tam ex parte obiecti, quã ex parte actus. Hæc non eget expositione, si priora obseruasti. Nam datur obiectum actus, quod moraliter neque bonum, neque malum est. Et datur actus indifferens in actu, vt volo in campum ire, & non ex aliquo fine, sed quia volo. Et si voluntas imperet intellectui, vt speculetur geometrica propter contemplationem tantum, & non ex alio fine, vtique speculatio geometrica non est bona moraliter, neque mala. Et artifex, qui gratia artis facit artis opus, & non ex alio fine, vt pictor adumbrans imaginem, artis exercendæ gratia, neque benè, vel malè moraliter operatur. Imò actus hic ex genere est indifferens, & ex alijs circunstantijs item indifferens. Nam finis est, exercere artem, gratia artis duntaxat: & hic finis, neque est bonus moraliter, neque malus, vt sagittarij sæpè exercent se ad iaculandum scopum, artis gratia, & ita de reliquis innumeris. Quod si contenderit quispiam volentẽ in campum concedere, solùm quia vult, in culpa esse, quia non apposuit bonum finem, & ita de reliquis commemoratis, ipse legitimè probet, & nos illi fidem adhibebimus, interim tamen nos illi refragamur. Nolumus enim culpabiles facere actus, nisi ex sufficienti argumento demonstretur.

Actus indifferẽtes.

4. Sententia. ¶ Quarta sententia: Sunt etiam concedendi habitus indifferentes in voluntate. Hæc ducitur ex prioribus. Nam si actus admittimus indifferentias, ex actibus autem progignuntur habitus, quales actus, tales erunt habitus. Item in intellectu sunt virtutes intellectuales. 6. Ethic. capit. 6. & sunt vitia opposita, itemque sunt habitus medij. Nam opinio, non est mentis virtus, at neque vitium est. Nam aliquandò vera opinamur. Est ergò medius habitus inter scientiam, & errorem. Quid ergò mirabile erit si etiam sit habitus medius in voluntate inter virtutem, & vitium? Neque obiceris Aristot. 2. Rheto. cap. 12. docentem habitus aut esse virtutes, aut vitia. Inibi namque non de omnibus habitibus in vniuersum habet sermonem, sed solùm loquens de affectibus iuuenũ: Habitus, ait, voco virtutes, & vitia. Quòd verò. 2. Ethicor. cap. 3. commemorat dicens: Habitus animi circa ea esse, per quæ homo vel melior, vel deterior fit: non equidem ait omnem habitum hac gaudere conditione, esse, inquam, virtutem, vel vitium. At de obiecto habitus facit verba. Nam nullum est obiectum voluntatis, ex quo non posit illa aut melior, aut peior reddi. Vt ex voluntate eundi in campum, campus volitus, potest esse volitus ex causa optima, aut pessima, &c. Porrò autem quod vrgentiùs contra hanc sententiam militat, est, quod scribitur. 7. Ethicor. cap. 12. Vbi postquàm distinxit bonum, in bonum absolutè, & in bonum alicui, adiecit, naturam, & habitum hæc intendere. Si ergò natura intendit bonum, & habitus similiter, nullus habitus est indifferens. At respondere oportebit, naturam non posse habere operationem indifferentem. Et enim semper actio naturæ est in bonum, vel in bonum sibi, vel in bonum vniuersi, vt aqua descendens, bonum sibi appetit, nempè locum humilem, vbi ipsa conseruetur. At verò sursum ascendens, non suum bonum, sed vniuersi bonum expetit, ne, inquam, vacuitas sit in vniuerso. Porrò voluntas, quippe quæ libera est, potens est agere, & non propter aliquem finem, quamquam semper, quod vult, bonum est, vel verum, vel apparens. Id quod non constat in operatione naturæ, quæ semper verum bonum appetit, & nunquam apparens bonum. Nam dirigitur semper ab intelligentia non errante. Vt ergò voluntas & natura hoc nomine discernuntur, ita ex alio etiam nomine discernuntur, quòd natura semper intendit finem necessariò, non tamen voluntas. Habitus quoq; morales semper fiunt gratia finis. Et de habitibus huiusmodi subaudi Aristotelẽ. Namque habitus isti aut intendunt bonum absolutè, quod est felicitas, vel aliud simile: aut intẽdunt bonũ alicui, vt fortitudo: nonnunquam intendit bonum absolutè, vt cùm quis moritur tuendæ patriæ gratia: aliquãdo bonũ sibi, vt sui defensam. Nihil tamen memoratur Arist. de habitibus indifferẽtibus, sed de habitibus moralibus ibi sermonẽ habet.

Bonum duplex.

Arist. exponitur.

Natura, & voluntas vt differunt.

¶ Porrò

Quæstio annexa.

¶ Porrò autem est quæstio annexa huic, an vnus, idemq; actus sit simul bonus, & malus. Et non est sermo, de bonitate entis. Etenim extra controuersiam est, peccatū esse actum bonum in genere entis, & malum moraliter. Itidem non vertitur quæstio de actibus exterioribus, quos constat posse esse eosdem, & bonos, & malos moraliter, vt qui concedit in Ecclesiā ex intentione bona, & dein mutata intentione, prosequitur actum eundi in Ecclesiam, idem actus numero est: at qui prius erat bonus, redditur malus. Nempè quod imperatur ex fastu inanis gloriæ, vel ex quouis alio malo fine. Et sicut scutum ex parte album, & ex parte nigrum, est album, & nigrum, non quatenus est vnum, sed quatenus habet partes multas: ita etiam actus exterior, quia habet partes multas, non quatenus vnus est, est bonus & malus. Cæterùm de actibus interioribus est vrgentior difficultas, quia cùm sint indiuisibiles, & in instanti producantur, facilè quispiam existimare poterit actum vnum interiorem non posse fieri ex bono malum, ipso manente eodem, vt cogitauit Durandus eodem argumento persuasus. Verùm tamen actus intellectus, si consideres etiamsi sint indiuisibiles, verum fieri potest, actū eundem ex vero reddi falsum & contrà. Nam me iudicante Papam, exempli causa, esse viuum, si moritur sub hoc iudicio, me ignaro, idem iudico quod iudicabam, & iam falsò iudico, & itidem contrà poteris vertere exemplum. Et de actibus voluntatis videbitur alicui idem dicēdum. Nam fac in nocte carnispriuij (quando homines distēdunt ex nimia ingluuie aqualiculos) esse aliquem adeò animum habentem in patinis, vt post mediam noctem, quando iam feria quarta Cinerum suam obseruantiam exigit, at hic ipse nihil id temporis cōsiderans si media nox trāsacta est, etiamnum patinis incumbit. Hic sanè primò volens carnis edulia comedere, ante mediam noctem non malè agit, at verò postmodū idem volens, malè vult: & est idem actus. Namque nemo dicere poterit mutasse hominem istum volendi actum. Siquidem, ipse si considerasset iam incœpisse obseruantiam ieiunij quadragesimalis, & perstitasset comedens, vtique rationale est mutasse actum, quia mutato obiecto, mutatur actus. At verò apud hunc non mutatur obiectum: etenim habet eandem conscientiam, quā prius habebat, tempus scilicet comedendi non esse transactum. Et quamquam conscientia ex vera translata est in erroneam, at est hæc translatio facta inscio habente: igitur manebit idem actus volendi. Neque argumentum Durandi neruos habet. Etenim actus voluntatis, est sanè indiuisibilis secundum se, quia nō est quantus per se, at verò quatenus habet coextensionem cum tempore quodammodo, & ideò per accidens habet diuisionem. Monachus fecit argumentum, probans eundem actum interiorem esse bonum, & malum, vt siquis vult ad Ecclesiam se conferre, & propter Dei cultum, & propter ostentationem. At hic autor malè colligit. Nam cùm bonum sit ex integra causa, hic actus malus erit, vtpote qui vitiatur ex mala circunstantia finis. At fortasis colliges altero argumento, fieri posse eundem actum interiorem esse bonum, & malum. Sit sacerdos, qui inculpabiliter ignorat, aut non aduertit esse se excommunicatum, dein inter celebrandum subit excommunicationis aduertentia, & credens se innodatum, sacra nihilominus absoluit. Iam hic eadem volitione semper vult celebrare, & fit ex bona, mala. At verò dicito, mutari volitionem. Postquàm enim hic credidit se esse excommunicatum, vult nouè celebrationem absoluere sub excommunicatione: & quia mutat obiectum, actus etiam mutatur. Neque etiam argumentum de omissione quicquam probat. Etenim omissio vna ex non culpabili, fit culpabilis. Cæterùm quando est inculpata, non est propriè omissio. Omissio enim culpam denotat, vt suprà expositum est. Ideoque primum argumentum rem melius absoluit.

Actus exteriores mutātur ex bono, in malū.

Idem actus intellectus mutatur ex vero in falsum.

Idem actus interior vertitur ex bono in malū.

DIS-

DISTINC. quadrageſimæ primæ, Diſputatio vnica.

¶ Num opera infideliũ omnia ſint peccata.

1. Argum. ET videbitur alicui fortaſsis ita eſſe. Etenim Proſper in lib. contra Caſsianũ, definit omnia opera infidelium immunda eſſe, & peccata eſſe, citans Paulum ad Rom. 14. Quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Et Proſperi doctrina probata eſt Eccleſiæ Catholicæ. 15. diſtinct. cap. Sancta Romana.

2. Argum. ¶ Rurſum Auguſtinus in lib. de ſpiritu, & litera ad Marcellinum, cap. 3. Neq; liberũ, ait, arbitrium quicquam, niſi ad peccandũ valet, ſi via veritatis lateat. At infideles latet via veritatis, igitur nihil boni operari poſſunt.

3. Argum. ¶ Idem videtur aſſerere lib. de innocentia: Tota, ait, vita infidelium peccatum eſt. Et in lib. de continentia docet. Si quam haberent virtutem infideles, maximè continentiam, at hæc donum Dei eſt. Sap. 8.

Argum. in cõtrarium. ¶ In diuerſum eſt locus ille Matth. 5. Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedẽ habebitis: nonne ethnici hoc faciũt? At verò ſi peccatũ eſt diligere amicos infideles, poterat Domino à Iudeis reſponderi, ethnicos diligere peccando, at fideles ſine peccato. At verò quia Dñs non damnat quòd infideles diligant amicos, ſed ſolùm quòd diligunt ſine mercede inſinuat, conſequens videtur diligere amicos, eſſe opus bonum ſub infidelitate.

Queſtionis deciſio. ¶ Diſputatio hæc actitatur à Magiſtro in diſtinctione hac, & hinc, & iſtinc multa ex Auguſtino cõmiſcet, diſſerẽs hoc dubium. Et non eſſe irrationabilem ſententiam aſtruentem, opera infidelium eſſe omnia mala oſtendit. Quamuis tertiam referens opinionem, opera infidelium quædam eſſe bona moraliter, at non eſſe vita æterna digna, videtur illi acquieſcere. Prior autem opinio colligebat ſuum decretum, quia fides intentionem dirigit, & intentio opus. Igitur ſubmota fide, intentio recta labaſcit, & nullum opus bonum adeſſe poterit. Et Gregorius de Arimino hanc eſt amplexus ſententiam, diſtinguẽs infideles, quidam enim ſunt qui Deum cognoſcunt, & colunt, vt hæretici, Saraceni, Iudęi, &c. Alij verò qui vnum Deum non colunt, vt idololatræ. Primos fatetur bonis operibus moralibus non defraudari, quia poſſunt rectam habere intentionẽ, ſua opera dirigendo in Deum, vt Auguſt. docet, enarrans Pſalmum. 81. quem locum Magiſt. indicat: alios verò prorſus orbat operibus bonis, & virtutibus. Imò fatetur omnia opera illorum eſſe peccata, quia intentione recta priuantur. Habes autoris placitum hac diſt. & diſt. 26. vt nos latè ſuprà meminimus. Porrò iã tota ſchola Theologorũ Gregorio reclamat. Etenim eſt bonitas ex genere, & bonitas moralis, & bonitas meritoria. Prior bonitas, nõ dependet à ſequente, neq; ſequẽs à poſtrema. Vt ergò eſt bonitas ex genere ſine bonitate moralis actus, ita erit bonitas moralis actus, ſine bonitate meritoria. Intẽtio igitur dirigẽda eſt à fide ad meritũ: fides namq; datur, vt dirigat intentionẽ ad ſupernaturalẽ hominis beatitudinem. Et hoc eſt primariũ fidei inſtitutum, non ad fines naturales dirigendos, gratia quorum prudentia paratur, vt ad illos adipiſcẽdos intentionem dirigat. Quapropter Gregorius hoc non obſeruãs fidem dixit eſſe neceſſariã ad opera moralia, cũ tamen fides ſit habitus ſupra naturam: & ideo ſupra naturam intentionem dirigit. Quia ergo vt ſint bona opera moraliter non eſt neceſſaria charitas, aut ſpes, ita neq; fides. Hæc enim tria altiſsimũ volant, & in altiſsimo collocant nidũ ſuum: & opera moralia bona, quæ capiunt in vſum ſuum, maximè dignificant. Nam digna illa redduntur vita æterna. Et Auguſtinus dubio procul in libro de ſpiritu, & litera, cap. 28. de omnibus impijs ſermonẽ habens, ſiue cognoſcentibus Deum, ſeu non cognoſcentibus, ait, omnibus hominibus ex reliquijs diuinæ imaginis, quę ſuperfuerunt ex peccato primi parentis, poſſe facere bona opera, non eſſe negandum.

Fidei inſtitutum primarium.

¶ Gregorius refellitur.

Ete-

Notandus Augustin. cõtra Gregorium.

Etenim vt nullus est iustus, qui non peccet aliquando venialiter, ita nullus est hominũ, quãtũlibet pessimus, qui nõ habeat aliquod opus bonũ. Et sicut in beatis stella ab stella differt in claritate (nõ enim omnes beati æquali beatitudine donantur) ita in damnatione, nõ omnes impij ex æquo torquebuntur: quia quidã prestabunt operibus melioribus, quã alij. Et ad hunc sensum duxit verba Pauli ad Rom. 3. Gentes, quæ legẽ non habẽt, naturaliter quæ sunt legis, faciunt. Naturaliter quidem quia ex imagine natiua Dei, quæ in nullo homine deleta prorsus est, bona operãtur, quantũlibet pessimi sint homines. Et hanc expositionem Pauli magis amat August. ea, quã dederat paulò antè. Dixerat enim verba Pauli esse interpretãda de fidelib⁹, cap. 27. qui naturaliter faciũt opera legis: quia quãdo ex fide, & gratia operãtur bona, naturaliter operãtur, hoc est, secundũ naturæ germanam inclinationem. Nam peccatũ, contra naturam est. Cæterũ priorem expositionem huic prętulit. Docet autem fidem, & gratiã, necessaria esse ad merita vitæ parandæ æternæ. Et propter hanc causam August. lib. 5. de ciuitate Dei, cap. 19. infidelium virtutes negat esse veras virtutes. Et lib. 9. cap. 25. infidelium virtutes vitia appellitat, quia mistas habẽt virtutes cum infidelitate, quæ maximè vitiat hominis mentem. Et in lib. de gratia, & libero arbitrio per voluntatem, ait, bonam, intelligo voluntatem cum charitate. Intellige ad promerendam beatitudinem. Durandus verò argumentum compingit hoc loco, quo probet, infideles bona posse exercere opera. Siquidem si omnia infideliũ acta essent peccata, non se possent præparare ad gratiam Dei. Neq; possent facere quod in ipsis est, vt salutem consequantur æternam. Quandoquidem si omnia sunt peccata, quæ ipsi actitãt, ex peccato nulla est præparatio ad gratiam Dei. Porrò Durandus, vt pleriq; alij Theologi (de quibus mentionem fecimus, cùm de gratia, & libero arbitrio ageremus) certũ habent, præparationem ad gratiam hominẽ posse præstare ex solis naturalibus, sine aliquo diuino excitatiuo, & cooperatiuo. Id q̃ nos repudiauimus loco indicato. Credimus enim initiũ salutis non esse in nobis, sed in Deo, qui iustificat impium. Vndè vt præparetur quilibet ad gratiam Dei, oportet in primis habere spiritũ Dei excitantem, & adiuuantem. Qui ergo vtitur benè præceptis naturalibus, si nunquam audiuit Euãgelicã veritatẽ, neq; potuit audire, & ideò non neglexit audire, hic sanè non potest præparari ad iustificationem, nisi ex Deo excitante, & illuminante. Nam quomodo præparabitur ad iustificantem gratiam, si hanc ignorat? Et, vt Paulus ait, si ex lege esset iustitia, Christus gratis mortuus esset, quia lex Mosaica non poterat iustificare: ita quoq; si ex lege naturali sola esset iustitia, Christus gratis mortuus esset. Porrò autem nõ oportebit te latere Augustinum rem hanc agentem in. 3. de libero arbit. ca. 22. obscurissimè esse loquutũ. Nã si cautissimè non legeris, planè errabis. Docet enim, vt prætextus sermonis ostendit, exordiũ salutis esse in nobis. Et duo exẽpla exponit, alterũ, si beatitudo hominis esset locata in eloquẽtia, puero non potẽti eloqui nõ est vertendũ vitio, q̃ ad hanc eloquẽtiã nõ se præparet, qa per ipsum nõ stat: at verò iã adulto, si ad hanc beatitudinẽ, nõ se accinxisset habendã, iã negligens esset, & vitio illi dandũ esset. Siquidẽ habet naturalia principia, vndè possit eloquens esse. Ita homini culpa est, si non se præparet ad vitã æternã: siquidẽ habet naturalẽ facultatem, vndè possit beari. Et sicut virgultum per æstatẽ siccum videtur, cæterũ habet in se recõditã vim naturę, vndè virescat, ita homini concessa est vis naturæ ex libero arbitrio, vndè possit suã salutẽ quęrere. Et statuit medium quoddam inter sapientem, & stultum. Nam sapiens est, qui salutarẽ est amplexus fidei sapiẽtiam, opere illam cõplens: stultus verò, qui hanc deses ignorat, aut superbus fastidit: medius est, qui ad illam se accingit habẽdam. Vndè videbitur alicui medium quoq; esse inter iustum, & iniustum, id quod error esset, asserere. Obseruas ne vt videtur Augustino exordiũ salutis libero arbitrio cõcedere? Tu tamen Augustinum intellige, in nobis esse capacitatem naturalem ad diuina suscipienda, & ideò culpabiles reddimur, si illa non suscipimus. Hanc capacitatem vocitat exordium. Nam antequã vocetur homo à Deo, capax est vocationis, & ex vocatione nõ fit capax, sed ex natura capax est, qui vocẽt à Deo ad gratiã iustificantẽ. Capacitas igitur naturæ, rationalis est, at hæc capacitas à Dei spiritu excitãte, & iu-

Obseruãda Pauli expositio ex Augustino.

Varia August. loca exponũtur, & cõciliantur.

Fidei institutum primarium.

Gregorius refellitur.

Vulgatum Theologorũ placitum non probatur.

Augustini difficilis locus.

Mediũ inter sapientem, & stultũ, intellige sub tẽpore viæ: quia post hoc tẽpus interfatuas, & sapientes virgines, nihil medij.

& iuuante redditur in actum. Neq; falsò putes esse medium inter iustū, & iniustū. Nā & si mediū doceat Augustinus inter stultum, & sapientē: at hic medius iniustus est, donec fiat sapiēs: quia qui se præparat ad pœnitētiam, nondum amicus Dei est, ideò adhuc iniustus est, at quia iam quęritat salutē, iustus nō est, quippe qui sapiētiā quęrit. Ad id verò, quod vulgati Theologi obiiciūt, facienti quod in se est, Deū nō negare gratiā suā; diximus suprà quòsdā posse facere, quòd in ipsis est, id quod remota est dispositio ad gratiā. Vt qui nihil memorātes vitā ęternā, aut diuinā gratiā, bona operantur. Istis sanè si sic persistāt nō dabitur gratia, quia id, quod præstāt, nō est sufficiēs præparatio ad gratiam, ideòq; non sufficiēter se præparat. Porrò si quæritiā à Deo illuminari ad salutē sibi parandā, tū poterit sufficienter se præparare ad gratiā Dei cōciliandā. Verū tunc iā à Dei spiritu adiuuatur, & excitatur. Nullus igitur moraliū poterit se sufficiēter præparare ad fidē, & gratiā Iesu Christi: & ad hęc obtinenda facere quod in se est, nisi ex spiritu Dei excitetur, & iuuetur. Verū igitur est, quòd facienti, quod in se est, Deus præsto est, at nō potest homo sufficienter facere quod in se est, si nuda tantum exerceat naturalia, si videlicet, non præuenitur homo à Deo in maturitate, vt clamet ad præuenientem Deum, vt anticipantem gratiam subsequēte confirmet. Ideò argumentum Durandi friuolum est, penetranti diuinas scripturas, vt suprà verius patuit.

Nullus potest se sufficiēter præparare ad gratiā, nisi ex gratia.

Respōsio argumētorū.

¶ Ad argumenta in principio opposita dices, locum illum Pauli esse intelligendum de ijs, quæ infideles faciunt ex infidelitate, vt quę Saraceni præstant in cultum Mahometi pseudoprophetæ. Et ita intellexit Thomas. 2.2. quæst. 10. artic. 4. resp. ad. 1. & alij etiam Theologi. At verò literæ contextus denotat intelligendum locum de errata conscientia, contra quam qui agit, ędificat ad gehēnam, cap. Literas. de rest. spoliatorum.

Prosper exponitur.

¶ Prospero respondebis, Prosperum intellexisse omnia esse immunda opera infidelium, quæ ex infidelitate profectum habent.

¶ Ad secundum dices, Augustinum in eodē libro. cap. 28. indicato dixisse etiā pessimos homines, & impios gaudere bonis operibus, ideò quando ait. Neque liberum arbitrium, &c. ideò ait, quia infidelium vita ex maiori incumbit parte peccatis, quibus scatet. Submoto gubernaculo, nauis semper periclitatur, & submota fide, anima subdita est necessariò peccatis. Cætera patent.

DISTINCTIO quadragesimæ secundę, Disputatio vnica.

¶ An actus exterior bonitatem, malitiam ve interni actus augeat.

ET videbitur forsan alicui non augere. Ex August. lib. 1. de libero arbitrio. cap. 3. tradente eum, qui voluntatem habet adulterandi, quā opere non absoluit, qa facultas negatur, reum esse adulterij cōmissi. Indicantur verba de pœnitentia, dist. 4. cap. Si cui. Argum. 1.

¶ Et Hugo de S. Victore lib. 2. de sacram. parte. 14. cap. 6. Non est, ait, inęquale meritum, si æqua sit voluntas. Argum. 2.

¶ Et Augustinus scribens Deo gratias cap. 4. tractans illa verba Domini Matth. 7. In qua mensura mensi fueritis, in eadem remetietur vobis: voluntatem docet esse mensuram meritorum. Vndè si æqua sit volūtas, etiam ex opere inęquali, ęquum partietur meritum. Argum. 3.

¶ Rursus quod per hominē non stat, non est homini imputandum, vt August. tradit de spiritu, & litera, cap. 28. at verò sępè opere implere quod animo desideramus, non datur: igitur non decrescit meritum ex impotentia faciendi, si facti voluntas vna est. Nā si pauper tanto animo affectat porrigere eleemosynam, quanto diues, at impotētia premitur, si non tantum haberet meriti quantum diues, pauperi imputaretur impotentia, Argum. 4.

potentia, id quod falsum est, vt ostēdimus.

5. Argum. ¶ Præterea, Bernardus in lib. de dispensatione & præcepto: Sola, ait, voluntas est, quæ meretur retributionem: ideò gradum altiorem vsurpat.

¶ Et in lib. de gratia & lib. arb. Intentio valet ad meritum, actio ad exemplum.

¶ Et Hieron. lib. 2. aduersus Iouinianum: In martyre, ait, voluntas, vndè mors nascitur, coronatur.

6. Argum. ¶ Et demum Matth. Qui viderit, &c. iam mœchatus est in corde suo.

Arg. in diuersum. ¶ In diuersum est. Nam si ita esset, actus exteriores ociosi essent, id quod Petrus Abailardus cēsuit, & dogma eius repulsum est, tanquā hæreticum, ab ecclesia Dei. Et rursum sunt præcepta diuersa de actibus exteriorib⁹, & de actis internis, igitur auget, & August. 12. de Trinitate. cap. 5. ait, miserū esse hominē ex mala volūtate, at miseriorē ex potestate illam complendi.

¶ Disputatio hæc etiā cōtrouersa est apud Magistrum, siquidem diuersas de re hac indicat sententias, tametsi non sub nostra inscriptione mouet quæstionē: sed sub hac, scilicet, si actus exterior, seu actio, vt ipse loquitur, sit diuersum peccatum à voluntate circa eandem rem. Et equidem scrupulosa est quæstio hęc, & quæ non paucis possit absolui. Porrò autem quædam quæ

Confessa Theologis. confessa sunt Theologis in principio exponemus, dein ad dubia manum admouebimus. Confessa autē sunt hæc, opera esse quædam exteriora habentia effectū sibi familiarē, quē non assequitur sola voluntas, vt sunt sacramentariæ actiones. Nullus enim regenerabitur ex sola baptismi intentione, nisi lauetur actu ex Iesu Christi lauacro baptismali. Vt nemo ex sola

Sacramētariæ actiones. intentione initiandi ordinibus sacris, iā ordinatus reputatur: & nemo, ex sola intentione sumendi eucharistiam, vegetabitur spiritualiter, vegetatione illa, quam sumentes propriè sibi ascisc unt. Vt neque ex sola intentione coniugij iam vir, & fœmina coniugantur, nisi accesserit actus exterior. Item confessum est de gra-

Diplomata pontificia. tijs, quæ ex diplomatibus pontificijs conceduntur, illas voluntatem solam non assequi, nisi vel pecuniæ eleemosyna, vel peregrinatio, aut ieiunium, vel quoduis aliud præscriptum ex diplomate, accedat. Rursum confessum est, præmia ac-

Præmia accidentalia. cidentalia, quæ appellitantur vulgò aureolæ, nemini ex sola voluntate contingere. Namque martyrij palma, virginitatis tropheum, doctoratus ecclesiastici laurea, non volentibus cōceduntur, sed ijs, qui ex agone, labore, vel pugna promeruerunt. Nam tametsi voluntas occumbendi pro Christo, essentiali præmio non fraudabitur, & ita de reliquis, at verò gaudium illud ex mortis triumpho nemini cōtinget nisi occūbēti pro Christo, quā uis Gregor. contrà decernat, sed malè, ita Dist. 42. quæst. vnica. de voluntate virginitatis, de voluntate docendi, &c. vt voluntas baptismi susciptēdi, quā vocāt baptismū in voto, seu flaminis, nō orbabitur suo essentiali præmio, & ita de reliquis. At prærogatiuā singularē, hæc quæ retulimus, seruant suscipientibus tātū propriam: vt neq; pœnitentias iniūctas ex volūtate sola implemus. Nōenim sacerdos Pœnæ iniū ctæ. iniūgit, vt velim⁹ ieiunare, at vt ieiunem⁹. Et denique in foro humano sola voluntas nihil præmij, aut pœnæ promeretur, nisi sese prodat. Iura enim humana solum animum extrà non inicantem, neque aduertunt, neque puniunt. Cuius mulcta vni Deo reseruatur, qui est inspector cordis. Ideò censurę ecclesiasticę solā volūtatē nō puniūt. Et prēter hæc omnia mihi cōfessū est, si actus exterior sumatur, vt est finis volūtatis, vel volētiæ, vt Damascenus vocat, actū exteriorē, sub hac ratione, exhibere malitiam, vel bonitatem actui interno. Etenim sub hac consideratione actus exterior est finis, & obiectum actus interni, vt qui vult fornicari, hæc volitio, aut volentia, Damascenica phrasi, est mala ex obiecto, hoc est, ex actu exteriori. Totum igitur pondus dubij huius, est, si capiatur, vt executioni mandatus, vt inquam, est effectus, actus exterior, prodiens à voluntate. Non, inquam, vt est intentus, at vt est exequutus. Et de hac re Thomas in. 2. sentētiarū dist. 41. quæst. 1. artic. 3. disserens, docet, actū exteriorem non augere bonitatem, vel malitiam actus interni. Siquidem actus exterior ab interno habet quidquid habet bonitatis, vel malitiæ: est namque effectus eius. Et hoc antiquum est placitum, quod videtur Magistro magis fuisse plausibile inter relī qua, quæ indicat. Et hoc tu intellige, quandò actus interior est efficax. Est autem efficax, quandò, si aliunde illi non obstetur, se promit in actum exteriorem,

tunc si impeditus non se promit, perinde est, ac si se prompsisset. Porrò in. 1. 2. quæst. 20. articul. 3. & 4. distinxit duplicem bonitatem actus. Itidem dices de malitia. Est enim altera bonitas ex fine, est altera ex materia, & circunstantijs. Quod si de prima vertetur sermo bonitate, illam habet exterior ex interiori, vt facile patet in actibus indifferentibus. Qui enim agros petit, vt liberius vacet Deo, à tumultibus ciuilibus abstractus, vtique progressus in agrum ex voluntate interna imperante haurit suam bonitatem. Et si quis furatur, vt mœchetur, actus ille furandi habet malitiam mœchiæ ex actu interno.

Actus efficax quis.

Bonitas actꝰ duplex.

Porrò bonitas ex genere, quam dicimus bonitatem ex materia, actui exteriori non congruit ex voluntate, sed ex sua natura: vt porrectio eleemosynæ, non est bona, quia volita à nobis, sed ex se bona est. Quia opus misericordiæ in fratrem est. Itidem circunstantiæ aliæ, vt sunt circunstantia temporis, loci, &c. non sunt competentes actibus exterioribus, ex actu interno. Nam circunstantiæ ex re habent suam, vel malitiam, vel bonitatem. Scotus verò in quodlib. 8. duabus sententijs suam exposuit mentem de re ista.

1. sentẽtia. ¶ Prima est. Alia est bonitas actus exterioris, & malitia, quàm sit bonitas, vel malitia actus interni. Hanc colligit, siquidem bonitas actus interioris solum pendet à recta ratione, at bonitas actus exterioris non solum habet in regulam rectam rationem, sed etiam habet circunstantias loci, & temporis, &c. Etenim si quis in media platea genua flecteret, & tunderet pectus, & flagellis se cederet precans Deum, reprehenderetur, quia orationem vestiebat mala circunstantia loci: nam platea non est locus aptus orationi tam fastuosæ. At verò, si interno ageret affectu, etiam si in media platea in abscondito pectoris domicilio Deum orasset, nõ peccasset: quia vbilibet Deus est. Igitur actus interior ille orandi, bonus esset, quia consentaneus rationi rectæ: at verò exterior ille esset malus, quia non erat iuxta exigentiã debitarum circunstantiarum. Quamobrẽ confectum existimat iri bonitatem, & malitiam vtriusque actus diuersas esse, quia diuersas habent regulas. Et in hac sententia non est discors à Thoma. Nam Thomas etiam dixit, actum exteriorem gaudere duplici bonitate ex se, & bonitate ex genere, & bonitate ex circunstantijs.

Thom. & Scotus concordes.

¶ Secundam iam accipe sententiam. Imputabilitas tota actus exterioris, est ab actu interiori. Itaque quod detur vitio, vel laudi actus exterior, est ab actu interiori. Nam actus interior est, qui primo imputabilis est, seu ad laudem, seu ad vituperium, & secundariò actus exterior. Etenim laus, vel probrum, actus est, quia voluntarius est, at exterior est voluntarius, quia à voluntate proficiscitur. At verò hæc secunda sententia nõ dissidet à Thoma, quinimò est illi maximè cõsentanea, quia existimat omnes actus humanos esse vel vituperabiles, vel laudabiles. Quia nullũ censuit esse actum indifferẽtem. Magis dissentit à suo autore. Quippe Scotus putat esse actus humanos indifferentes. Qui sanè non sunt ducendi in laudem, neque in vituperium, vt suprà tradebamus. Igitur si censet esse quosdam indifferentes actus, illi non erũt imputabiles. At verò scito Scotum, nullum statuisse medium inter bonum, & malum ex genere: ideòque apud illum omnis actus vel est bonus ex genere, vel malus. Et concesit actus indifferentes esse ex circunstantijs, non tamen ex genere. Et nos suprà satis rem hanc disseruimus. Cæterum Scotus non est intelligendus quòd omnes actus exteriores sint imputabiles ad laudem, vel vitium, quia apud ipsum multi actus boni sunt ex genere, qui alioqui neque laude, vel vituperio digni. At verba facit de actibus alioqui imputabilibus. Porrò quod sint actiones indifferentes multis rem istam egimus suprà. Quibus accedat pueros septennes in quibus fulgêre incipit rationis vsus, multos habere actus voluntarios sine præfixis finibus, vt ludere, comedere, bibere, dormire, & id genus innumera. Neque tantopere pendendum est argumentum suum, quo colligit suam primam sententiam, quantopere illi deditus putabit pẽdendum. Quandoquidem actus interior duplex est, efficax, & inefficax, vt ex annotationibꝰ nostris superioribus discès. Qui ergò vult efficaciter, continuò rẽ operabitur, si aliũdè illi nõ obstetur: vt qui animum habet furandi efficacem, continuò furabitur si commodè, seu opportunè iam facturum putat. Atqui id temporis vna regula est vtriusq; actus, ratio, scilicet,

2. sentẽtia.

Actꝰ aliqui sunt indifferentes.

obli-

obliqua præcipiens nunc est opportunũ tẽpus furto exercendo,&locus aptus, &c. Sin verò voluntas non sit efficax,actus exterior ab interiori nõ procedit.Nõ diffiteor aũt,esse aliam bonitatẽ ex genere,& ex circunstantijs à bonitate actus interni.Porroistud non est petendum ex diuersitate regularum,at potius ex natura rei. Durandus verò fatetur,actum exteriorẽ, addere meritum supra interiorem. Id quod si de merito accidentali fit sermo, non est diffitendum. Vt enim iam pridẽ tradebamus, probatissimum est dogma Theologis. At si de merito essentiali intelligat,quomodo hoc stabit cum sua doctrina, quæ merita negat proprie esse merita erga Deum? Nos verò fatemur merita erga Deum esse proprie merita, vt decernitur sessione.6. ex Tridentino concilio. Quapropter Durãdus nõ est probãd⁹ in hoc placito,dicẽs, nos propriè erga Deum nõ mereri. Nam quod improprie est tale,verè nõ est tale,& ita verum non est meritum ad Deum. Sed falsum est. Id quod neoterici hæretici autumant,negantes merita.Et antiqui catholici,& præsentes verè cũ Concilio fatẽtur. De qua re alibi fusior erit sermo.

Dist 42. quæst.2.

Decisio quæstionis.

¶Iã verò priorũ autorũ peragratis sẽtẽtijs, expedit sub paucis quæstionẽ istã decidere.Et quidẽ obseruandum est, actum interiorem,& exteriorẽ bifariam considerandos,aut iuxta proprias eorum naturas,aut secundum moris rationes. Namque prior consideratio,diuersa est à posteriore.Prior namque consideratio est Physici, at posterior est Moralis philosophi, & Theologi.Nisi quod Theologus mores considerat,vt Deo sunt grati,aut ingrati. Moralis tamen philosophus, vt rationi rectæ congruunt,aut ab illa dissonant. Si ergò primam teneas considerationem, vti q; actus interior, & exterior sunt quãdiuersissimi. Nam interior habet naturam insensibilẽ, quia habet naturam immaterialẽ, at actus exterior,est materialis, & sensibilis. Rursum actus interior est semper in nostra potestate,quia nihil tam in potestate est voluntatis,quàm ipsa voluntas:at verò actus exterior non semper est in potestate nostra. Neque enim semper est in potestate ambulare, aut stare, aut loqui . Nam claudi, muti, &c. hæc præstare non possunt. Et demum actus interior, est actus elicitus immediatè à voluntate: at exterior, mediatè habet profectum ex voluntate, quia est ab illa imperatus. En tibi varias naturas vtriusque actus. Porrò autem si moris rationem spectes, non habet tantam diuersitatem, imò longe maiorem vnitatem. Pertinent enim ad eundem morem, velle furari, & furari, & velle porrigere eleemosynam, & porrigere.Itaque moralis bonitas, & malitia vna est in ambobus.Siquidem ad idem vitium spectant, & ad eandem virtutem vterque actus, si circa idem obiectum sint. Materialiter igitur aliud est, velle furari, aliud ipsa furandi actio.Habent namque physicas proprietates diuersas,ideòque sunt diuersę inuicem res: at verò formaliter non sunt duo peccata,aut duo vitia,aut duę virtutes. At vnicum peccatum, vniusque virtutis actus. Qui ergò furatur, satis est sibi confiteri,furatus sum. Neque oportet distinguere furti actionem à voluntate furandi. Namque satis est dixisse, furatus sum, etiam si non addat, habui voluntatem furandi. Quasi verò illa essent duo peccata, volo furari, & furandi actio. At quia vnum sunt formaliter, rem absoluit, si dixerit, furatus sum. Nam qui furatur, vult furari. Et si hoc obseruasset Gregorius Arimineus dist. 41. quæst.1. conclusione. 3. non dixisset esse duo peccata,velle furari,& furari. Etenim si sunt duo peccata, vtique pænitens confiteri debet voluntatem, per se, & actionem malam, per se, vt integram præstaret confessionem. Id quod falsum esse, vel vsus pænitentium, & confessariorum apertè ostendit . Quibus satis est actionem confiteri, non per se, & semotim ab actione confitendo animum. Et confessarij nihil amplius exigunt. Et argumentum eius flaccidum est, quia, vt diximus, secundum reales naturas diuersa sunt, interior actus, & exterior, quas alio qui nõ considerat Theologus, sed morem. Ideòque formaliter vnius sunt moris, quia eiusdem malitiæ, & bonitatis moralis. Veruntamen si tantum fuit velle fornicari, & non est subsequuta actio, satis est dicere pænitentem confessario, volui fornicium. Cęterũ si actio est consequuta, nõ satis est confiteri, volui,at addere oportet actionẽ cõsequutam.Porrò si cõfitetur actionem,voluntatem non oportet cõfiteri.Etenim ipsa actio, quæ confitetur, quia

Gregorius refellitur.

Act⁹ aliqui sunt indifferentes.

Actus interior & exterior geminam habẽt considerationem.

voluntaria est, qui illam exponit confessario, simul voluntatem exponit. Non tamē qui voluntatem exponit, subindè actum exteriorē exponit. Quia frequenter actus exterior non est in potestate voluntatis.

2. Annotat. ¶ Post hæc annotabis, duplicem esse bonitatem moralem, & malitiam, aut ex fine, aut ex genere, & circunstantijs. Bonitas prior est voluntati propria. Etenim voluntas, quæ intendit finem, & actus exterior non ex sua proprietate intrinseca est intentus, aut volitus, quia ex sua natura hoc non habet, sed mendicatò habet à voluntate imperante, aut intendente actum exteriorem, vt obiectum, vel finē. Vt fornicatio ex se non est intenta, aut volita, at ex voluntate sibi hoc mancipatur. Vndè conficitur, bonitatem moralem, vel malitiam, ex fine vnam esse in actu exteriori, & interiori. Siquidem hanc non habet actus exterior ex se, sed habet ex voluntate. Itaque fornicatio, intenta, & executa, vnius sunt malitiæ ex fine formaliter. Namque finis voluntatis, est ipsa fornicatio, quę exequitur ŏpere à fornicante. Et fornicatio executa malitiam non haberet formalē ex fine, nisi quia intenta fuit, & volita. Iacob enim, qui non intendebat adulterium, cū Lia se commiscens, etiam si commixtio illa ex genere mala erat, at non ex fine, quia non erat intenta neque voluntaria commistio cum Rachele. Igitur tota ratio malitiæ actus, ex fine, est ab actu interiore. Quapropter vnius sunt malitiæ, & bonitatis interior, & exterior actus, ex fine, quæ formalis est ratio bonitatis, vel malitiæ. Nisi quod ab intrinseco conuenit hæc formalis ratio ex fine voluntati, vt actui exteriori, ab extrinseco. Vt sanitas vrinæ ab extrinseco conuenit, at animali ab intrinseco. Cęterū nō vt sunt duę sanitates, at vna sanitas subiecta duo denominās ita non sunt duæ bonitates formales, aut malitiæ in vtroq; actu, vt patet ex præscriptis iam, atq; decretis. Sicut autē bonitatē moralē, & malitiā ex fine assequit actus exterior ex volūtate, ita bonitatē, vel malitiā ex genere & circūstātijs adipiscitur volūtas seu actꝰ interior, ex actu exteriori. Cæterū vna est ratio moris ex genere & circunstātijs in vtroq; actu. Nisi quòd prius natura est in actu exteriori, quàm in interiori. Vt qui vult porrigere eleemosynam pauperi, habet actum ex genere bonum, & hæc bonitas non est ex voluntate, nam potest voluntas idē malè velle, & nihilominus actus potest habere suam ex genere bonitatē, & ex alijs circunstantijs, excepto fine, vt iam meminimus. Quòd si obieceris, causa bonitatis ex genere, est actus exterior actu interiori, igitur non est vna bonitas vtriusq; actus, quia se gerūt vt causa, & effectus. Et eadē est collectio de bonitate ex fine. Verūtamē, nō se habet, quod scias, sicut causa, & effectus physicè, sed tantū ex illatione causali, quę est causabilitas dialectica, idest hęc causalis vera est, quia actus interior est bonus ex fine, itidē & exterior, similiter de malo. Et quia actus exterior est bonus, vel malus ex genere, ideò interior est bonꝰ, vel malus ex genere, vt supra dicebamus, amorē finis, esse causam amoris mediorū propter finē: quāuis vnus sit amor, & finis, & mediorū propter finē. Vt etiā secundum placitum eorum, qui credunt risibilitatem esse eandē rem cū humanitate, rectè dicerēs nihilominus humanitatē esse causam risibilitatis, & non cōtrà. Ita sanitas animalis est causa sanitatis vrinæ, & medicinæ, non quod animalis sanitas sit causa physica aliarū sanitatū, at si est causa secundum illationē est causalē. Namq; quia animal sanum, ideò vrina ab eo procedēs, dicitur sana denominatione extrinseca dūtaxat, quia denotat animalis sanitatem. Et medicina etiā sana est metaphoricè, quia efficit animalis sanitatē. Quāquā in istis causalitas dialectica non habet locum ex actū, vt in prioribus exemplis. Nō enim semper verum est animal sanum habere vrinā sanam, aut animal morbiculosum vrinam habere morbidam. Neque semper medicinam sanam efficere sanitatē, aut quia ipsa est sana animal est sanum, ideo medici pulsum certius esse credunt sanitatis symbolum, quàm vrinam.

Actus exterior ex se nō est intentus sed ex volūtate.

Causalitas physica, & dialetica.

3. Annotat. ¶ Tertiò annotandum est, voluntatem dupliciter se habere circa finem, aut illum perfectè volendo, aut perfectè habendo. Tunc perfectè vult finem, quandò efficaciter vult. Etenim quantū ex voluntate est, finis haberetur, & consequeretur: hoc nāque velle est perfectè velle, quia efficaciter est velle. Nā totū quod voluntatis est effectui impēdit. Porrò poterit nihilominꝰ imperfectè se habere ad finē. Quia quē perfectè vult assequi, sępè nō assequit aliundè impedita: vt qui vult commiscerī

cum

cũ vxore aliena, etiã si efficaciter velit, plerunq; adimitur facultas, & ideò imperfecta remanet voluntas circa habendum finem, quæ perfecta in volendo fine erat. Obseruabis rursum, dixisse Auerroem. 12. metaphysi. tex. 36. balneum in anima esse efficiens, at extra esse finem. Etenim finis vt intentus, mouet agens, at verò vt est in re, hoc modo perficit & habet rationem boni. Nam auri desiderium non explet, neque cuiusvis alterius rei concupiscentia, etiam si maximam illã fingas, explet animum, donec opere compleatur. Quapropter finis, vt est exequutus, hoc modo perficit voluntatem. Et ideò actus interior est imperfectus donec accedat actus exterior, qui est finis, & indè perfectio eius. Nam finis, vt est intentus, non perficit, imò angit: at vt est exequutus, vel adeptus, voluntatem perficit. Quamuis igitur actus exterior perficiatur ex interiori, tanquam ex quasi forma eius. Quia finis, vt intentus, dat speciem actui exteriori. Nam affectus est, qui actui nomen imponit, Ambrosius est autor, intelligens tamen per affectum intentionem. At verò etiam actus exterior est perfectio interioris, vt terminus, in quo conquiescit potentiæ actio.

Causalitas physica, & dialetica.

Sententia prima.

¶ Iã igitur istis præstitutis. 7. has accipito sententias. Prima sit: Bonitas actus moralis exterioris, itemq; malitia, & bonitas interioris, sunt vna formaliter neque auctior est ex duobus, quã ex vno, neq; diminutior perse loquendo. Hæc satis liquet ex prioribus. Quia vt diximus, quamuis sint duo in genere rei, at in genere moris non sunt duo, sed vnum. Vt quando quis fornicatur act⁹ ille exterior in genere moris est idem, qui interior: & ambo sunt vnum peccatum, & nõ duo peccata. Item que actus exterior eleemosynæ est idem, qui interior, & nõ sunt duo actus, sed vnus actus misericordiæ.

3. Annotat.

2. Sentent.

¶ Secunda sententia sit hæc, per accidẽs tamẽ actus exterior habet vel auctiorem bonitatem, vel malitiam, quàm solus interior: prompta est conclusio. Nam siquis perfectè vult fornicari, & non fornicatur impeditus, post verò sublato impedimento, fornicatur, ex numero actus interni, ex exteriori actu multiplicatur actus interni malitia. Item augetur per extensionem. Nam qui perseuerat fornicando, plus peccat, si voluisset solum fornicari, aut deniq; secundum intensionem exterior actus auget bonitatem, vel malitiam interioris. Etenim sæpè est delectabilis actus exterior, & ex delectatione crescit concupiscentia eius: vt docet experimentum in voluptificis omnibus. Quamuis hoc non semper sit verum. Etenim tristium operatio magis relaxat animum, quàm intendat. Plurimi enim accensos habent animos ad literarum studia, ad bella committenda, ad pœnitentiam agendam, at quando manum mittunt ad aratrum, retrò aspiciunt. Hinc sequitur, actum exteriorem, peiorem reddere hominem, quàm solus interior in malis, & in bonis meliorem: non solum quo ad proximum, quinetiam quo ad seipsum. Istud corollarium est contra Petrum Abailardum, qui contrà dogmatizauit, quem damnauit Innocentius secundus, & in eum inuectus est beatus Bernardus. Quodverò circa proximum reddamur meliores, vel peiores, perspicuum est, quia erga pauperem melius me habeo erogando eleemosynam, quàm volendo erogare, & erga diuitem peius se habet, qui furatur, quàm qui vult furari. At verò erga meipsum melior efficior, exhibendo opera charitatis, quam solum volendo, propter causas exhibitas. Et facilius assuescimus ad virtutem ex operibus, quàm ex solis interioribus: quia actus exteriores sunt difficiliores, qui habeantur, quam soli interiores. Et multò facilius, qui peccat ex solo consensu desistit à peccato, quam qui ex opere, maximè in voluptificis. Et tristia difficilius est multo aggredi, quã velle aggredi. Quamobrem sancti martyres reportãt ex morte martyrij palmas, nõ ex volũtate. Quamuis Gregorius dist. 41. quæst. 1. cõtẽdat, siquis haberet tã intẽsãm volũtatẽ ad martyriũ, quantã is, qui patitur, tantun dẽ reportabit prẽmij. Ego verò de accidentali præmio illi refragor, de essentiali illi suffragor, vt prædixi. Etenim quantumlibet perfectè velit, at ex perfecta voluntate dolores mortis non patitur, ideò deceptus fuit Gregorius. Hinc collige Glossam illã decreti de pœnitentia, dist. 1. cap. Sicui. dicens, quòd qui animum explet ex opere addere iniquitatem super iniquitatem. Putat namque actum exteriorẽ, & interiorẽ esse duo peccata, nisi probè intelligatur esse materialiter, vt diximus.

Tristia quã do experiũ tur, magis remittunt, quãintẽdãt animũ operantis.

Error Petri Abailardi damnatus ab Innocẽtio. 2.

Gregorius refellitur.

1. Argum. ¶ Fortasis autem obijcit quispiã, imò esse duo, vtrunque actum, peccata formaliter: quia si vna albedo esset in duobus albis, nihilominus essent duo alba formaliter. Et quamuis vna sit sanitas animalis, vnde denominatur & medicina sana, & lotium sanum, & animal sanum, sunt tamen plura sana, igitur quamuis vna sit malitia, vel bonitas, in vtroque actu: at quia duo sunt diuersa actus interior, & exterior, formaliter erunt duo peccata.

2. Argum. ¶ Rursum, ista malitia, vel bonitas, vel est ipse actus bonus, vel malus: vel est aliqua forma absoluta, vel respectiua. Si primum, cum sint duo, actus interior & exterior, duæ erunt malitiæ, & duæ bonitates: si verò secundũ dixeris, temerè dixeris. Etenim si à forma absoluta dicuntur boni, vel mali, quæ erit illa forma vna in vtroque actu? vtique nulla, quia vna forma eadem numero esset in duobus actibus distinctis numero. Et esset quærendũ, si spiritualis esset, an corporalis: at ita corporalè abijceret interior actus, vt spiritualem exterior. Quòd si respectus est, esset cõformitas, aut difformitas ad rationẽ rectam, & quia duo actus sunt, interior, & exterior, duæ erũt conformitates, duæve difformitates, & cõtinuò conficitur, duas esse malitias, & duas bonitates.

3. Argum. ¶ Rursum, exemplũ istud de sano quo vtitur Thomas, & Durandus & alij Theologi & nos suprà, non videtur satis concinere cum proposito. Nã actus exterior est propriè bonus, vel malus, at non videtur satis concinere cum proposito. Sanũ est propriè quidẽ in animali: at verò metaphoricè in vrina, & medicina. Namq; sanum est, quod gaudet humorum temperamento, & hęc tẽperatura nõ est aut in vrina, aut in medicamẽto.

4. Argum. ¶ Pręter hęc, volũtas non est perfecta, nisi adepto fine, igitur quando habet actum exteriorem pro fine, ex actu exteriore perficitur eius malitia, aut bonitas completur: igitur actus exterior quatenus perficit voluntatem, necessariò augebit eius malitiã, vel bonitatem.

5. Argum. ¶ Quibus adde argumentum Dionysij Cistercienſis. Actus exterior naturaliter consequitur ad actum internum: igitur neque est bonus, neq; malus: quia naturalis est, & nõ liber actus. Igitur nemo fit peior, vel melior ex actu exteriore. At cõtrariũ decernebamus suprà. Quòd si dixeris esse malũ actũ exteriorẽ, quia deriuatur, & imperatur ab actu libero, obijciã tibi aliquẽ exteriorẽ posse esse malũ, nullo extãte interiore. Etenim si in bello iusto quispiã fidelis volens occidere infidelẽ, nõ aduertẽs, occidit fidelẽ, occisio hęc mala est, & à nullo actu malo interiori imperatur. Hęc argumẽta ex industria cõiecì in mediũ, quia ex illorũ solutione, scrupulosa hæc disputatio amplius clarescet. Et primũ horũ argumẽtorũ Gabriel indist hac. quæ. 1. obiecit contra Bonauẽt. tradentẽ actũ interiorẽ, & exteriorẽ quãdo simul ab eodẽ homine producuntur (hoc enim modo proceditur in disput. hac) esse formaliter vnum peccatum: id quod nos etiam docuimus ex sententia Magistri sententi. quam Thomas & Bonauent. & vetusti alij Theologi amplexi sũt. Caietanus igitur in cõm. ad artic. 3. Thomę quęst. 20. iam indicatæ censet substantiuè non esse duo peccata, actum vtrunq;. Etenim substantiua non multiplicant appellationem, non multiplicata forma, vt satis dissertum à me fuit in primo sententiarum lib. Quia igitur vna est forma malitiæ, aut bonitatis in vtroque actu, ideò substantiuè sunt vnum peccatum, quia vna est auersio, vna conuersio inordinata in vtroque actu. At verò adiectiuè fatetur duo esse mala formaliter, cæterùm ab vna forma. Et quanquam non ita diserte rem exposuerit, vt ego exposui, hoc tamen iudico Caietanum insinuasse verbis pauciſsimis. Ego verò distinguendam existimo propositionem hanc, vterque actus est vnum peccatum formaliter. Namque adverbium illud aut significat formam, & vera est propositio: quippè vterque actus est bonus, vel malus, ex vna bonitate, vel malitia. Nam ex bonitate finis actus exterior est bonus ex actu interiori, & bonitate ex genere, & alijs circunstantijs, actus interior est bonus ex actu exteriori. Et obiter considera Durandum deceptum fuisse in dist. hac quæst. prima, credẽs quia actus exterior necessariò sequitur ad interiorem omnem suam bonitatem, aut malitiã haurire ab interno. Hoc enim solùm veritate constat de bonitate finis, vel malitia, non aliàs, vt satis docent præscripta. At verò si illud aduerbium, solùm, velit tantundem, quantundem verè, & propriè, dicito actũ interiorem, & exteriorem, esse plura mala,

Soluũtur argumẽta dubium proposita.

Actus interior, & exterior, sunt vnum peccatũ, propositio est duplex.

Durandus refellitur.

mala, aut peccata formaliter. Hoc est verè esse duo mala, & propriè. Vndè longè alia ratio est de sano, & de istis actibus. Nam sanum, solùm proprie congruit animali: cæteris autem ex metaphora, & trãslatione duntaxat, aut saltem nõ propriè, si conteneris non esse trãslationem. Cęterũ actus interior est propriè bonus, vel malus, & item exterior. Namque verè fornicatio est peccatum, & ita de cæteris peccatis. Et quanquam actus exterior denominatur bonus ex fine per actum interiorem, quæ est denominatio extrinseca, & actus interior denominatur bonus ex genere per actum exteriorem, quæ item est nuncupatio extrinseca, cæterum vtraque nihilominus denominatio vera, & propria est. Nam oppedit nihil proprietati nuncupationis, quòd extrinseca, vel ab extrario sit. Siquidem Deus ab extrinseco appellatur, Dominus, & Creator, & veracissimè huiusmodi appellationes quæ ex creatura proueniunt, Deo congruũt. Sunt igitur verè duo peccata, & propriè ambo actus, quia fornicatio interior, est verè fornicatio ex consensu, & exterior est verè fornicatio ex opere: at verò vnius sunt imputabilitatis, nam vtraque fornicatio vnam tantum habet imputabilitatem. Quippe actus exterior imputatur ex interiore siue ad laudem, siue ad vituperium. Vna igitur est imputabilitas, at duo sunt quæ imputantur, vna est bonitas, vnave malitia moralis, ex qua duo dicuntur bona, vel mala moraliter. Vnica est auersio vel inordinatio, ex qua duo dicuntur inordinata. Item de ordinatione dicito, quamuis variè denominet sua subiecta. At ais, furtum est malum intrinsecè, & ita de reliquis: non ergo furtum est malum ex actu voluntatis denominatione extrinseca. Respondebis, furtum esse malum intrinsecè ex genere suo, verùm extrinsecè dicitur imputabile malum ab actu voluntatis, quia quod sit furtum volitum, hoc extrinsecum est furto. Et ita de reliquis censeo, siue bonis, siue malis.

Soluũtur argumẽta dubium proposita.

Proprietati nũcupationis obstat nihil extrinseca denominatio.

Mala intrinsecè à volũtate sortiũtur imputabilitatem.

Actus interior, & exterior, sunt vnum peccatũ, propositio est duplex.

Durandus refellitur.

3. Argum. ¶ Argumentum secundum Ioannes Maior insinuauit, vnde sibi plausibile fuit cõcedere duas malitias, & duas bonitates esse in actu interiori, & exteriori, quia malitia est actus ipse. Verùm quamuis secundum ita sit, non tamen secundum rationem. Nã aliud est, substantia actus mali: aliud eius obliquitas: ideòque malitia, quæ priuatio est, non est actus: aliàs concedendum esset, Deum facere malitiam, & iniquitatem. Etenim, Maiore autore, malitia est actus ipse. Si ergo Deus facit ipsam realem actionem, quæ peccatum est, facit quoque ipsam malitiam, id quod blasphemum est. Quid autem est hæc malitia? Vtiq; est priuatio bonitatis moralis: at bonitas moralis est integritas omnium, quæ sunt necessaria ad actum moraliter bonum. Hæc porrò integritas non est actus ipse secundum rationem, quia multi actus sunt ista integritate orbati.

Quid malitia, quidmoralis bonitas.

¶ Tertio argumento responsum dedimus iam.

Ad tertium argumentũ & quartum.

¶ Quarto argumento non est prompta responsio. Caietanus nanque in comm. articul. 4. quæstionis non semel commemoratæ, testatur actum exteriorem, vt terminus est voluntarij motus, addere bonitatem, vel malitiam, non tamen alium gradum bonitatis, quam habet interior actus, neque aliam bonitatem, sed seipsum addit, quia perficit voluntatem. Mihi tamen hæc Caietanica metaphysica satis sinuosa est, & fortasis ipse se habebat: ego verò ipsum non habeo. Quid enim sibi vult, addit bonitatem, sed non aliam quam habebat actus interior, non peruium est. Etenim quid addit actus exterior, num nouam aliquam bonitatem, vel præexistentem? Si præexistentem, igitur non est additio. Sin verò est noua bonitas, ergò est alia bonitas, quæ nõ præerat. Et rursum ex Thoma, ipse habet actũ exteriorem addere nonnum quam intensionem actui interiori. Igitur quãdoq; addit nouum gradum bonitatis, vel malitiæ. Quamobrem missa Caietani philosophia mecũ tu obserua vt rem difficilem scitu asequaris. Duplicem esse perfectionem voluntatis, alteram intrinsecam, & hæc est ex actu interiori, qui est forma voluntatis illi cohærens: alia est extrinseca perfectio, quæ est actus exterior, qui volũtati nõ cohęret. Quãquã aũt nõ cohęreat, quia tamẽ est actus à volũtate imperatus, ideò est perfectio eius. Nã actꝰ omnis est perfectio potentiæ. Nã perfectior est potẽtia sub actu, quãsub potẽtię statu. Iãergò si actũ exterior rẽ sumas, vt terminũ volũtatis, perficit ipsam voluntatem extrinsecè. Et bonitas, vel

Caietanus nõ probat.

Actꝰ est perfectio potẽtiæ vel intrinseca vel extrinseca.

malitia eius, est extrinseca voluntati sub hac ratione. Et reuera gradum nouum bonitatis, vel malitiæ addit: quamuis extrinsecum est, quod actus exterior addit. Ideòque ex actu voluntatis interno, si efficax est, tota pendet per se loquendo actus externi malitia, vel bonitas moralis. Nam hũc actus efficax reddit voluntatem perfectam moraliter, vel in bono vel in malo perfectam, scilicet perfectione voluntatis intrinseca. Alia verò perfectio quæ accedit ex actu exteriori, vt terminus voluntatis est, extraria est. Et quia connexa est perfectioni interiori voluntatis, ideò non addit imputabilitatem maiorem; & si addat ab extrinseco bonitatem, vel malitiam moralem. Vnde etiam si peior est, qui fornicatur opere, quàm is, qui solùm animo fornicetur, at verò, per se si sermo fiat, tantundem meretur pœnæ æternæ hic, sicut ille. Itaque actus exterioris bonitas, vel malitia nonnunquam auget bonitatem, vel malitiam actus interni, siue secundum numerum, siue secundum intensionem, siue secundum extensionem, Thomas est autor, artic. 4. quæst. indicatæ, & cæteri Theologi, & nos suprà exposuimus. Veruntamen si nullo horum modorum actus exterior se gerat circa actum interiorem, solummodo est extrinseca perfectio voluntatis. Et hoc solùm addit extrinsecam bonitatem, vel malitiam ad actum internum. Et quia, vt aiebam, huiusmodi sunt connexa ad actum internum efficacem. Nam ad hunc continuò consequitur exterior, nisi à forinseco impediatur obstaculo, ideònõ crescit ex actu exteriori maior imputabilitas, sed eadem, quæ erat ex actu interno efficaci voluntatis inuariata perseuerat. Et istud est quod Theologi vulgò docẽt, ex actu exteriori fit homo peior extẽsiuè, nõ tamen intensiuè. Quãquã intelligendũ est vulgatũ hoc per se loquendo. Nam, vt sæpè tradebamus, ex actu exteriori sepè fit intensior actus interior, & redditur homo peior intensiuè. Porrò quia fit additio bonitatis, quæ extrinseca est perfectio voluntatis, itidemq; malitiæ, ideò extensiue homo fit peior, aut melior ex actu exteriori. Et ne decipiaris, putãs malitiam esse perfectionẽ volũtatis sub aliqua ratione, scito actũ exteriorẽ, & si malus sit, esse volũtatis perfectionẽ, nõ vt malꝰ est, at vt actus est. Et vt semel dicam, quia per accidens est actum voluntatis efficacem nõ se promere in actum exteriorem, ideò quamuis defraudetur actu exteriori, in sua bonitate, aut malitia perfecta perseuerat, siue accedat, siue non accedat actus exterior. Qui enim efficaciter vult occidere alium, & negata est illi facultas, accidens est, quòd non occiderit, ideò tam perfectam habet malitiam moralem voluntas illa occidendi hominem, quàm si occidisset. At ais, occidendo magis peccasset, quia maius intulisset damnum opus, quàm solus affectus, dicam, damnum mortis iam illatum est ex affectu: & per accidens fuit, non esse damnum ex effectu. Cæterùm apud iudices humanos hic affectus, quia latens est, non promeretur pœnam, apud Deum autem promeretur æternam, similiter atque si occidisset. Et Dominus Matthæi. cap. 15. satis indicat malitiam totam ex voluntate esse, ex corde docens procedere cogitationes malas, adulteria, & homicidia, &c. Dixit voluntatem efficacem habere perfectam malitiam, vel imputabilitatem, quia voluntas inefficax non adipiscitur hanc perfectionem moris, quia non plena, neque cõsummata est voluntas.

¶ Argumentum quintum dilues, si dixeris, actum exteriorem esse imperatum ab interiori: & ideò esse in potestate voluntatis antecedenter, & hoc satis est, vt vel malus, vel bonus moraliter sit. Vt acta ebrij etiam propter hanc causam censẽtur voluntaria. Necessariò igitur consectatur perse actus exterior interiorem efficacem, at hoc non probat non esse bonum, vel malum, sed probat non addere nouam imputabilitatem supra actum interiorem, cuius (vt sæpè diximus) consummata est ab intrinseco vel malitia, vel bonitas moralis. Et ad confirmationem respondebis nos fateri aliquem actum exteriorem posse esse malum, citra annexionem ad actum interiorem: porrò, non sine aliquo interiori malo, erit malus. Etenim in argumenti casu, omissio interior mala est, vnde actus processit malus. Istis absolutis nihil negotij præstant nobis argumẽta facta in principio. Ná fatẽdũ est, volũtatẽ solã, per se loquẽdo, habere cõsummatã malitiã moralem, vel bonitatem. At verò per accidens

Actus exterior non addit imputabilitatem nouam ad actum exteriorem.

Actus interior defraudatus exteriore, perfectam habet vel bonitatem, vel malitiam.

Actus exterior malus citra actum interiorẽ.

Solutio argumẽtorũ principalium.

dens augeri,& fieri peiorem, & meliorem ex actu exteriori,itidemque ab extrinseco ex eodem actu fieri peiorem, vel meliorē. Quanquam ex solo actu exteriori imputabilitas non augetur,nisi per accidens ex illo actus interior augeatur intrinsecè.

¶ Argumenta verò in diuersum facta benè colligunt quòd homo fit melior, vel deterior ex actu exteriore: non tamen colligunt,hoc esse per se,aut quod per se,ab exteriori actu crescat intrinsecè malitia, vel bonitas actus interni.

13.de Trinit.cap.5. ¶ Et rectè dixit Augustinus quòd homo miserior fit, implendo malum animum. Nam ex impletione augetur voluntas ad malum,aut in eo diutius perseuerat,&c. Quæ tamen omnia per accidens sunt subaudienda,& non per se. Aut deniq; fit miserior,quia qui ab intrinseco erat miser ex voluntate,fit ab extrinseco miser ex opere:ideò fit miserior extensiuè.

Quæstio annexa de origine peccatorum. ¶ Postquàm licuit ex Christi gratia exanthlare difficultatem non modicam, superest illi annectere aliam propter Magistri literam. Vertitur namque in dubium, quænam sint peccatorum origines. Et Arist. in libro M.M.cap.8.&.9.duas commemorat vitiorum omnium origines, voluptatem, & ægrimoniam,seu dolorem. Quidam em̄ ex voluptate illecti virtutis tædia fugiunt, alij verò ex virtutis labore deterriti a virtute desistunt. Quòd si hoc idem traderemus esse peccatorum origines nihil desiperemus. Nam sæculi dulcedo,quosdam adeò inescat vt Deum posthabeant, alij vero, qui iā animum coniecerunt in virtutis cōpedes,ex molestia,& labore in virtutis studio lassati, ab illa desciscunt. Porrò audiamus Augustinum qui. 11. super Genesin ad literam cap. 17. duas protulit peccatorum radices, alteram superbiam,aliam verò cupiditatem: superbiam vero, aliam dixit esse appetitum peruersæ celsitudinis, & hæc superbia speciale vitium est: aliam verò contemptum diuinæ legis censuit esse. Itidemq; dicere oportebit de cupiditate. Est enim cupiditas, iam generale vitiū, iam verò particulare. Namq; si cupiditas vsurpetur pro auaritia, quæ lucris iniustis intendit,particulare vitium est,quod Græci, philargiriam,nūcupant. Sin verò amorem superuacaneum fluxarum denotet rerum, generale vitium est. Iuxta quod Augustinus censet hæc duo, cupiditatem, & superbiam, vsurpata generaliter,esse radices omnium peccatorū. Ad hunc sensum Paulum ducens dicentem cupiditatem esse radicem omnium peccatorum: & Ecclesiast.cap.10.tradētem,superbiam esse initium peccati. Namq; hæc de speciali cupiditate,aut superbia, non sunt exponenda. Quippe pleraq; multa sunt, quæ ex superbia non trahunt originem, at ex inuidia, aut gula,&c. Neq; ex cupiditate, sed aliàs ex alijs vitijs suam deducūt propaginem: cæterum ex cōtemptu diuinæ legis, & ex amore rerum visibilium superuacaneo,tāquam ex primis locis, suam omnia peccata petunt originem. Durandum verò in dist. hac male habet dogma hoc August. Credit enim, Paulum non de generali cupiditate, sed de auaritia loco prænotato fecisse sermonem. vt Ecclesiast. de speciali superbia. Id quod Augustinus,si ipse obseruasset, non negat. Nam literæ contextus vitia specialia subindicant. Cæterū Durandus noluit aduertere morem scripturę. Ex specie enim sæpè indicat genus, & ex genere speciem: vt nos alibi ostendimus. Quapropter August. scripturarum diuinarum scientissimus egregiè theologizat. Alij verò Theologi duo testantur esse in peccato, & auersionem, & conuersionem. Superbia igitur est peccati initium propter auersionē. Etenim superbia est auersio à Deo: cupiditas verò est initium peccati, propter conuersionem, & non solùm initium, sed radix, & non inepta distinctio inter radicem,& initiū est. Siquidem principium etiamnum de priuatione dicitur, testante Aristot. tria esse rerum physicarum principia, materiam, formam, & priuationem. Porrò radix fundamētum rei denotat, quæ ex ipsa progignitur. Ideò pertinet ad rei substātiam cuius est radix. Quamobrem auersio à Deo, quæ superbiæ tribuitur, cōmodè principium appellatur à Sapiente peccatorum. Et rursum inquit, initium superbiæ hominis est apostatare à Deo: siquidē auersio, priuatio quędam est. Porrò opportunè cupiditas radix à Paulo vocatur omnium malorum. Quippe omnia mala ex amore superfluo creaturarum procedunt. Et in eo,tanquā in radice fulciuntur, & ab eo fouentur tanquam rami à radice. Et quamuis August. enarrans Psalm.79. in duo principia reduxerit peccata omnia, ad amorem scilicet

1.Timo.6.

Durandus nō probat.

Mos scripturæ ex genere,specié:& contrà specié ex genere demonstrat.

Radix principiū vt discrimentur.

malè inflammantem, & in timorem malè infrænantem, vel humiliantem: verū quia timor non est primus affectus, ideò simpliciter non est prima radix, sed secundum quid. Quia (vt diximus) ex timore multa mala cōmittuntur, & multa bona dimittūtur. Timor igitur malus reducēdus est ad cupiditatem, de qua præloquuti sumus. Auersio autem & conuersio, & amor inordinatus re quidem vnum sunt, at ratione discrepant. Siquidem, quia per amorem inordinatum, Deum offendimus, auersio est: vt creaturis malè ex illo amore copulamur, conuersio est, vt verò in creata per illum obliquè tendimus, amor est. Multa hîc ex Magistro annectenda erant de nominibus & diuisionibus peccatorum. Quędam enim dicūtur delicta, quasi derelicta, & sunt omissiones: alia verò dicuntur commissa, aut, facinora, vt sunt peccata cōmissionis: verùm quia sępè horum nominum, & aliorum, non est tam exacta obseruantia, ideò hæc valere sinamus, vt & cætera, quæ traduntur de peccato ex malitia, ex ignorantia, ex infirmitate, quæ Magister distinct. 43. persequitur. Tu lege Albertum Magnum in. 2. part. summæ & alios. Henricus quoque quodlib. 1. quæst. 27. distinxit peccata quædam esse, quæ ex lege diuina sunt comperta, alia verò quæ ex ratione humana ex discursu & ratiocinio discuntur. Priora putat nō posse latêre adultum citra crimen, at posteriora posse inculpatè latere. Et indicat August. 3. de lib. arbitrio. Porrò nō arbitror esse necessarium simul atque homo mentis sit compos, statim habere Dei in promptu præcepta, quę sunt naturalis iuris. Habet namq; homo suas inducias, vt id prestare possit. Namq; ex creaturis paulatim deducendus est ad Dei notionem, & iuris naturalis notitiam: vt Guilielmus Altisiodorensis rectè dixit in. 2. part. summæ vel. 2. lib. tract. 19. De hac tamen re alibi speranda est dissertior disputatio.

2. quæst. annexa de diuisione peccati. ¶ Iam verò secundā libet quæstionē huic coniungere. An diuisio peccati, in mortale, & veniale, sit diuisio generis in species: an potius analogi, in analogata. Etem Durandus quæst. 4. huius dist. summoperè cōtendit esse hanc diuisionem generis, in species. Probatam habet hanc sententiam ex multis.

1. Argum. ¶ Primò, quia si quæ esset ratio, quare nō esset generis diuisio in species, illa esset vel maxima, quia veniale peccatum est imperfectè peccatum, vt pote quod est indeliberatum, vt sunt motus primi, at verò multa sunt venialia ex plena deliberatione subor ta, vt mendacia officiosa, & iocosa, ergò illa ratio non obsistit.

2. Argum. ¶ Secundò mendacium est propriè peccatum, igitur & quodlibet aliud veniale. Colligit antecedens, quia est contrarium veritati, quæ tamen est propriè virtus, ergò vitium illi contrarium, erit propriè peccatū.

3. Argum. ¶ Tertiò virtutes, non sunt aliæ secundū quid virtutes, aliæ verò simpliciter virtutes: sed omnes sunt perfectè virtutes in suo genere: igitur & peccata omnia erunt propriè peccata.

4. Argum. ¶ Quartò si peccatum veniale analogicè dicitur peccatum, vt vrina sana, sequitur quod submoto mortali, nullum poterit esse veniale. Id quod falsum est. Etenim potest homo Deo gratus venialibus abundare. Hoc placitum Durandi aduersarium est placito Alberti in. 2. parte suæ summæ quæst. 115. tracta. 18. docentis peccatum prius congruere mortali, quàm veniali. Itaq; peccatum simpliciter est mortale, at secundum quid veniale est peccatū. Post quem Thom. in. 1. 2. quæst. 88. art. 1. resp. ad. 1. existimat peccatum non esse genus ad mortale, & veniale, sed analogū. Nam mortale peccatum veram habet rationem peccati, quia est contra legem Dei: at veniale, veram rationem peccati. Non enim est contra legem Dei, sed præter legē Dei. Et ante hos Guilielmus Altisiodor. qui fuit vtroq; vetustior, in. 2. lib. tract. 28. idē censuit. Docet enim finitionem August. Dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei, esse duntaxat de peccato mortifero subaudiendam, quia peccatum veniale non est, ait, in prohibitione, sed in cohibitione. Et ego vetusto huic placito fidem meam præbeo. Obseruabis igitur ex duobus, misis alijs, peccatum constare, alterum est quod voluntarium est, alterū verò quod inordinatum est. Hæc autem inordinatio, gemina est, aut circa finem, aut circa media. Quæ est circa finem, est maxima, quę verò circa media, saluo fine, est modica inordinatio, quāuis præuia ad maximam: finis autem præcepti, est charitas, Paulo docente. 2. ad Timoth. 1. & August. differit in Enchiridio, cap. 112. Peccatum

Lib. 22. cōtra Faust. cap. 27.

Decisio quæst. ex auto. placito.

tum porrò veniale,& mortiferum sibi consentiunt in ratione voluntarij. Vtrumq; enim voluntarium est, etiamnum motus sensuales, suprà dicebamus volũtarios esse, saltem imperfectè, quando culpabiles sunt,aliàs inculpatos tradidimus illos esse. At verò in inordinato grãdi interuallo distant. Nam mortale peccatum est contra Dei charitatem, & illam expellit, ideò habet inordinationem circa finem diuinæ legis,qui est charitas de corde puro, conscientia bona,& fide nõ ficta. Veniale verò,nõ pugnat cum charitate, neq; est inordinatio circa finem, sed circa media: quia creaturis non ita moderatè vtitur, vt oportebat vti. Vt nimius amor vxoris, & liberorum, qui salua charitate sæpè afficit coniuges.Quare dixit Bonauentura distinct.hac art.2.quæst. 1. peccatum veniale non esse auersionem à Deo,neq; Dei contemptum propriè loquendò, esse autem retardationem quandam à Deo, & elongationem. Tametsi ego etiam nollem concedere, veniale elongare mentem à Deo, si exactus sit sermo. Siquidem, Psalmographo testãte, Qui elongant se à te, peribunt. Ideò propriè mortiferum peccatum nos elongat à Deo, quippe pæna æterna punitur. Et concesit hic autor veniale peccatum non esse prohibitum,neq; esse contra Dei legem, verùm esse cohibitum, vt dixerat Altisiodorensis. Eò autem vocatur cohibitum, quia prohibens præceptum exempli causa homicidium, cohibet motum iræ, quæ est remota quædam dispositio ad homicidium. Quamobrem peccatum veniale,& si iuxta Altisiod.difficilem habeat definitionem, quia illi non erat promptum illud finire,nos tamen finiemus,esse dictũ, vel factum, vel concupitum præter legem Dei. Acta verò indifferentia non sunt contra, neq; præter legem Dei. Aut finiemus aliter esse comissionem, vel omissionem non repugnantem charitati, aut inordinationem liberi arbitrij, salua Dei amicitia. Et si rem benè pendis totidem diuisiones exhibebit tibi veniale peccatũ, quot mortale. Vt enim mortale ex parte præcepti, diuiditur in cõmissionem, & omissionem: & ex parte causæ,in peccatum ex ignorantia ex infirmitate, &c. ex parte modi, in peccatum cordis,vocis,& operis: ex parte obiecti, in peccatum contra Deum cõtra se,& aduersus proximum,& ita de reliquis diuisionibus. Ita veniale quoddam est cõmissio,vt mendacium: aliud omissio, vt læuis inaduertentia, & aliud ex ignorantia, &c. Quãuis nullũ veniale sit cõtra Deum, nisi ex genere vt infrà videbis. Et si moratur te, vt peccatũ veniale erit inordinatio circa diuina, nihil te moretur. Nam subreptitius motus infidelitatis, odij diuini, & desperationis, subreptitij motꝰ sunt venialia peccata: & sunt inordinati, & imperfecti motus erga diuina, salua Dei amicitia, vt suprà dicebamus,quandò de primis motibus agebatur.

Mortiferũ peccatũ, & veniale,cõueniunt, & differunt.

Psalm.72.

Peccatũ veniale,nõ est prohibitum lege Dei, sed cohibitum.

Toties diuiditur veniale, quoties mortale.

¶ Sub hæc autem considerabis,vt Durandum absoluas, hæc duo, voluntarium, & inordinatum, quæ vocat peccatum in suã rationem, si in vnum conferantur, magis esse intrinsecum peccato, quod sit inordinationem esse, quàm quòd sit voluntariũ. Etenim originale peccatum in se nõ est voluntarium, at in suo antecedente dũtaxat. Verũ in seipso inordinatum est.Et fieri nõ potest,peccatum esse in seipso non habẽs inordinationẽ. Imò implicat quod sit peccatum, & non sit in se inordinatum: at nihil vetat esse peccatum,& nõ in seipso voluntarium,vt item ebriorum peccata ostẽdunt.

¶ Quapropter cùm peccatum veniale nõ sit inordinatum propriè, quia ordini legis diuinæ non repugnat, ideò quantumlibet sit voluntarium, non est propriè peccatũ, ideò non est necessarium, quod confiteatur. Quare Durandus iniustè discessit à placito antiquo Theologorum.

¶ Et primo argumento dices, non esse rationem præcipuam, quòd veniale non sit propriè peccatum, quòd sit inuolũtariũ, vt diximus.

Soluuntur argumenta Durandi.

¶ Argumento secundo, dices negando cõsequentiam, quia plus exigit virtus ad virtutem, quàm peccatum ad peccatum. Autor est Dionysius.4. ca. de diuinis nomin. vel dicito multo secius cõsiderandum esse peccatũ à Theologo,quàm à philosopho. Nam philosophus diceret mẽdacium esse propriè peccatum, vel propriè vitiũ, quia directè est contra veritatem:at verò Theologus non habet præcipuã rationem peccatorũ,secundũ rationem ad virtutes morales, sed per respectum ad charitatẽ Dei. Quia igitur veniale non est contra charitatem, propterea pronunciare debet nõ esse propriè peccatum. Et si hoc obseruasset

Philosophus aliter de peccatis quàm Theologus cõsiderat.

Duran-

1. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

Lib. 22.cõtra Faust. cap.27.

Decisio quæst. ex auto. placito.

Durandus, haud dubium, iret in antiquam sententiam. Et ex hac annotatione etiam argumentum. 3. diluitur.

¶Argumento quarto respondetur, si peccatum mortale non esset possibile, neq; veniale. Hoc namq; est quasi dispositio ad illud. Quamuis fieri potest in homine vno venialia extare sine mortali, verumtamē, si homini repugnassent mortalia, vt Christo, item venialia repugnarent. Obseruabis autē vt hæc explanatiora tibi euadant, quædam esse peccata venialia, quæ ex suo genere sunt mortalia, & hæc facilè concedemus Durando, esse peccata propria ex suo genere, non tamen simpliciter propriè sunt peccata, sed ex suo genere. Sunt enim venialia peccata ex imperfectione actus, alia verò ex suo genere sunt venialia, quia sunt actus inordinati erga creaturas, vt feruentior amor coniugum, tradēte August. lib. de adulterinis coniugijs. Verùm oboli furtum, ex suo genere est crimen, ex imperfectione tamē actus, est veniale. Et motus subreptitius contra fidē, vel cōtra Dei amorem, aut spem. Isti actus ex genere sunt criminales, at ex imperfectione sunt veniales culpæ, quia non sunt plenè liberi. Lege Thom. 1. 2. quæst. 72. art. 5. vndè nihil incommodi est veniale concedere aliquod ex genere suo esse contra Deum, & contra legem Dei: tamen in indiuiduo est impossibile.

Venialia ex genere, venialia ex imperfectione

Tertia quæstio annexa

¶Postremam tamen quæstionem annectēdam censui hanc, an peccatum veniale sit dignum æterna pæna, an solùm temporaneam promereatur. Et hæc quæstio grandis est effecta, quia autores non pænitendi probatum habent dogma hoc: Peccatum veniale per se, & ex natura sua promeretur æternam pœnam. At verò diuinæ clementiæ est tribuendum quod non tanta plecta tur pæna. Itaq; misericordia Dei est, quę facit discrimen inter mortalia & venialia non propria eorum natura. Hoc probatū habuit Ioannes Gersonus in lib. de vita spirituali. Et Heruæus Brito, quodlib. 5. quæstio. 33. Ante quos Alexander idem persuasum habuit. Et sunt pleraq;, quæ hanc sententiam probant.

1. Argum. ¶Etenim August. lib. de vera, & falsa pœnitentia, cap. 7. idem commemorat, venialia esse peccata ex diuina largitate.

2. Argum. ¶Et Roffensis, art. 32. contra Lutherum indicat hoc idem tradidisse Lutherum, veniale peccatum esse tantum ex misericordia Dei. Id quod non reprehendit Roffensis, sed probat.

3. Argum. ¶Et rursum, veniale peccatum est contra legem Dei, igitur plecti meretur sempiterna pæna. Antecedens patet, namq; capemendacium officiosum, quod veniale est, istud est contra legem Dei mandantem: Non falsum testimonium dices. Rursus propone tibi leuem motum concupiscentiæ in rem proximi, item est cōtra hoc mādatum: Nō concupisces rem proximi tui.

4. Argum. ¶Ad hæc, peccatum veniale ex se non est remissibile, sed per gratiam Dei, igitur ex se mortiferum est. Quod verò per gratiam Dei remittatur, hoc promptum est, quia culpam solus Deus relaxare potest. Vndè tradunt Theologi remissionem cuiuslibet peccati esse gratiæ effectum operantis: ergò si Deus non condonauerit veniale, perpetuò punietur.

5. Argum. ¶Præter hæc, est August. lib. de decē chordis, conferens venialia morsibus pulicaribus. Morsus enim vnus, vel alter non afferunt homini exitium, sed si examen est pulicū pungentium, lethale erit. Ita peccata venialia singula non sunt mortifera, at examen venialium, mortiferum. Igitur veniale, & mortale, solùm differunt numero nō specie. Nam ex documēto Metaphysico, multum, & paucum, non variant speciem.

6. Argum. ¶Præterea à Hieronym. cōtra Iouinianū. lib. 1. ex Sexto Pythagorico, docet, adulterum esse vxoris ardētiorem amatorem: si adulter est, qui feruentius amat vxorem, quàm par sit, igitur mortale hoc peccatum est de se, etiā si venia donabitur ex misericordia Dei. Et indicantur verba Hiero. 32. quæst. 4. cap. Origo.

7. Argum. ¶Et rursū August. in epist. ad Felicianum multa, ait, peccata venialia oppriment nos, vt vnum grande, & exponit exemplum marinorum fluctuū, qui si sensim multi nauem inundent, illam submergent, perinde atque si grandis eam inuasisset procella. Et transferuntur verba de pœnitentia, distinct. 1. cap. Tres autem sunt.

8. Argum. ¶Et ipse August. 25. distinct. cap. Vnum oratorium. & cap. Nūc autem. testatur nullum peccatum tam veniale esse, quod non fiat criminale, dum placet. Et subdit, ebrietatem venialem esse: quæ tamen si in consuetudinem traducitur, fit crimen. Non ergò discrepant natura veniale, & mortale, sed

sed genere idem erunt. Et demum Theologicum est decretum, furtum vnius oboli, esse eiusdem generis, cum talenti furto.

Decisio quæst.

¶ Porrò aut istis, & alijs eiusdē farinę argumētis, nihil oppēdictibus, censendū est peccata venialia omnia, quę ex genere sunt venialia, genere analogico, & ex natura rei differre inuicē, & nō ab extrinseco discrimē habere, quę est per accidēs differentia. Hāc satis persuadēt verba Dñi. Matt. 5. Qui irascitur fratri suo, &c. vbi gradus inascendi in fratrem distinxit Dñs. Et primum gradū venialem per se docet esse, & secūdum similiter: Nam ait, reus est concilio, reus est iudicio, & postremū reatum, dixit esse pænæ sempiternæ. Quo loco lucidè satis ostenditur venialia esse, quæ temporaneæ pœnæ sunt solummodo digna. Et Dñi sermo non per accidens est audiendus, at per se. Ait enim: Reus est. Quod verbum peccati naturam indicat. Et Paulus Apost. 1. ad Corinth. 3. Manifestat naturam venialium peccatorū. Cōtulit namq; illa fœno, ligno, & stipulæ: quæ omnia non grauem habēt materiam, sed leuem, & non difficilè cremabilem. Et vt ostēderet veniale dignum esse ex se pœna temporali, ait, huiusmodi, qui hæc peccata exercent super fundamento fidei, & charitatis, arsuros igni, at temporaneo. Ideò ipse ait, saluus erit, sed quasi per ignē. Et Matth. 7. venialia & mortifera discrepare abūde insinuant Dñi verba illa: Quid tu vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? At festuca venialia refert, trabs verò criminalia, vt etiam Matth. 23. de culicibus, & camelis fit mentio: Excolantes culicem, & deglutientes camelum: vt doceret morosu los Phariseos venialia peccata magnifacere, at criminalia (qualia erant, deuorare domos viduarū, & decipere malis doctrinis plebes) nihil curabant. Et si exactè libraueris Pauli verba ad Ephes. cap. 5. idem colliges: Fornicatio autem, inquit, & omnis immūditia, aut auaritia, nec nominētur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rē nō pertinent. Namq; hæc, quæ postremò recensuit, vt subnotaret esse venialia, & quæ primo recensuerat, criminalia, subiecit de prioribus. Hoc enim scitote, intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immūdus, aut auarus, nō habebit hæreditatem in regno Christi. Et, vt perspicere poteris de posterioribus, nihil repetit. Nō enim dixit aut stultiloquus, aut scurra, &c. Sunt ergò quędam venialia ex natura, siue ex genere suo. Vnde Augustī. 32. quæst. 7. cap. Adulterij, docet amorem excessiuū cōiugum, modò naturales non excedat metas, venialē esse. At in meretricem damnabilis est amor meretricius. At verò quis non videt hæc ex sua natura differre, nimis amare vxorem, aut meretricem? Omnia denique, quæ cōtra Durandum quęstione exacta induximus, huc vocari valent. Item si veniale est de se dignum pœna æterna, homo iustus, qui venialia habet, est simul dignus inferno, & paradiso, quod implicat.

Loci sacri probantes peccata venialia.

¶ Secunda conclusio, à posteriori, venialia, & mortalia satis habent vnde discernātur. Hæc perspicua est. Nam veniale non solū dum hîc degitur, remittitur, quin etiā hoc mortali peracto cursu in purgatorijs ignibus dimittit. At verò mortale tametsi tantisper dū caduca hæc ducitur vita, relaxetur, & condonetur: porrò à morte nulla est mortalium dimissio peccatorū. Istud probandum puto decretum ex B. Grego. lib. 4. dialogor. cuius verba referuntur. 25. dist. cap. Qualis. quo in loco tractās verba Dñi: Spiritus autem blasphemiæ nō remittetur in hoc sæculo, neque in futuro: ait Dñm non temerè hæc dixisse, imò vt insinuaret esse post hanc vitam peccatorū rēmissionem, ideò ait, neq; remittetur in hoc sæculo, neq; in venturo. Et sermo non agebatur de remissione quo ad pœnā. Namq; de remissione quo ad culpam, Dñi erat sermo. Et consentit cum Greg. Augustī. lib. de vera & falsa pœnitētia, & habentur verba de pœnitentia, dist. 7. cap. Nullus. vbi traditur remissionis peccatorū fructum quandoq; in altero sæculo obtineri. Et Thom. in 4. Sentent. dist. 21. quæst. 1. idem autumat, peccatū veniale, quo ad culpā in altera vita remitti, cui subscripsit Capreolus in eadē dist. 21. quæst. 1. Et Tho. in quæst. de malo. quæst. 7. art. 11. idem censuit, culpam venialem statim post mortē expiari. Quāuis hoc, tanquā probabile, retulit. Et re vera hæc est vera traditio. Nam fac hominem iustum, cui firmatus erat animus in verbis proferendis ociosis, hic si subitò discedat ex morte repentina, manifestum est, ad purgatorios concessurum ignes. Iā ergò exigam, hoc veniale vel dimittetur, aut non? Si nō, igitur æternò plectetur: sin verò

2. Cōclusio

verò culpa dimittetur, ergo venialia expiabilia sunt post mortem. Modus autē, per quem expiabitur culpa venialis, non satis est in aperto: imò re vera abstrusa res est. Necessum etenim est dicere, vel expiandam esse per detestationē peccati, aut per lustrationem purgatorij ignis. Et Thom. in quæst. de malo indicata, insinuat per detestationē expiandum. Ait probabile esse, venialem culpam statim à morte expiari. Porrò lustratio ignea nō erit instantanea, vt liquidum est. Quapropter videtur expianda ex detestatione peccati. Nam anima iusta simulatque corporis deposuerit charissima exuuia, vehementissimè, vt videtur, detestabitur suam culpam venialē, quæ detestatio erit remissoria culpæ. At verò num pœnæ, & culpæ venialis, per illam detestationē, erit simul relaxatio, res mihi dubia satis. Durandus in. 4. dist. 21. quæst. 1. per displicentiam peccati venialis, tradidit relaxari peccatū veniale, nihil distinguens de culpa, & pœna. Et Scotus item fatetur idem, eadem dist. 21. Quāuis iuxta Scoticum commentum res planior redditur. Nam Scoto. in. 4. dist. 14. peccatū non est aliud, quàm reatus ad totam pœnā. Igitur si anima iusta post mortem odio habet peccatū suum, ex illaq; displicētia, quę erit (vt videtur) vehemētissima, quia nihil illam retrahet ab hac displicentia, imò omnia illam iuuabunt, dimittitur culpa, etiam dimittetur pœna. Et sectatur hoc commentum Scoticū, Almain in. 4. dist. 21. quæst. vnica. Mihi tamen non est omninò probatum. Etenim in culpa duo aduerto, & deordinationem voluntatis, & obligationem ad pœnam indè dissultantem. Et in mortali peccato deordinatio est maxima, quia est à fine, ideſt, à charitate Dei abscessio. Ideò mortale habet æternam pœnam consectariam. Porrò veniale non deordinat à fine, sed à medijs, ideò habet temporaneā se manentem pœnam. Et rursum, nō video cur per detestationē dimittatur culpa venialis iustis animabus. Nam si per detestationem venialis culpa relaxatur, cur non pœna mortalium? Nam sæpè animæ Deo gratæ decedunt non exolutis pœnis temporalibus, quas debent pro peccatis mortalibus iam condonatis ex pœnitentia, vtique minus malū est pœna temporalis, quā culpa venialis. Si detestatio est potens tūc donare culpas omnes veniales, cur non pœnas, quas diximus? Quid? quòd non solū detestabuntur venialia animæ illæ, quin etiam nouè detestabuntur omnia peccata mortalia, quæ interim, dū viuebant in corporibus, etiam detestatæ sunt? Et si hoc dederis, facilè exues purgatorium ab animabus sanctis. Nam detestationem habebunt in instanti. Mihi igitur admodū probabile videtur, per tolerantiam ignis purgatorij, & culpam venialem, & pœnam illi debitam donandam: & non per bonos motus charitatis, aut detestationem peccatorum, olim dum viuerent, commissorum. Nam etsi motibus pijs, & detestationibus sanctis abundabunt, nihil ex illis merebūtur, non solum vel gratiæ, vel gloriæ, imò neque culpæ, aut pœnæ remissionem venialium, &c. Istud enim boni meriti, vitæ mortalis erat dos, non status immortalitatis conditio. Quòd si dixeris, animas huiusmodi incolas purgatorij esse quodāmodo viatrices, quia nondum sunt in termino, ideoq; non repugnare illis meritū secūdum quid. Ego non refragor, illas mereri secundum quid remissionem culpæ venialis, & pœnæ temporalis, ex tolerātia ignis. At quod mihi non arridet, est, illas promereri per motum charitatis, aut per detestationem peccati, remissionē culpæ, vel pœnæ. Nam purgatorius locus, non est satisfactioni deputatus, sed potius satis passioni. At huiusmodi pij, & feruentes charitatis motus, qui erunt (vt credibile est) animabus illis pijs feruentissimi, essent vtiq; satisfactorij, siquidem ex motibus illis nulla passio illis accidet. Nam diligendo Deū non patiuntur animæ illæ, vt neq; detestādo peccata. At verò Caietanus in. 1. Tom. Opusc. quæst. 17. tradit, animas illas satisfacere pro peccatis in purgatorio. Quod ego falsum puto. Siquidem purgatoriæ pœnæ non assumuntur à patiēbus, sed inferūtur à Deo, igitur non faciunt satis, sed patiuntur satis. Per suffragia autem Ecclesiæ satisfit à fidelibus pro defunctis: verū ipsi defuncti iusti pro seipsis satis patiūtur solùm. Porrò autem non est minus dubia hæsitatio illa de peccato veniali, quod homo impœnitēs secū deuoluit ad barathrū. Num illud dimittetur, an æternò torquebitur? Nam si æternò torquebitur, quomodo ergò tradidimus veniale peccatum temporali tantùm torquendum pœna? Quod si temporali supplicio: igitur apud inferos erit

Animę, quę lustrantur igne purgatorio, detestantur peccata mortalia dimissa, & venialia nō dimissa.

Non probātur Scotus, & Almain.

erit expiatio culparum, id quod absurdū videtur. Quia in inferno nulla est redemptio. Et equidem Scotus, loco iam indicato, nihil formidat concedere culpam venialem expiabilem esse in inferno. Etenim contra Thomam diuersum dogmatizantē colligit non infirmo argumento. Quandoquidem si peccatum veniale torquendū est æternò in inferno ex societate mortalis, iam igitur Deus punit vltra condignū, id quod diuinæ elementiæ detraheret non modicè. Quia veniale promeretur temporalem, & alioqui torquetur æternò. Neq; iuuat si dixeris, hoc est per accidens. Quādoquidem patientem nihil leuat istud per accidens pati, quando verè patitur. Durādus verò in. 4. dist. 21. quæst. 1. distinguit venialem culpam, aut dimissam, aut non dimissam. Etenim si impœnitens homo de mortalibus secū deferat culpam venialē, dimissam iam sanè, at reatu pœnæ non dimisso, id quod frequenter accidere potest, huiusmodi reatus, Durādo autore, relaxabitur apud inferos. Siquidē iam culpa venialis donata fuit dum hīc ageretur, & manet illi pœna taxata temporalis, ideò in inferno temporaliter punietur. Et soluit, testimoniū Iob intelligendum esse, in inferno nullam esse redemptionem, quia qui semel damnatur æternò erit damnatus: at verò relaxatio pœnæ temporalis non tollit æternam damnationem. Cæterùm si culpa venialis non donata, sociat damnatū: neq; pœna, neque culpa venialis, donabuntur. At æterno punietur venialis culpa ex annexo mortali, quod nunquam dimittetur. Et huius rationem assignat, quippē dānati sunt iam in termino, ideò illis nulla erit culparum remissio, siue venialiū, siue mortalium. Scotus, vt commemorabam, vniuersaliorem decernit sententiam, culpam venialem, & pœnam illi correspondētem, per satisfactionem relaxādam in inferno. Thomas verò (vt dicebam) in. 4. dist. 21. quæst. 1. nullatenus probat dogma istud. Quandoquidem censet, per se loquendo, culpam venialem promereri pœnam temporalem: at verò, per accidēs torqueri æterna. Tu subaudi, nō ex merito culpæ venialis, sed ex damnationis statu, habentis culpam venialem. Itaq; siue aliàs culpa venialis, sit dimissa, siue non dimissa sit, tortura erit sempiterna culpæ venialis, per accidēs tamen. Lege quoq; Thomā quæst. de malo. quæst. 7. art. 10. & 11. Et equidem Durandi placitum nō mihi admodum probatur. Nā ipse etiam in 4. dist. 16. fatetur hominem viatorem posse assequi remissionē venialis peccati, nō cōdonato mortali. Vt testatur, damnatum, dist. 21. posse habere remissionem pœnæ promeritæ ex peccato veniali, si culpa venialis aliàs illi fuerit dimissa, dum in vita mortali viuebat. Et quāuis ipse cohærēter est loquutus, at exigam ab illo, quomodò is, qui subiacet mortali crimini poterit obtinere relaxationē peccati venialis sub crimine mortali, num ex congruo? num ex condigno? Non quidem ex condigno, quod meritū ipse planè diffitetur, vt suprà indicauimus. Quod si dixerit, ex congruo, nū ergo ex displicentia venialis peccati, is q est sub mortali, poterit obtinere remissionem culpæ venialis, & per opera bona pœnalia poterit Deo facere satis de pœnis promeritis ex venialibus? Quod si satisfacere potest, igitur de condigno promerebitur homo peccator pœnarum debitarū pro venialibus relaxationē. Imò nō solū vnius culpæ venialis, sed infinitarū poterit promereri relaxationem, & pro illis satisfacere. Quod si satisfacere poterit, vtiq; ex cōdigno promerebitur aliqd erga Deū peccator. Id quod absurdū videtur. Imò non magis quantum ad hoc promerebitur iustus, quam iniustus. Quippe iustus per displicentiam venialis, promeretur eiusdem condemnationem, & per opera pœnalia promerebitur relaxationē pœnæ, & hoc idem iniustus. Vndè quoad remissionem culpæ venialis, & pœnę cōsectariæ, pares erūt. Quamuis gratia simul promeretur iustus, quā iniustus non meretur. Cæterum si solam remissionem culpæ venialis expenderis, & relaxationem pœnę, pares essent. Quod quidem qui amat placitum, concedat, me tamen refragante. Quia absona sunt hæc, ideò inficior planè commentum.

¶ Vt igitur semel dixerim, existimo apud manes nullam esse condonationem culpæ venialis, vel pœnæ ex illa promeritæ, sed quod æterno punietur venialis admissio, non ex demerito culpæ, sed ex damnationis statu. Neq; istud (vt Scoto respondeamus) est pati vltra condignum, imò ex cōdigno patietur ex veniali æternum supplicium. Siquidem qui venialem habebat culpam cum mortali, noluit pœnitere de mortali

Durandus nō probat.

Placita varia excutiūtur.

Decisio peremptoria quæstionis.

tali finaliter, vnde absolueretur ab æterno supplicio.

¶ Existimo rursum, animas pias, quæ lustratorios patiuntur ignes ex tolerãtia patientissima, quàm habent ad purgatorias pœnas, mereri condonationem culpæ, vel culparum, si quas habent veniales, & tandem obtinebunt pœnarum relaxationem, non ex affectu charitatis, ex quo detestantur culpas veniales admissas (nã hac ratione satisfacerẽt, id quod suprà negauimus) at verò quia patienter ferunt pœnas illas, vt Dei iustitiam expleant, ideò promerentur, vt tandem liberẽtur, & expiẽtur, ex sua æquabili passione pœnarum. Vndè Thomas fatetur in. 4. Sentent. dist. 21. (vt iam indicauimus) illas mereri secundum quid, & nõ simpliciter. Et Capreolus illi subscripsit. Et Caietan. in. 1. Tom. Opusc. quæst. 17. iniustè reprobat. Ego verò hoc meritũ non video esse meritum, quale nostrũ est, quod quidem ad profectum meritorum, & præmiorum est. Nam ex minori merito maiora meremur, hoc est, ad maiora proficimus gratiæ merita, & ad maiores gloriæ coronas adaugentur sancti viatores. Verũ animæ illæ, quas lustrat purgatorius ignis, tanquam fornax aurum, illas emundans à culpis venialibus si quas habẽt, & ab omni pœnarum reatu, non proficiunt, neque possunt proficere, vel ad augmenta charitatis, aut gratiæ, aut virtutum. Nam, secundum hanc rationem, iam sunt in termino, quia sunt in termino meritorum, hoc est, habent merita in purgatorio consistentiã, & pausam. Quamuis non sunt in termino præmij, quia nondum cælestibus fruũtur gaudijs: imò sunt extra terminũ sub hac consideratione. Eatenus tamẽ mereri illas dixerim quatenus reddũtur dignæ per tolerantiam æquabilem tormentorũ à Deo inflictorum, quæ liberentur à tormẽtis, & euolent ad gaudia. Animæ autem, quæ incendia ferunt æterna, quia non æquo animo, sed iniquo, pœnas sustinẽt, neq; illas patiũtur ad implendã Dei iustitiam, sed quia inuitæ detinentur, ideò neutiquam poterunt per satisfactionem se liberare à culpis venialibus. Quid? quod remissio culparũ, & relaxatio pœnarũ, est ex eo, quod subducantur animæ ab impedimento consequẽdæ æternæ beatitudinis? Animæ igitur ex quibus nõ potest hoc impedimentũ submoueri, quorsum, obsecro, gaudebunt remissione vel culpæ venialis, vel pœnæ? Et hoc est dogma antiquũ Theologorũ, cui suffragor. Vndè Altisiodorensis. 2. lib. tractat. 28. tradit, veniale peccatum ex diuerso foro, diuersam habere pœnam. Nam in foro infernali, æterna afficietur: in foro autem Ecclesiæ, aut purgatorio, temporalem subibit. Vt Parisijs qui exiguum furatur, ex abscissa auricula mulctatur: qui Carnoti verò, ex pede abscisso. Ab hoc tamen exẽplo ego recedo. Etenim hîc non agimus nisi secũdum naturã peccati venialis, quã forum non mutat, ex qua natura veniale per se solũ est dignũ pœna temporali. At verò in republica humana frequenter statuuntur pro flagitijs pœnæ, nõ iuxta qualitatem criminum, sed iuxta qualitatem ciuium. Vndè si ciues sint valde propensi ad quoddam delictũ, grauãtur pœnæ. Quòd si alibi non sit tanta propensio, minuuntur, vt fortassis Parisijs non est tanta propensio, ad furta patranda, quanta Carnoti: ideò Parisijs minor est pœna. Non tamen ita apud Deum, idest, in diuino foro, vbi delicta mortifera semper æternam exigunt pœnam: venialia verò temporalibus sunt contenta supplicijs. Nec me latet, Picum Mirandulanum in cõclusionibus Paradoxis cõclus. 19. probabile duxisse mortale peccatum quia finitum est, ideò exigere pœnam finitam, & non infinitam. Et hoc tanquam certum non ausus fuit statuere, veritus Sanctorũ autoritatẽ. At verò istud vt hæreticũ reproba dogma. Omne enim peccatum mortale ex auersione à Deo infinitũ est obiectiuè, vt alibi est disserendũ.

¶ Iam verò expedit argumenta obiecta diluere. Et primo dices, & secundo, peccata omnia, ita mortifera, vt nõ mortifera, Deo miserante, donari. Nã nemo potest donare offensam, nisi is, qui offenditur, ideò cũ Deus sit qui offenditur propriè ex mortali, quia est auersio à Deo, impropriè verò ex veniali, quippe quod non est auersio à Deo. Siquidem manente amicitia Dei hæc offensa admittitur venialis. Et quia solus Deus est, qui parcit peccatis, ideò dixit August. omnia peccata esse venialia ex Dei largitate, hoc est, omnia peccata adipiscuntur veniam ex Dei munificẽtia. Hoc enim ibi vocat veniale, id quod consuetũ est antiquis doctoribus nonnũquam veniale vocari, non ex specie, sed ex euentu, ex venia scilicet, impertita.

¶ Ar-

Caietanus nõ probat.

Quomodo merentur animæ in purgatorio

Animæ in purgatorio quomodo sunt in termino.

Rursus, contra Scotũ, & Durandũ, & Almain, in 4. vbi suprà

Forum non mutat peccati naturã.

Pœnæ statuuntur aliquãdò pro qualitate ciuium, & nõ delictorũ.

Picus Mirandulanus nõ probatur.

Responsio Argum.

Triplex veniale ex genere, ex imperfectione, ex euentu.

¶ Arg. tertio respondebis, venialia peccata, quędā esse ex genere venialia, & hęc nō sunt cōtra Dei legē. Nāque mēdacium, quod prohibet Dei lex, est falsum testimonium cōtra fratrē, verum qui iocosè mentitur, aut officiosè, non fert falsum testimonium. At alia sunt venialia ex imperfectione actꝰ, vt furari obolum, & hæc ex genere suo sunt cōtra Dei legē, quia mortifera sunt ex suo genere, at ex imperfectione actus non sunt cōtra, sed prēter legē Dei. Quare motus cōcupiscētię ad aliena, est ex genere mortiferus, at ex imperfectione, venialis poterit esse, ideo argumentum cessat.

Forum non mutat peccati naturā.

Pœnæ statuuntur aliquādo pro qualitate culum, & nō delictorū.

¶ Arguměto quarto respondebis, veniale, & mortale hac ratione differre inter reliquas, quòd mortiferū est de se irremissibile, ad hunc sensum, quod excludit principiū remissionis, gratiam, videlicet, Dei, per quā fit remissio peccatorū. Luc. 7. Dimittuntur illi peccata multa, quia dilexit multum. Porro veniale non excludit Dei charitatem, vndè fit remissio, imò illam admittit aliquando. Ideoq; non est de se irremissibile. Quamuis nullum peccatum, siue veniale, siue mortale ex natura sua est remissibile affirmatiuè, quamuis negatiuè veniale de se est remissibile, ideſt, non pugnat, aut non excludit principium suę remissionis. Lege Thomam. 1. 2. quæst. 87. artic. 5. Non ergò valet consequētia, ex se veniale nō est remissibile: ergo est mortiferum. Quippe in antecendenti solum denotatur quod veniale ex sua natura nō cōuehit remissibilitatē. Cæterū, quia nō excludit remissionis causā formalē, ideò cōcesso antecedente, secundū priorem sensum illatio flaccida est.

Picus Mirādulanus nō probatur.

Responsio Argum.

¶ Argumento quinto respondebis, Augustinū solū insinuasse ex frequētia venialiū, lapsum esse in mortale. Nā venialia si plurimū abeāt in vsum, disponūt quodāmodo ad mortale. Quia tepefaciunt feruorem charitatis, qui feruor causa est prohibens mortalē lapsum: ideòque venialia sunt causa remotiua prohibens, quare per accidēs sunt causa mortiferi casus.

¶ Argumēto sexto dicito cum glossa eiusdem, vocari adulterum coniugem ardētius amantē cōiugē, quia est similis adultero in amoris excessu, non in peccati consensu.

¶ Argumentū septimum iam dilutum est.

¶ Argumento octauo, ex venialibus fieri posse mortalia. Namq; qui amat feruenter mendacia iocosa, poterit adeò feruenter amare, vt etiā si essent contra Dei legem, apud se statuat à mendacijs non abstinere. At verò etiam si ex venialibus fiat lapsus in mortale, nunquā tamen veniale est, mortale. Nam motus concupiscentiæ venialis si deliberetur & persueret, non est idem motus, qui prior secundum speciē moris. Et idem actus exterior potest esse veniale, & deinde mortale peccatum, vt ire in ecclesiam primò ex vanagloria, dein ex amore Venereo. Et idem Almain putat de actu interiori, in moral. suis, cap. 21. Narrat August. in epistola ad Vincentium, Cyprianum errasse in baptismo hæreticorū. At purgatum fuisse peccatum, si quod peccātum fuit, ex martyrio. Vtique hæresis fuit illa, quam Cyprianus mordicùs asserebat. Cæterum quia ex ignorantia inuincibili, Cyprianus illam heresim contendebat, ideo venialis fuit admissio, quod ex genere suo criminale erat, vt B. Petrus fuit reprehensus à Paulo. Et vtique quod Petrus admisit, ex genere suo crimen erat, cæterum ex ignorantia, mortale aliàs, veniale fuit in Petro. Quamobrem Nicolaus II. quęst. 3. cap. Excellentissimus. duo docet deponere peccatorum grauitatem, & ignorantiam, & necessitatem. Consuetudo porrò non potest ex veniali facere mortale. Vndè ebrietas non fit mortifera solū quia consueta. At verò eò Augustinus dixit venialia traducta in consuetudinē verti in mortalia. Quia consuetudo afficit animum ad consueta, adeò vt in illis exercendis tantoperè libido crescat, quantopere Deum contemnat. Et ita ex contemptu fit mortale, cui occasionem præstitit consuetudo longa: at cōsuetudo per se nō potest metamorphosin tantam facere. Nā actus superueniens non potest aggrauare infinitè priorem actum. Ideo illum non potest facere mortalem.

Duo tollūt peccati qualitatē, & ignorantia, & necessitas.

¶ Similiter qui inexpertus vires vini, bibit largius, vndè inebriatur, non ex animo, sed ex inexperientia vini, dein verò iam expertus efficaciam vini ex animo se inebriat, ex veniali facta est ebrietas criminalis. Et vt tandem riuulos claudamus, esset disputandum in hac quæst. contra Altisiodorum qui contendit, veniale peccatum charitatis intensionem gradatim diluere, vndè Gerson fortassis credidit veniale & mortale, genere non differre. Nos

verò multa disseruimus in primo Sentētiarum, indidem tu hauries. Excogitantur deniq; quidam casus à Dionysio in. 2. Sentent. & ab Almain in Moral. loco prænotato, vt probēt interiorem venialem posse fieri mortalem, videlicet, volo elargiri eleemosynā ex fastu, & Deus prohibeat sub mortali fastum illum, seu inanem gloriam, & continuetur nihilominus illa volitio, iam fit mortalis. Verùm hæc portenta siue commenta mittamus.

Actus interior venialis potest fieri mortalis.

DISTINCTIO quadragesimætertiæ, Disputatio vnica.

¶ An omne peccatum sit in Spiritum sanctum.

Argum.

ET videbitur forsitan alicui, quod omne peccatum sit contra spiritum sanctum. Nā quod libet peccatum est contra Deum, & spiritus sanctus Deus est.

Argum. in contrariū.

¶ In contrarium est Matth. 12. & Marci. 3. Qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei in hoc sæculo, neque in futuro.

¶ Disputatio hæc varias habet sententias: quæ si inuicē cōferātur, fortè idē re sapiūt, voce tamē discrepant. Græci doctores, & Latinorū bona pars, peccatū in spiritū sanctū, conuitium iactū contra diuinitatē, esse putāt: siue voce extrà sonāte, siue intrò cōcepto verbo mentali. Habes apud Magistrum, patrū sententias. Quibus adde Hieronymū in. 2. cōm. ad cap. Matth. 12. docētē, peccatū in Spiritū sanctū non esse remittendū in hoc sæculo, neq; in futuro. Quando nēpe ex liuente animo, opera, quæ manifestè sunt Deitatis, diabolo tribuūtur, vt Iudæi faciebant, miracula euidentia diuinitatis, Beelzebub tribuētes. Vndè Episcopos tradit hoc crimine innodatos, deponendos esse, & nūquā restituēdos ad pristinos honores: itidēque presbyteros. Et iuxta hāc interpretationē Spiritus sanctⁱ Matth. 12. nō tertiā denotat personā, sed ipsā diuinitatē, quę essentialiter est spiritus sanctus. Itaq; hoc conuitiū est contra beatissimam triadem, quæ vna Deitas est. Cui grauissima fit iniuria, si opera manifestaria diuini numinis propria, hosti Dei immanissimo, qui est diabolus, tribuantur. Nam istud est, numen diuinum diabolo tribuere. Quo scelere nihil scelestius. Et equidem sententia hæc sanctorum, satis est germana Matthæo. Namque primum Dominus Matth. 11. & 12. de peccatis, seu conuicijs suę humanitatis prætexuerat sermonem, quæ docet esse remittenda. Nam illa habebant, aut raptabant occasionem ex humanitatis infirmitate. At verò quæ in Dei maiestatem iactabantur conuitia, nihil prætextus, nihil coloris habere poterant. Imò illa ex inuido, & odioso animo iactabantur. Ideò ait, non esse remittenda. Quippè quæ non videntur habere vndè remittantur. Namque pœnitentia est, vndè remissio: at qui Deum habet in fensum, & qui Deo se præstat inimicum ex animo, quomodo pœnitebit? Verùm habet hæc expositio scrupū. Etenim peccatum in Spiritum sanctum si conuitiū istud est aduersus diuinitatē, rarissimū esset hoc peccatū. Et forsitan solū extitit apud perfidos Iudæos. At scrupus hic non est admodum scrupulosus. Quia quid nostra sit, sanè rarissimum, & vtinam rarius quàm est, aut fuit. Et quid? si apud Iudęos extitit, num impossibile est apud alias nationes? Porrò autem Augustinus censuit peccatū in Spiritum sanctum, esse illud peccatum, cuius Ioann. meminit, dicens, esse peccatum ad mortē, pro quo non dicit esse Deū precandum. 1. Ioann. 4. tanta est peccati calamitas. Et hoc peccatum putat esse obstinationem, item desperationem, inuidentiam fraternæ gratiæ, vt siquis dolet, quòd Christi gratia multiplicetur: vt dolebant olim Iudæi, & dolent modò Saraceni, & alij fidei orthodoxæ hostes, curantes quo ad potuerint Euangelicæ gratiæ fructum impedire. Hoc vocat August. peccatum in spiritum sanctum. Quippè agitur contra Spiritum sanctū appropriatiue. Siquidem Spiritui sancto, appropriatur, vt sic dixerim, gratiæ infusio. Vnde non sinistrè

Quid sit inuidētia fraternæ gratiæ, & impugnatione ritatis.

strè intelligas per inuidentiam, inuidiam, vt est speciale peccatum, vnum ex septenario criminum. Item impugnatio veritatis agnitæ refertur inter peccata in Spiritum sanctum. Tu intellige impugnationem veritatis catholicæ agnitæ ad euertendam illam. Hoc inuoluuntur crimine doctores hæretici, qui sedentes in cathedra pestilentiæ, virus hæreseon plebibus instillant, siue voce, siue scripto. Et demum sex species colliguntur peccati in Spiritum sanctum, quas habes omnes si addideris prioribus, præsumptionem, & impœnitentiam. Est autē impœnitentia quædam, quæ transcurrit in omnia peccata mortalia, vt qui moritur non pœnitens, id quod est impœnitentia negatiuè, hoc est, non pœnitentia. Et hæc negatio pœnitentiæ, est peccatorū circunstantia illa, aggrauans infernaliter. At verò est alia impœnitentia positionem denotans, scilicet, propositum non pœnitendi, id quod differt ab obstinatione, vel obduratione. Quippè impœnitentia spectat in præterita, vt obstinatio ad futura. Ille namque est impœnitens, cui placent præterita mala acta: obstinatus verò, cui placent peccata ventura. Quippè cui animo est, finem suorum protrahere perpetuò peccatorum. Has sex peccatorum differentias vocant Theologi secundum se irremissibiles: alioqui remissibiles, quia poterunt remitti à Deo. At verò eatenus appellantur secundum se irremissibiles, quia ex diametro pugnant cum causis remissionis, aut cum vijs parantibus remissionem. Siquidem præsumptio pugnat cum diuino timore, qui est initium vndè homini subit pœnitentia peccatorum, & desperatio pugnat cum Dei misericordia, cuius consideratio excitat homines in pœnitentiam. Rursum, inuidētia fraternæ gratiæ se opponit Christianę gratię, ex qua vna speratur salus peccatorū: & impugnatio fidei catholicæ, fidei est inimica. Sine fide autē orthodoxa, nulli conceditur salutis æternæ spes. Et demū impœnitentia arcet doloremde peccatis exactis, & obstinatio arcet cautelam, & fugam venturorum. quæ duo sunt salutis spiritualis parandæ via. Quamobrem hæc sex peccata traduntur secundum se irremissibilia, quia pugnant cum ipsa remissione. Et sunt tanquam morbi pugnantes cū proprio medicamento. Propterea existimatur à Theologis, Dñm dixisse. Neq; remittetur in hoc sæculo, neq; in vēturo. Quæ vniuersa alioqui sunt remissibilia ex Dei gratia, quæ potēs est ex lapidibus suscitare filios Abrahæ. Nisi impœnitentia finalis quę ex diuino ordine remitti nō potest. Quia Eccles. 11. Vbicecideritlignū, ibi permanebit. Porrò huiusmodi sex peccatorū in spiritū species, vt sint cognominandę in Spiritū sanctū, à malitia proficiscant oportet. Non enim si ex ignorātia, aut ex infirmitate originē duxerint, in spiritū sunt peccata. Vocatur autem nūc peccatū ex malitia, nō quia ex habitu vitioso procedat: siquidē peccatū ex infirmitate, si abierit in consuetudinem, ex malo habitu etiam procedit. At eò malitiæ peccatum appellatur modo, quòd ex industria, & ex contemptu fit. Nam qui ex ignorantia peccat, ignorantiam poterit prætendere, vt excusetsuū crimē, vt qui ex infirmitate, infirmitatē obtendet, vt culpā suam obnubilet. At verò qui ex contēptu peccat, nihil habet, quod prætexat in suam defensam.

¶ Porrò autem, vt quid velim, in re hac exponam paucis, primum libranda sunt Domini verba Matth. 12. Omne peccatum, & blasphemia, remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiæ non remittetur. Et Albertus Magnus in comm. huius loci tradit aliud esse blasphemiam, aliud spiritum blasphemiæ. Blasphemia enim, si ex infirmitate, aut ignorantia iaciatur in Deum, vt ferè iratis hominibus accidere solet, hoc sanè blasphemia est, non tamen spiritus blasphemiæ. Nam spiritus blasphemię est, ex contemptu cōuicia proferre in Deum. At verò lectio Græca non legit, spiritus blasphemiæ, sed, spiritus blasphemia. Et ita legit Hilarius in canone ad Matth. Et Augustin. de verbis Domini ad cap. 11. Matthæi. Et Erasmus admonet in quibusdam Latinis codicibus ad eundem modū se reperisse lectionem. Et Theophylactus secundum hāc lectionem locum exponit. Et, quantum arbitrari licet, Marcus egregiè expositit Matthęum. Refert enim Dominum dixisse: Qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habębit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. Vnde idē est apud Matth. blasphemia spiritū, quod apud Marcū, blasphemia in Spiritum sanctum. Et hæc duo perindè est, ac si dixeris conuitium aduersus

Sex species peccati in spiritū sanctum.

Obstinatio & impœnitētia vt differāt.

Peccata secundū se irremissibilia

Quid sit inuidētia fraternæ gratiæ, & impugnatio veritatis.

Decisio quæst. ex Autoris decreto.

Varia lectio, Græca, & Latina.

Spiritum sanctum. Conuitium verò, cuius Euangelistę meminerũt hoc loco, est illud: In Beelzebub principe ejcit dęmonia. Diabolo enim assignabant Iudęi manifestaria opera Deitatis. Quapropter per Spiritum sanctũ probè exponũt sancti quidã ipsam Deitatẽ, quia huiusmodi cõuitiũ aduersus beatissimam Triadem est, quę est Spiritus sanctus essentialiter, quia spiritus est, & sanctissima est. Quasi dixisset Dñs, quicumq;, quæ sunt mundissimi, & Sanctissimi spiritus diuini, immũdo, & spurcissimo spiritui (qualis est diabolicus) tribuerit, ille æterni delicti reus est. Cæterum dicet aliquis, Paulus peccauit in Spiritũ sanctum, at verò remissionẽ est adeptus. Probatur antecedẽs. Nã ille impugnauit gratiã Christianã, studẽs illã totis viribus minuere, & veritatem fidei euertere satagit. Respõdebis fortassis, hæc non esse peccata propriè aduersus Spiritum sanctum, sed solam blasphemiam, vt diximus. At obijciam tibi. 1. ad Timo. 2. de seipso Paulũ dicentẽ, qui prius fui blasphemus. Verũ & si blasphemus fuerit Paulus, at non ex contemptu diuinitatis, sed ex legis zelo deceptorio: vndè ait. Misericordiam consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea.

Notãdę lectiones dilucidãtes S. Scripturã.

¶ At adhuc obijciet alius, Iudæos etiã non ex contẽptu, sed ex ignorantia blasphemauisse contra Dñm. Act. enim. 3. Petrus ait: Nunc scio, fratres, quòd per ignorantiã fecistis, sicut & principes vestri. Quod obiectũ dilues, si dixeris, Iudęos non esse reprehẽsos à Dño de contẽptu suę humanitatis, quã cõtẽnebãt, dicẽtes, voracẽ esse dñm, & potorẽ: at illos acriter arguit de diuinitatis contẽptu. Diuinitatis autem nullã ignorãtiã habebant. Rectè enim callebant, dæmones non posse expelli, nisi ex diuina vi. Ideoq;, & si possent obtendere ignorantiam, Christũ esse Deũ prætexẽtes se nescire, quia credebant esse purũ hominẽ, cæterũ diuinitatis opera, qualia erant illa, quæ Dñs præstabat, illos nõ latebant, ideò ex contẽptu diuinitatis, conuicia protulerũt illa: In Beelzebub, &c. Et Petrus solũ Iudaicã ignorantiã retulit ad ignorantiam diuinitatis, quę erat in Christo. Quid? quòd Petrus verba facit ad plebẽ, & per principes non Pharisæos, at Annã, & Cayphã subnotauit. At ad Pharisæos Dñs præfatum habuit sermonẽ vt liquidũ considerãti verba Matth. cap. 12. erit. Iã verò excutiẽdũ est, quomodò blasphemia aduersum Diuinitatẽ ex contẽptu prolata, vt homo Deo cõuincetur, assignãs diabolo, quod est diuinitatis propriũ, sit peccatum irremissibile. Et equidem, vt ait Augustinus lib. de verbis Dñi, fortassis nulla est difficilior quæstio ex diuinis scripturis. Atqui si peccatũ in Spiritũ sanctũ, est illud sexcuplex ab Augustino excogitatũ, perspicua est respõsio nullũ illorũ esse irremissibile. Etenim Dñs non fecit loco notato sermonem de istis speciebus peccatorum denarratorum. Nihil enim de præsumptione, aut desperatione, &c. Imò planè indicat omnia esse remissibilia, excepto peccato in Spiritum sanctum. Ait enim omne peccatum, & blasphemia: sub qua generalitate etiam subaudiendæ veniũt istæ sex differẽtiæ peccatorũ in Spiritũ sanctũ. Nã Dñs inquit. Omne peccatũ. Siue igitur peccatum sit cõtra Deum, siue contra homines, & siue blasphemia sit contra Deum, siue contra homines, modò nõ sit blasphemia in spiritum sanctum, domino docente, remissibilia sunt. Dũtaxat igitur quæstio vertitur de hoc conuitio iam expositio contra Spiritum sanctum, quomodo sit intelligendũ, non esse remittẽdũ, neque in hoc sæculo, &c. Et quidem Theophylactus existimat cõuicia iacta in Christi humanitatem, esse Iudæis remissa, etiã citra pænitentiam. Nempe quod aiebant Christum esse helluonem, & bibonem, & publicanorum amatorem. At verò conuitiũ Spiritus sancti, non esse remittendũ nisi ex pænitentia. Ego tamen nõ possum suffragari Theophylacto. Etenim arbitror cõuitia cõtra humanitatẽ Christi, etiã si facilioris fuerunt remissionis (quia Iudæi Christum hominẽ, instar cæterorũ, existimabant esse) at verò citra pænitentiam illa cõuicia non fuisse illis donata. Imò nullũ peccatum donatur sine pęnitentia, qualis qualis illa fuerit. Beda verò planè docet ex verbis Domini istis duos confodi errores, & Nouatianorum, negantium remissionem quorundam peccatorum: & Origenis, testantis post quinquagintaquatuor volutationes sæculorum, omnium dęmonum, & damnatorum hominum peccata esse remittenda. Qui error iugulatur ex verbis Domini dicentis: Neque remittetur in hoc sæculo, neque in futuro. Et Glossa ordinaria, exponens locũ hunc, ait. Remitteretur blasphemia in Spiritum sanctum, si pæ-

Act. 3.

Act. 3.

Exponũtur Euãgelii loca, Matthęi 12. Marci. 3. Lucæ. 12.

Theophylactus nõ probatur.

Exponitur Euāgelistæ loca, Matthæi 12. Marci. 3. Lucæ. 12.

si pœniteret blasphemum, at huiusmodi peccatores non pertrahentur in pœnitentiam. Idemq; Chrysostomus docet huiusmodi peccatum non promereri pœnitētiā, ideoque illa orbabitur. Ego verò in verbis Domini aduerto potentiam non negari remissionis, sed solum factum. Dominus enim non ait, non est remissibile, aut est irremissibile in hoc sæculo, & in futuro: at inquit: Non remittetur: aut, vt Marcus ait: Non habebit remissionem. Et si diligenter obseruemus, apud Ioannem legimus, cap. 8. Dominum Iudæis dixisse. In peccatis vestris moriemini. Quid est moriemini in peccatis vestris? hoc est, non remittentur peccata vestra æternò. At dices, igitur Christus reuelauit Iudæis suam reprobationem, & ita iam poterant desperare. Vtique non reuelauit. Etenim sensus germanus Domini verbis est, vos Iudæi tenaces estis, & perfidi, ideò Deo excitanti vos ad pœnitentiam finalem, non consentietis. Et quia liberam habebāt tenacitatē, illam poterant deponere, & acquiescere Deo incitanti ad pœnitentiam. Dūs enim prædictis verbis, non æternā dispositionē Dei demonstrabat, sed tēporalē Iudaici arbitrij qualitatem, quæ erat, repugnare Spiritui sancto. Ita & in presentia demonstrat conuiciatores diuinitatis ex contemptu diuinitatis non assensuros Deo incitanti illos ad finalem pœnitentiam. Quandoquidē legimus in Prouerbijs Salomonicis cap. 18. impium contemnere, cùm iacuerit in profundo peccatorum. Neq; censeo hæc verba de quouis contemptu esse subaudienda, sed de cōtemptu diuinitatis, qualis iā descriptus est. Nullus porrò in tātā animæ perniciem labitur, nisi ex ingenti malorum lue prematur anteà. Ideòque huiusmodi contemptores nō acquiescent Deo. Peccatum igitur conuicij in Spiritum sanctum est sanè remissibile in hoc sæculo, at verò non remittetur in hoc sęculo, neq; in futuro. Nullū namque peccatum est, quod nō possit remitti homini viuēti, quia quilibet peccator, de quolibet peccato, tātisper dū viuit, potest pœnitere, & potest, quia viatoreſt, Deo excitanti acquiescere, & repugnare: at verò ex Euangelio docemur peccatores ex cōuitio diuinitatis cōmemorato, nō assensuros Deo, ideò nō remittetur illis conuiciū. Et sicut reprobus potest saluari, & tamen nō saluabitur, ita & isti conuiciatores diuinitatis possunt quidē pœnitere, sed non pœnitebūt, sed in peccatis suis diē claudent extremum. Neque opus est recurrere ad cursum extraordinarium, seu miraculosum, vt recurrit Caietanus in Ientaculo octauo, asserēs huiusmodi blasphemos ex ordinario cursu non posse pœnitere, neque saluari, at ex miraculoso, pœnitere possunt, vt Paulus, & Latro. Ego autem illi non subscribo. Etenim lego hanc blasphemiam in Spiritum sanctum non adepturā remissionem. Marc. 3. imò esse reatum æterni delicti, aut æterni iudicij, seu damnationis, vt Gæca habent. At si ex miraculo habebit remissionem, æternum delictum non erit. Item nullus reprobus est, qui secundum ordinarium cursum non possit pœnitere, imò quilibet reproborū poterit Deo vocanti acquiescere, aliàs sinō potest secundū ordinariū cursum illi non imputabitur, quòd nō acquiescat. Quapropter blasphemi isti quos scriptura tacitè videtur insinuare esse reprobos, etiam secūdū ordinarium cursum poterunt pœnitere, at non pœnitebunt, quia non se præbebūt Deo morigeros, vt potè qui sunt contēptores diuinitatis. Et exēpla Caietanica nō cōgruūt proposito. Etenim Paulus nō peccauit in Spiritū sanctū, vt suprà tradebam. Neq; latro ille, qui Domini causam defendens, alienus erat à diuinitatis conuicio. Verū quæret aliquis, nonne alij multi sunt criminosi, qui in peccatis suis moriuntur? Nihil igitur singulare dixit Dominus de peccato in Spiritum sanctum. Respondebis, fatendū esse criminosos plerosque morituros, peccatis non dimissis, vt fornicatios multos, fures, &c. Cæterùm, & si plerique horum morientur in peccatis suis, alij autem etiā fornicarij, vel fures, &c. non morientur in peccatis. At verò conuiciatores prænominati omnes defungentur vitā in peccatis suis. Tanta est infelicitas huius flagitij, quæ premet æternò omnes, quos afficit. At exiges, si ergò Deus reuelat ex Euāgelio omnes hos morituros peccatis nō dimissis, qui se hoc crimine inuolutum experitur, desperare poterit, quia iam habet conclamatum à Deo morbum. Porrò dudū ajebā viatoris etiam reprobi nullū esse peccatū cōclamatum. Nam sunt in statu meriti, & demeriti viatores omnes. Et Dominus nō dixit se priuaturum huiusmodi conuiciatores au-

Exponitur, vt peccatū in Spiritum sanctum nō remittetur, est tamē remissibile in hoc sæculo.

Theophylactus nō probatur.

Quilibet viator de quocumq; peccato potest pœnitere, quia est in statu merendi. &c.

Caietanus refellitur in Ientaculis.

Paulus & latro non peccauerūt in Spiritum sanctum.

xilio ad pœnitẽdũ necessario, at quod non remittetur cõuiciũ illis, subaudi, quia ipsi nõ pœnitebũt, neq; acquiescẽt hortãti Deo ad pœnitẽtiã. Nõ ergo vt cõmemorabã ex presse scriptura hos peccatores tradidit esse à Deo reprobatos æternò: sed tãtũ quòd ipsi ex immanitate sui criminis se fecerunt reprobos. Quare poterit quilibet horum pœnitere, & se extricare à reprobatione delicti. Quid? quòd etiam si reuelatio fuisset expressa, & particularis, de reprobatione facta huic vel illi homini, nõ esset desperandũ? Etenim sẽper tacita est cõditio, nisi vitã malã mutaueris in bonã, aut, nisi pœnitueris, &c. Quãdoquidẽ reuelauit Deus per spiritũ suũ velle omnes homines saluos fieri. 1. ad Timo. 2. ideò reuelatio particularis de reprobatione, si quæ esset, moderãda esset secundũ huius reuelationis canonẽ de hominũ salute generali. Obserua præter hæc rectè August. lib. de verbis dñi annotasse Dñi sermonem. Qui autẽ dixerit, subaudi, verbũ, cõtra Spiritũ sanctũ, nõ remittetur, &c. Nõ esse intelligendum de omni verbo, sed de certo verbo. Vt etiã illud apud Ioãnẽ. Peccatũ nõ habẽret, de peccato quodã infidelitatis, videlicet, subaudiendũ est. Igitur non omne conuitiũ contra diuinitatẽ, est blasphemia in Spiritum sanctum, sed quoddam conuitium, quale illud: In Beelzebub principe, quod Dominus increpãs, dixit nõ esse remittẽdũ. Et arbitror simile fuisse blasphemiã Iudæorũ, qui in vasta erẽmo morãtes, dixerũt vitulo conflatili: Isti sunt dij tui, qui eduxerũt te de terra Ægypti. Etenim opus manifestũ & euidẽs diuinitatis, vitulo tribuerunt. Hoc namq; conuitia diuinitatis, sunt maximus cotẽptus diuinæ celsitudinis, ideòq; sunt peccata grauissima. Quia directe sunt ad spernendum diuinitatem, & ex eius despectu emanantia. Nam tametsi in alijs peccatis sit despectus diuinorum mandatorum, hæc tamen blasphemia est ipsius numinis despectus.

¶ Est tamen hæsitatio. Ecquid? idololatria non est peccatum grauius, & remittitur à Deo? & rursum, peccatum Adam, quod serpit in omnes homines, nonne erit grauius? Et obiter exiget alius, an peccatum protoplastorum fuerit in Spiritum sanctum, & hoc dubium procedit secundum vulgatum Theologorũ dogma, diuidens cum Magistro, in hac dist. peccatum, in peccatum ex infirmitate, ex ignorantia, & demum ex malitia, quod tradunt esse in Spiritum sanctum.

¶ Ad primum horũ dubium dicito, idololatriam quandam esse ex ignorantia. Nam sunt homines multi instar brutorum sensilia tantum venerãtes, ideoq; Deos manuales, hoc est, idola dæmonibus afflata amãt, & colunt. Alij verò ex infirmitate & affectu fuerunt idololatræ, vt filij qui venerabantur Deos patrios ex maiorum affectu tantum. Isti igitur, quia non ex industria sunt idololatræ, non peccant contra Spiritum sanctum. Si verò alij sint, qui ex industria, & ex contemptu diuinitatis, idola colunt, & laudant, procul dubio sunt peccantes contra spiritum sanctum. Nam isti etiam sunt conuiciatores Deitatis. Nã laudantes Deos falsos, verum Deum necessariò vituperant. Infidelitas vero, & hæresis non sunt peccata in Spiritũ sanctum, si per se sumantur. Et quamuis hæc, quia auferunt fidẽ, habẽt nonnihil grauitatis maioris, quã blasphemia in Spiritum sanctũ, at verò simpliciter blasphemia in spiritum, etiam si compatiatur secum fidem, at ex maiori contemptu diuinitatis grauior est cæteris peccatis. Et, vt rectè dixit Magister, grauissimum est omnium peccatorum. Et sufficiat, vt hoc sit quam testatissimum Domini verbum. Non remittetur in hoc sæculo, &c. quod de nullo peccato traditur. Imò expresse diuersũ docet: Omne, inquit, peccatum, & blasphemia, remittetur hominibus.

¶ Secũdo dubio respõdebis, peccatũ Adã non esse grauius, per se, si sermo habeatur quàm peccatum in Spiritum sanctum, nisi solum per accidens, quia nocuit toti generi humano.

¶ Tertio dices, peccatum primi hominis nõ fuisse ex contẽptu diuinitatis, ideò non fuit in Spiritum sanctum. An autem fuerit ex infirmitate, vertitur in dubiũ, quibusdã asserentibus, fuisse ex infirmitate, quia ex alterius impulsu & instigatione, scilicet, diabolica commissum fuit, quibus ego non subscribo: quia hæc tentatio fuit extrinseca, & non intrinseca, quod tentationis genus non est infirmitati attribuendum. Christus namque hoc tentationis genus expertus est. Altisiodorus verò in 2. lib. tracta. 11. censet hanc diuisionem peccati, in peccatum ex infirmitate, &c. esse insufficientem. Quia menti-

Nullum viatorẽ, etiã reprobũ, Deus orbat auxilio necessario.

Peccatũ in Spiritũ sanctũ est grauissimum.

Dubia notanda.

Solutio dubiorum.

Peccatũ in Spiritũ sanctum fidem admittit.

mentiri iocose ex certa scientia, & citra im pulsum, non est peccatum ex infirmitate, aut ex ignorantia, aut ex malitia. At verò non est proprie malitia, vt illi respõdeamus, sed secundum quid. Concedendum est autem peccatum protoplastorum non fuisse ex infirmitate carnis, aut ex ignorantia intellectus simpliciter, etiamsi non desunt qui theologizent, fuisse ex ignorantia quadam, quia Adam non putabat peccatum suum, tam exitiosum futurũ, vt rei probauit euentus. Quamuis enim non tenebatur ignorãtia se peccare contra Deũ, at tenebatur ignorantia de qualitate tanta delicti, quæ tamen ignorantia non culpa, aut pæna erat, sed natiua erat.

Quale fuerit peccatũ protoplastorum.

Solutio dubiorum.

¶ Quartũ accedat dubium: si peccatum in Spiritum sanctũ non est remittendũ, igitur qui illo aduertit se inuolutũ, poterit certò se diuidere esse præscitum. Hoc dubiũ priora soluunt. Diximus enim neminem debere credere se esse reprobum. Neq; Dñs reuelauit hos blasphemos esse reprobos in particulari, sed solùm generaliter. Et quãuis particularis fuisset, at semper conditio est subintelligenda, nisi pœnitentia accesserit. Et, vt peremptorie argumentum enerueturdixerim, argumenta hoc genus euanescere vniuersa, si expendimus, non esse prorsus extra controuersiam, quid sit peccatum in Spiritum sanctum: quibusdam asserentibus, esse diuinitatis conuitium ex contemptu: alijs verò sex differentias peccati in Spiritum sanctum docentibus. Et prioribus, peccatum in Spiritũ sanctum, nunquam remittetur. Posterioribus verò dimittetur, at raro, & ægerrimè. Priorem sententiã, vt prænotauimus, expressit Beda, & Chrysostomus insinuat cum Basilio in regulis, & ordinaria glossa indicat, & Hieronymus non tacuit. Posteriorem verò Magister docet, quẽ sectati sunt Alexandorus. 2. lib. tract. 30. Thom. Alber. Bonauent. & recentiores Theologi, non pauci. Et ego priorem harum sententiarũ satis meo iudicio exposui, & illi acquieui sine læsione tamen vulgatæ sententiæ Theologorum, quæ posterior est. Et hãc placita arbitror hoc subire discrimen, quod prius est magis consentaneũ literæ euangelicæ, posterius verò rationi, vt olim dicebamus, Augustin sentẽtiam, opificiũ Dei distinguens secundum dies intellectuales, nõ secundũ dies reales, esse consonã ra-

Peccatũ in Spiritũ sanctum fidem admittit.

Nõ est prorsus in absoluto qd sit peccatũ in Spiritũ sanctum.

2. 2. q. 14.

tioni: at sententiã distinguentẽ Dei opificiũ per reales sex dies, esse magis textui cõsentientẽ. Itidẽ Theologorũ assertio, asserens B. Mariã à piaculo originali, rationẽ, est amplexa: at verò quæ illã subdit piaculo originali, literæ sacræ videtur magis hærere. Iam ergò si res hæc est cõtrouersa, nullus desperare debet ex peccato in Spũ sanctũ, quandoquidẽ credat oportet placito vulgato Theologorũ, q nõ negat remissionẽ, & si cõcedat esse difficilẽ. Ex istis iam liquet responsio propositæ quæstionis. Nõ enim quodlibet peccatũ est in Spũ sanctũ.

¶ Et argumẽto facto in principio respõdebis, quamuis quodlibet peccatum sit cõtra Deũ, at verò nõ quodlibet fit ex Dei cõtẽptu directè. Qui verò autumãt peccatũ in spũ esse peccatũ ex malitia, discretũ sex speciebus, fatẽtur vocẽ hanc, Spũs sanctus, esse sumendã, nõ essentialiter, vt prior sentẽtia vsurpabat, at personaliter ab istis autoribus vsurpatur, pro tertia, scilicet persona, Spũs sancti. Et appellant illud peccatũ in spiritũ sanctum, ex appropriatione, quia huiusmodi peccatum obstruit vias remissionis peccatorum, quæ remissio appropriatur spiritui sancto, cum alioqui sit etiã contra Patrem, & filium.

¶ Iam verò subit generaliorem facere quæstionem: Num aliquod aliud peccatum sit irremissibile. Sunt enim pleraque multa sacra testimonia, quæ ex prætextu, illud monere videntur. Hieremiæ. 7. scribitur: Tu noli orare pro populo hoc, neque assumas pro eis laudem, & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te. Et Amos primo: Super tribus sceleribus Gazæ, & super quartum non conuertar. Super tribus sceleribus Damasci; & super quarto non conuertar. Et Ezechielis. 14. idẽ traditur Noe & Iob, & Daniel precantibus pro sceleribus Hierosolymitanis Deum auersurum preces eorum. Et ad Hebræ. 12. Esau non inuenit pœnitentiam, quam cũ lachrymis exquisiuit. Et. 1. Ioannis. 5. Est peccatum ad mortem, pro eo non dico vt roget quis. Et alia hoc genus offendes testimonia, quæ idem præferre videntur. Ex quibus Armacanus in libro. 9. de quæstio. Armenicis capite. 27. probatum habuit dogma hoc, peccata ex duplici capite esse irremissibilia, aut ex multitudine, aut ex atrocitate. Fatetur igitur viuentes homines irre-

Quæstio annexa.

tiri nonnũquam peccatis irremissibilibus: non quòd Dei misericordiam superent humana peccata, sed quòd ipsa peccata obstacula præstẽt Deo, ne relaxet facinora hominis. Itaque si homo se præpararet, à Deo salubre patrocinium caperet: at quia homo non se præparabit, ideò orbabitur remissione. Et Ioannes Driedo in lib. de redemptione, & captiuitate humani generis, adiecit huic placito, Deum iustè offerre homini impio, exigentibus suis malis meritis, occasiones, vndè magis illaqueetur, & retrorsum cadat, vt videntur Ezech. sonare verba capit. 14. Propheta ait, cum errauerit & dixerit verbum, Ego Dominus decepi prophetam. Et Esaiæ. 19. Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis. Et alia hoc genus sunt innumera, quæ idem videntur annuere, quæ nos persequuti sumus suprà, quandò de pœnis peccatorum agebatur. Ideoq; modò perfunctorie rem hanc differemus. Non enim opus facto est diu immorari in differenda quæstione, iam alibi fusiùs excussa.

Nullũ peccatum viatoris est irremissibile.

¶ Sit igitur certissima conclusio: Nullum peccatum viatorum esse irremissibile, imò omnia sunt donabilia, non solùm hominum, dum à Deo peregrinantur, in hac vita mortali, quinetiam angelorum culpa, tantisper dum viatores erant, donabilis erat. Hanc conclusionem probatissimam habeo ex actione. 4. septimæ synodi cuius verba notantur. 2. 2. quæst. 4. capit. Actione. Omne, inquit, peccatum bonus Deus indulget, si quis ex toto corde pœniteat. Et August. lib. de vera & falsa pœnitentia, impium putat dicere, aliquod peccatum esse irremissibile. Idemque docet libro de verbis Domini, sermone. 11. Et Thomas in. 3. part. quæst. 86. artic. 1. errori dedit assertionem hanc, aliquod peccatum esse irremissibile. Et D. Ioan. prima Catho. cap. 1. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus, vt remittat peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Et cõuincit hoc idem ratio non spernẽda. Nam qui viator est, & potest peccare, & cessare à peccato: & potest beari, & damnari, igitur nullum peccatum est irremissibile. Tu conclusionem intellige per se loquendo, nam per accidens fieri potest, esse peccatũ nõ donabile, vt si quis crimine inuolutus, labitur in amẽtiam perpetuam; manifestũ est huius amentis peccatum redditum esse irremissibile. Ex amentia enim perpetua resipiscere nequit. Vt pueri, qui in materno delitescens vtero, ibi clausit diem postremum, peccatum originale etiam fuit inexpiabile.

Aliquod peccatũ per accidẽs est inexpiabile.

¶ Hieremiam porrò absolues, si dixeris, esse intelligenda verba illa de relaxatione captiuitatis Babylonicæ, hoc est, Tu Hieremia, ne fundas preces vt relaxem captiuitatem imminentem, quia nõ exaudiã te. Obseruãda expositio locorũ sacrorum.

¶ Verbo Amos dices cum Theodoreto in commentario eiusdem loci, per, tria scelera, non numerum scelerum esse subaudiẽdum, sed excessum. vt sit sensus: Peccastis, ò Gazitæ, peccatis multis, & ego peperci vobis, idest, non exegi pœnas de peccatis vestris: at impunè peccastis. Iam verò modo non sinam vos impunè peccare, sed luetis pœnas de peccatis vestris. Hoc sibi vult, Super quarto non conuertar.

¶ Item discès de Damascenis, qui traditi sunt ex diuino iudicio in subuersionem, vt Gazitę. Nihil autem hoc loco meminit de remissione culpæ, sed solùm de non condonanda pœna.

¶ Idem dicito Ezechieli. Nam sermo solũ habetur de pœnis sumẽdis à Deo de Hierosolymitis, quas dicit Dominus sumpturũ se, etiamsi Iob, & Noe, & Daniel intercederent, vt Dñs supplicia mortis, & captiuitatis non sumeret de illis.

¶ Paulo respondebis, Esau non postulasse veniam delicti ab Isaac, neq; hoc legimus. Etenim delictum potius videbatur patratum à Iacob surripiente fratris primogenita, & paternam benedictionẽ quasi vsurpante. At verò, quòd exigebat Esau, erat, retractatio benedictionis iam exhibitæ fratri, & hoc contendebat à Patre, vt Pater retractaret factum id, quod pœnitentia vocatur à Paulo, & hoc Esau nõ est cõsequutus, etiamnum cum lacrymis postulans: quia Patrem facti nunquã pœnituit, imò ratum habuit, postquam resciuit, tantum abfuit vt pœniteret.

¶ Ioanni respondet Altisiodorensis. 2. lib. tractat. 30. locum esse intelligendũ de peccatis in Spiritum sanctum, quæ, quamlibet homo agat de illis pœnitentiam, nunquã tamen remittentur in hoc sæculo, quoad culpam, & pœnam, quia grauissima sunt peccata. Quamuis ergo remittuntur, vix, quoad culpam, at nunquam, etiam culpa dimis-

dimiſſa, pœna illorum relaxabitur in hoc ſæculo, neque in altero, ſi damnetur homo. Ideoque ait, Non dico vt pro huiuſmodi roget quis, hoc eſt, non quiuis ſat eſt ad precandum Deum pro huiuſmodi peccatis donādis, niſi ſanctiſsimus aliquis, vt B. Martinus. Ideò Ioannes exaggerans grauitatē huius peccati, non imperat pro illo preces, at neq; prohibet. At verò rem abſolues breuius ſi dixeris, Ioānem intellexiſſe per peccatum ad mortem, quod eſt cum morte, id quod eſt finalis impœnitentia, pro qua preces fundere, ſuperuacaneum eſt. Imòquamuis Ioannes dicat, Pro eo non dico vt roget quis, vſus tapinoſi, tamen humili ſermone magnum ſenſum clauſit, hoc eſt, impero, vt non oretis pro huiuſmodi peccato. Nam ſi certum nobis eſſet quemquam defunctum vita impœnitentem, peccatum admitteremus obſecrando Deū pro remiſſione, vt facilè peccat, qui pro infidelibus vita functis, aut pro hæreticis precatur, quos pro conſtanti habet Eccleſia impœnitentes emigraſſe. Demum quod legimus 2. Matthæi, 9. Antiochum orāſſe Dominum à quo non erat miſericordiam conſequuturus, non probat peccatum aliquod irremiſsibile. Etenim Antiochus pro ſalute temporali rogabat, pro peccatis verò ſi rogabat, ficte rogabat, & non verè. Nam ſi verè rogaſſet, expiationem peccatorum impetraſſet: quia propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. At verò Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Cætera ſoluta leges loco prænotato à nobis, agentibus contra Ioannē Driedonem.

Obſeruāda expoſitiolo corū ſacrorum.

DISTINC. quadrageſimæ quarte, Diſputatio vnica.

¶ An potentia peccandi ſit a Deo.

Argum.

ET videbitur alicui fortaſsis potentia peccandi non eſſe à Deo. Etenim potentia peccandi, eſt potentia ad malum: at verò potentia ad malū nō eſt à Deo. Igitur. Minor colligitur. Nā cuncta Deus fecit ordinata in bonū, non in malum. Cūcta enim Deus ad ſe rapit, & conuertit, autor eſt Dionyſius. 4. ca. de diuinis nominibus. Igitur bonum ſpectant.

Argum. in cōtrarium.

¶ In diuerſum eſt locus ille Ioann. 19. Nō haberes (ait Dominus Pilato) vllam aduerſum me poteſtatem, niſi deſuper tibi eſſet datum. Igitur poteſtas illa nocēdi Chriſto, erat Pilato à Deo, igitur potentia peccandi à Deo eſt.

¶ Hæc diſputatio litigatur inter Thomā, & cæteros Theologos. Thomas enim in hac diſtinctione contendit potentiam peccandi, ſi abſolutè conſideretur, vt ſignificat, ſcilicet, voluntatem rationalem, hac ratione à Deo eſſe, at verò relatiuè ſi ſpectetur, vt refertur in malum, ſiue peccatum, non eſt à Deo: at peccabilis eſt voluntas, vt eſt ex nihilo. Et in quæſt. de veritate, quæſt. 24. art. 7. ex tribus capitibus voluntatis peccabilitatem demonſtrat, & quia voluntas nō eſt purus actus, ideò habet potentialitatē cōmiſtam, vndè accidit illi ad peccandum potentia, & quia ipſa voluntas non eſt defixa in bono particulari, vt natura, ſed ſe porrigit ad bonum vniuerſale, vt intellectus ad ens vniuerſale, ideo voluntati accedit peccati defectus, & deniq; quia actiones voluntatis non determinatæ ex natura, ſed ſunt indeterminatæ. Bonauētura item art. 1. huius diſtinct. idem fatetur potentiam peccandi non eſſe à Deo ſi ſumatur vt refertur ad peccatum, quamquā ipſa voluntas pro ſubſtracto à Deo eſt: at, vt eſt ad peccatum potentia, nō eſt à Deo, ſed quia eſt ex nihilo, tendit ad nihil, quod, peccatum eſt. Et probat multis. Primo, non poſſe peccare, eſt poſſe deficere, at, poſſe deficere, eſt impotentiæ. Secundo: Poſſe peccare, eſt poſſe contra Deum, at poſſe contra Deum non eſt à Deo. Tertio: gratia Dei, hoc eſt, beatitudo tollit potentiā peccādi, igitur non eſt à Deo. Quarto: quia non habet exemplar in Deo hæc potentia peccandi. Deus enim nō poteſt peccare.

Vndè volūtas peccabilis eſt.

Argumēta Bonauent.

¶ Ve-

Soluitur Bonauent.

¶ Veruntamen hæ suadelæ non persuadent propositum. Etenim argumentum primum diluitur, si dixeris, posse peccare, nō est prorsus posse deficere. Etenim posse peccare, est posse facere, vel dicere, vel cōcupiscere contra legem Dei: vt ergò peccatum est factum, vel dictum, vel concupitum: aliquid est, quia actio est, & ens est, & ideò aliquid est. Vt autem peccatū formaliter est declinatio à Deo, hóc modo defectus est, & nihil est.

¶ Secundo dices, posse peccare, non est posse lædere Dei naturam. Nam nihil est à Deo, quod possit Deum lædere, imò hoc est impossibile: at posse peccare, est posse violare legem Dei, & hæc facultas violandi à Deo est. Nam etsi violatio sit mala, at facultas bona est.

¶ Tertiò respondetur, beatitudinem non tollere essentialem libertatis ad peccandum. Etenim in beatis est essentialis illa potētia ad peccandum, quæ erat ante beatitudinis adeptionem, at verò illa non potest se promere in actum peccandi, non ex essentia sua, sed ab extrinseco, quia voluntas coniuncta summo bonō viso, ab illo deficere nequit.

¶ Ad quartum dicito, posse mori, à Deo est, nam viuentia sunt mortalia à Deo elargiente naturam morti obnoxiam: at posse mori nō habet ideam in Deo, quamuis natura ipsa mortalis ideam habeat in Deo.

¶ Item potētia passiua materiæ à Deo est, at verò non habet exemplar in Deo, siquidem Deo repugnat passiua potentialitas rerum ipsa materia, vt est ens, habet ideā in Deo, ita propemodum potentia peccādi, vt est potentia ad aliquid, habet exemplar in Deo: at vt est potētia ad priuationem, non habet exemplar in Deo.

¶ Recentiores porrò Theologi, vt Durandus, Marsilius, Maior, Gabriel, & ante hos, Scotus in hac distinct. & Okam, omnino contēdunt diuersam tueri sententiam, potentiam peccandi esse à Deo. Et horū placitum, Magistri Sententiarū videtur prius fuisse placitum. Nam in hac distinct. proposita sententia, quam amant Thomas & Bonauentura, ab illa discedit, incōcussam credens esse sanctorum sententiam, potentiam peccandi esse à Deo: vt tu legere potes apud Magistrum.

Decisio quæst. ex Auto. placito.

¶ Quòd si meam exigis de re hac censurā, dixerim tibi, fortasis omnes sibi consentire Theologos in disputatione ista: discrepare q; potius verbis, quàm sensu. Etenim inconcussa veritas est, potentiam ordinabilem in peccatum, siue peccabilem, Deū creasse. Deus enim fecit quasdam creaturas peccabiles, vt angelos, & homines: & alias creaturas non peccabiles, vt irrationales creaturas. At verò formaliter ipsam peccabilitatem non fecit Deus. Nam peccabilitas est relatio aptitudinalis ad peccatum, quæ quidem solum habet esse secundum rationem: ideoque non est à Deo, cum sit nihil. Et si materialiter hæc peccabilitas est ipsa voluntas rationalis, quæ à Deo est: formaliter verò nihil est, vt de peccato eadem distinctio fieri solet. Vt rum peccabilitas hæc competit naturæ rationali, ex libertate naturæ, quæ ad oppo fita est, libertati autem competit, quia imperfecta libertas est. Est autem imperfecta libertas, quia creata libertas est, ideoq; necessariò potētiam habet ad peccatum, quia imperfectionem admistam. Itaque non est de perfectione simpliciter libertatis peccabilitas. Namq; suprema libertas, quę Dei est, quia purissimus actus est, impeccabilis est, & indefectibilis. Est igitur peccabilitas ex imperfecta creaturæ libertate, ideò dixit Anselmus, posse peccare, nō esse libertatis: & rectè dixit, si intellexit, non esse perfectissimæ libertatis, posse peccare: quia actualissimæ libertati repugnat peccabilitas. Quamobrem non probo sententiam, dicentem peccabilitatem cōgruere creaturę, quia ex nihilo est. Quandoquidem fingamus cū Aristotele angelos fuisse Deo coæternos, id quod Deo subesse multis egregijs Theologis probatum est, vtique angeli tunc non essent ex nihilo, quia æterni erant, at peccabiles fuissent, vt liquet. Non ergo, ratio peccabilitatis est esse ex nihilo, sed imperfecta libertas. Adde istis, q a nihil, nihil potest tribuere creaturæ vel boni, vel mali. Nihil enim, nihil donat.

Vnde creatura rationalis sit peccabilis.

¶ Et argumentum in principio factum per hæc disserta nihil offendit. Et obserua deniq; si potentia vna fingatur solum ad malum, illa vtique non esset à Deo, quia hæc mala esset, & malum causam nō habet positiuam. Igitur potentia ad peccādum, ideo à Deo est, quia est potentia etiam ad non peccandum, sed ad bene agendum, ex qua parte bona est, & quia vna potentia est ad

vtrumque, ideò necessario potentia ad peccandum à Deo est, at non ex peccabilitate, vt prædiximus. Porrò iam est vt velaplicemus, quia istis satis appulimus animum.

¶ Absoluimus iam, Christo Domino duce, disputationes nostras, quas elaborauimus in secundum librum Sentẽtiarum, in quibus idem optamus, quod in prioribus animo erat, vt in omnibus verbũ nostrum sit sanum, & irreprehẽsibile. Quapropter has, vt cætera alia opuscula nostra, subdimus Romanæ Ecclesiæ emunctissimæ censuræ, vel aliorum, quibus hoc muneris cõcreditum est. Multa erant amplius edisserenda de prælatione, atque dominio superiorum, ad inferiores: cæterùm quia hæc iustum desiderant volumen, illis supersedẽdum duximus, in commodiorem locũ reponendis. Ideoq; supremam manum censuimus modò apponere secũdo libro Sententiarum. Christo sit perennis laus, qui laboribus nostris ex sua aspirauit gratia.

Vni, trinoque Deo, laus, honor, virtus, potestas, imperium, & gratiarum actio, in sæculorum sæcula.

Vnde creatura rationalis superabilis.

SALMANTICÆ,
Ex Officina Ildefonsi à Neyla.
M. D. LXXVI.

TVI LABORAMVS SVB TIMORE SANCTISSIMI NOMINI
IHS

INDEX DISPVTATIONVM THEOLOGICARVM M. Michaëlis de Palatio, Philosophi, atque Theologi clarissimi, in secundum Sententiarum Librum.

DISTINCtionis primæ.

Disputatio prima: Num sublata fide, creatio rerum euidenti argumento patêre possit. pagina. 1.

Disputatio secunda: Num Deus potuit mundum ab æterno creare. 12.

Disputatio tertia: Num solius Dei sit creare. 18.

Disputatio quarta: Nũ Deus creandi potestatẽ suis poterit impartire creaturis. 22.

DISTINCTIOnis secundæ.

Disputatio prima: Num cælum empyreum sit asserendum. 33.

Disputatio secunda: Num nostro tempore angeli suas ætates dimetiantur. 37.

Disputatio tertia: Num omnia æuiterna cãdem gaudeant æuitate. 44

Disputatio quarta: Num generabilia omnia, & corruptibilia, tempore mensurentur. 45.

DISTINCTIOnis tertiæ.

Disputatio prima: Num angeli sint incorporei, & immateriales. 51.

Disputatio secunda: Vnde angeli personarum discretionem hauriant. 58.

Disputatio tertia: Num sint plures angeli sub vna specie contenti. 62.

Disputatio quarta. Num angelorũ multitudo sit maxima, aut quota sit. 65.

Disputatio quinta: Num angeli intelligant per species concreatas. 67.

Disputatio sexta: Num angeli cognoscant singularia. 85.

DISTINCTIOnis quartæ.

Disputatio prima: Nũ angeli, simul atq; conditi, beatitudinis honore fuerint locupletes. 87.

Disputatio secunda: Num angeli conditi fuerint in gratia Dei. 93.

DISTINCTIOnis quintæ.

Disputatio vnica: Nũ angeli mali in primo instanti suæ conditionis, lapsi sint: & qualis eorum fuerit lapsus, superbia, an inuidia. 97.

DISTINCTIOnis sextæ.

Disputatio vnica: Num Lucifer primas tenuerit angelicas. 113.

DISTINCTIOnis septimæ.

Disputatio prima: Vndè obstinati fuere apostatæ angeli. 114.

Disputatio secunda: Num dæmones futura calleãt, vt illa predicere possint. 121.

Disputatio tertia: Num dæmones possint trãsmutare materiam corporalẽ. 123.

Disputatio quarta: Num angeli in corporibus assumptis vitalia administrent opera. 126.

DISTINCTIOnis octauæ.

Disputatio vnica: Num angeli, cordis humani intima callere valeant. 129.

DISTINCT. nonæ,& decimæ.

Disputatio prima: Nũ ordo Hierarchiarum cælestium aptè distinguatur à beato Dionysio Areopagita. 133.

Disputatio secunda: Quomodo angeli inuicem loquantur. 140.

DISTINCT. vndecimæ.

Disputatio vnica: Num sancti angeli destinentur humanæ tutelæ. 145.

DISTINCT. duodecimæ.

Disputatio prima: Num Deus creauerit rerũ vniuersitatẽ simul, an successiuè. 151.

Disputatio secunda: Num angeli fuerint conditi ante visibiles creaturas. 155.

Disputatio tertia: Num materia habeat esse ex se, an solùm mendicatò habeat à forma. 166.

DISTINCT. decimætertiæ.

Disputatio vnica Num ante mundi constitutionem, an sub mundi exordio, lux creata fuerit, & qualis. 167.

DISTINCT. decimæquartæ.

Disputatio prima: Nũ cælestis motus inter naturales sit referendus. 170.

Disputatio secunda: Nũ Deus sit immediatus alicuius orbis motor. 175.

DISTINCT. decimæquintæ.

Disputatio prima: Num cælum causa sit sublunarium effectuum. 178.

Disputatio secunda: Num cessante cælesti motu, vniuersa inferiora collabi sit necesse. 186.

DISTINCT. decimæsextæ.

Disputatio vnica: Nũ intellectus sit hominis pars. 189.

DISTINCT. decimæseptimæ.

Disputatio prima: Quæ sit animæ rationalis origo. 192.

Disputatio secunda: An paradisus terrestris extet modo, & quis fuerit, aut qualis. 196.

DISTINCT. decimæ octauæ.

Disputatio vnica: Num ex costa Protoplasti, Heua, citra aliquã accessionem, ædificata fuerit. 203.

DISTINCT. decimænonæ.

Disputatio vnica: Num, si homo nõ peccasset, immortalis perstitisset.

DISTINCT. vigesimę.

Disputatio prima: Num in paradiso electi multiplicarentur ex maris, & fœminæ carnali copula. 212.

Disputatio secunda: Num infantes, quitum nascerentur, confirmati in Dei gratia nascerentur. 216.

DISTINCT. vigesimæprimæ.

Disputatio vnica: An peccatũ veniale in coelis paradisi fuisset posibile. 219.

DISTINCT. vigesimæsecundæ.

Disputatio vnica: Nũ primi parentes ex ignorantia, diuinum sint transgressi mandatum. 223.

DISTINCT. vigesimętertiæ

Disputatio prima: Num Deus poterit rationabilem creare creaturam impeccabilem. 228.

Disputatio secunda: Num Adam in principio suæ creationis prędituſ fuerit scięti, & reliquis mentis dotibus. 229.

DISTINCT. vigesimæquartæ.

Dispu-

Disputatio prima: Num eodem ordine tentetur à diabolo status collapsus hominis, quo integer. 233.

Disputatio secunda: An sensualitatis motus sint peccata. 235.

DISTINCT. vigesimę quintæ.

Disputatio vnica: Num in homine liberum sit arbitrium. 241.

DISTINCT. vigesimę sextę.

Disputatio vnica: Nũ cõgrua sit diductio gratiæ in operantem, & cooperãtem. 248.

DISTINCT. vigesimę septimę.

Disputatio vnica: Num sit sufficiẽs diuinio gratiæ, in gratum facientem, & gratis datam. 251.

DISTINCT. vigesimę octauę.

Disputatio prima: Nũ intellectus noster innixus solùm generali Dei auxilio, omnes veritates, ita naturales, vt supernaturales, assequi valeat. 254

Disputatio secunda: Num, vt credamus reuelatis à Deo, per prophetas suos, & Christõ, per Apostolos suos, necessaria sit fides infusa. 259.

DISTINCT. vigesimæ nonæ.

Disputatio prima: Num homo sub statu naturæ integræ, poterat naturaliter omne bonum operari, & cauere omne peccatum. 260.

Disputatio secũda: Nũ homo collapsus poterit se præparare ad Dei gratiam obtinendam, solùm ex generali influẽtia. 273.

Disputatio tertia: Num sub statu naturæ humanæ collapsæ ab homine omnia peccata caueri possint, sine spiritus sancti ope. 279.

Disputatio quarta: Num liberi arbitrij humani vires Decalogi præceptis implendis pares sint, citra Dei gratiam. 286.

DISTINCT. trigesimæ.

Disputatio vnica: An ex peccato Protoplasti, posteritas aliquam culpę labem contraxerit. 293.

DISTINCT. trigesimæ primæ.

Disputatio vnica: An iustitia originalis locabatur in essentia animæ, an in potentijs. 305.

DISTINCT. trigesimæ secundæ.

Disputatio vnica: Num animæ omnes natura sint æquales. 307.

DISTINCT. trigesimæ tertiæ.

Disputatio prima: An ex paternis facinoribus proles subdẽda sit supplicijs. 311.

Disputatio secunda: Num paruuli ex regenerationis lauacro nõ abluti, morientes, pœnis torquebuntur æternis. 315.

DISTINCT. trigesimæ quartæ.

Disputatio vnica: Num malum habeat causam. 322.

DISTINCT. trigesimæ quintæ.

Disputatio vnica: Nũ omissio aliqua sit culpabilis sine commissione. 326.

DISTINCT. trigesimæ sextæ.

Disputatio vnica: An peccatum, sit peccati alterius pœna. 332

DISTINCT. trigesimæ septimæ.

Disputatio vnica: An Deus sit peccati autor. 339.

DISTINCT. trigesimæoctauæ.

Disputatio prima: An bonitas moralis ex fine sit spectanda. 342.

Disputatio secunda: An intentio, & electio, sint actus vnus, an diuersi. 348.

DISTINCTIO-nis trigesimænonæ.

Disputatio prima: Quę sit peccati præcipua origo, num intellectus, num voluntas. 350.

Disputatio secunda: An conscientia erronea obliget habentem. 356.

DISTINCTIO-nis quadragesimæ.

Disputatio vnica: Num extent aliqui actus indifferentes. 360.

DISTINCTIO-nis quadragesimæprimæ.

Disputatio vnica: Num opera infidelium omnia sint peccata. 366.

DISTINCTIO-nis quadragesimæsecundæ.

Disputatio vnica: An actus exterior bonitatē, malitiāve interni actus augeat. 368.

DISTINCTIO-nis quadragesimætertiæ.

Disputatio vnica: An omne peccatum sit in Spiritum sanctum. 386.

DISTINCTIO-nis quadragesimæquartæ.

Disputatio vnica: An potentia peccandi sit à Deo. 393.

INDEX LOCVPLE-TISSIMVS RERVM SCITV DIgniorum, ex ſecundo Lib. Quæſtionum Theologicarũ, M. Michaëlis de Palatio, Philoſophi, atq; Theologi clariſſimi, in ſecundum Sententiarum Librum.

Numerus paginam: A. columnam priorem: B. poſteriorem ſignificat.

A.

ABſtractionis gradus quatuor. 86.b.87.a.
Abyſſus quid in ſacris literis. 154.a
Accidentia an dependeant à ſuis ſubiectis in eſſe ſingulari. 65.a
Actio ne aliqua cauſis phyſicis tribuenda ſit. 26.a
Actio duplex, diuina, & creata. 31.b
Actio intelligendi non poteſt reduci in cælum. 179.b
Actio Dei, & creaturæ, an vna ſit. 32.a
Ad Actionem duo cõcurrunt, ſuppoſitum agens, & virtus, per quam agitur. 31.b
Actionem agentium tria augent. 198.a
Actiones ſacramentariæ. 369.a
Actiuum principium motus, & motor, diuerſa ſunt. 171.a.b
Actus interior, & exterior bifariàm conſiderãtur. 371.a.b
Actus exterior ex ſe non eſt intentus, ſed ex voluntate. 372.a
Actus exterior malus citra actum interiorem. 376.b
Actus interior ab exteriori manat. 370.b
Actus interior & exterior ſunt vnũ peccatum, propoſitio eſt duplex. 374.b
Actus vnus mediorum, & finis, quandò media propter finem amantur. 348.b
Actus vnus habet duas malitias. 345.a.b
Actus interior venialis fieri poteſt mortalis. 386.a
Actus interior defraudat⁹ exteriore, perfectã habet vel bonitatẽ vel malitiã. 376.b
Actus deliberatus qui. 362.b. an ſit indifferens. ibid.
Actus intellectus idem mutatur ex vero in falſum. 365.a
Actus vnus, idemq; an poſsit eſſe bonus, & malus ſimul. 365.a
Actus interior vertitur ex bono in malũ. 365.b
Actus efficax, qui. 370.a
Actus exterior per accidens habet auctiorem bonitatem, vel malitiã, quàm ſolus interior. 373.a.
Actus eſt perfectio potẽtiæ, vel intrinſeca, vel extrinſeca. 375.b
Actu aliquid eſſe poteſt trifariam. 38.b
Actus externi vndè habeant ſuam bonitatem, vel malitiam. 332.a
Actus aliqui ſunt indifferentes. 370.b
Actus aliqui indifferentes. 370.b.371.a
Actus exteriores mutantur ex bono in malum. 365.a
Actus indifferentes. 364.a.b
Actuum moralium poteſtas penes voluntatem eſt. 351.a
Actuũ alij intrinſecè indifferentes, alij extrinſecè. 360.b.361.a.b
Adam habuit ſpecies congenitas. 75.b
Adã cur exornat⁹ ſpecieb⁹ cõgenitis. 76.b
Adam, & poſteri, ſi non peccaſſent, patrocinia habuiſſent angelica. 148.b
Adã donat⁹ fuit infuſa ſciẽtia. 129.b.130.a
Adã ſcientia ne potuerit proficere. 232.a.b
Adam, & Moſes viderint ne Diuinum numen. 231.b.
Adam ſi non peccaſſet, iuſtitiam in ſobolẽ non potuiſſet transfundere, vt nocens, peccatum. 216.b

Adami peccatum an fuerit superbia. 223.a
Adami posteritas tenebatur in paradiso iustitiam originalem seruare. 306.b
Adami, an Euæ peccatum grauius fuerit. 228.b
Adami fides, & scientia, excellentior fuit, quàm nostra. 230.b
Adami peccatum quale. 228.a
Adamo non peccante, non senuisset ex reactione, & repassione calor natiuus. 212.a
In Adamo duplex diuinitatis notio. 231.a
Aêr, sepè cælum vocatur. 163.a
Aêris infima regio an sit firmamentum. 163.a.b. 764.a
Aërem, & ignem, quibus verbis significetur creata fuisse. 153.b
Αἰών, Græcis, æternum Latinis. 38.b
Aequinoctialis plaga tẽperatissima. 198. a.b. 199.a
Aestus æquorei causa. 183.a. 185.a
De Æternitate mundi Aristotelis argumẽta. 5.b
De Æternitate mundi varia Platonicorum placita. 5.a
Æuiterna omnia an eâdem gaudeant æuitate. 44.a
Æuum apposita mensura angelorum. 39. b. 40.b.
Æuum quid sit. 38.a
Æuum, æuitas, æuiternitas, ætas, æternum, quid. 38.a.b
Æuum Theologis quo significatu vsurpetur. 38.b
Æui, & æuiterni ratio varia. 39.b
Affectus corruptus propensionẽ natiuam ad bonum opprimit. 355.b
Agens intellectus singularia reflexè intelligit. 87.a
Agentis liberi, & non liberi differentia. 14.a
Agentis intellectus illustratio, quæ. 84.b
Agentia naturalia, seu causæ secundæ, crea re nequeunt. 4.a
Allegoricè Augustin. explanat illud: In principio creauit. &c. 157.b
Amentes perpetui præsidijs ne gaudeãt angelicis. 150.b
Amor complacentiæ. 287.b
Amoris gradus quatuor, ex Bernardo. 292.b
Angelica operatio num metiatur æuitate. 41.a.b
Angelica natura priùs informis, deinformata luce diuinæ sapientiæ. 158.a
Angelica cognitio qualis. 72.b. 73.a. 82.b
Angelica compositio ex multis probatur. 55.a.b
Angelica substantia supra tempus, & locũ. 42.a
Angelica loquutio an tempori, & loco physico subiaceat. 142.b
Angelici chori, militiæ conferuntur. 159.a
Angelici nutus quales. 143.b
Angelica custodia gratię nos Dei suscipiendæ præparat. 151.a
Angelicus lapsus cur nõ reparabilis, vt humanus. 121.a.b
Angelus quo superior, & nobilior est, an pauciores habeat species. 77.a
Angelus, angelum per speciem innatã cognoscit. 91.b. 92.a
Angelus, ἀπὸ τῦ ἀγγέλλω, quod est, nuncio. 139.a
Angelus, nomen commune, & speciale est. 139.a
Angelus, aut dæmon àposteriori oculatiùs discernit arcana mentis nostrę, quàm homines. 132.b
Angelus, qui pascit me. Gen. 48. enucleatur. 147.a
Angelus quomodo cognoscat cogitatus alterius angeli. 131.b
Angeli primi excessus in modo, in tempore, in causa. 97.b
Angelo superiore inferiorem illuminante, duo coëunt. 138.a
Angeli, cur intelligentiæ appellentur. 55.a
Angeli non componuntur ex materia, & forma. 55.b
Angeli, sunt secunda lumina. 55.b
Angeli an peccarint. 100.a. et quale fuerit eorum peccatum. ibid.b. &. 101.a.b
Angeli qumodo purgantur, & à quo. 137.a
Angeli in cognitione rerũ contingentium proficere possunt. 76.a
Angeli num conditi fuerint in Dei gratia. 93.a.b. 94.a.b
Angeli quomodo loquantur Deo, & nobis. 144.a
Angeli tam boni, quàm mali conditi sunt beati beatitudine solum naturali. 90.a.b
Angeli, quantum ad notitiam scientificã, non impediuntur distantia. 74.b
Angeli vndè discernantur. 61.b
Angeli an simul atque conditi fuere, beatitudine donati sint. 88.a.b

Angeli an in assumptis corporibus vitales administrare possint functiones. 127.a.b
Angeli Augustino non purè spiritus. 52. a. 56.b.
Angeli voluntaria nostra, sine motione exterioris obiecti, nequeũt cognoscere. 73.b
Angeli motores mouentur per accidens. 35.a
Angeli sub primo instanti peccare potérant. 112.a
Angeli oẽs an specie differant. 62.b. 63.a
Angeli an fuerint ante cœlum conditi. 155. b. 156.a
Angeli ex congruo, non ex condigno beatitudinem promeruere. 96.a.b
Angeli quomodo in alios influant angelos. 138.b
Angeli qua ratione hæc inferiora cognoscant. 68.a.b. 69.a
Angeli quoto die fuerint creati. 156.b
Angeli non egent distantia certa ad loquẽdum. 142.b
Angeli se dæmonibus occultare possunt. 130.b
Angeli se metiuntur metaphorica mensura. 45.a
Angeli, seu dæmones cordis nostri arcana per signa extera coniectant. 131.a.b
Angeli in notione naturaliũ an perficiãtur ab obiectis naturalibus. 73.a
Angeli, quo ad scibilia naturalia, omnes æquales. 73.b
Angeli ex natura sua ægrè mobiles ad malũ, & propensiores ad bonũ. 116.a.b
Angeli non omnino suos deserunt clientulos. 150.a
Angeli in sacris literis specie non distinguuntur. 63.b
Angeli ex operationibus non facilè distinguuntur. 64.a
Angeli, qui vno gaudent nomine, & functione, sunt eiusdẽ spẽi. 64.a. & cõtrà. 65.a
Angeli sine gratia gratum faciẽte nõ poterant promereri vitam æternam. 96.a
Angeli non possunt esse creatores. 19.b
Angeli an conditi in gratia gratum faciente. 95.a.b
Angeli nõ fuere prædíti congenitis speciebus à Deo in creatione. 72.b. 90.b. 91.a
Angeli quomodo cognouerunt omnia naturalia simul atque conditi sunt. 73.b
Angeli medij inter Deũ, & homines. 147.b
Angeli nostræ salutis ministri. ibid.
Angeli non mensurantur tempore, imò neque esse cælorum. 38.a
Angeli an dimetiantur suas ætates nostro tempore. 37.b
Angeli si cõserui, ergò non hominum creatores. 22.a
Angeli superiores sunt tanquam magistri inferiorum. 138.a
Angeli non impediuntur in cognitione, loci distantia. 74.a
Angeli contingentia inęqualiter cognoscunt. 78.b. 79.a
Angeli non sunt causa effectuum, vt nec agricolæ fructuum 181.a
Angeli an sint incorporei, & immateriales. 52.a.b. 53.a.b
Angeli æuo metiuntur. 39.b. 40.b
Angeli quomodo se mensurent. 45.b
Angeli boni non præsciuerunt beatitudinem suam, vt neque mali casum. 96.b
Angeli an in primo suæ creationis instanti peccauerint. 103.b. 104.a.b
Angeli superiores quomodò illuminent. 138.a
Angeli non sunt corporei. 57.b
Angeli in exordio suæ creationis an viderint visione nõ beata, sed naturali, Deũ. 92.b. 112.b
Angelorum ordines ex fide sunt tenendi. 139.b. 140.a
Angelorum spiritualitatem probare, non est facile. 57.a.
Angelorum differentia quo pacto inuestiganda. 63.b
Angelorum superiorũ sunt pauciores, & intensiores species. 79.a
Angelorum sanctorum conuersio erat Dei super omnia dilectio. 94.b
Angelorum electio duplex, plena, & non plena. 117.a.
Angelorum bonorum confirmationis in gratia: & malorũ, obstinationis in sua peruersitate, causa. 114.a
Angelorum numerus an excedat creaturarum corporearũ numerum. 66.b. 67.b
Angelorum creationis non meminit Moses. 155.b. & cur. 158.b. 159.a. 160.b
Angelorum infinitus numerus ex scriptura. 66.b
Angelorum sciendi modus intelligi vix potest. 68.a
Angelorum superiorum an clariores sint species, quàm inferiorum. 78.b
Angelorum naturalis perfectio ex habitibus infusis pendet. 265.a

Angelorum sanctorum excelsum fuit meritum ex duobus. 145.a
Angelorum transeuntes actiones an æuo mensurentur. 43.a
Angelorum gemina loquutio, interior, & exterior. 142.a
Angelis perfecti numeri tributi in sacra scriptura. 66.b
Angelis id præstat electio, quod nobis consuetudo. 116.b
Angelis an præceptum aliquod speciale à Deo præscriptum. 103.b
Angelis quatuor attribuuntur. 51.b
Angelis ex voluntate, an ex intellectu congruat immobilitas. 115.a.b
Angelos corporeos asserere, nunc periculosum. 57.a
Angelos sibi loqui, certum est. 144.a
Angelos cur Nicetas ignē dixerit esse sine materia. 56.a
Angelos malos aliquandò tandem reparādos credere, hæreticum. 114.b
Angelos an lateant intima cordis humani. 129.b. 130.a
Angelos, nō Deū, fuisse horū visibiliū creatores, asserere, hereticum. 18.b. 19.a. 21.b
Angelos bonos Origenes putat spiritus esse, dæmones verò corporeos. 54.b
Angelos custodiæ hominū destinatos, fidei decretum est. 146.a.b
Angelos esse variabiles, ex fidei dogmate. 39.a
In Angelis potentia logica. 56.a. in eisdem nulla compositio. ibid.
In Angelis intellectus practicus, & theoricus. 86.b
In Angelis agens, & possibilis intellectus dignius quàm in nobis est. 69.a. 75.a.b
Anima protoplasti ante angelos, an cum angelis fuerit creata. 192.b. 195.a.b
Anima rationalis non conflatur ex materia cælesti. 195.b
Anima humana non est consubstantialis Deo. ibid.
Animam intellectiuam, essentialem hominis partem esse, ex fide tenēdum. 191.b
Animę rationalis proprietates quędam ex corpore conciliantur. 309.b
Animæ creatio egregiè probatur. 193.a. eiusdem etymologia perridicula. 193.b
In Anima an tātum tria, habitus, potentia, & affectus. 70.b
Animę rationales non ex creatione, sed ex corpore differunt. 311.a
Animæ rationales infunduntur simul, & creantur. 195.a
Animæ separatæ nostra discunt ab angelis. 140.b
Animæ separatæ an distantia impediantur ne contingentia cognoscant. 75.a
Animæ separatę an sit naturale intelligere sine phantasmate. 83.b
Animæ separatæ vt cognoscant. 82.a. 83.a.b. 84.a
Animę omnes rationales ex se an sint æquales, nec ne. 308.a.b. 309.a.b
Animæ rationales quo conueniant, & quo differant. 309.a.b
Animę humanę ab angelis satę Platoni. 9.a
Animæ rationales apud Platonicos æternæ. 19.a
Animę in purgatorio igne quid detestabū tur. 382.b
Animę in purgatorio quomodo merētur. 384.a. quomodo sunt in termino. ibid.
Ἀντεξουσία. Græcis, liberum arbit. Latinis. 241.b
Annunciate nobis quæ ventura sunt, &c. Esa. 41. enucleatur. 122.b
Arbor vitę quomodo differebat à reliquis arboribus paradisi. 209.b
Arboris vitę efficacia, & vis. 210.b. 211.a.b
Aristoteles decept⁹ inscitia æternorū. 39.a
Aristotelis locus: Intellectus noster deforis est: declaratus. 8.b. 9.a.
Aristotelis locus explanatus: In æternis nulla est potentia. 18.b
Aristotelis placita sibi inuicem dissidentia. 6.a.b.
Aristotelis argumēta, quibus mundū æternum probat. 5.b
Assentiri fidei vt oportet. 260.a
Astra nō sunt malignę influentiæ. 184.a.b
Astrologis vix habenda fides. 186.a
Astrorum aspectus & lumen intellectui prosunt & officiunt. 310.
Augustin⁹ de distinctione sex dierū. 159.b
Augustinus varius de sanctificatione angelorum. 93.b
Augustinus dissidet à Peripateticis in tractatione specierum. 81.a
Augustinus adimit omnē actionē à rebus naturalibus, illā in Deum referens. 26.a
Augustini locus enodatus: Condens naturam, & largiens gratiam. 95.a
Augustini laus eximia. 255.a
Auersio à Deo ad creaturam, peccati causa. 283.b

Auerroistica argumenta de mundi æternitate.6.a
Auicenna putauit vnicũ tãtùm Deum produxisse intellectum.19.b
Auicenna,& Auerroes collati: eorumque consensus,& dissensus circa rerum creationem.20.b
Auxilium generale,& speciale, quo differant.277.a
Auxiliũ generale nõ est satis admeritũ siue ex condigno,siue ex congruo.277.a.b
Auxilium Dei est necessarium ad pietatis opera.275.a.b
Auxilium Dei speciale an sit gratia operãs seu cooperans.249.a.b
Auxilium sufficiens, & auxilium efficax.335.a
Auxilio speciali rationalia tantùm potiuntur.277.a

B.

BAptismus extirpat,&eradicat prorsus originariã culpam, non abradit.302.b
Baptismus renouat non carnem, sed mentem.209.a
Baptismus non reparat nunc totum hominem,sed præcipuam partem.ibid.
Baptismus quomodo tollat originalem culpam.303.b
Basilius angelos in gratia conditos fuisse tradidit.93.a
Basilius lucem ante tenebras putauit conditam.155.b
Basilij locus explanatus de angelorum domicilio,& cælo empyreo.34.a
Beatitudo duplex,naturalis,&supernaturalis.88.b
Beatitudinem supernaturalẽ an expetiuerit inordinatè Lucifer.102.a.103.a
Beatitudine quando ditati Angeli.89.a.b.
Beati non omnia sciunt in Verbo.144.b
Beati non egent custodia angelorum,nec damnati illa potiuntur.149.a
Beatis angelis in Dei essentia an sint omnia nota.146.b
Beatum esse in se ipso,solius est Dei.102.a
Behemoth,quid Hebraicè sonet.154.b
Bonitas moralis an ex fine sit spectanda.343.a.b
Bonitas actuum triplex ex genere,ex fine & essentia.343.a
Bonitas humani generis quadruplex.ibid.
Bonitas naturalis.344.b
Bonitas actus exterioris,& malitia, alia est à bonitate,vel malitia actꝰ interni.370.a
Bonitas actus duplex.370.a
Bonitas actus moralis exterioris, itemque malitia,&bonitas interioris,sunt vna formaliter.373.a
Bonitas ex obiecto,aut malitia maior, actꝰ bonitatẽ moralẽ,vel malitiã auget.345.b
Bonitas ex genere, est materialis bonitas.344.a
Bonitas perfecta moralis.344.b
Bonitas moralis non tota petenda à fine 346.b
Bonitas, & malitia moralis quid sit.375.b
Bonum quomodo potentius malo. 219.b
Bonum est,quod per se est appetibile.322.a.323.b
Bonum ex genere,quid.343.b
Bonum duplex.364.b
Bonũ ex obiecto, bonũ ex genere.343.a.
Bonum,& malum moraliter, sunt cõtraria mediata.364.a
Boni ratio,quæ.323.a
Bruta,nutibus,vt nos verbis,suos indicant affectus.143.a

C.

CAcodæmon, & calodęmon.148.a
Cælũ Auerroi est æquiuocũ. 16.b
Cælum empyreum an primò conditum,& angelis repletum.33.b
Cælum empyreum,à voce,πῦρ,id est, igne, dictum.ibid.
Cælum an agat in hæc inferiora influentia. 37.a
Cælum quomodo calefaciat hæc sublunaria.181.a
Cælum,vniuersalis est causa.181.b
Cælum igneam habet naturam.160.a
Cælum empyreum primo die creatũ.168.a.orbes reliqui quarto die.168.b
Cælum simpliciorem habet actionem,quã elementa.184.a
Cælum an compositum ex materia,& forma.162.a.164.b.165.a
Cælum sidereum primum mobile Aristoteli.176.a
Cælum præparatoriè, & indirectè mentem mutat.189.a
Cęlum an sit causa sublunarium effectuum.179.a.180.b.181.b
Cælum vacare an possit à motu.187.b
Cælum stellatum nobilissimum.180.b

Cælum an simplex corpus. 164.b. 165.a.b. & quæ eius natura. 165.b
Cæli tantum tres apud quosdam sanctos Doctores. 67.a
Cæli motrices habent intelligentias. 172.b. 173.a.b. 176.a.b
Cæli num sint animati necne. 174.a.b
Cælorum substantia quæ. 161.a.b. & an sit corruptibilis. 161.b
Cælorum numerus, qui. 189.b
Cælos angeli mouere nequeunt contra naturam. 177.b
Cælestes orbes à quibusnā angelis mouentur. 175.a.b
Cælestis figura, quæ. 177.b 178.a.
Cælestia vestigare perdifficile. 186.a
Calor dupliciter consideratur. 179.b
Candelabrum an cælorum repræsentarit ordinem. 33.b
Capacitas in nobis ad diuina percipienda. 367.b
Causalitas duplex, physica, & dialectica. 372.b
Causa finalis, prima. 323.b
Causæ quatuor, efficiens, forma, materia, finis. 27.a
Chaos, quid. 5.b. nullū fuit in initio. 160.a
Cherub ab ingressu paradisi an cacodæmonas arceat. 202.a
Cherub cur potissimū paradisi custodiæ destinatus. 202.b
Chiromantia vana, & mendax. 186.b
Christus, quatenus homo, non habuit custodem angelum. 149.b
Circunstantiæ duplex defectus. 344.b
Coactum, quid sit. 246.a
Coæua quatuor ex Beda, materia prima, cælum, tempus, & natura angelica. 169.a
Cogitatiua hominis ex coniunctione cū intellectu optima est. 87.a
Cognitio matutina, & vespertina, angelicæ notitiæ. 91.a.b. & vtra prior. 92.a
Cognitio non est proprie motus. 69.b
Cognitioni omni materialitas obiecti officit. 87.a
Cognitio matutina duplex, perfecta, & imperfecta. 91.b. 112.b. 113.a
Collatio præceptorū exhibitorum in paradiso. 213.b. 214.a
Color physicus, & metereologicus. 79.b
Commentatoris opinio de intellectu humano. 8.b
Commissio quid sit. 329.a
Conceptus mentis duplici de causa occultus in nobis. 142.a
Concubitus in paradiso terrestri summæ fuisset voluptatis. 213.b
Concupiscentia, peccatum, pæna peccati, & causa peccati est. 336.b
Concupiscibilis, & irascibilis, quid sint. 233.a.b
Confirmatis in gratia num patrocinium sit tribuendum angelicū. 150.a
Confortatio Christi per angelum, qualis. 149.b. 150.a
Congregētur aquæ. Genes. 1. enodat. 178.a
Connubia inter affines cur prohibita vsq; ad quartum gradum. 298.a
Consensus duplex, & qui. 236.b
Conscientia erronea quid sit. 356.a.b. eaq; duplex. 359.a.b
Conscientia, mille testes. 354.b
Contritio, & attritio num ex congruo primam gratiam mereantur. 277.b
Conuersio exigit pœnam sensus: auersio, dāni. 319.b
Conuicia in diuinitatē redarguit in Iudæis Dominus. 388.a.b
Corpus an ergastulum animæ. 193.b
Creandi vim repugnare creaturæ, an sit demonstrabile. 24.b
Creare, est ex nihilo aliquid facere. 2.b
Creare, est dare totū esse rei: at generare partem. 24.a.b
Creare, & facere, quo differant. 2.a
Creare aliquid ex nihilo, est infinitę perfectionis. 23.a
Creare, verbum, quo significatu à sanctis patribus acceptum. 2.a
Creare, an sit dare esse per se, & primò, alicui rei. 24.a
Creare, dictio, quid propriè significet. 1.b
Creare, duo significat, productionē substātialem, & excellentē transmutationē. 2.b
Creata omnia quodammodo constant ex materia. 61.b
Creo, Latinis idem, quod Græcis κτίζω. 1.b
Creatio à Theologis bifariàm vsurpatur. 3.a
Creatio, est mutatio impropriè, itidemque actio. 3.b
Creatio, non est propriè actio, neque mutatio. 3.a
Creatio rerum magis consentanea rationi naturali, quàm æternitas. 8.a.b
Creatio non fuit in puncto: at resurrectio, & iudicium in puncto futura sunt. 157.a
Creationis modus non vestigabilis. 153.a

Creationem rerū nullus philosophorum intellexit.5.a
De Creatione rerum Auicennę commentum.19.b
Creatis rebus vires productiuas Deus est elargitus.27.b.28.a
Creator,solus Deus est.4.a
Creator,& opifex,quo differāt Platoni.3.a
Creatura rationalis tripertita.119.b.
Creatura potuerit ne Deo in creādis rebus suam nauare operam.22.b
Creatura,an,concursu Diuino sublato,agere possit.29.b.30.a
Creatura triplex, corporea, spiritualis, & media.58.a
Creatura nulla quamuis excellens ex sua natura æterna.15.a
Creatura posset creare ex diuina sibi collata vi.25.a
Creatura non est Deo coëterna. 13.a.b. 14.a.b
Creatura rationalis vndè peccabilis.394.b
Creatura potest dare formam:materiā aūt nequaquam.24.b
Creaturæ vis,qua potens fieret ad creādū, substantia,an accidens foret.25.a
Creaturæ cum creatore coëternitas difficilis intellectu.15.b
Creaturæ quædam repugnant, vt homini irrationalitas,quædam non repugnant, sed excellunt eius facultatem,vt creaturam creare.24.a
Creaturā suo auctori coęternā facere,maximum miraculum.15.b
Creaturæ sunt causæ proximæ rerū naturalium.28.a
Creaturæ, instrumenta sunt diuinitatis. 32.b
Creaturis num aliqua sit tribuenda operatio,an tota sit diuina.25.b.26.a
Creaturis cur efficientiam,& causalitatem adimant sacræ literæ.28.a.b.32.b
Creaturas sibi coëternas si creasset Deus, an illas modò posset euertere.17.b
Culpa quo magis voluntaria, eò grauior. 226.b
Culpa est animæ rationalis inordinatio. 296.b.299.a
Culpa quandò solum culpa:& quandò culpa, & pæna.301.b
Cunctę animę quę ingressę sunt,&c. Gen. 46.declaratur.194.b
Cupiditas,generale, & particulare vitium. 377.a

D.

DAmnati non verè pœnitent.121.a
Dæmō excitare potest tempestates. 125.b
Dæmon,aut angelus,non potest prestare, quæ natura non potest.125.b
Dæmon velocius agit,quàm natura.126.a
Dæmō minimus longo interuallo superat omniū philosophorum sapientiā.125.a
Dęmon impœnitibilis, quia impœnitentię autor.114.b
Dæmonis peccatum in cælo quale. 120.a
Dæmones generare nequeunt, nec angeli sancti possunt effectuū naturaliū productores esse.123.b.124.a
Dæmones qui fatetur corporeos, angelos itē fateri cogetur corporeos esse.58.a
Dæmones an possint verā chymicæ artis scientiā tradere.124.b
Dæmones, animalia aërea,ex Platonis decreto.52.b
Dæmones ab obiectis externis perficiunt suā cognitionem.73.b.74.a
Dæmones libidine vtrum laborent.127.b
Dæmones quæ præuidere,& quæ conijcere valeant.122.a.b
Dæmonū habitacula secundū Porphyriū, & Apuleiū.34.a.
Dæmonibus nulla est hierarchia.136.a.b
Delectatio non constituit speciem peccati aut virtutis per se.98.b.
Delectatio in cogitatione peccati,nō semper peccatum est.237.a
Delicta parentū puniēs Deus in sobolē,an sobolē duplici afficiat pęna.313.b.314.a
Detrusio animarū in corpora, commentū Platonicum.193.a
Deus solus creator.4.a
Deus ante creationem nō erat ociosus.8.a
Deus non est inuidus.7.b.
Deus omnia & in principio creauit,& nūc etiam facit,disponit,& gubernat.30.b
Deus totū esse, id est, totā latitudinē entis sua diuinitate complectitur.24.a.b
Deus vndè indiuiduetur.59.b.60.a
Deus solus simplicissimæ naturæ.56.b.
Deus solus per essentiā suam nouit omnia. 77.b.78.a
Deus vniuersalis omniū custos.151.a.
Deus solus naturæ auctor.26.a.b.30.b
Deus est auctor rerū naturalium,& natura Deo est cooperaria.33.a
Deus an possit rebus creatis vires productiuas impartire,nec ne.27.b.28.a

Deus quomodò est finis supernaturalis. 90.a.
Deus in iustificatione peccatoris præuenit semper. 249.b.
Deus citra condignum punit. 312.b.
Deus an per se, & immediate in mundi exordio mouerit corpus elementare. 177.a
Deus licet non sumat duplices pœnas de paternis facinoribus ex filijs, duplici tamen nomine punit. 314.a.
Deus an sit peccati auctor. 339.b. 340.a.
Deus coagit libero arbitrio ad omnia illius opera. 340.b.
Deus est immediatus motor omnium immediatione virtutis. 175.b. 176.a
Deus nullius cæli est particularis motor. 176.b.
Deus nullius iniquitatis, aut obdurationis auctor. 334.b.
Deus an remuneretur paternas virtutes in filijs. 315.a.
Deus in instanti singulorum dierum fecit opera. 177.b.
Deus an diligi ex natiua in illum propẽsione possit. 290.b.
Deus neminem destituit auxilio sufficiẽti ad pœnitentiam. 335.a.
Deus concurrit ad malum non secundum formam. 341.a.
Deus cur non prohibeat peccata. 341.b.
Dei prouidentia ab omnibus nocumentis immunem fecisset hominem si non peccasset. 210.a.
Dei concursus est de præuijs. 341.a
Deo cur omnia tribuat scriptura sacra. 28.a.b. 32.b.
Deo nos cooperamur ad vitam promerendam æternam. 30.b
Deum quomodò videat angelus. 91.b.
Deũ necessitare, & cogere, nõ idem. 247.a.
Deum vt explorarint philosophi. 255.b. 256.a.b.
Diabolus, & angeli eius superbi sunt omnibus modis. 102.b.
Diabolus, nec angelus inuertere possunt vniuersalem naturæ ordinem. 126.a.
Diabol⁹ nõ potest benè velle. 117.b. 118.a
Diabolus etsi aliquãdo vult bonum, quod Deus fieri vult, nõ tamẽ benè vult. 118.a
Diabolus nõ potest naturales effectus producere, nisi naturalibus causis admotis. 124.b. 125.a.
Diaboli obstinatio, est eius voluntas ligata ad benè volendum. 117.b
Diaboli obstinatio, & satellitum eius, ex fide tenenda. 117.b
Diabolicæ malitiæ scaturigines. 118.b
Diabolicę obstinationis causaquę. 119.a.b
Dianœa, particularis ratio. 190.a
Dianœa, quid. 234.b
Differentia essentialis, ex forma essentiali: vt accidentalis, ex accidentali. 192.a
Difficultas in cognoscendo duplex. 47.b
Dilectio inimici, Dei auxilio eget. 288.b
Dilectio naturalis, & gratuita. 291.b
Dilectio Dei an supergrediatur vires humanas. 288.b. 289.a.b. 291.a.b
Dionysij locus explicatus, de angelis. 72.a
Diplomata pontificia. 369.a
Discretum tempus, quid. 42.a
Dispositio ad gratiam duplex, directa, & indirecta. 276.a
Dispositio directa duplex, remota, & propinqua. 276.a.b
Discretum tempus cur dicatur. 42.b
Diuina sapientia cuncta operatur, etiã Platone, & Arist. testibus. 30.a
Diuinæ literę bifariã exponuntur. 159.a.b
Diuinæ sapiẽtiæ ordo, ex Dionysio. 177.a
Diuinitatis notio duplex. 256.b.
Dogma fidei de creatione. 154.a
Dormientes quandoq; peccare, at mereri nunquam possunt. 331.b

E.

Ecclesia custodiam habet visibilem, & inuisibilem. 150.b
Ecclesiæ maior fides habenda, quàm auctoribus sacris. 321.b
Eden, quid in scriptura significet. 197.b. 203.a
Educi de potentia materiæ, quid sit. 9.a.b
Effectus vnus à multis causis perfectis in suo genere procedit. 32.b
Effectus naturales alij causam habẽt manifestam, alij occultam. 179.a.b
Efficiens, & finis, indiuiduãt extrinsecè: materia & forma intrinsecè. 61.a
Efficientis causę vices an Deus supplere valeat. 27.a
Effrænis concupiscentia, culpæ ne sit originalis causa. 298.b.
Electi in paradiso, an ex alijs parentibus, quã modò, nati fuissent. 218.a.b. 219.a.
Elias, & Enoch an sint in paradiso. 200.a.b. 201.a.
Elementorum motus tribuendus generantibus.

tibus. 108. a.
Emanatio simplex, quid. 17. b.
Empyreum cælum an primò conditum, & angelis repletum. 33. b.
Empyreum cælum qui negaret, non hæreticus, sed temerarius censendus. 35. b.
Empyreum cælum corporum omniũ prę-obstantissimum. 35. b.
Empyreum vndè dictum. 35. b.
Empyreum, quòd motu careat, num ociosum. 35. b.
Empyreum an orbibus inferioribus perpetuitatem influat. 36. a. b.
Empyrei cæli actio quæ. 35. b. 36. a. nobis occulta. 36. b.
Entis gradus. 323. a.
Entium diuisio. 166. b.
Erunt nouissima hominis, &c. Matth. 12. explanatur. 335. b.
Esse dare, bifariàm contingit. 24. a.
Esse, & essentia in angelis differunt. 56. a. b.
Essentię rerum corruptibilium non mensurantur aliqua mensura. 41. a.
Eua ex sola viri costa, sine vlla accessione, facta. 204. a. 205. b.
Eua cur nõ ex puluere, vt Adã, facta. 207. a
Euæ formationem allegoricôs declarat August. 204. b.
Euæ peccatum, quod. 227. b.
Eugubinus reprobatus. 5. a.
Ex, præpositio, nunc materiam, nũc ordinẽ significat. 3. a.
Exodi locus cap. 21. declaratus: Seruiet in sæculum, &c. 38. b.
Extrema, sine medij cognitione intelligipo sunt. 69. b.
Ezechielis locus cap. 1. enarratus. 34. b.

F.

FActũ, aut verbũ ociosum, quid. 363. a. b
Fælicitas, quid sit. 350. a
Fidei primarium institutum. 366. b
Fidei traditiones nulla sunt exaggerandæ hyperbole. 321. b.
Ad Fidem præparatio est ex Deo. 260. a
Fideles peccatores maioribus fruuntur auxilijs, quàm infideles. 336. a
Fidelium vnusquisq; custodem habet angelum. 147. b
Filius nõ portabit, &c. Visitans iniquitatẽ patrum, &c. declarãtur. 314. b
Filij sæpè, non propter sua, sed parentũ crimina, pœnas luunt. 313. a
Filios Dei, & filios hominum, quos vocet scriptura. 128. b
Finis ex circũstãtia trãsit in obiectũ. 345. a
Finis, vt intentus, semper specificat voluntatis actum. 346. a
Finis, quandò propter media amatur, aut contrà, vnico amatur actu. 349. a. b
Finis quũ per se amatur, & media absolutè, singula proprijs actibus gaudent. 349. a
Firmamentum aëreũ, & cæleste. 164. b. sanctis doctoribus varium. 164. a
Fomes in paruulis baptizatis quomodo. 320. a.
Fœminę plures nũc sunt, quàm viri. 218. a
Fœminę nõ nascunt septimo mense. 148. a
Fœtus trifariàm variatur. 184. b
Forma cælestis non est iners. 175. a
Forma, est bonũ, & pulchrum. 323. b
Forma, est contractius bonũ, quàm sit finalis causa. 323. b
Forma non est finis, vt se promit in actũ secũdum se, sed vt est actus primus. 323. b
Forum non mutat peccati naturã. 384. b
Futurorum, quædam naturaliter, quædam ex electione. 122. a

G.

GEnitum, vox, dupliciter vsurpatur. 4. b
Genus triplex, physicũ logicum, poẽticum. 343. b. 344. a.
Gigantes cur ante diluuiũ geniti. 128. a
Gratia duplex, operans, & cooperãs. 94. a
Gratia operans non fuit in angelis. 248. b
Gratia animæ sessor. 250. b
Gratia prœueniens, & subsequens. 250. b
Gratia gratum faciẽs, & gratis data, vt differant. 251. b
Gratia gratum faciens, habentẽ latet: at gratis data, minimè. 212. a
Gratia trifariàm vsurpatur. 252. b. 253. a
Gratia gratis data vt sit, quę requirantur. 253. b. 254. a
Gratia gratum faciens, præcipua est. 253. a
Gratia duplex, operãs, & cooperans. 248. a. b. 251. a
Gratia excitans, & adiuuans. 278. a
Gratia Dei, non natura, præparat ad gratiam. 279. a
Gratia Dei sanat animã, & illam confortat. 284. b
Gratiæ opera Deus inmediatè operatur in nobis. 31. a.
Gratiæ effectus quinque. 250. b

Gratiæ ne an naturæ angelicæ, immobilitas angelorum in bono sit ascribenda. 115.b. 116.a.

H.

HÆresis vt sit, quæ requirantur. 352.a.
Hæresis, electio, Græcis est. 354.a.
Hæretici nostri æui nimium sibi fidunt. 150.b.
Hierarchia, quid sit. 133.b. 136.b. eius etymon. ibid.
Hierarchia angelorũ differt ab hierarchia hominum. 134.a.
Hierarchia, imago est diuinæ pulchritudinis. ibidem.
Hierarchia cælestis, est gubernatio cælestis. ibidem.
Hierarchia cælestis triplex. 134.b.
Hierarchia quælibet trinũ habet ordinem. 134.a.
Hierarchia superior plures habet angelos, quàm media, & media, quàm infima. 78.a.
Hierarchiæ inferiori non fit promotio. 137.b.
Hierarchiæ habebunt semper gradus suos, & ordinem seruantes. 138.b.
Hierarchiæ ministrantes aliæ, aliæ verò assistentes Deo. 134.b.
Hierarchiarum distinctio. 134.b.
Hierarchicæ operationes sunt tres, illuminatio, purgatio, & perfectio. 136.b. & 137.a.
Hoc nunc os, &c. Genes. 2. declaratur. 206.a.
Homicida erat ab initio, &c. Ioan. 8. declaratur. 105.a.b. 118.b.
Homo vndè imago, & similitudo est Dei. 191.b.
Homo sub statu naturę integræ an potuisset naturaliter bonum operari, & peccatum declinare. 262.a.b. 263.a.b. 265.b.
Homo ad moralia ante lapsum nõ egebat supernaturali dono. 263.a.
Homo se ad Dei gratiam absque auxilio particulari præparare nequit. 272.a.
Homo nõ potest resurgere à peccato sine Dei gratia. 281.b. 282.a.
Homo ex proprijs viribus cum influentia Dei generali an Decalogi præcepta implere posit. 287.b. 291.b. 292.a.
Hominis tres status. 209.a.
Hominem Deus citra tædia, labores, & molestias, creauit. 216.a.
Hominẽ Deus an impeccabilem creare potuisset. 229.a.b.
Hominem lapsum singula posse declinare peccata, non tamen omnia, quomodò intelligendum. 280.b. 281.a. 282.a.
Homines an assumendi in nouem ordines angelorum. 144.b.
Homines in paradiso terrestri suorum operum absolutè dñi fuissent. 222.a.
Hominum decimus ordo non magni meriti. 145.b.
Homines futuros angelis ęquales, quod ait Lucas, vt intelligendum. 145.a
Hominibus quibusdam cur præostensus lapsus, angelis autem non. 96.b.
Humanæ naturæ præsidia, post Deum, in angelis collocata. 148.b.

I.

IN costa Adami non fuit ratio seminalis Euæ producendæ. 206.a.
Idea neq; materia, nec efficiens est causa, sed principium exemplare. 3.b.
Ideale esse inter, ens, & nihil, excogitatum à Scoto. 3.b.
Idololatria omnis non est contra Spiritum sanctum. 390.b.
Per, Ignem, scriptura miseriam omnem denotat. 321.a.
Ignorantia multiplex. 224.b. 225.a.
Ignorantia iuris, & facti. 224.a.
Ignorantia duplex, dispositionis, & negationis. 224.a.
Ignorantia an semper in vitio sit. 225.a.b. 226.a.b
Ignorantia hominum tetra. 257.b.
Illectiuum maius, culpam minuit. 346.a.
Illuminatio an sit confortatio. 137.a.
Imaginabile est inter sensibile obiectũ, & intelligibile. 69.b.
Imagines repræsentatæ in speculis, nõ species, sed res ipsæ sunt. 80.a.
Imagines astronomicæ vanæ, & superstitiosæ. 125.a.
Incubi quo pacto fęcũdare mulierẽ queãt. 123.b. 128.b.
Incubi, & succubi, dæmones. 128.a

Indiuiduum cõsideratur, aut quatenus intelligibile, aut quatenus sensile. 60.b.
Indiuiduum substantiæ prius est, quàm indiuidua accidentium. 62.a.
Indiuiduorum duplex consideratio. 59.b.
Indiuiduationis principium, an sint accidẽtia. 59.a.
Infantes qui in paradiso nascerentur, quales. 215.a.b.
Infantes in paradiso præditi nascerẽtur iustitia originali. 216.a.
Infantes in paradiso an nascerentur confirmati in Dei iustitia, & gratia. 216.b. 217.a.
Infantes an ex peccato originali sint puniẽdi. 312.a.
Infantes in paradiso nati fuissent potentes non peccare, vt, non mori. 217.a.b.
Infantes non abluti sacro baptismo, moriẽtes, nullam sensibilem pœnam patiẽtur. 316.b.
Infantes sine baptismo mortui quales futuri. 316.b. 317.a.
Infantes decedẽtes nõ abluti lustrali aqua, non erunt beati. 318.b. 319.a.
Infantes non baptizati decedentes, an pœnis torquendi sint æternis. 316.a.b.
Infantes affligentur tantùm pœna damni. 320.a.
Infantuli in maternis decedentes vteris, an angelorum custodia fruantur. 149.a.
Infantium animæ non baptizatorum sine tædio. 317.b.
Infantium animæ nõ ablutorum baptismate an desperabunt. 318.a.b.
De Infantibus non baptizatis obseruandę quæstiones. 317.b. 318.a.
Influentia, præter lumẽ, motumq; cæli, an sit tradenda. 183.a.
Infideles, tutelares habere angelos, credibile est. 148.a.b.
Infideles, & flagitiosissimi homines, an angelicis præsidijs destituãtur. 147.b. 148.a.b. 149.a.
Infinitum in spiritualibus, an Aristotelico placito congruat. 16.b.
Infinitum est in causis accidentaliter subordinatis. 218.b.
Insipientes ab intrinseco sumus. 224.a.
Insontes filij cum noxijs parentibus sunt eadem correpti pœna. 312.b.
Inspirauit in faciem hominis spiraculũ vitæ. Genes. 2. exponitur. 196.a.
Instans vnum in toto tempore, ex Aristot. 46.a.b. 47.a.b.
Integer status non esset adeò indigus, vt lapsus. 178.a.
Integritas naturæ, quæ. 264.b.
Intellectus singularia reflexè ne intelligat. 85.b.
Intellectus duplex, contẽplatiuus, & practicus: & vtriusq; differentia. 86.a.
Intellectus an sit hominis pars. 109.a.b.
Intellectus quadrifariã accipitur, ex Auerroe. 86.b.
Intellectus ignorantia culpanda ex culpa voluntatis. 351.b.
Intellectum Plato homini assistere putauit vt aurigam currui. 190.a.
Intellectũ vocat lumen, Aristoteles. 158.a
Intellectio humana num tempore discreto mensuretur, an æuo. 43.a.b.
Intelligentia, est orbis forma. 177.b.
Intelligẽtias, quæ entia vocet Aristoteles. 65.b. 66.a.
Intelligibiles species, potentiæ animæ, & habitus conquisiti patent angelis. 132.b
Intentio quid sit. 347.a.b.
Intentio dicitur oculus, & lumen. 348.a.
Intẽtio, & electio an sint actus vnus. 348.b
Intima nostri pectoris prospicere nequeũt angeli. 130.a.
Intuitiuè nõ videt angelus volũtatis actũ. 131.a.
Inuidia non fuit primum angelicum peccatum. 98.a.
Inuidia vndè plurimùm oriatur. 102.a. & quos occupet. 102.b
Inuidentia fraternæ gratiæ, & veritatis impugnatio, quid sit. 386.a. 387.b.
Iob locus declaratus: Ecce Behemoth, quẽ feci tecum. 154.b.
Ira duplex, culpabilis, & inculpabilis. 236.a.
Is, vir: Issa, mulier. 205.a.
Iudex tenetur secundum allegata, & probata, sententiam ferre. 358.b. 359.a.
Iustitia originalis quid. 219.a. 306.a.b.
Iustitia originalis in animæ essentia. 209.b
Iustitia originalis naturæ, an gratiæ erat. 264.a.b.
Iusti non multo tempore immaculati possunt persistere. 286.a.
Iustificationis quatuor gradus, ex August. 275.a.

L.

Libertas triplex. 242.b.
Libertas voluntatis pendeat ne ab intellectu. 244.a.b. 245.a.b.
Libertas arbitrij suspendens actum suum. 328.b.
Libertas sit ne duntaxat voluntatis. 243.b.
Liberum angelorū arbitrium in primo instanti creationis quale. 111.b.
Liberum arbitr. Latinis, ἀυτεξουσία. Græcis. 241.b.
Liberum arbit. quid sit. 241.b. 242.a.
Lib. arbitrium à philosophis confessum. ibidem.
Liberum arbitr. habitus, an potentia sit. 242.b.
Liberū arbit. est voluntas rationalis. 242.b 243.a.
Liberum arbitr. Deus dupliciter mouet. 247.b.
Liberum arbit. ex auxilio generali solùm non sufficit ad opera primæ tabulæ præceptorum. 272.a.
Liberum arbit. an omnia peccata ex sua natura cauere possit. 279.b.
Liberum arbit. sine Dei particulari ope, an possit vitare peccata omnia, quæ sunt contra ius naturale. 280.a.
Liberum arbit. collapsum, peccati seruū est, at liberum ex natura sua. 284.b.
Liberum arbit. ante Dei gratiam, potens, & impotens. 284.a.b.
Liberū arbit. non potest se ex se præparare ad gratiam Dei sufficienter. 290.a.b.
De Libero arbitrio hæreses variæ. 266.a.
Localis motus non est actiuus actione formam inducente. 187.a.
Locus Geñ. 11. declaratus: Descēdit Dñs, &c. 74.b.
Logica potentia, quid sit. 56.a.
Loquutio angelorum qualis. 140.b. 141.a.
Loquutio, & illuminatio vt differāt. 144.b
Lucem an tenebræ præcesserint. 161.a.
Lucifer an in Dei gratia conditus. 94.a.
Lucifer principatum obtinuit sui ordinis. 113.b.
Lucifer non expetijt æqualitatem Diuinā. 101.b.
Luciferi nomen in bonam partē vsurpatū in sacris literis. 100.b.
Lumen quid. 167.b. an sit corpus. ibid.
Lumen habeat ne esse reale, an intentionale. 169.b. 170.a.
Luna nō accessu, & recessu agit, vt Sol, sed luminis præsentia. 182.a. 185.b.
Lutherus liberum arb. ad mala seruum, nō liberum esse dixit. 243.a.
Lux, lumen, splendor, radius, quo differāt. 168.a. 169.b.

M.

Magistri Sentētiarum rectus in scribē do ordo. 1.b.
Magi Pharaonis fallaces, & prestigiatores. 124.a.
Magia naturalis. 124.a.
Malum sustentatur in bono. 324.a.
Malum est boni priuatio. 322.a. 323.b
Malum formaliter, & materialiter. 324.a.
Malum non habet causam. 324.b.
Malum propriè, & impropriè. 326.a.
Mala per accidens, aut materialiter causam habent efficientem, & finalem. 324.b. & 325.a.
Mala intrinsecè à voluntate sortiuntur imputabilitatem. 375.a.
Mas formā, fœmina materiam præstat fœtui. 300.a.
Materia solius Dei opus est. 29.b.
Materia an indiuiduet. 59.b.
Materia quanta, indiuiduat, ex Auerroe. 59.a.
Materia triplex. 55.a.
Materia an habeat ex se esse, an à forma. 166.a.b.
Materia, & subiectum, differunt. 162.a.
Materia est essētia distincta à forma. 166.b
Materia vndè bona. 323.a.
Materia gemina. 344.a.
Materiale, & formale in originali delicto. 301.b.
Medium patitur à visibili, & visus à medio, vt visio fiat. 80.b.
Memoria Aristotelis est habitus cōtentiuus specierum. 79.a.b.
Mens ad suos actus cogi nequit. 191.b.
Mensura est eorum, quæ actu sunt. 38.b
Mēsura triplex, physica, mathematica, metaphorica. 45.a
Mēsuram oportet esse simplicissimā. 44.a.
Merita nulla ante gratiam. 278.b.
Mistio quid sit. 151.b.
Merlinus quis. 124.a

Metalla

Metalla solùm à cælo pendère videntur. 182.a.
Methodus optima ad inuestigãdam angelorum differentiam. 83.b.
Metampsychosis Pythagorica. 7.b.
Mobile notius est motu. 46.a.
Mobile primum cur Deo accommodetur. 176.b. 177.a.
Modus perficiendi consequitur modum essendi. 70.a.
Moræ angelicæ duæ, ex Thoma. 111.a.
Morulæ angelicæ distinguuntur. 111. b. 112. a.
Moses angelorum nõ meminit creationis. 155.b. & cur. 158.b. 159.a. 160.b
Moses cur angelorum subticuerit creationem. 158.b. 159.a. 160.b.
Motor, & actiuum principium motus, differunt. 171.a.b.
Motus localis ab angelo procedens an tẽpore nostro mensuretur. 43.a.
Motus grauium, & leuium mediatè à generante, sed immediate à propriis formis. 108.b. 109.a
Motus cælorum an voluntarius. 174. b. & 175.a.
Motus cæli voluntarius, & naturalis. 177.b.
Motum esse cognoscendum ex mobili. 46. a.
Motu cæli cessante, an omnia inferiora necesse sit ruere. 187.a.b. 188.a.b.
Motus quidã naturales futuri sub cęli quietem. 188.b.
Motus primò primi, & secundò primi, qui. 235.b.
Motus sensuales quãdò crimini dandi. 235 b. 236.a. 237.b. 239.a.b. 241.a.
Motuum sensualium, alij insurgentes, alij morosi, alij deliberati. 236.b.
Mundus Aristoteli, Deo coæternus. 5.b.
Mundus cur non æternò à Deo creatus. 8. a.
Mundus Aristoteli nõ habet initium creationis, aut generationis. 13.b. & 14.a.
Mundus si concedatur æternus, quæ absurda sequantur. 16.a.
Mundus duplex, intellectilis, & visibilis. 155.b.
Mundum Deus an in instanti creauerit, an successiue. 151. b.
De Mundi æternitate varia Platonicorum placita. 5.a.

N.

Natura, gratia, & gloria, suo gaudent ordine. 112.a.
Natura voluntatis angelicæ, est causa immobilitatis. 114.b. 115.a.
Natura, & voluntas, vt differant. 364.b.
Naturæ, & gratiæ opera Deum habent auctorem. 32.a.
Naturæ opus, est opus intelligentiæ. 180.a
Naturæ miranda quædam. 182.b.
Per Naturæ integritatem, quid intelligendum. 263.b.
Naturas esse à Deo, quod ait August. quo pacto intelligendum. 29.a.
Naturale agens, nisi impediatur, producit effectum. 71. a.
Naturalia opera, diuina sunt. 32.b.
Naturalia pura, & integra, differunt. 265.a.
Necesse est mundum hunc inferiorem. &c. Meteor. 2. declaratur. 182.b.
Nemo se sufficienter præparare potest ad gratiam, nisi ex gratia. 368.a.
Nicetæ error de angelorum beatitudine. 89.b. 90.a.
Nihil est mensura sui ipsius. 45.a.
Nobiliora, num pauciora. 67.a.
Nolite contẽnere vnũ de pusillis. Matthæi locus, declaratur. 147.a.
Notitia gemina angelorum in Verbo, & naturæ, & gloriæ. 89.a.
Nullæ congenitę species sunt in angelis ad creata intelligenda. 71.b. 72.b.
Numerus actus, & potentia. 49.a.
Numerus ab anima pendet. 50. a.
Numerus est appellatio ab extrinseco. 50.a.
Nuptiæ restaurant humanam mortalitatem. 145.a.
Nuptiæ in paradiso terrestri futuræ. 213.a
Nuptiæ cur prohibitæ ad quartum vsque gradum affinitatis. 298.a.

O.

Obduratio cordis, & mentis excęcatio. 333.b.
Obiectum remotum, & propinquum. 344.a.
Ex Obiecto per se, actus capit bonitatem essentialem. 345.b.
Obligatio duplex, simpliciter, & secundũ quid. 356.b.

Obſtinatio admittit ſyndereſin. 121.a.
Obſtinatio, & impœnitentia vt differant. 386.a.
Octimeſtres à partu cur intereant. 184.b. cur aliquando vitales. 185.a.
Oculus recipit ſpeciem in profundo. 81.a.
Omiſsio exigit actum, tanquam cauſam. 99.b.
Omiſsio nō potuit eſſe primum peccatum angelicum. 99.b.
Omiſsio duplex, intenta, & non intenta. 326.b. 327.a.
Omiſsio aliqua, num ſine commiſsione, ſit culpabilis. 326.b.
Omiſsio eſſe poteſt ſine actu. 327.b.
Omiſsio poteſt eſſe ſine commiſsione. 328.a.b.
Omiſsio pura, gemina torquebitur pœna. 329.b.
Omiſsio quid ſit. 329.a.
Omiſsio duplex, pura, & impura. 329.a.b.
Omiſsio pura, cur voluntaria nūcupanda. 330.a.
Omiſsionis cauſa, alia per ſe, alia per accidens. 327.a.
Omiſsionis malitia vndè capienda. 331.b. 332.a.
In Omiſsione non eſt neceſſaria cōuerſio. 327.a.b.
Omittēs quando peccet, dubium. 330.a.b
Omnem prauum docentem, eſſe ignorantem, ex Ariſt. 103.a.
Omnes in Adam peccauerunt. Rom. 5. declaratur. 294.b. 295.a.
Omnia mala ex peccato dimanant. 208.b
Operantis gratiæ ratio prior eſt, quàm cooperantis. 250.a.
Opus naturæ, eſt intelligentiæ opus. 180.a 181.a.
Operi bono moraliter an ſit neceſſaria in Deum relatio. 270.b.
Opera bona, quæ nos exercemus neſciunt cuidēter angeli ex ſua natura quanti ſint meriti, aut demeriti. 132.b.
Orbatio auxilij efficacis, obduratio eſt. 335.a.
Orbes cæleſtes aſtrologi quidam negarūt ab angelis conuerti. 172.a.
Ordo duplex, affirmatiuus, inter effectū, & cauſam: & negatiuus, inter affirmationem, & negationem. 3.a.
Ordo angelicus eſt à gratia, & à natura. 135.a.
Ordines angelici vndè cognominentur. 135.a.b.
Origenis error de animarum creatione. 193.a.b.
Originalis iuſtitia non ſat fuiſſet immortalitati conciliandæ. 217.a.
Originaria iuſtitia venialia non admittebat. 221.b.
Originaria iuſtitia, quæ. 261.b.
Originalis iuſtitia quomodo naturalis. 264.b.
Originis peccatum ſacræ ſcripturæ locis conuincitur. 294.a.b.
Originale peccatum ex fide confitendum. 294.a.b.
Originale peccatum quomodo proprium, & alienum. 296.a.
Originalis peccati tabifica qualitas vndè proueniat. 297.b.
Originalis labis cauſa ſine qua non, eſt ſemen. 298.b.
Originalis culpa, eſt propriè, & verè peccatum. 300.b. 301.a.
Originalis culpa quæ. 295. b. 296. a. b. 302.b.
Originis peccatum quomodò voluntariū. 303.b.
Originalis iuſtitia in animæ eſſentia, an in potentijs. 305.b. 306.a.
Originalis peccati quæ cauſa. 297.a.b
Originalis peccati cauſa fuerit ne Eua, an Adam. 299.b. 300.a.b.
Originalis iuſtitiæ officia duo. 307.a.
Originali culpa Chriſtus maculari non potuit. 299.b.
De Origine mundi Platonis, & veterum philoſophorum ac poëtarum opinationes variæ. 4.b.
Os, & lingua ſunt organa manifeſtatoria internorum conceptuum. 142.a.

P.

Pæna gemina, damni, & ſenſus. 320.a.b
Pœnæ ſtatuuntur aliquando pro qualitate ciuium, & non delictorum. 384.b.
Pœnæ iniunctæ. 369.b.
Paradiſus ad Orientem ſitus. 197.b.
Paradiſus cur dicatur cælum. 200.b.
Paradiſus & ſi non habet incolas, non eſt ocioſus. 200.a.
Paradiſus ſemper vernat. 201.b.

Paradisus locus amplissimus. 211.b
Paradisi significatio multiplex. 196.b
Paradisi historiam vertit Ambrosius ad allegorias. 196.b.
Paradisi situs vbi. 197.a.b. 201.a.b.
Paradisi historia difficilis intellectu. 197.a.
Paruulorū separatæ animæ an per species congenitas cognoscant. 82.a.
Paulus, & Latro nō peccauêre in Spiritum sanctum. 389.b.
Pauli locus explicatus: Deus operatur in nobis & velle, & perficere. 31.a.
Peccatum habere cum gratia, implicat. 106.b.
Peccatum, vt pæna, est à Deo: at vt culpa, non est à Deo. 342.a.
Peccatum, est pæna peccati, synecdochicôs dicitur. 337.a.
Peccatum vnum est alterius peccati merces, & stipendium. 337.a.
Peccatum an sit peccantis pæna. 337.b. 342.b.
Peccatum est à voluntate, & est in voluntate. 337.b. 338.a.
Peccatum an sit læsio in maximis bonis. 338.b.
Peccatum nullum est necessaria causa alterius peccati. 337.b.
Peccatum lædit, non tollit naturam. 243.a
Peccatum maius ne sit agere cōtra conscientiam erroneam, an secundum illam. 358.a.b.
Peccatum in Spiritum sanctum quid sit. 386.a. b.
Peccatum mortale, & veniale, conueniunt, & differunt. 379.a.
Peccatum in Spiritum sanctum an remittatur. 389.a.
Peccatum in Spiritum sanctum est grauissimum. 390.a.
Peccatum in Spiritum sanctum fidem admittit. 390.b.
Peccatum protoplastorum quale fuerit. 391.a.
Peccatum in Spiritum sanctum non facilè finitur. ibid.
Peccatum ne aliquod sit irremissibile. 391. b. 392.a.
Peccatū aliquod per accidens est inexpiabile. 192.a.b.
Peccati pœna duplex, alia intrinseca, alia extrinseca. 333.a.
Peccati diuisio in mortale, & veniale, sit ne generis, in species: an potius analogi, in analogata. 378.a.b.
Peccati qualitatem duo tollunt, ignorātia, & necessitas. 385.b.
Peccati in Spiritum sanctum species sex. 387.a.
Peccato quæ in homine, quæve in dæmone vitiata fuerint. 258.a.
In Peccato duo, materia, & forma. 340.b.
Peccata omnia, Deo miserante, donantur. 384.b.
Peccata omnia ad duo principia reduxit Augustinus, ad amorem, scilicet, malè in flammantem, & timorem malè infrænātem. 378.a.
Peccata secundum se irremissibilia. 387.a.
Peccatorum origines, quæ. 377.a
Peccator cur nequeat omnia declinare peccata. 283.b. 284.a.
Peccabilē potentiam an creauit Deus. 394 b. 395.a.
Peccandi necessitas vndè. 283.a.b.
Peccatur contra legem veram, & præsumptam. 357.a.
Pelagij hæreses de libero arbitrio. 266.a. earumq; refutatio. 267.a.b.
Periculo se exponere, nō semper peccatū. 358.a.
Phanaticos suos vates qua ratione Dæmones moueant. 122.b.
Philosophus aliter, quā Theologus de peccatis considerat. 379.b.
Philosophorum, & Ouidij, de creatione cōmenta. 152.a.
Philosophorum ignorantia in multis. 257. b. 258.a.
Physicis rebus an aliqua actio tribuenda. 26.a.
Platonis opinio de anima humana. 9.a.
Platonis cum Aristotele dissidium. 194.a.
Possibilis intellectus directè singularia intelligit. 87.a.b.
Præcepta exhibita in paradiso, quæ. 212.b 213.a.
Præcepta euangelica. 288.b.
Præceptorum naturalium diuisio. 224.a.b
Præceptorum distinctio. 329.a.
Præmia accidentalia. 369.a.
Præparare num se collapsus homo queat ad Dei gratiam ex generali solum influētia. 274.a. 277.b. ibid.a.
Præparatio ad Dei gratiam duplex, ordinaria, & miraculosa. 273.b.
Præpositio, Ex, aliquandò ordinem, quandoq; materiam denotat. 3.a.

Primam materiam Aug. censuit non fuisse tempore informem, sed duntaxat origine. 151.b.154.a.
Primo die creata sunt cælum, & elementa. 153.b.
Primus actus, quem angeli elicuerunt, nō fuit naturalis actus. 109.b.
Primus actus angelorum an fuerit meritorius. 109.b.110.a.b.
Primum Adami peccatum, nō fuit alterius peccati pœna. 336.b.
Primi parentes an ex ignorantia Diuinum præceptum sint transgressi. 223.b.227.a
Principatus prophani non sunt hierarchici. 136.b.
Principatus, duo denotat, principē, & multitudinem ab ipso administratam. 133.b
Prius, & posterius in tempore. 49.a
Procliuiores fuissent homines in paradiso ad peccata spiritualia, quā carnalia. 222.
Pro eo non dico vt roget quis. Ioan. locus declaratus. 393.a.
Progressus ad culpam qualis. 352.a
Prophetæ habuerint ne reuelationem non coagente creatura. 256.b.
Propinquitas, & directio præpollet moræ. 198.b.
Propositum non est voluntas. 347.a
Proprietati nūcupationis nil obstat extrinseca denominatio. 375.a
Protoplasti peccato infecta eius posteritas. 294.a.
Protoplasti immortalitatis causę quinque. 209.a.b. aliæ etiam duæ. 210.b.
Protoplastis collata scientia rerum visibilium, & inuisibilium. 227.a.
Prouidentiæ diuinę operatio duplex, naturalis, & voluntaria. 276.b.
Pueros non baptizatos pœna cruciandos æterna, scriptura non asserit. 320.b.
Puerorū, & amentiū peccata qualia. 240.a.

Q.

QVæ credi possint absq; fidei habitu, quæ verò non. 259.b.
Quæ tēpore non consumuntur, æuo mensurantur. 40.b.41.a.
Quæstiones de animæ origine. 194.b
Qui dat formā, dat consequētia ad eā. Aristot. locus declaratus. 109.a.
Quilibet viator de quouis peccato pœnitere potest, quia est in statu merēdi. 389.a
Quies non mensuratur tempore. 48.a.

R.

RAchia, extensio Hebraicè. 161.b
Radius rectus, refractus, & reflexus. 80
Radix, & principium vt differant. 377.b
Ratio trifariā se gerit erga sensualitatē. 233 b.238.a.
Ratio superior, & inferior. 234.a.b.
Ratio practica duplex, vniuersalis, & particularis. 354.a.
Rationalis anima contaminatur ex carnis contubernio. 107.b.
Relatiuè opposita possunt simul de eodem prædicari. 349.b. 350.a.
Resurrectio, & iudicium in puncto futura sunt, at creatio non fuit in pūcto. 157.a.
Reuelatio in scripturis sacris quid sit. 256.

S.

SAcram scripturā literali semper sensu donandā, nisi absurditas indè aliqua sequatur. 205.a.
Sacræ literæ cur omnium rerum Deum auctorem semper edoceant. 28.a.b.32.b.
Sadai, Hebraica vox declarata. 4.a.
Sadducęi, omnia corporalia credebāt. 58.a
Samaim, cæli Hebraicè. 161. & eius vocis etymologia, ibi aquæ. 163.b.
Samuel ne verus fuerit, quem Saulis excitauit diligentia. 122.b.
Sanctissimi quiq; sine labeculis peccati ne queūt degere, nisi ex speciali priuilegio, vt B. Virgo. 285.a.b.
Sanctorū beatitudo æuo, an æternitate sit dimetienda. 43.b.
Sanctorum auctoritas quatenus magnifacienda. 164.a
Sapientissimi sine labore futuri in paradiso terrestri. 215.b.
Schelem, & thoar, quid. 190.a.
Scibilia quædā naturaliter, alia ex lumine superinfuso. 255.a.b.
Scientifica via triplex, ex August. ibid.b.
Scopus, & finis angelicæ custodiæ. 148.a
Scotꝰ finxit inter ens, & nihil, ideale quoddam esse. 3.b.
Scriptura sacra cur quædā creata expresserit, quædam subticuerit. 160.a.b.
Scriptura, ex genere, speciem: & contrà demonstrat. 377.b.
Scripturæ sacræ enodandæ canon. 267.b. 268.a.
Scrupulus trifariam expenditur. 357.b.

Scrupulus an sit cõsciẽtia erronea. 357.a.b
Scrupulo ne liceat aliquãdo obluctari. 357 b.358.a.
Seminis vis triplex, ex Alb. Magno. 29.a.
Semina generant, calefacta motu cæli. 181
Senibus vndè obscurus obtutus. 332.a
Sensoriæ species habeant ne physicã actionem. 170.a.
Sensualitas quid sit. 233.a.b.
Sensus literalis alijs præferendus. 153.a.
Serpẽs quomodo productus à magis Pharaonis. 124.b.
Seruitus peccati, quid sit. 333.a.
Seruitutes peccati, nõ omnes sunt peccata. 333.b.
Si linguis hominum loquar. &c. 1. Corint. 13. declaratur. 140.b. 143.b.
Sicut per vnius inobediẽtiam. &c. Rom. 5. exponitur. 304.a.
Singulis hominibus an singuli angeli ad tutelam designentur. 146.b. 147.a.
Species non afficit medium, nec tingit organum, aut potentiam. 80.a.
Species sint in anima, necne. 70.b.
Speciei, seu idôli, duplex cõsideratio. 81.a.
Species innatæ cur nõ confusaneæ, sed vniuersales. 74.a.
Specieb⁹ sublatis, difficilis perspectiua. 80.b
Spiritus blasphemiæ, quid sit. 387.b.
Spiritus, vocabulũ est ambiguę significationis. 54.a.
Spiritus Dñi ferebatur, &c. Genes. 1. declaratur. 158.b.
Spontaneũ, & deligibile, non idem. 351.a
Spontanea omnia non ex putri procreantur materia. 182.a.
Status hominis integer, qualis. 261.a.b.
Status integer eguisset speciali auxilio ad gratiam. 278.a.
Status integri prærogatiuæ tres. 262.a
Inter Stultum, & sapientem, an mediũ statui possit. 367.b.368.a.
Substantiale existentiæ esse variatur. 50.b.
Substantiam qui videt, nõ etiã eius accidẽtia videt omnia. 132.a.
Successiua potuerint ne esse æterna. 18.a.
Superbia multifariàm capitur. 101.a.
Superbia an primum angelicum peccatum fuerit. 98.a.
Synderesis nequit extingui. 355.b.
Synderesis, & conscientia, quid. 353.a.b. 354.a.b. quomodo differãt. 354.b.355.a
Synderesis, & conscientia an ad intellectũ spectent. 354.b.

T.

TErra est tanquam priuatio, & ignis velut habitus. 160.a.
Theologis quædam confessa. 369.a.
Tempus Platoni, quid sit. 4.b.
Tempus an sit. 47.b.
Tẽpus duplex, cõtinuum, & discretũ. 41.b
Tempus discretum ab Augustino excogitatum. 41.b.42.a.
Tempus discretum quid. 42.a.
Tempus cur cognitu difficillimũ. 47.b.
Tẽpus an sit in cæli motu locãdũ. 47.b.48.
Tempus num sit extra animã, an ab ea pendeat. 48.a.b.50.a.
Tẽpus quid sit Augustino, & Galeno. 48.b
Tẽpus semper spectat mẽtis op⁹. 48.b.50.a
Tempus idem, est quantitas cõtinua, & discreta. 49.b.50.b.
Tẽporis discreti instãtia vt se habeãt. 42.a.
Tempore nũ generabilia mensurentur omnia. 45.b.46.a.51.a.
Tempore cur aliquid mensuretur. 51.a.
Tentationis protoplastorum modus. 233.b.234.b.
Tentationis priorum parentum allegoria. 233.b.234.a.
Transmutatio duplex, naturalis, & artificiosa. 123.a.b.
Tria peccata angelorum, superbia, inuidia, & odium Dei. 98.b.99.a.
Tristia, quando experiuntur, magis remittunt, q̃ intendãt ánimũ operantis. 373.b

V.

VEniale peccatum paradisi incolis an possibile fuisset. 210.b.
Veniale duplex, ex surreptione, & ex deliberatione. 220.b. 221.a.
Veniale multifariàm contingit. 222.a.
Veniale conuincitur ex sacris literis. 381.a
Veniale triplex, ex genere, ex imperfectione, & ex euentu. 385.a.
Veniale, vt mortale, diuiditur. 379.a.b
Veniale peccatum non est prohibitum lege Dei, sed cohibitum. 379.a.
Venialis expiatio non manifesta. 382.a.
Venialia, æterna, an temporali solùm pæna digna. 380.a.
Venialia ex genere, & ex imperfectione. 380.a.
Venialia, & mortalia discernuntur. 381.b.
Venialia vt differant. 381.a.

Venialia omnia iustus cauere nequit. 282. a.b.283.a.
Venialia an in inferno puniantur. 382.b. 383.a.b.
Venialiain purgatorio quomodo condonabuntur. 384.a.
Veritates supernaturales per se, & per accidens. 253.b.
Veritates morales naturales patêre possūt menti humanæ natiuo lumine illustratæ. 257.a.b.258.a.
Verisimile est angelos meritorium actum nunquā protulisse. 110.b.
Vespertina notitia angelorum, quæ. 92.a
Viaticum spatium angelis æqualę, non hominibus. 120.a.
Viatorum nullum, quamuis reprobum, orbat Deus auxilio necessario. 390.a.
Viatoris nullum peccatum est irremissibile. 392.a.
Viatores omnes fruuntur angelica ope. 149.a.
Videbam Satanam, &c. declaratur. 113.b.
Vidētes filij Dei filias hominū, &c. Geñ. 6. enodatur. 127.b.
Virgo sine coitu concepit. 214.a.
Virgo an concipere queat. ibidem.
Virgines an habuisset paradisus terrestris. 213.
Viri & fœminæ cōmistio in paradiso terr. an sine corruptione fuisset. 214.b.215.a
Visio quo fiat pacto. 81.b.
Visionem naturalem Thomas vocat visionem, seu cognitionem matutinam. 92.b.
Vitę integritas ex cibis, & ex ambiētenos aëre dependet. 200.b.
Viuens an causari possit ex non viuente. 28.b.29.a.
Viuētiū gradꝰ ex figuris exponitur. 57.b.
Vnitas numeralis multas habet causas. 61.
Vniuersa creata fuisse simul. 154.b.
Vniuersalis omniū rerū causa solus Deus. 30.a.
Vnusquisque angelorum est sibi mensura. 44.b.
Voluntas citra ignorationē, aut incōsiderationem intellectus peccare potest. 107.a.
Voluntas se mouet, & agit. 245.a.
Voluntas, ratio, concupiscentia. 351.b.
Volūtas, libera ex natura sua. 351.b.352.a
Voluntas, prima culpę origo. 351.a.
Voluntas an possit malum eligere sub ratione mali. 352.b.
Volūtas ex vero, vel apparēti bono amat. 352.b.353.a.
Voluntas dupliciter se habet circa finem. 372.b.373.a
Voluntas ad finē quatuor modis se habet. 347.b.348.a.
Voluntas vnde peccabilis. 393.b.
Voluntas, intentio, propositum, vt differant. 347.a.b.
Voluntatis actus omnibus occulti, prętercquàm quòd Deo. 132.a.
Voluntatis, & naturæ discrimen. 363.b.
Voluntatem nostrā Deus liberè, & immediatè mouet. 130.b.
Voluntatem nostram Deus cogere nō potest. 246.b.
Voluntaria ex natura sua obscura. 142.b
Witcleffi delirium de creatione. 3.b.

Z.

Zacharię locus explicatus. 4. cap. 33.b. 34.a.

LAVS DEO.